17 inquantū ex† ſua theorica infert, an dominus vaſallum inuitū, ſeu etiam terrā propriam inuitam alienare poſſit. Adde, ꝙ hæc quæſtio ponitur per Hoſtien. & Ioā. An. in c. dilecti. de maio. & obe. per gl. in l. inuitus. ȷ̄. de fideicom. lib. per Bal. C. de pac. l. debitorū. & c. j. §. ſi quidē. quo tpe miles. & in c. j. §. ex eadem. de lc. Cor. in vſi. feu. Ego aūt refero me ad hanc cōcluſionē, ꝙ aut dominus vult alienare vaſal. ſine terra & tūc non pōt. Hoc primo probatur in d. l. inuitus. Scdo, qa q̄uis quis vaſallus ſit, nihilominus eſt pura pſona libera reſpectu ꝓprii pr̄imonij, ergo ſine terra alienari non pōt, ſicut nec coloni aſcriptitij & cēſiti, qui q̄uis quo ad ſeruitiū perſonale ſint ſerui, tū quo ad alia ſunt liberi, vt no. gl. Inſti. de iu. perſ. in verbo, ſunt aūt. Et tū iſti ſine terra alienari nō pūt, vt l. queadmodū. C. de agri. & cen. lib. 10. Tertio, qa nō eſt maior poteſtas dñi in vaſallū, q̄ pr̄is ī filiū, ſed ille p patrē in alienā poteſtatē poni nō pōt ſine eius ꝯſenſu, vt l. in adoptionibus. ſ. de adop. neq; ēt alienari, vel obligari, vt l. j. C. de pat. qui fil. & l. q filios. C. q̄ res pigno. & c. 2. cū ibi no. de pign. niſi in caſu l. 2. eo. ti. igiť &c. Quarto, qa vaſallus nō eſt alius, q̄ debitor exhibitionis reuerētię & ſeruitii dño ſuo. Sed debitor eo inuito non pōt per creditorē alteri delegari, vt l. j. & l. nec creditores. C. de noua. &c. Bene tū crederē, ꝙ ſuadēte dñi neceſſitate, poſſent vaſalli operæ alteri locari. Ad hoc ȷ̄. de oper. liber. l. pr̄ patronus, q operas. Quinto ad idē, qa nō eſt dubiū, ꝙ p diuiſionē inducitur alienatio, ſed vaſalli ſine terra nō poſſunt diuidi, vt l. quædā mulier. ſ. fam. ercis. & l. Carmelia Pia. ȷ̄. de iure patro. & fuit ꝯcluſio
18 Spec. in tit. de feu. §. qm̄. ver. 31. igiť &c. Aut alienare† vult dñs eos vna cū ciuitate, & prima fronte dicendū, ꝙ poſſit per c. primū. de cap. qui cu. ven. in vſi. feu. & dictū §. ex eadē. Contra tū pnto rationibus prædictis, & per c. Imperialē. ver. nec dñs feudū. de prohi. feu. alie. per Fed. qđ maxime verum eſt, ſi ipſe dñs vellet alienare terrā diuiſim, quia tūc iuſte ꝯdicere pōt, ne plures dominos habere compellatur, vt in c. Imperialē. §. præterea ducatus. Fallit tū hic forte in duobus caſibus. Primus, niſi dominus alienare vellet in eccleſiam, qm̄ tunc poteſt eo inuito etiā. Et iſte eſt caſus ſing. in c. j. §. ſi vero. Secundo, niſi dominus alienare vellet in aliquem æque bonū vel meliorē, qm̄ & tunc forte poſſet. Quod probo, quia & ius dñi & vaſalli circa ius vel iuſtitiam inferioritatis & ſuperioritatis procedunt a pari, vt in c. j. de forma fideli. & in c. j. qualiter dominus proprietate priuetur. & c. dño cōmittentur. ſi de feu. fue. controuer. in vſib. feu. Sed vaſallus dño inuito pōt alteri æque bono in feudū dare, quod ipſe in feudū accepit, vt in c. i. §. ſimiliter. de lege Corradi. & in c. beneficiū. ſi de feu. fue. cōtrouer ergo ecōtra dñs alij ęque bono vaſallis inuitis pōt ciuitatem infeudare. Eo aūt caſu, quo ius vaſalli in aliū tranſlatū eſt, nouo dño fidelitatē iurare cogitur, imo dominis, ſi ſint plures, vt no gl. ſ. vſu. quemadmodū cau. l. oēs. §. ſi hæres. & in c. oēs filii. ȷ̄. ſi de feu. fue. cōtrouer. cōfirmat
19 Spec. in d. §. qm̄. ver. 29. Vltimo† adde, ꝙ ex eius theorica inferri poteſt ad q. de qua per eum in l. ſi non fortem. §. libertus. de condi. inde. Bal. in l liberti libertęq;. C. de oper. lib. Quæ eſt, an miniſteriū operarū ab artifice per me cōductarū, poſſim eo in-
20 uito ī aliū trāſferre? Addedi† tū viſi ſunt ad ſuperiora alij caſus, quibus quis cogiť emere vel vendere, videlicet 26. Alij quidem caſus in l. 2. §. dominorū. ſ. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & in §. ſi maior. Inſti. eo. ti. Vigeſimuſſeptimus, ꝙ propter nimiā ſeueritatē regiminis, pōt dñs cōpelli ad dominationē ſuā vendendā alteri, & iuriſdictione priuari, vt arg. prædictorū iurium. In iiſdē cōcludit Bal. ad qđ allegat l. Caio §. Imperator. ȷ̄. de alimē. lega. & c. literas. ad fi. de reſti. ſpo. tex. tū de hoc ſing. vr̄ in c. j. §. quicūq;. de pa. Conſtā. & in c. j. § quicūque. de cle. viol. pacis. in vſib. feudo Vigeſimuſoctauus, in l. cum in fundo. §. ſi fundus. ſ. de iure do. Vigeſimuſnonus, ſi poſtq̄ vendidi partē fundi cōis pro indiuiſo, ille mihi eſt totus adiudicatus, qm̄ poteſt compelli emptor ad totum emendū. ſ. de actio. emp. l. Iul. §. idē Celſus. ſ. cōi diui. l. cōmu. diui. § fi. Trigeſimus, in l. quicunque caſtrorum. C. de fun. limitrophis. lib. xj. Trigeſimuſprimus, in Authē. de aliena. emphy. §. ſi vero ſecundum prædictum. Trigeſimuſſecundus, in l. vſuras. iuncta glo. C. de ſolut. vbi eſt caſus ſing. ꝙ creditor compellit debitorem promittere alio loco ſoluere, ſi in eo loco, quo antea promiſerat, ſecure non trahit moram. Trigeſimuſtertius, in §. quod ſi cōmode. Inſtu. de offic. iudi. & in l. ad officium. C. commu. diuidun. Trigeſimuſquartus, in l. item nihil. ſ. cōmunia prædi. & in l. j. ſ. eo. Ponitur per Bal. in ſcholari, qui compellere poteſt dominum domus ad locandum illam ſibi, vel aliam commodam reperiat. Quod no. & originaliter fuit dictū Guil. C. de epiſco. & cleri. l. decernimus. Trigeſimuſquintus. in l. item nihil. ſupra communia prædio. Trigeſimuſſextus. in l. ſi cui. ſupra de ſer. Trigeſimuſſeptimus, in l. 2. infra de iudi. vbi eſt tex. ſing. compelli poſſe agricultores ad portandum victualia in ciuitatem, vt vendantur. Trigeſimuſoctauus, in l. 2. C. pro qui. cau. ſer. præ. lib. acci. Trigeſimuſnonus, in l. item ſi verberatum. verſi. item ſi forte. de rei ven. l. Lucius. ſupra de euict. in l. quoties. de pollic. & in l. ſi priuatus. infra qui & a quibus. Quadrageſimus ponitur per Dyn. & Bart. infra eo. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. in l. ſi quis inter. §. Imperator. infra de excuſat. tuto. Quadrageſimuſprimus. 90. diſtin. c. placuit. vbi eſt caſus ſing. iudicem eccleſiaſticum compellere poſſe etiam laicos, qui diu litigauerant ad cōtractum cōcordiæ. & illū ſumme no. dñs Ant. de But. in c. j. in fi. de mu. pet. Addę tex. l. æquiſſimū. ſ. de vſuf. Quadrageſimuſſecundus, in l. ſi homicidij. C. de accuſa. quem ſumme no. Bar. in l. in eum qui. eo. ti. vbi vide. Quadrageſimuſtertius ponitur per Bal. ȷ̄. vbi pup. edu. deb. l j. §. j. vbi per illum tex. in ver. quamuis. dicit ſin. electū in arbitrū, ſi affinis de cōpromittētibus ſit, ꝯpelli ad acceptādū cōpromiſſum. quod valde limitat l. 3. §. tam etſi. ſupra de arbit. Quadrage-

dragesimu.quartus,in authen.hic niſi debitor.C.de ſolu. Qua-
dragesimuſquintus,in l.j.C.de colla.æris.lib.11.& in l.j.C.argē.
precio.eo.lib. Quadrageſimuſſextus, in l.2. C. de metat.lib.12.
Quadrageſimuſſeptimus, in l.pen.& fi..ſ.de alie.iu.mu.cau.fa-
cta. Quadrageſimuſoctauus, in l.ſi fundum. cum l. ſeq.ſ. man.
Quadrageſimuſnonus, in l.vnde quæritur.ſ.cōmo. & in l.cum
in plures.§.veſtimenta.ſ.loca. Quinquageſimus,in ea.l.§.meſ-
ſem.Quinquageſimuſprimus,in l.j.ver.fi.j.ſi naui.aduer. Quin-
quageſimuſſecundus,in l.placuit.C.de colla.fun.patrimo.li.11.
quem Bart.in proxi. alleg.l.j.allegat pro caſu, notariū compelli
poſſe ad permittendum ſe rogari de inſtrumento.Et etiam ter-
minat Io. And.in addi. Spec.in rub.de inſtru.edi.& Bal.in rub.
C.de fi.inſtru.& in l.qui in teſtamento.in fi.j.de teſta.quod ta-
mē dupliciter limita.Primo ſm Bar.in d.l.j. Scdo,niſi in aliquo
alio honorabili officio ſteterit per quinquennium . Tunc ad ea
ꝯficiendū non compellit̄, vt l.j.C.de tab.lib. 10.vbi eſt caſus ſin.
vel niſi factus fuerit decurio, aut aduocatus, vel cleric⁹, qm̄ nec
iſti pñt cōpelli. Et primū & ſcdm patet C.de decur.l.vniuerſos.
lib.10.in tex.& gl.& in c.ſicut.ne cle.vel vo.& in c. vt officium.
§.ad ꝯſcribendū.de hæreti.lib.6.per locū a ſpeciali. Et caſu quo
compelli poteſt.ſi pur conficere non vult,priuari poteſt officio,
vt ſin.determinat Bal.de poſthu.l.prouidendū.per illam literā.
Quinquaſimuſtertius ponit̄ in gl.ſing.47.diſt.ſicut hi.dicētem,
pauperem per denūciationem factam epo compellere poſſe di-
uitem ad pręſtādum eleemoſynam.Quinquageſimuſquartus,
in l.fi.§.fi.cum his,quæ ibi dicit Bar.ſ.de pig.act. Quinquageſi-
muſquintus,in l.ſi vero.§.fi.j.e.& in l. ſi fundum per fideicom.
de leg.2.Quinquageſimuſſextus,in l.quamuis.de pig.act.Quin-
quageſimuſſeptimus,in l.ſancimus.C.de aduo.diu.iudi. & l.2.
in fi.C.de proxi.ſacro.ſcri.lib.12.quę volunt Iuriſperitum com
pelli poſſe ad præſtandū patrociniū, vel ꝯſiliū. Quas declara,vt
per Bal.in l.proxi.j.de his quæ in teſta.delen.Quinquageſimuſ-
octauus,in l.Paulus.j.de ſolu. An autem ſit licita compulſio ali
cuius ad officiū,ad qđ aſſumptus eſt, vel ambaſiatā, ſeu procu-
rationē,plenè dixi C. de procu.l.inuitus.& in l.2.ſ.qđ quiſque
21 iuris. Igit̄ hic non repeto. Item an ſit † licita compulſio alicuius
aſſumpti ad eccleſiaſticū beneficiū, vel ad eccleſiaſticā dignita-
tē, vide plene per do.Ant.de poſtu.præla.c.fi.vbi ꝯcordat varias
glo.Decreti.& qđ no.Io.in c.ſi clerico.de elec.lib.6. in nouella.
22 In glo.ſuper † verbo,debet.ibi,annua, bima,trima die &c. Sētit
hæc glo.quod de iure Digeſtorum reſti.dot.conſiſtentis in mo
bilibus,non deberet ſtatim fieri,quod an ſit verum,dicam j.eo.
23 l.diuortio.§.interdum.In ea. † ibi,quando culpa mulieris eſt ſo
lutum matrimoniū.Supple etiā quo ad thorum, vt propter cri
men adulterij,vt in c.plerunq;.de do.inter vi.de quo plenius di
cetur j.e.l.rei iudicatæ.§.morū.& l.cum mulier. In ea.ibi,j.eo.
24 l.cum mulier,& c.cui concordat c.pen.& fi.de adul.In ea. † ibi,
pactum lucrādæ dotis,&c.Concor.de do.inter virum.c.fi. Hoc
autem pactum lucrandæ dotis matrimonio diſſoluto, intelligi-
tur,ſ.ſi diſſolutum fuerit morte vxoris,qm̄ ſi mariti,dos non ap
plicatur lucro hæredum eius,ſed vxori reſtituit̄, vt l.2.ſ.de pac.
do.Quomodo autem intelligatur pactum de lucrando dotem,
caſu quo matrimonium diſſoluatur per diuortium , vide text.
cum glo.j.de dot.præle.l.j.In eadem ibi,vt j.eodem §.j.&c. Eſt
25 † & alius caſus, in quo matrimonio ſoluto dos non reſtituetur
vxori , imo cedit lucro mariti , puta ſi deceſſerit vxor locuples,
maritus aūt ſit egenus, quoniam tunc dotem lucratur. gloſ.eſt
ſing.in l.licèt.C.de iure do.Dum allegat authen pręterea.C.vn
de vir & vxor.Secundum quam hoc intellige.Regulam autem
generalem tradit in c.j.de dona.inter vi. quod quomodocunq;
aliqua ex cauſa matrimonium ſeparetur, dos penes vxorem eſ-
26 ſe debet.In ea. debet † ibi, quartus.ſi maritus damnetur in me-
tallum,cum damnatus in metallum bannito plerunq; æquipa-
retur.Quod nunc non examino.Arguit ex hoc Bart.& Bal.ꝙ ſu-
perueniēs bannum in perſona mariti,cauſat vxori dotis repeti-
tionem.de quo dicam poſt Bart.j.eo.l.ſi conſtante. In eadē ibi,
27 mulieri,ideſt patri mulieris &c.No.†hanc gloſ.hic Bal.relatam
ad tex.ꝙ perſona patris,q̄uis vna, ponitur pro omnibus eiuſdē
patris ſaltim.& dicit iſtis verbis etiam vti tex.in l.aſſiduis.C.qui
pot.ſed certe ēt vtitur tex.in l.j.§.cum aūt patri mariti.C.de rei
28 vxo.actio.In ea.ibi,de iu.dot.l.† quemadmodum &c.illa loqui
tur cum dos repetitur condic.ob cauſam, vel ſine cauſa. Vnde
ibi ratio congruit ad materiam noſtram tractantē,cum dos re-
petitur actione de dote.In ea.ibi,quartus &c. Quintus in l.ha-
betur.§.fundo.§.quod ſi acciderit.ſ.de iu.do.vbi etiam conſtan
te matrimonio dos ad mulierē reuertitur ex prouiſione legali.
29 †Et ideo no.caſum ſingu.in hoc,ſ.ꝙ quamuis dotis præſcriptio
conſtante matrimonio,non poſſit procedere,ſ.inchoari,quam
uis inchoata perficit̄, vt l.ſi fund.ſ de fundo do.& l.in rebus.C.
de iure dot.tamen fallit ſi vxor domina fundi pleno iure vſum-
fruc.det in dotē marito,qm̄ illi us, vt ita dicā,præſcriptio poteſt
inchoari in fauorē vxoris matrimonio conſtante.Quoniam illo
maritus non vtendo,perdit,& ad ꝓprietatē, cuius dña eſt vxor,
30 reuertitur.quod diligēter no.In eadē †ibi,ſunt & alii,quibus po
teſt & valet reſtitutio &c. Ad quos probandos vide vltra glo.l.
31 mutus.§.j.ſ.de iure do.In ea. † ibidē, cōcludit ergo glo. ꝙ vltra
caſus a iure poſitos non liberatur maritus ſoluendo dotē vxo.
non ſol.ma. niſi ſit illa locupletior effecta. Et rō, quia caſus eſt
in Auth.de nup.§.in dote. Nec ob.l.vir vxori. §.j. ſ. ad Velleia.
quā j. in ꝯtrium allegant Doc. antiqui, quia ad illā reſponde, vt
32 hic p Bar.In gl.†ſuper ver.nec cogitur.ibi, quod non placet &c.
Saluari tñ pōt hic intellectus eo caſu, quo extraneus dotē dans
non fuerit pactus illā ſibi reſtitui tpe,quo date promiſit,qm̄ cū
tpe quo ſoluit non poſſit hoc ſtipulari, vt l.ex morte. in fi.C.de
pac.conuen.Igitur conſequēs erit, vt locū habeat dubitatio tex.
.ſ.vxor,an poſſit tunc maritum compellere ad promittendū de
reſtituendo ipſi extraneo dotanti. In eadē ibi,non dēt ei ſatiſda
33 re cū eo,quod ſequit̄ &c.Addit tria † hic gl.ſing.Primo,ꝙ actio
de dote,q̄uis competēs mulieri,ſit bonæfidei,vt in §.ſi nō igno
remus. l.vnicæ. C.de rei vxo.& in §.fuerat.Inſti. de act.tñ eadē
cōpetens dotanti extraneo eſt ſtricti iuris. Secundo , ꝙ quēad-
modū cū dos ꝯſiſtit in mobilibus,datur marito ſol.matrim.ter-
minus anni ad reſti.eo caſu,quo reſtitutio fieri debet patri vxo-
ris, vt §.exactio. d. l.vnicæ.Ita quando & eadem reſtitutio fieri
34 debet extraneo dotanti. Tertio,†ꝙ quamuis fuerat longa dubi
tatio glo.& Doc.in l.3.in prin.ſ.de condi.ob cauſam.in l.ſi cre-
ditores.ſ.de priuile.cred. & in l. in poſſeſſione. j. ex qui.cau.in
poſ.ea.& in l.omnib.ſ.de iudi.ſcilicet,an ab obligato ex contra-
ctu ſtricti iuris,cum nondum dies ſolutionis ceſſerit, peti poſſit
cautio: tamen hec glo.mirabiliter determinat per iſtum tex.ſci
licet , ꝙ aut eſt laborioſum debitori reperire fideiuſſorem , aut
non.Primo caſu non teneatur cauere. Secūdo ſic,& hoc eſt qđ
ſentit hic Bar. & etiā Bal. qui quamuis in iſta materia faciat hic
quatuor membra, tu tñ facias plura pro plena & breui eius in-
telligentia.Et primum quidem, ꝙ quandocunque petitur cau-
tio , per quam promittitur creditori indemnitas in re illa , ad
quam oſtendēdam, vt vendatur,eum compellit debitor,& hęc
poteſt peti, vt l.quamuis. ſ.de pig.act. Secundum , quòd quan-
doque petitur cautio a debitore in hoc, ſcilicet vt ſi res debita,
quæ non culpa ſua,fugam arripuit, in eius poteſtatem reuerta-
tur,illā dabit.Et hæc ſimpliciter poteſt peti,ſiue ſit res debita ex
contractu,ſiue ex vltima voluntate, vt l.ſi pecuniam. verſi. pla-
ne.& ver.ſed ſi cęperit.de condi.ob cauſam.& l.cū res.de leg.j.
Tertium, ꝙ quandoque petitur cautio de non offendendo per
illum,qui timet offendi. & hanc hic tangunt Doc.Ego aūt ple-
ne dixi poſt Bart.de damno infect.l.qui bona. Igitur hic non re-
peto. Quartum , ꝙ aliquando petitur cautio ratione retardatæ
ſolutionis per reſcriptum principis, & iſta ſimiliter peti poteſt.
C.de precib. Imperat.offer. l.vniuerſa. Quintum, quòd quan-
doque petitur ratione retardatæ ſolutionis indebite pp dilatio-
nem a lege conceſſam miſerationis cauſa, & hæc ſimiliter po-
teſt peti, vt eſt caſus ſ.de iudi.l.ſi debitori.& j.eo. l.ſi conſtante.
§.quoties.& §.ſi vxor.ſm vnū intellectū. Sextus,ꝙ aliquādo pe-
titur cautio , eo quia nondum venit terminus ſolutionis appo-
ſitus a contrahentibus.& in hoc Bar. & Bal ſequuntur hanc gl.
ſcilicet ꝙ aut loquuntur in contractibus bonæfidei ; & illa indi-
ſtincte ponit peti, per dictam l.in omnibus. Aut in cōtractibus
ſtricti iuris, & tunc aut eſt laborioſum reperire fideiuſſorē, aut
non &c. Sed certe hæc diſtinctio lege non probat̄. Nec ob. iſte
tex.& dupliciter rñdetur. Primo,ꝙ hic non loquitur , dum dila
tatur ſolutio pp terminū hominis , vt eſt caſus no. ſed pp ter-
minū a lege ꝯceſſum miſerationis cauſa, vel ſm quod hic tex.in
telligat̄, prout eum vno modo intelligit glo. vnde verior vide-
tur opin. ꝙ & in vtroque horum contractuū genere peti poſſit
cautio, vt probatur in d.l.ſi creditores. Quæ tamen præſtari de-
beat cauſa cognita, vt ibi,in d.l.in omnibus.& l.quæſiū. ſ. de pi
gno. Verſabitur autē cauſæ cognitio in hoc, ſcilicet an debitor
ſit ſuſpectus de dilapidatione vel fuga , & an ſuſpicio ſupuenit
poſt cōtractum vel ante.Quoniam ſi ante, vel ꝯctus tēpore, nō
præſtabitur cautio, quia imputabitur creditori,qui cū tali con-
traxit.At hoc.C.de ſpon.l.fi.j.de dam.inſe.l.qui bona.§.de illo.
j.vt in poſ.le.l.ſi is a quo.in fi.ſ.man. l.inter cauſas. §. abeiſc. &
35 & d.l.ſi creditores . Quid aūt,† ſi ꝯxiſſet cū peregrinante? refert
Bal,in rub.C.de reuo.his q̄ in frau.cre.Bar.dicit cautionē nō pe
ti poſſe , eo quia approbauit ꝯhens ꝯdōnē pſonæ eius, quē ſta-
tim ſciebat receſſurū,nec de nouo ſupuenit.igit̄,&c.vt d.l.ſi cre
ditores . Ipſe autē teneꝰ , eo quia quāuis cū tali ꝯxerit , nō de-
buit conſiderare eū ante ſatisfactionē receſſurū,fugā arripiēdo,
quod eſt delictū , arg.ſ.pro ſocio. l.merito. de reg.iur. c. eſtote
miſericordes.Præterea ſm d.Barto. eſſet dare ipſis peregrinan-
tibus via fugiendi cū alieno,ſeu alteri debito,atten 10 ꝙ in loco
contractus tunc non ſortiatur quis forum , vt l. hæres abſens.
§.ſi quis tutelam.ſ.de iud.Hoc autem fieri non debet,eo.tit.l.ſi
legationis.& hoc mihi placet, dumtamen dicamus cum libera-

ri pręſtita nuda cautione. Ex quo ſibi eo in loco reperire fideiuſ
36 ſorem difficile eſt, argu. ſ. de iudi. l. 2. §. ſi dubitetur. Eſt † aliud
membrum, quòd aliquando petitur cautio ratione imminen-
tis ſuſpicionis, & tunc cõcludit Bal. quòd aut reſultat debitum
ex contractu bonæ fidei, tũc illa præſtari debeat, vt dicta l. in om
nibus. Aut ex contractu ſtricti iuris, & tunc ſi ſuſpicio emanet
ex culpa debitoris, præſtari debet, aliàs autem non, ſi ſibi diffi-
cile ſit reperire fideiuſſorem, arg. huius literæ. Quæ tamen nihil
facit, vt ex ſupradictis apparet. Nec ea diffinitio diſtinctionis re-
periatur iure cauta. Credo in contractibus ſtricti iuris & bonæ
fidei hoc caſu idem eſſe, per dictam l. ſi creditores. Quæ loqui-
tur in debitore quocunq;, non diſtinguendo, an ex cõtractu bo-
næ fidei, vel ſtricti iuris ſit creditor. Eſt & aliud, ſcilicet ꝙ aliquã
do quis petit cautionem præſtari de ſtãdo iudicio, cuius ingreſ-
ſus, vel proſecutio aliqua ex cauſa retardatur, & iſtam ſimiliter
dic debere præſtari, ſ. de offi. præſid. l. Senatuſconſulto. & d. §. ſi
dubitet. Eſt & aliud, quod quandoq; petitur reſpectu ſeruitutis
debitæ, vel fortificandæ libertatis procedentis a ſententia decla-
rantis ſeruitutem non deberi, & hoc ſimiliter eſt neceſſarium
præſtari, vt l. harum. & l. egi. ſ. ſi ſeruitus vendice. Eſt & aliud, ꝙ
quandoq; petitur cautio ratione legati ſeu fideicommiſſi debi-
ti ex vltima voluntate, & hanc notum eſt deberi, vt l. inter om-
nes. ſ. qui ſatiſda. cogan. Et ſunt de ea titu. ſpeciales. Fallen. au-
tem habentur in l. iubemus, C. ad Trebellia. Eſt & aliud, quod
quandoque petitur cautio ratione implementi modi, & tunc ſi
adiect. vltimæ voluntati, debet cautio præſtari, in l. ſi tibi lega-
tum. de condi. & demõſtra. l. quibus diebus. §. fi. & l. Titio cen-
tum. in princip. Sed ſi adiect. contractui bonæ fidei, idem, vt l.
inſulam. ſ. loca. in §. fi. Si adiect. contractui ſtricti iuris, contra,
vt d. l. 4. in princi. de condi. ob cauſam. & no. in l. ſiue apud acta.
37 & eſt gloſ. C. de tranſact. Eſt & aliud, † quòd quandoque peti-
tur cautio ratione implementi conditionis negatiuæ, & tunc ſi
adiec. vltimis voluntatibus, dic, vt l. Mutianæ. j. de condit. &
demonſt. & ibi plene dixi. Sed ſi adiec. contractui, magna eſt
dubitatio, de qua per glo. & alios in l. j. C. de pac. & in l. 3. in prin.
& dicta l. Mutianæ. & ſolet notari in l. ſi ita ſtipulatus. la gran-
de. de verb. obli. Ego do tamen tres caſus, quòd locum non ha-
beat, vnum in l. veluti. & alium in l. quicquid aſtringendæ, in fi.
de verbo. obliga. tertium clarum, & cæteris meliorem, Inſtitu.
eo. titu. §. ſi quis ita. Eſt & aliud, quòd quandoque petitur cau-
tio ratione habendæ pro debito probationis, & de hoc dic, vt di
cam in gloſ. ſeq. Eſt & aliud, quòd quandoque petitur ratione
augendi obligationem iſtam, & denegatur, vt dicta l. 3. in prin.
de condi. ob cauſam. Eſt & aliud, quòd quandoque petitur ra-
tione ſatisfactionis dubiæ offenſæ petenti abſolutionem ab ex-
communicatione, & de hac dic, vt in c. ex parte. de verb. ſignifi.
38 & in c. ſolet. de ſenten. excom. in 6. Quid † autem, ſi debens ca-
uere, id eſt ſatiſdare, non poteſt, an tunc ſufficiat cautio iurato-
ria? videtur quòd ſic, per authen. generaliter. C. de epiſco. & cle-
ri. & l. j. §. ſuper. C. de aſſer. tollen. per c. alma de ſenten. excom.
in 6. per §. ſi non tamen. in Authen. vt nul. iudi. j. eod. vt nullus.
quia vbi tractamus de ſatiſdatione neceſſaria, non ſufficit iura-
toria, etiam ſi ſit in potentia euidenti præſtãdi. Hoc primo pro-
batur in gloſ. ſupradicta in l. 4. C. de vſufru. quæ hoc confirmat
in vſufructuario ſatiſdare debente, & clare conſtat illam ſatiſda
tionem eſſe neceſſariam. Secundo per tex. no. in l. 2. C. de tuto.
vel curat. vbi dicitur, repelli tutorem, qui impotens eſt præſta-
re ſatiſdationem pupillo de bene adminiſtrando. Qui autem
non repelleretur, ſi cautio iuratoria ſufficeret, vnde dicti caſus
in contrariũ allegati, & c. per veſtras. iuncta gloſ. de dona. inter
virum. ponunt ſpecialitates, quarum rationes in eis habentur.
39 Illud tamen no. † quòd vbicunque reperitur cautionem iurato
riam ſufficere, intellige, niſi aduerſus eam ſemel præſtitam ven
tum fuerit, & ſic inciderit præſtans in periurium. Quoniam tũc
non permittitur periurus ad illam iterum præſtandum, vt eſt
text. ſingu. ſecundum Bal. ibi, in authen. ei qui iurat. C. de bo. au
tho. iudi. poſſi. Ad quod tamen optime facit c. paruuli. 22. q. vl-
ti. Habetur & alia cautionis petitio, de qua in c. Odoardus. de
40 ſolutio. In gloſ. † ſuper verbo, ſuſpectus. in princi. no. hanc glo.
Bal. quòd vbi ad procedendum ad capturam debitorum allega
a tur coram iudice ſuſpicio, debet iudicem inueſtigare[a] cauſas
ad ſuſpicionem mouentes creditorem, & illarum iuſtitiam cõ
ſiderare, vel iniuſtitiam. Quid enim ſi debitum, pro quo alle-
gatur ſuſpicio, paruum ſit, & qualitas perſonæ allegatæ ſuſpi-
cioni repugnans? certè nõ poterit creditorem admittere ad pro-
bandum ſuſpicionem per iuramentum, vt eleganter not. Cyn.
& Bald. in authenti. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nupt.
ſumpto argumento a gloſ. Ad quod gloſ. in authenti. minoris.
C. qui tuto. & l. legitimos. in princi. §. maxime ſi in modica. in
41 princi. infra de legiti. tut. Item † quid ſi allegaretur ſuſpicio, eo
quia deuenit debitor in calamitatem, neque tamen inſignem,
aut inopiam, non tamen magnam? certè non eſt hic iuſta ſuſpi-
cionis cauſa, vt l. ſi ab arbitro. ibi, ſi inſignis calamitas, aut ma-
42 gna inopia. ſ. qui ſatiſda. cogan. vbi tex. no. Item quid † ſi alle-
gatur ſuſpicionis cauſa, non tamen probetur illam ſuperueniſ-
ſe poſt contractum? certè nec erit allegatio concludens ad ca-
pturam concedendam, vt l. fi. C. de ſpon. cum alijs ſupra pro cõ
43 cord. allegatis. Qualiter † autem probatur ſuſpicio, & an per
iuramentum? no. gloſ. C. de iudi. l. apertiſſimi. plenius do. An-
ge. in repetitio. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. In
44 eadem † ibi, item non poterit aliquid vxor viro relinquere &c.
hic non eſt iuſta cauſa incommodi, rationibus de quibus hic
per Barto. Quibus aliam adde, ſcilicet quia non admittitur al-
legatio intereſſe ſperatæ ſuſpicionis, vt l. ex conſenſu. §. filium.
infra de appella. & l. poſt emancipationem. j. de libe. lega. In ea-
45 dem ibi, ille † ad ſolidum agere. Vult ergo Gloſſator, quòd ma-
ritus aduerſus extraneum ab eo dotem repetẽtem, & mulierem
dotantem, non gaudeat beneficio, ne conueniatur vltra quàm
facere poſſit, & in hoc eſt valde no. Nam ratio, eo quia igitur
marito datur hoc beneficium, cum agit mulier, eſt, quia inter
eos mutua ſocietas aliquid debet præcipuum inducere. Hanc
rationem ponit tex. in l. ſi viro. j. eo. l. ex diuerſo. ver. item ſi mu
lier. ibi, ſicuti cum ſocia fuerit, &c. Sed hæc ratio ceſſat in dotan
te extraneo, igitur, &c. Quid autem ſi maritus mandato vxoris
ſe dotantis alteri promittat dotis reſtitutionem, an tunc dicto
gaudeat beneficio, recurre ad tex. iuncta gloſ. j. eo. l. ſi prætor. In
46 eadem ibi, ſed mulier aget inquantum facere &c. Sentit † hic
gloſ. quòd de iure ff. excep. quòd maritus ab vxore conuentus
actiõe ex ſtipulatu, dictæ exceptionis beneficio gaudebat quod
eſt falſum, quia hoc fuit nouo iure C. introductũ, vt dicta l. vni-
47 ca. §. cum autem. In † eadem ibi, quomodo creditur fieri pau-
per. No. glo. quia id quod dicitur, aduerſam hominis fortunam
non eſſe in conſideratione, vt in §. ſacramenta. cum ſimilib. &
quod plene no. in l. diuortio. ſ. de nego. geſt. procedit, niſi præ-
ſens ſtatus rei vel perſonæ dirigatur in aduerſam fortunã, quia
tunc illa conſiderabilis eſt. Ad quod ſ. de mino. l. verum. §. ſi lo-
48 cupleti. In eadem † ibi, loco periculoſo ſunt &c. Habẽt quidam
glo. hic verbum, puta in mari. & ſi ſic eſt, Nota admi. quòd ha-
bẽs res ſuas in mari, dicitur habere in loco periculoſo, vnde ma
rito poteſt dici, & in illo allegari ſuſpicio paupertatis, & ad hoc
iſtam gloſ. quotidie allegamus. Pro qua tamen do caſum de of-
fi. rec. prouin. l. ciuitas. In eadem ibi, C. de nouatio. l. j. &c. & me-
lius ponitur in l. nec creditores. In eadem ibi, ſol. vt ibi, commu
nis ſol. vt hic per Bart. eſt, quòd ſit in dote ſpeciale. Ego vero ſe-
49 quor † ſententiam Petri dicentis, quòd poteſt ex iuſta cauſa cre
ditor debitorem ſuum inuitum alteri delegare, maxime, ſi nihil
hoc noceat, per iſtum tex. Et ita limitatur dicta l. nec creditores.
cuius dictum ego cõfirmo ea ratione, quia ſi poteſt creditor de
bitorem inuitum ex iuſta cauſa compellere alio loco ſoluere, ꝗ
conuentum fuerit, vt eſt tex. ſingu. ſecundum veram lect. in l.
vſuras. C. de ſolu. Pariter quoque eum inuitum poterit alteri de
legare ex iuſta cauſa. Preterea, ſi iuſta ex cauſa poteſt debitor cre
ditorem compellere ad recipiendum in ſolutum aliud, quàm
quod ipſe dedit, vt eſt caſus no. in dicta authen. hoc niſi. C. de
ſolu. Pari ratione, vt æquales ſint contrahentium conditiones,
debemus dicere creditorem iuſta ex cauſa poſſe inuitum debi-
torem alteri delegare. In eadem ibi, reſpondeo, vt habeat inſtru
50 mentum &c. † No. gloſ. quòd ſicut debitor compellere poteſt
in actu ſolutionis creditorem ad faciendum ſibi inſtrumentum
liberationis iure retentionis, vt l. ſi pupillus. iuncta gloſ. j. de no-
uatio. vel ſolutione facta eundem ad idem compellere iudicis
officio, vt in Authen. de colla. §. iubemus. & l. ſicut datam. C. de
libe. cauſa. in c. ſignificauit. de teſtib. cum ibi no. in gloſ. Et no.
Specu. in titu. de inſtru. edi. §. poſtquam. verſi. quid ſi ſolui. Ita
poteſt creditor compellere debitorem ad faciendũ inſtrumen-
tum ſibi obligationis probatiuum. circa quod dicit Barto. in l. ſi
finita. §. eleganter. j. de dam. infec. quòd aut poteſt creditor ad
debitum agere ſtatim, & tunc debitorem ad promittẽdum per
inſtrumentum non poteſt compellere, vt l. hoc ſenatus. §. j. ſu-
pra de vſufruc. ea. re. quæ vſu conſu. & l. ſi mulier. ſupra de
condi. ob cauſam. & l. licet. §. j. ſupra de iure dot. Et idem ipſe te-
nuit in l. ſi quis accepto. ſ. de condi. ob cãm. Aut non poteſt cre
ditor ſtatim agere, & tunc non poteſt aliter compellere debito
res ad faciendum inſtrumentum, quàm ſi timeatur de morte
teſtium, vel de futura eorundem abſentia, in l. tamen, ad hoc al
lega. Tu circa primum aduerte. quia illud fallit, cum eſt debi-
tum ex vltima voluntate, qm̃ & ſi de præſenti ſit debitum, nihi-
lominus locum habet dicta compulſio. Ad hoc text. not. j. vt le.
no. cau. l. etiam de præſenti. Secundum verò membrum eſt du-
bitabile, eo quia non vr̃ habere creditor ius cogendi dicto caſu,
cum

ADDITIO.

a Inueſtigare. Capturam debitoris iudex concedere non debet, niſi prius dili-
genter inueſtigatis cauſis ſuſpicionis.

eum ſuperſit ſibi remedium aliud, ſcilicet faciendi examinare teſtes ad rei futuram memoriam, iuxta no. in authen. ſi quis ab aliquo. C. de teſtib. & l. in l. Aquilia ſi deletum. ſ. ad leg. Aquil. & c. quoniam frequenter. vt lite non conteſt. & dicto c. ſignificauit. Sed reſponde, quòd remedium hoc, illud non excludit, vt patet in reo, qui etiam dicto remedio vti poteſt, & tamen creditorem compellit ad faciendum liberatione͂ inſtrumenti, vt præ dixi. Illud autem eſt indubium, quòd creditor faciens debitori apocham de recepto, compellere poteſt debitorem ad faciendum ſibi inſtrumentum, qualiter id quod recepit, erat ſibi debitum, vt l. ſi plures apochis. C. de fide inſtrumen. Similiter eſt
51 certum, † quod ſi inſtrumentum liberationis per creditore͂ debitori factum, eſt perditum, vel vetuſtate conſumptum, fieri poteſt compulſio, vt illud renouetur, vt habent Legiſtæ & glo. C. de diſcuſ. l. ne caſu. lib. 10. ĵ. de adminiſtra. tuto. l. chirogra. & in Authen. de hære. & Falci. in princi. eſt caſus in c. ſi. de fide
52 inſtrumen. An † autem debitor, cum ſoluit, poſſit compellere creditorem ad reddendum ſibi inſtrumentum debiti? dic quòd aut illud eſt debitoris proprium, & poteſt compelli per rei vendicationem, vel ad exhibendum actione intentata, C. ad exhib. l. fi. Aut non eſt eius proprium, & tunc ſi debitor offert creditori ſe facere inſtrumentu͂ continens qualiter id ſoluit, quod erat ex cauſa debiti, poteſt creditorem ad illud reddendum compellere condictione ob cauſam, vel ſine cauſa, C. de condi. ex l. diſſolutio. aliàs autem non, cum interſit creditoris penes eum eſſe inſtrumentum debiti, etiam poſt ſolutionem, ad hoc, vt probet ſibi ſolutum fuiſſe debitum, vt ĵ. de fur. l. qui tabulas. & l. fullo, vel ſarcinator. ad fi. & ideo tempore creditor, etiam facta ſolutione compellere poteſt alium, penes quem eſt inſtrume͂tum debiti, ad illud ſibi dandum, vt ſ. ad exhib. l. ſolutione. vbi eſt
53 tex. no. An autem † agere poſſit debitor, vt creditor ſibi reddat inſtrumentum continens obligationem, quæ effectum non habuit? dic quod ſic, C. de condi. ex lege. l. j. & vlti. C. de non nume. pec. l. ſi quaſi. & l. ſub ſpecie. C. de poſtul. In eade͂ ibi, item quo iure coget &c. vide ad quæſt. hãc l. ſi vſusfructus nomine. ſ. vſufruct. quemadmo. & l. hic ſenatus. §. j. ſ. de vſufruc. ea. re. quæ vſu. In gloſ. ſuper ver. ſit. ibi, in aduentitia ſola filia agit, &c. Eſt
54 † ergo ſententia gloſ. per authen. quod locum. in ea allegatam, filiam, quamuis in poteſtate etiam ſine patris conſenſu agere poſſe ad repetitionem dotis aduentitiæ. quod eſt in dubio verum matrimo. conſtan. quod ea ratione demonſtro, quia in aduentitijs, in quibus patri non poteſt quæri vſusfructus, filia quãuis in poteſtate patris exiſtens, legitimam habet perſonam ſtandi in iudicio ſine patris conſenſu, ſecundum communem opinionem poſitã in l. cum no͂ ſolum. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. Pro qua habetur caſus in c. ſi annum. de iudicijs. libro 6. Sed conſtante matrimonio vſusfruc. dotis aduentitiæ non poteſt quæri patri, cum ſit penes maritu͂ propter onera matrimonij, vt l. ij is qui Stichum. §. ſi dos. cum ſimilib. ſ. de iure dot. igitur &c. Soluto autem matrimonio, quo in caſu non loquitur dicta authen. quod locum. hoc eſt dubitabile. & quidem credo filiam agere non poſſe ſine patris conſenſu, quoniam tunc ceſſat ratio ſupradicta, cum apud patrem illius dotis ſit vſusfru. ex regula l. j. C. de bon. mat. & l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. vnde ſuccedit regula, vt in aduentitijs, quibus pater habet vſumfru. apud ipſum ſit exercitium agendi & defendendi, non autem apud filiam, niſi ex patris conſenſu, vt dicta l. cum non ſolum. §. vbi autem. & dicta l. j. Nec ob. dicta authen. quod locum. quia vt ex ea ad l. C. relata clare colligitur, quòd illa loquitur matrimonio conſtante, quo caſu ſecus eſt propter ratione͂, quam dixi. An autem conſtante matrimonio ſit penes patrem vſusfructus dotis filiæ, & mariti, alia quæſtio eſt, & in hoc ſequor Barto. eam ponentem ĵ. rerum amota. §. verum. & §. quo-
55 ties. In eadem † ibi, vel ſecundum Ioan. &c. Hæc opinio communiter approbatur ratione, de qua hic per Barto. & rectè. Pro ea caſus eſt in dicta l. vnica. §. extraneum. non deſtruendo literam. Et bene facit l. pater filiæ. ſ. de euict. In eadem ibi, ſola filia agit &c. addit Bald. conſuluiſſe Iaco. de Bel. & But. etiam ſolam filiam agere eo caſu, quo dos eſt profectitia, quam tamen pr͂ expreſſe eſt ipſi filiæ reddi ſtipulatus, per l. Pomponius Philadelphus. ſ. famil. ercifcun. vbi eſt caſus in dote donationem conſiſtere inter patrem & filiam in poteſtate, quod dicit eſſe Bal. ſ. l.
56 proxi. in qua etiam in dote † aliud erit ſpeciale de iure canonico, ſcilicet filiam etiam minorem ætatis habere legitimam perſonam petendi eam in iudicio. Et de hoc do text. ſing. in dicto c. ſi annũ. Vbi dicit, vel ab eis dependentibus. Eſt enim ibi caſus in ſpiritualibus, vel dependentibus ab illis, filium ſine conſenſu patris in iudicio eſſe poſſe, quamuis minorem, ſed huiuſmodi eſt dos, quæ dependet a ſpiritualitate matrimonij, vt l. 3. ſ. de iure dot. cum ſimilib. igitur &c. & hoc no. In eadem ibi, & hoc eſt præcipuum in dote. Et huius eſt ratio, quia dos dicitur filiæ proprium patrimonium, vt l. 3. §. ſed vtrum. ſ. de mino. & l. vnica. §. & hoc ex rei. C. de rei vxo. act. l. pater filiam. ĵ. ad leg. Falci.
57 In glo. † ſuper ver. filiæ. ibi, & hanc ſocietatem, ſeu communionem incidentem &c. Hæc ratio glo. ſibi vendicat locum ex parte patris, ex parte autem filiæ, ratio communis eſt, ne ſi pater ſolus de dote actionem habeat, filia indotata remaneret, vt ĵ. eo. l.
58 ſi cum dotem. §. eo autem. In glo. † ſuper ver. filiæ. ibi, l. ſi vt proponis. illa dicit, ꝙ ſi matrimonium diuortio ſeparatum reintegretur ſolum ex conſenſu coniugum, non autem parentum, ſupereſt patri dotis repetitio. Et huius ratio eſt, quia nulla fuit reintegratio matrimonij ſine conſenſu parentis de iure ciuili, vt l. Paulus. ſ. de ſta. ho. & l. nec filium. l. viduæ. l. nuptię. & l. filiusfa. miles. ſ. de ri. nup. niſi in caſu l. filius emancipatus. & l. ſi nepos. in fi. & cum duabus ſeq. eo. tit. Sed cum hodie de iure cano. ceſſet dicta ratio, quia conſenſus parentu͂ ad eſſe matrimonij non requirit͂ de neceſſitate, ſed de honeſtate, vt in c. veniens. de ſpo͂. in c. j. de deſpon. impub. in glo. & 27. q. 2. ſufficit 32. q. 2. honoratur. igitur ceſſabit d. l. diſpoſitio. & ad hoc vide quæ dixi ſ. in rubrica, & in l. j. In gloſ. ſuper verbo, iure. ibi, repellitur, ſi venerit
59 contra factum ſuum &c. † vnde vult glo. quòd ſi pater, qui pactus eſt, quòd a ſe dos non petetur, velit interim petere, non poterit, quia contra factum ſuum veniret, quod non licet, vt l. per fundum. de ſerui. ruſti. & l. poſt mortem. cum ſua materia &c. ſ. de adop. & c. diuerſis de cler. coniug. quod intelligunt hic Docto. ſi pater velit exigere, vt ipſe, ſecus ſi vt legitimus adminiſtrator filiæ, quia hoc poſſet, per no. in l. cum dos. verſi. ſi vero poſt dotis. ſ. de pac. do. quod credo ſoluto matrimonio fore verum, per ea quæ dixi in glo ſuper ver. ſi. Conſtante autem minimè, quia cum tunc no͂ habeat pater dotis vſumfructum, vt ibidem dixi, ergo non erit legitimus adminiſtrator, quia non cenſetur adminiſtrator legitimus filij in his rebus, quibus vſumfru. non habet, vt d. l. cum vero ſolum. ver. ſi non exigere. & in Authen. vt lice. ma. & auiæ. §. j. & no. glo. ſ. commo. l. 3. §. filio. & in l. ſi filij. ſ. de iureiu. In eadem ibi, ſed reſpo͂deo ſic. † Et hanc ſequitur
60 Bar. adde͂s, ꝙ filij vxoris præmortuæ patrem, dotem penes eum manentem, dilapidantem compellere poterunt ad illam redde͂dam. Conſequenter illum eius adminiſtratione priuabunt, per l. Imperator. ad Trebel. allegatam in glo. & l. fi. C. de ſenten. paſ. vide Barto. in l. ſi quis. C. de ſecundis nuptijs & in l. 2. ĵ. de vulg. & pupil. per quas leges dicit etiam compelli poſſe patrem dilapidatorem per filios, vt poſſeſſionem aliquam pro eorum alimentis conſtituat, adeo vt poſtea illius ſibi interdicatur alienatio. quod placuit domino Bal. in l. 2. C. ſi in frau. patro. Vltimo
61 extra glo. tex. † iſte volens pactum filiæ in dote non pręiudicare patri, inducitur ad duo. Primo, vt propter adulterium filiæ pater dotis petitione non priuetur. quod probatur in Authen. de nup. §. eſt quid. in authen. contra ſi filij. & l. dubium. C. de repu. Pro quo vide glo in l. ſi dotem. la prima. C. de iure dot. & C. de repu. l. conſenſu. ver. hæc. in fi. Secundum, quòd licèt renunciatio facta per filiam iure hypothecarum pręiudicet ſibi, vt l. ena͂.
62 & l. iubemus. C. ad Velleia. Non tamen patri. † In quantum autem ſupra dixi non valere pactum factum per filiam, ſcilicet, ꝙ ſi ſoluatur matrimonium morte viri, dos remaneat penes communes filios. Adde, quid ſi hoc pactum faciat pater pro filia dotem dans? dic valere. ſi ſit profectitia, ſecus autem ſi aduentitia, vt concluditur in tex. & glo. C. de pact. do. l. 2. & l. quamuis. An autem ſicut non valet pactum factum per filiam dotem dante͂, vt pręd ecede͂te marito, dos remaneat penes filios, ita in marito dante donationem propter nuptias, non valeat pactum, vt præ decedente vxore, donatio illa remaneat penes filios. gl. vnica & ſingu. dicit iſtam conuentionem valere, in l. quod ſcitis. in verbo, ex matre. C. de bon. quæ liber. quod tamen eſt dubitatiſſimum, per authen. æqualitas. C. de pact. conuen. volentem omnem æqualitatem eſſe debere inter dotem & dictam donationem. Si ergo non valet pactum in dote, ergo nec in donatione. Tene menti tame͂, quia magna eſt authoritas Gloſſatoris. Et ad
63 ſpecialitates, † quas ſupra poſui, ſeu fal. ad dictum Barto. vide aliam in l. fi. C. de iure emphy. & bonam glo. in l. iniutum. C. de
64 ꝯhen. emp. Item in quantum † quęrit, qualiter promitti debeat reſtitutio dotis per maritum vxori. & co͂cludit, ꝙ ſm̃ formam iuris co͂is promitti debet, ſm̃ l. ſi filio. §. marito. ĵ. e. & l. in reb. ſ. de iu. do. & l. cum quęrebatur. ĵ. de ver. ſig. ĵ. eo. & l. ſi quis ſtipulet͂. vbi aũt diſponeretur ſuper hoc, conſuetudo illa ſeruanda foret, ar. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edic & l. ſi prius. §. placuit. de aqua pluuia arcen. vbi aũt conſuetudines forent variæ, tunc recurrendum ad ius commune, argu. l. nemo. §. tempora-
65 lis. de reg. iu. Adde, † quòd in hoc vltimo bene loquitur. Si enim ſint conſuetudines variæ, ſtandum eſt vltimæ legitimè præſcriptæ, vt ĵ. de ali. lega. l. Mela. verſi. ſed ſi alimenta. & in c. cum de beneficio. de præben. in 6. alleg. conſuetudini primæ ſtandum eſt. & ita loquitur d. §. temporalis. ſecundum verum intellectũ. vbi autem non appareat vel prioritas vel poſterioritas, ſta͂dum eſt illi, per quã introducit mariti facilior obligatio, ĵ. de admini-

ſtra.tuto.l.tutor,qui repertorium.§.cæterum.vbi eſt caſus, in c.
ex parte. de cenſibus &c.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum filiæ quando non præiudicet patri in dotis repetitione.& quid in dote profectitia.nu.2.& vide nu.6.& 7.*
3 *Scientia filiæ, quando pater intendit agere ad dotem,quod habetur pro con ſenſu.& nu.10.& 11.*
4 *Furioſus non habetur pro contradicente in his, quæ ſi ſanæ mentis foret, condicere non poſſet.& nu.12.*
5 *Pater filia abſente, vel ignorante,præſtita cautione, quòd ad dotem profectitiam agere poteſt.*
8 *Liberatio facta per filium debitoribus paternis,an ſicut patri non præiudicat,præiudicet ipſi filio poſtea hæredi.*
9 *Filia ſui iuris quando poßit ſibi in dote præiudicare.Et ea non contradicẽs quando habeatur pro volente,& conſentiente. nu.10.*
11 *Taciturnitas an ſufficiat in actu, quando ex diſpoſitione legis licentia requiritur.*
13 *Filia furioſa exiſtente,pater ſolus agit ad dotem.*
14 *Pater agens pro filio,quando caueat filium rem ratam habiturum.*
15 *Socius agens pro altero ex ſocijs, quando dicatur habere mandatum, remißiue.*
16 *Pater quando poßit agere ad dotis repetitionem coniuncta ſibi filia.*
17 *Actio de dote competens patri & filiæ, quòd ſit vna.*
18 *Abſentia & furor in quibus conueniant,& in quibus non,remißiue.*
19 *Præſentia corporum cum animi abſentia,quòd eſſe poßit.*
20 *Emptor,cui mota eſt lis ſciente venditore,an teneatur illi litem denunciare.remißiue.*

§.Sed vtrum. Voluntas filiæ in poteſtate conſtitutę
circa dotem profectitiam ei ſui iuris
effectæ, præiudicat, patri autem minime. Et filia ſanæ mentis,
eo ipſo quòd patri de dote agenti non contradicit,fingitur con-
ſentire. Idem in filia furioſa, ſecus autem in abſente. hoc dicit.
1 Nota primo,† pacto filię nõ præiudicari patri,quominus actio
nem habeat ad dotis repetitionem,ſcilicet illam,quam & prius
antequam filia ſuper dote paciſceretur, habebat. Nota ſecun-
2 do, † quòd pactum filiæ circa dotem profectitiã tempore, quo
eſt in patria poteſtate,quamuis non præiudicet patri, præiudi-
3 cat tamen ſibi ſui iuris effectæ. Nota tertio, † ex §. voluntatis.ꝙ
ſcientia,cum non ſit contradictio, habetur pro pręſtatione con
ſenſus,ſeu voluntatis, eo caſu,quo pater ad dotem intendit age
4 re.Nota † quarto eadem ratio.quòd in his, in quibus quis ſanæ
mentis foret,non poſſet contradicere,furioſus exiſtens habetur
pro non contradicente.Et ad hoc ſemper allegamus hunc text.
5 † Nota ex eodem ver.patrem filia abſente,atque ignorante age
re poſſe ad dotem profectitiam,præſtita tamen cautione de ra-
to. Ad idem C.de procura. l.non ſolum.§. ſi dotis. In textu ibi,
quod adiuncta filiæ perſona poteſt habere, &c. Et ſic vult text.
6 quòd quemadmodum antequàm filia † ſuper dote quid paci-
ſceretur, habebat actionem de dote,exercitium filiæ tamen vo
luntate neceſſario requiſita, vt ſ̃. in ver. denique. & j̃.proxi.Ita
& nunc cum filia pacta eſt, eandem actionem habeat pater fi-
liæ accedente voluntate, non tamen ea per patrem de neceſſi-
tate habenda, vtputà, argu.l. cum dos. verſi. ſi vero ſit pacta. ſ̃.
de do. Pactum igitur filiæ patri non præiudicat etiam in illa ea-
dem act. quam ante filiæ pactum habebat. & hoc eſt ad inſtar
aduentitiorum,in quibus patri quæritur vſusfruc. & incumbit
iudicij exercitium. In illis enim nec factum filij circa actionem
aliquo modo præiudicat patri,vt l.cum non ſolum.§.filijs.C.de
bo.quæ lib.In tex.ibi,quandoque ſi ſui iuris &c.Supple, morte
7 vel emancipatione.vnde † notandum, ꝙ pactum per filiam cir-
ca id,quod cum patre habet cõmune,præiudicat eidem,etiam
ſui iuris effectę,adeo quòd ſi ſit patris,hęres nihilominus ex per
ſona patris actione de dote nõ poſſit agere. Ad hoc ſimile eius,
quod diximus,ꝙ quãuis ſit filius tutus exceptione Macedo.ſol-
uat,ſolutum non repetat,vt l.qui excep.ff.de condi.indeb.Patri
autem repetitio concedatur,vt l.ſi filius.ſ̃. ſi cer.pet. Ipſi tamen
filio quamuis hæredi etiam, vt ex patris perſona repetitio dene
gatur,ſ̃.de condi.indeb.l.ſed ſi non ſortem.§.ſi filius.ſ̃.ad Mace
do.l.ſed & mul.§.filius.C.eo.tit l.ſi permittente.Vnde ſunt hęc
8 arg. † ad quæſtionem, an liberatio facta per filium debitoribus
paternis proprijs,quamuis patri non præiudicet, C.de pact.l.fi-
lius.cum ſimi. tamen præiudicet eidem filio hæredi patris exi-
ſtenti,adeo vt nec ex patris perſona agat. Quæ fuit quæſtio Spe.
in titu.de pac.§.poſtremo. verſi.quid ſi filius.Dy. & Bart.in l.fi-
lius.j̃.de ſolu.& l.cum dominus.§.fi.j̃.de pecu. leg.& dic vt Bar.
in legibus ipſis dicit,nec refero,quia non addo. In tex.ibi, noce-
9 bit ei iſta ſtipulatio.videtur† hęc litera velle,ꝙ filia ſui iuris poſ-
ſit ſibi in actione de dote præiudicare. quod etiam videtur ex-
preſſum in l.& hæredi §.filius.ſ̃.de pac. Sed hoc intelligitur ſo-
luto matrimonio,non autem conſtante,vel ante.& hoc proba-
tur in l.Attilicinus.& l.licet.ſ̃.de pact.do.In tex.ibi, niſi euiden-
ter contradicit &c.Supple,& cauſam iuſtam contradicendi ha
beat, aliàs enim illicita contradictio vim conſenſus habet, j̃.e.l.
ſi cum dotem.ver.quod ſi is pater.& l.dotẽ.& in c.j.de his quæ
fi. a maio.par. cap. cum ibi no.In tex.ibi, videri conſentire pa-
10 ter, &c.No. † hic Bal.non contradicentem haberi pro volente,
ſeu conſentiente,quando ille vel illa requiritur ad habilitãdum
a perſonam ad agendum. Ad idem j̃.rem ra.[a] ha.l. quo enim.§.j.
vbi glo.dicit non contradicere ratihabi.pat fore. vnde arg. ſatiſ-
factum videri ſtatuto requirenti in contractibus pupillorũ con
ſenſum ſeu voluntatem conſanguinei, ſi ille ſciat, neq; contra-
dicat,quod eſt dubitabile,eo quia vt hic vides tex.in verbo,vide
ri conſentire.per hanc non contradic.reſultat conſenſus fictus,
non autem verus, ſtatutum autem de vero conſenſu intelligen
dum eſt.Ad hoc C.de his qui ve.æta.impe.l.fi.de elec.de.quod
circa.Illud autem eſt indubiũ, ꝙ vbi requiritur authoritas, non
ſufficit conſenſus tacitus ex non contradic. reſultans, quoniam
authoritatis interpoſitio verborũ expreſſionem deſiderat,adeo
vt neq; nutus ſufficiat,vt no.glo.ordi.in l.etiam.ſ̃.de autho. tut.
Pro qua alleg. caſum j̃.de tute. l.i.§.nutus. Simile eſt de licentia
11 †.vbicunq;.;Etenim lex deſiderat,ꝙ ad actus legitimationis,ſeu
perſonæ alterius licen.non ſufficiat tacitus conſenſus, ſed requi
ritur vera expreſſio, vt eleganter determinat Io. And.in c.ſi ab-
batem.de elect.lib.6.in nouella. & ſequitur Lap. in ſuis allega-
tionibus,alleg.89.quod dictum non eſt alibi.In tex. ſi filiam fu-
12 rioſam habeat &c.vbi † igitur actus fit aduerſus quem exiſten-
tem ſanæ mentis,qui non potuiſſet contradicere, vt eſt in patre
dotem iuſte petente,furioſus exiſtens habetur pro non contra-
dicente, ſecus vbi actus fieret, in quo ſanæ mentis exiſtẽs poſſit
diſſentire,quoniam tunc furioſus exiſtens habetur pro non con
ſentiente,vt l.qui ad certum.ſ̃.locati. Fallit autem hoc in nego-
ciorum geſtione,quoniam & ſi in illa ſanæ mentis exiſtens po-
tuiſſet contradicere, tamen furioſus exiſtens habetur pro non
contradicente, vt l.3.§.ſi furioſus.cum ſeq.ſ̃.de neg.geſt. In tex.
13 ibi,conſentire.ibi,quis eam merito credet &c.Cum † enim filia
eſt furioſa,poteſt pater ſolus de dote agere.& idem econuerſo,
cũ furioſus eſt pater,ſiue malæ vitæ.aut abſens, poteſt filia age-
re actione de dote ſola,paterno non expectato conſenſu,vt pro-
batur in l.filius. §.nam quod ad dotis.ſ̃.de procura & in l.ſi lon
gius.§.ſi filius C. de iudi. ſ̃. ſi certum petatur. l. ſed ſi vnus. §.
prætor. & §. filio. j̃.de iniur. & l.ſi cum dotem. verſi. necnon. j̃.
eodem. Et eſt certe no.dignum, quòd patre abſente ſeu demen
te poteſt filiafami.circa dandam dotem, ſola pacta omnia adij-
cere paterno non accedente conſenſu, vt eſt caſus ſingu. ſ̃. de
pact.do.l.quoties. Quam tamen hodie puto correctam per l. ſi
furioſi.C.de nup.volentem in caſu dementiæ dotem cõſtituen
dam filiæ arbitrio curatorum,& ſic ille, cuius eſt arbitrio cura-
toris,& conuentioni adijcietur circa dotem. In tex.ibi, rem ratã
14 filiam habituram, &c. No.tex. † ꝙ quamuis vbi pater agit tan-
quam legitimus filij adminiſtrator,non requiritur eum cauere
rem ratam filium habiturum, vt glo.firmat in §. ſed hoc hodie.
Inſtitu.de ſatiſda.in l.cum nõ ſolum.§.vbi autem.C.de bo.quæ
libe.Item & vbi agit pro filio, vt omnino extraneus, requiritur
ſatiſdatio,vt l.filius.ſ̃.qui ſatiſd.cog. vbi tamen agit nomine pro
prio,eo tamen caſu,quo requiritur conſenſus filij,ſi non agit vt
legitimus adminiſtrator, debet cauere de rato. Ita eſt hic caſus
no.ibi,in d.§.ſed in dotis.l.non ſolum.de procu.per Bar.in l.2.in
15 §.filia.j̃.rerum amo.In gl. † ſuper ver.admiſſam. ibi, vnus enim
ſociorum nomine ſuo tantum,&c.Et ſic ſentit gl. ꝙ vnus ſocio-
rum non videatur habere mandatum agendi pro alio ſocio. de
quo dic,vt infra dixi hoc anno in l.2.§. ex his.j̃.de verb. oblig.in
vno autem ex duobus reis credendi non ſecus, clarum eſt eun-
dem ſolum ſuo nomine agere,non autem correi,vt ſ̃.de arb.l.ſi
16 duo.In eadem† ibi,hic ipſo iure &c.Hæc ſolu.reprobatur per le
gẽ,nihil intereſt.j̃.de reg.iu.& ſimiliter ſequens, vt hic per Bar.
dicentem poſt Iac.de Are.ꝙ vera ſol.ad d.l.eſt, ꝙ aut pater vult
agere ad dotis repetitionem coniũcta ſibi, vt quaſi ſocia in act.
de dote filia, cuius facto alteri facta fuerat mariti delegatio, &
tũc non poteſt,quia cum addidiſſet ſecum inhabilem ad agen-
dum,repellitur.Et iſte eſt caſus in d.l.cum dos.ver.ſi vero ſit pa
cta.vbi eſt caſus ſing.ꝙ reijcitur libellãs,cuius perſona agere po
teſt,ſi ſibi copulet impotẽtem agere. Huius eſt ratio, quia quod
poteſt agens facere,nõ vult.Poteſt enim agere ſolus, & hoc ne-
gligit,quod autem vult, non poteſt, quia vult agere coniuncto
ſibi act. carenti,quod quidem nõ poteſt,cum nemo ſine actio-
ne experiatur,l.ſi pupillus.§. videamus.cum ſim.ſ̃.de neg.geſt.
vnde nullius eſt petitio, eo quia repugnant adinuicem volũtas
& poteſtas,C.ſi quis alteri, vel ſibi.l.multum intereſt. de offi.de
le.c.cum ſuper.& hæc eſt vera ratio illius ver.Aut pr̃ agere vult
de eiuſdem filiæ ita denegantis voluntate,non tñ ad eius vtilita
tem,& tunc poteſt,& ita intell'r iſte tex.in ver.ſed vtrũ.Pro quo

l.ſi.

A D D I T I O.

a Vide Bal in l.Titius.ſupra quib.mo.pig.& in l.ſi filius C.de peti.hæredi.

l.filius.ver.nam quod ad dotis.ſ.de procura.qui tex. ſecundum
eoſdem probat hanc diſtinctionem,quod iudicio meo non vi-
detur verum,eo quia ibi nec dicitur, quòd filia, cuius volũtatis
pater de dote agit,vel procurator ad agendum conſtituit, act.ſi
bi competẽte priuata foret,prout eſt in tex.noſtro. Sed vult hic,
quòd ad hoc vt pater de dote agere poſſit, nõ eſt neceſſe, quòd
agat ſimul cum filia, ſed ſufficit, ꝙ agat de filiæ voluntate, qua
manifeſtata per non contradictionem ſoli patri agendi compe
tit exercitium, & ita vult ille tex.vnde puto, ꝙ verus intellectus
huius ver. ſed vtrum iſte ſit, ſcilicet quòd propter factum filiæ,
hoc eſt,ꝙ pater non perdit illam actionem de dote,quam habe
bat adiſicta perſona filiæ,hoc eſt quæ ſibi erat communis & fi-
liæ,& hoc eſt,ꝙ quo ad exercitium habebat accedente volunta
te filiæ,quæ colligitur ex ſola non cõtradic. Ad hoc ſimile opti
mum,ſcilicet quod propter factum filij pater non perdit exerci
tium eius actionis,quod vt legitimus adminiſtrator habebat in
his bonis filij,quorum ſibi quæritur vſusfructus accedente filij
conſenſu, vt patet in d.l.cum non ſolum.§.vbi autem.iuncto §.
filijs autem.Et ſic vbi filia nõ fuiſſet pacta ſuper dote,patre age-
re volente requireretur eiuſdem conſenſus,vt ĩ.in l.proxi.vbi fi-
lia paciſcenti pater eandem actionem intentat ſine filiæ volun
tate & ita eſt hic recte caſus. Si autem dicto caſu intentat vnà
cum filia,ab agendo repellitur propter miſtionem inhabilis. Et
iſte eſt verus intellectus dicti ver. ſi vero ſit pacta. & hoc modo
nulla eſt inter iſtos tex.contrarietas,ad cuius ſolutio.valde labo
17 rauerunt Docto. In eadem ibi, ſed Ioan. † dixit.vna eſt ergo ve-
ſunt dos,ſed acceſſorium dotis,vt j.eo.l.ſi marito.§.ſi. ergo peti
tioni eorum non poteſt obijci compenſatio, quia noluit lex il-
lum fauorem attribuere acceſſorio, quod attribuit principali,
quamuis hoc ſit contra regulas cões.Sed certe hic non videtur
eſſe ſenſus Gloſſatoris indiſtincte loquẽtis. Præterea & male di
cit Bal. quia ſiue fructus a marito ante matrimonium percipiũ
tur,ſiue poſt illud ſolutum, dicetur dos ex eis pariter augeri,vt
l.ſi marito.in fi.& l.dotalem.& l.dotis fructus.§.j.& l. ſi ſeruo.
ſ.de iure do.l.videamus.§. cum matrimonium.ſ. de vſu.& l.ſi
ante.ſ.eo.De materia autem cõpenſationis quo ad dotem per-
tinet,& eius fructus,dicam plene j.eo.l.rei iudicatæ.§.j.Illud ta-
11 men tene † menti, quod paraphernalia mulieris priuilegijs do-
tis nõ gaudent,niſi in caſu l.fi.C.de pac.conuen.gl.eſt ſing.ſ.de
iu.do.l.ſi ego.§.dotis.In ea.ibi,hic res amotæ & donatæ,& fru-
12 ctus deſierunt eſſe &c. vult ergo hic gloſ.notabiliter,† ꝙ debiti
quantitatis ad fructus extantes non admittitur compẽſatio, ſed
conſumptos ſic Et idem vult in l.neq;.C.de compẽſa.Sed huic
obiicitur de tex.l.j.& 2.C.de pigno.actio.c.cum contra. cum ſi
mi.de pig. vbi dicitur per creditorem computari debere in ſor-
tem mutuatã fructus, quos ex pignore percipit. Soluitur cõiter
illud intelligi in fructibus conſumptis,qm̃ extantes non compu
tantur in ſortem.ſed pignoris eſſe dicũtur,quemadmodum res
principalis,vt l.j.C.de pact.pig.& l.3.C.quib.mod.pig.vel hypo
the. tacite contrah. Et ſic habes ad caſum l.j. & l.is cui.§.quæri
poteſt.ſ.vt in poſ.leg.volentes fructus rei pignoratæ computa-
ri in ſortem.Limita tamen hanc primam,ſ.niſi illi exiſtent,qm̃
13 non imputantur, vt ſ. dixi. Scda eſt, niſi quis † pignori accipiat
rem,in qua habet directum dñium,vtputa dñs fundum vaſalli,
qm̃ tũc nec fructus,quos percipit,in ſortem computat,de vſur.
c.conqueſtus.de feud.c.j. vbi eſt caſus no. An autem illa iura lo
cum habeant, cum dñs in pignus recipit fundum emphyteuti-
carium, vel proprietarius ab vſufructuario ius vſusfructus? dic
vt notabiliter per Hoſt.in ſum.ſua in tit.de vſu.§.in aliquo. Ter
14 tia,niſi in † pignus quis recipiat rem ſuam,quam aliàs a poten-
te forti detentore recuperare non poterat,niſi titulo pigno.acci
peret,certa pecunia mutuata,quia tũc nec fructus imputat. Ca
15 ſus eſt ſing. de vſu c.j. Tertia eſt, niſi † pignus pro dote accipiat
mari-

maritus,quia nec illos in pecuniam dotis imputet, de vſuris.c.
16 ſalubriter. Vltima,niſi in pignus accipiens † cōtemplatione pe-
cuniæ mutuandę magnos labores ſuppoſuerit,quoniam fru
ctus in ſortem non imputat, ſed in compenſat. laboris cedunt,
vt ſingulariter determinat Hoſtien.in ſumma,de vſuris,§.in ali-
quo.argu.c.ad noſtram. de reb.eccle. Et ſequitur Ioan.And.in
d.c.conqueſtus.licèt Hoſt.ibi non alleget. Et hæc vera,quia per
Legiſtas non ponitur nec hic nec alibi. Dicit autem Bal.ꝙ cum
ipſi fructus ex re pignorata percepti ſunt conſumpti, inducitur
extenuatio debiti ipſo iure abſq; ope exceptionis . & nihil alle.
Tu autem de hoc allega caſum ſingularem in l.j. C.de diſtract.
pig. vbi dicit non propriè appellari compenſationem, quia illa
deſiderat exceptionē obiectam, vt l.fi.C.de ſponſa.niſi in caſu l.
ſi conſtat.eod.titu.& l.cum aliter.cum ſimi.ſ. eod.titu. Sed cer-
tè regulariter videtur liquidę quantitatis,ad liquidam ipſo iure
fieri compenſationem, vt videtur caſus in l. poſteaquàm. ſ. de
compenſa. Et dic,vt ibi,& in l.Mæuius.§.arbiter.ſ. famil.erciſ.
17 Nota autem ſecundo † principaliter glo.Barto.quòd cum quis
ex re mea fructus licitè percipit, vt maritus ex dote vxoris, pro-
cur.in re dotali,illis conſumptis,non ad ipſos,ſed ad eorum ęſti
mationem tenetur. Quod dicit no.quia ſecūdum hoc non po-
terit creſcere ſeu decreſcere ipſorum æſtimatio. quod dicit Bal.
eſſe notan.reſpondens ad l.vinum.ſ.ſi cer.pet.quæ videtur con
18 trafacere. Et ex † hoc arguēns,quòd procedat libellus. peto fru-
ctus, ſi extant, aliàs eorum æſtimationem.de qua libellandi for-
ma dic vt dixi in l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb.oblig.
19 An autem bonę fidei poſſeſſor † fructibus naturalibus,vel indu
ſtrialibus conſumptis ad eorum ęſtimationem teneatur, vel ſal
tim obligetur quatenus ſit factus locupletior, dic vt plene not.
Inſtit.de rer.diui. §.ſi quis a non domino.& Inſti.de offi.iudi.&
§.ſi in rem.& in l.ex diuerſo. ſ.de rei vendi.ſ. de vſur.l. fructus.
l.qui ſcit.de acquir.rer.domi.l.bonæ fidei. C.de rei vendi.l.cer-
tam.& per Inno.de reſtit.ſpolia.c.in literis. In ea.ibi, ſpeciei ad
20 ſpeciem, vel † ad quantitatem &c.Quid autem ſi ſit ex vna par
te quantitas,ex alia vero debitum alternatiuum ſpeciei vel quā
titatis, an tunc poſſit obijci compenſatio? dic vt in l.ſi debeas.ſ.
de compen.vbi eſt tex.notab. In glo.ſuper verbo,anno.ibi, quid
ſi in primis ſex menſibus &c. Hæc glo.bene loquitur,& eam de
clàra, vt hic per Bar.quem non refero, quia nō adderem. Dum
21 autem ipſe † in §.ob donationes,quęrit,an inuito creditori pro
vno genere mutuato,ſolui poſſit genus eiuſdem materiei,licèt
diuerſæ formę. Adde quòd de hoc plene poſt eundem dixi in l.
2.§.j.& in l.cum quis.ſ.ſi cer.pet. Et vide notabilem legem,quę
probat,ꝙ ſic ſm vnum gl.intellectū in l.triticum.in §.j.j.de ver.
22 obli. Item adde,ꝙ † in tributis, fiſco inuito ſolui poteſt pecunia
in alio genere & forma,quàm tributum deſignatum ſit,dunta-
men eadem ſit in effectu quantitas, C.de argēti precio.l.j.& C.
de collatio.æris.l.j.lib.10.in quibus eſt caſus notabilis.

SVMMARIVM.

1 *Arbores cęduæ in fundo dotali exiſtentes, cenſentur in fructu. & quando cędantur. nu.8.*
2 *Arbores non cęduæ,cęſæ, vel vi ventorum diruptæ,non ſunt in fructu.*
3 *Theſauri inuenti in re dotali per maritum,qualiter diuiſio fiat.*
4 *Fructus dicitur,quod inciſum renaſcitur.& nu.11.*
5 *Emphyteuta,vel feudatarius,non poteſt ex fundo arbores fructiferas cędere,niſi cęduæ ſint,& ſi cędunt, an perdant fundum.nu.6.*
7 *Arbores eiectæ vi tempeſtatis, quando ad fructuarium pertineant.*
9 *Impenſa facta pro inciſura lapidis,quæ renaſcitur in fundo dotali, qualiter deducatur.*
10 *Fructus ſyluarum exiſtentium in locis priuatis,quòd pertineant ad dominos locorum.*
12 *Fructus,redditus,& prouentus,quid comprehendant, & in quo differant.*
13 *Fructus,quòd etiam dicatur facultas dandi rem in pignus.*
14 *Fœnum vel palea,quòd dicuntur fructus.*
15 *Maritus pro damno dato in re dotali,an teneatur lege Aquilia,& an competat interdictum,quod vi aut clam. nu.8.*
16 *Dictio,quaſi,quando ſit veritatis expreſſiua, remiſſiue.*
17 *Actio rerum amotarum quando detur inter coniuges.*

§.Si fundum. Arbores cæduæ ſunt in fructu, ſecus
in arboribus fructiferis, vel theſauris,
& lapidicinis,quod renaſcitur in fructu eſt, ſecus ſi non renaſci
tur. Et idem eſt in argenti fodinis & auri ſodinis. hoc dicit vſq;
1 ad §.interdum. Nota primo ex §.ſi fundum.quòd † arbores cę-
duæ in fundo dotali conſiſtentes dicuntur in fructu eſſe,& ideo
earum inciſarum, vt fructuum,fit diuiſio inter coniuges. Quæ
autem cæduæ dicantur, dic vt l.ſylua cędua.j.de verbo. ſignifi.
2 Nota ſecundo † ex eodem, quòd arbores non cęduæ, cæſæ, vel
quæ diruptæ ſunt vi ventorum, in fructu eſſe non dicuntur,er-
go earum non fit inter coniuges diuiſio, ſed lucro vxoris cedūt,
3 Nota tertio ex eodem, quòd † theſauri per maritum in re dota
li comperti diuiſio fit inter coniuges, quēadmodum comper-
ti in fundo alieno. Qualiter autem illius tunc fiat diuiſio? dic vt
in §.theſauros.Inſtitu.de rer.diui.l.nunquàm.§.theſauros.j.de
acqui.rer.domi.& C.de theſaur.l.vnica.lib.10.Et adde l.a tuto-
re.ſ.de rei vend.& l.non intelligitur.in fi.j.de iure fiſci.Nota in
4 §.ſi vir † in fundo.notabilem regulam,ad quam text. continuo
allegatur,quòd illud in fructu tunc dicitur,quod licèt inciſum
ſit, tamen renaſcitur . In textu quaſi fundum deteriorem fece-
5 rit &c. Maritus enim † quamuis rei dotalis dominus, non po-
teſt ex fundo dotali arbores pomiferas cędere, niſi ſint cęduæ,
vnde arguit hic Dyn. quem ſequitur Barto. & etiam Ange.in l.
ſi colonus.infra arb. furt. cæſa. quòd emphyteuta ſeu feudata-
rius ex fundo arbores fructiferas non poſſit cędere, niſi cęduæ
ſit.Et idem eſt in fructuario, vt patet in l. ſi fundum. §. fi. cum
duobus ſeq. ſ. de vſufruc. Idem etiam in colono fiſcali, vt l. in
fraudem. §.conductor.j.de iure fiſci. Subdit tamen Bal. quòd
incidere ex eo arbores poteſt, ſi indigeat fundus ipſe reparatio
ne. Alleg.tex.no.in l.arboribus.in ver.materiam.qui tamē hoc
non probat ſm intellectum glo.ſuper verbo,materiā.vnde me
lius videtur facere lex,quæ proxime ſequitur d.l.item fundum.
6 §.fi.Item dicit ſe conſuluiſſe allegando † Specu.in tex.in authē.
qui rem. de ſacroſanc. eccle. quòd ſi propter inciſionem arbo-
rum fundus factus fuerit deterior,cadunt incidentes a iure em
phyteuſis,& feudi,quod Moderniores dicunt procedere in em
phyteuſi eccleſiæ , non autem priuati , cum de eccleſia ſolum
loquatur d.auth.qui rem. Et allegat ea,quæ habētur in l.j.C.de
iure emphy. Sed loquuntur male , quia & video, ꝙ ſi feudata-
rius priuati,& cōſequenter emphyteuta admonitus,fundū de-
teriorem facere non deſiſtit,petente domino cadunt a iure ſuo.
Caſus eſt ſingularis in c.j.§.quicunq; aduocatum de pace tenē.
aliàs in c.j.§.quicunq;.de cle.vio.pa.in vſib.feud.per quem tex.
ſententiam Bal.ego cōfirmo.In tex.ibi,ſed ſi vi tempeſtatis &c.
7 Arbores † ergo vi tempeſtatis ex fundo dotali eiectę ad lucrum
non pertinent mariti,ſed mulieris. Si autem ex fundo fructua-
rio eiectę ſint,dicas quòd vi tempeſtatis ad vſufructuarium nō
pertinent,niſi quatenus ad eius vſum,atq; agri ſunt neceſſariæ,
pro reliquo vero pertinent ad proprietarium,vt l.arboribus.in
princi.præallegata.& l.Proculus.§.fi.eo.tit. Si vero propter ve-
tuſtatem , vel aliàs ex ſeipſis ceciderunt , tunc pertinent ad fru-
ctuarium,vt in eodem titu.l.agri,vbi eſt caſus.Sed an in locum
cadentium teneatur alias ſubſtituere? Reſpōde,quòd ſi vi tem
peſtatis ceciderit, non tenetur, ſecus autem ſi propter vetuſta-
tem,vel alio caſu ſimili,vt de primo eſt caſus.C.de vſufruc.l.ar-
bores.De ſecundo in dicta l.agri.& Inſti.de rer.diui.§. ſed ſi gre
gis.§.& vindemiarum. Et hæc omnia multum notanda ſunt tā-
quàm deciden̄tia caſum, qui accidit in pręmiſſis in perſona em-
phyteutæ,vel feudatarij. In tex.ibi,ſi arbores cęduæ &c. Poſſunt
8 ergo cęduæ cędi,quia † in fructu ſunt. Sed quādo? dic enim om
nes arbores cęduæ ſunt quo ad inciſionem maturę,quoniam ſi
quædam maturę,quędam non,non ſit inciſio maturarum,ſed
debet expectari maturitas immaturarum, vt de primo eſt caſus
in l.ex ſylua.ſm vnam lec.ſ.de vſufruc.De ſecundo eſt tex.ſing.
ſm vnā lec.eo.tit.l.ſed ſi glandes. Fallit tamen hoc in oliua,quæ
etiam immatura cędi poteſt,eo quia maiorem fructum produ
cit,ꝙ̄ matura, vt l.ſi abſente §.fi.e.ti.licet nō ita bonū. Ideo dño
ꝯ immaturā ipſam leg.Aqui.actio datur.ſ.ad leg.Aqui.l.ſi ſeruus
9 ſeruū.§.qui immaturam.In tex.ibi,& impenſa † non eſt ei prę-
ſtāda &c.Supple,quatenus facta eſt pro inciſura lapidis,qui re-
naſcitur,qm̄ illa deducenda eſt ex lapide,qui eſt in fructu,tanꝙ̄
impenſa facta pro quolibet alio fructu quærēdo, vt l.fructus.ſ.
eo.& l.3.§.generaliter.j. tit.proxi. quatenus autē eſſet facta pro
reperiendo lapidicinam,illa ab vxore præſtatur viro,tanꝙ̄ impē
ſa vtilis,cum propter eā fundus ſit redditus fructuoſior,vt l.fi.ſ.
de fundo dota. Et quod ad eam reperiendam agitur actione mā
dati,vel nego.geſt.vt j.ea.l.§.impendia.& in l.1.§.ſed nec ob im
penſas.C.de rei vxo.actio. Et ſm hoc caſus in iſto ver.non muta
tur,prout vult glo. quod cōiter Doct.ſequunt̄. In tex.vel cuiuſ-
10 libet alterius materię &c.Supple † ſyluarum,ſm gl quę ad hoc
alleg.l.j.§.j.j.quod cuiuſque vniuerſi. Sed illa hoc non probat.
Vnde allega tu tex.notabilem in l.magis puto.in princi. j.de re-
bus eorum.qui tex.eſt ſingularis ad probandum hoc, quod gl.
dicit,ſcilicet quòd fructus ſalinarum exiſtentium in locis priua
tis pertinent ad dominos locorum,licet exiſtentiū in locis Prin-
cipis pertineant ad Principem, vt eſt tex.in c.j. quæ ſint Regal.
in vſibus feudo. Et ita conſului in ardua quæſtione apud Vol-
terras, licèt quidam conſuluerunt oppoſitum, per tex. in d.c.j.
non aduertentes, quòd ille loquitur, cum ſalinæ conſiſtunt in
publico, ſecus cum in priuato, vt eſt gloſ.hic,& tex.notab. in di-
cta l.magis puto. vnde quod dixi obtentum fuit. In tex. ibi, niſi
11 † talis ſit, vt lapis ibi renaſcatur &c. Ponit ergo text. notabilem
regulam ad cognoſcendum, quid in fructu eſſe dicatur, ſcilicet,
vt dicatur illud, quod inciſum renaſcitur. Alibi autē dicit text.
in fructu eſſe id, quod ad vſum hominis inductum eſt, vt l. in
fructu

fructu.j.de vſufruc.leg.&c.Hoc decidit hic Bar.& In l. quędam.
§. nihil intereſt.ſ.de eden. Quod quamuis vxori maritus lega-
uerit vſum fructum omnium bonorum ſuorum, nihilominus
eius loco non cedit id, quod percipitur mercede inſtrumento-
rum, quæ ſumuntur ex protocollis ipſius mariti, qui fortè nota-
rius fuerat, eo quia merces illa ſemel exacta, iterum non renaſci
tur, cum non ſit veriſimile ei, cui redditum eſt ſumptum, illud
perditurum, & ſic mercedem iterum debitam futuram. Sed ad-
uerte, quia mirũ eſt, quomodo tantus Doct. ita vehementer er
rauerit. Dicit enim contra caſum rotundum in l. vxori. la 2. in
verbo, item calendarij vſusfructus &c. j. de vſufru. leg. Ibi enim
eſt text. ꝙ facto vxori legato generali vſusfructus bonorum, de-
bet ipſa habere vſumfructum Calendarij ergo vſumfructum
pecuniæ exactæ ex eo nomine debitoris deſcripti in calendario
mariti, & tamen non eſt dubium, quòd pecunia illa ſemel exa-
cta nõ renaſcitur, quia bona fides non patiť, vt ſemel exactum
iterum exigatur, vt in regula iuris, bona fides. Secũdo ad idem
tex. in l. vxoris. la j. eo. tit. Tertio, quia vſufructuario non ſolum
cedit lucrum fructuum, ſed etiam prouentuum ſeu obuentio-
num quarumcunq; ex bonis teſtatoris prouenientium, vt l. vſu
fruc. leg. ſ. de vſufruc. Sed prouentus nomine includitur etiam
illud, quod cæſum ſeu exactum non renaſcitur, vt j. dicam, igi-
tur &c. Et hanc opi. ſequitur Bal. hic, licèt nihil alleget, & etiam
in l. 2. C. de fruct. & lit. expen. An autem dictum Bart. poſſit eſſe
verum, caſu quo legatus eſſet vſusfructus omnium bonorum,
pendet ex eo, quod ponit gl. in l. ſi quis ita. ſ. de vſufr. & plenius
ipſe Barto. in l. ſundum Trebatianum. de vſufruc. lega. Attende
12 tamen, quia multoties † in contractibus ac conceſſionibus ver-
ba hęc tria inſimul coniunguntur, ſ. fructus, redditus, & prouen
tus. Quæ ergo inter hæc eſt dr̃ia? dic ꝙ fructus proprio ſumpto
vocabulo, ille eſt, qui cæſus renaſcitur. hic eſt caſus. Redditus ẽt
idem, ſed magis generalis eſt eius appellatio in hoc tantum, ꝙ
quamuis partus ancillæ non veniat appellatione fructuum, vt
l. in pecudum. ſ. de vſur. l. vetus. ſ. de vſufru. Inſtit. de rer. diui. §.
partus. tamen venit appellatione redditus, in l. Paulus reſpon-
dit. §. j. ſ. de vſufruc. & l. deducta. §. hæreditatis. cum ibi no. j. ad
Treb. Habent Canoniſtæ glo. in c. generali. de elect. lib. 6. & po-
nunt eam Moder. in c. ſi quis tua. de reſcri. eo. lib. Verbum pro
uentus idem, ſed eius appellatio eſt omnium generaliſſima, de
quo quidem verbo Legiſtæ habent ſolum tex. tres, vnum in l.
magis puto. §. ne paſſim. j. de reb. eorum. Alium in d. l. vſufruc.
lega. & alium in l. j. ſ. de exerci. Quartum adde in l. vſuræ. C. de
13 vſuris. Item inquantum ibidem † poſui, quid veniat appellatio-
ne fructus. Adde, an facultas dandi rem in pignus, fructus ſit? &
certe ſic, eſt tex. in l. fi. ſ. de vſu. & in l. fructus. de reg. iur. licèt con
trafaciat C. de vſufruc. l intereſt. Sed ſolue, vt ibi in gloſ. Item
14 † quid in fœno? dic idem, vt in l. precium. j. de verb. ſigni. & l. ſi
abſente. in fi. ſ. de vſufruc. Idem etiam in palea, vt no. Specu. in
titu. de deci. §. j. ver. fi. argu. l. ſi fructuarius meſſem. ibi. dum di-
cit, ſtipulam. Sed iſti non declarant, quid hæc ſint. Solum autẽ
Innoc. reperio declarantem, qui in c. paſtoralis. de donatio. di-
cit verbum prouentus, lucra vndecunque prouenientia inclu-
dere. Et ad declarationem dictorum verborum diligenter te-
ne menti. In gloſ. ſuper verbo, tenebitur. ibi, vel ſuper le. Aqui-
15 lia. Hanc † importat Dyn. & Barto. quia cum maritus ſit domi-
nus rei dotalis, vt l. in rebus. C. de iure dot. ergo ratione damni
per eum in ipſum illati, non competit lex Aquilia, quæ nõ con
tra dominum, ſed domino competit, vt l. item Mela. §. legis. ſ.
ad leg. Aquil. Nec obſtat §. ſi cum maritus. in gloſ. allegatus.
quia ibi vxor damnum dedit in rebus proprijs mariti, hic au-
tem maritus in ſuiſmet. Et ita etiam ſoluitur contrarium de l. j.
in eo. titu. Bal. autem ſaluat gloſ. dicens, quòd contra maritum
habentem in dote dominium qualificatum, competit vxori ſal
tem vtilis Aquilia, arg. l. ſed ſi proprietatis. iuncto §. fi. l. præced.
& l. ſed ſi ipſa. ſ. ad leg. Aquil. Tu aduerte, quia videtur vxori ad
uerſus maritum nulla Aquilia competere, eo quia conſtante
matrimonio inter coniuges non competit pœnalis actio, vt eſt
caſus in l. 2. C. rer. amo. Sed illa eſt huiuſmodi, igitur &c. Sed ſol
ue tenendo Bal. quòd iſto caſu Aquilia immutat naturam ſuã,
quia omni caſu quo a lege pœnalis actio datur, inter coniuges
reſtituitur, & deſinit eſſe pęnalis. Caſus eſt valde nota. ſ. de ſer.
corrup. l. vlti. In gloſ. ſuper verbo, alieno. ibi, contra nos, qui
dicimus maritum rei dotalis &c. Quomodo maritus intelliga-
tur? dic vt habetur in legibus allegatis in gloſ. in l. ſciendum. §. ſi
fundus. ſ. qui ſatiſda. cogan. & In l. quamuis. ſ. de iure dot. In ea
16 dem ibi, non † autem expreſſiua veritatis &c. Quando hæc di-
ctio quaſi, ſit nota improprietatis, & quando expreſſiua verita-
tis, dic vt plene no. Barto. ſ. eod. l. ſi ante. Cui adde tex. l. 3. ſ. de
condic. ob cauſam. in princi. In gloſ. ſuper verbo, eam. ibi, &
ſic mutat caſum &c. Iſta communiter tenetur. Sed clarior eſt
lect. quam dedi in tex. In eadem ibi, tunc de dolo &c. Iſta cõi-
ter reprobatur, eo quia hæc actio eſt famoſa, illa aũt inter con-
iuges non competit, vt in d. l. 2. C. rerum amor. Præterea compe
17 tit † conſtante matrimonio contra vxorem iſto caſu ſecundum
Doct. marito actio ad exhiben. & iniuriarum, vt l. qui penden-
tem. ſ. de act. emp. ergo non competit de dolo, per regulam l. j.
§. ait prætor. cum ſimil. ſ. de dolo. Quod tamen de actione iniu
riarum dicunt, mihi non placet, quia illa famoſa eſt, igitur &c.
vt in d. l. 2. vnde veritas eſt, ꝙ eo quia impenſa fuit vtilis, compe
tit negotiorum geſtorum actio, vel mandati, vt in d. §. ſed nec.
18 & in d. §. impendia. Cogitabam † tamen, an contra maritum in
cidentem in fundo dotali arbores fructiferas competat interdi
ctum, quòd vi aut clam, quod contra ita incidentem generali-
ter competit, vt in l. ſi alius. §. non minus. ſ. quod vi aut clam. &
certe videtur, ꝙ non, quia quamuis hoc interdictum non indu
cat infamiam iuris, vt l. neque. ſ. de vi & vi arma. tamen inducit
infamiam facti, ergo nõ competit inter patrem & filium, inter
quos non datur actio famoſa, vt l. j. §. hoc interdictum. ſ. de vi
& vi arma. & l. honori. & l. licèt. infra de obſeq. videtur pari ra-
tione nec inter coniuges.

S V M M A R I V M.

1 *Impenſa facta pro cuſtodia fructuum, quando deducatur.*
2 *Impenſa facta pro cura ſerui dotalis, ſi magna fuit, dicitur neceſſaria.*
3 *Maritus, quòd repetit impenſas vtiles factas in re dotali, & quando ex fructibus non deducantur.*
4 *Impenſæ factæ per maritum in cuſtodia caſtri in dotem dati; qualiter repe tantur, vel tanquàm vtiles, vel neceſſariæ.*
5 *Fructus cum extant, & dubitatur, poteſt proteſtari, quòd non amoueantur, niſi præſente domino, vel eius procuratore.*
6 *Dominus concedens fundum in emphyteuſim, poteſt ſibi fructus arboris in eo exiſtentes reſeruare.*
7 *Sumptus facti pro cultura vnius anni, quòd non poßint deduci de fructibus alterius anni.*
8 *Solui quod debeat de fructibus præteritis, & de futuris caueri debet.*
9 *Diuiſio fructuum percipiendorum qualiter fieri debeat, & quando quis habeat ius retinens pro ipſa diuiſione fienda. & nu. 10.*
11 *Fructibus reſtituendis quamuis mobilibus non datur dilatio, annua, bima, trima die.*
12 *Maritus, ac ſocer, hæres, pari ratione procedunt.*
13 *Impenſa facta gratia quærendorum fructuum, de fructibus deducitur.*
14 *Vxor quando poßit ſibi reſeruare partem fructuum ex fundo in dotem dato percipiendorum.*
15 *Animus contrahentium, quòd præſumitur talis, qualis conuenit natura contractus.*
16 *Impenſa facta in fructu vnius agri ſterilis, poteſt deduci ex fructu alterius agri, & anni fertilis.*
17 *Verbum cautio, quando verificetur in nuda cautione, vel requirat fideiuſſorem. & nu. 18. 19. & ſeq.*
23 *Maritus etiam de iure Digeſtorum, quòd in reſtitutione dotis conſiſtentis in immobilibus non gaudeat dilatione conceſſa pro mobilibus.*
24 *Res mobilis ſurrogata in locum rei dotalis immobilis, ſtatim non reſtituitur.*
26 *Dilatio in reſtitutione rerum immobilium in dotem datarum, cur nulla detur.*
27 *Fructus, qui de facili corrumpuntur, dicuntur de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
28 *Creditor quas impenſas repetat factas per eum in re debitoris, in quã miſſus fuit in poſſeßionem.*
29 *Impenſæ vtiles & neceſſariæ factæ in dotem, ꝙ repetuntur etiam in matrimonio putatiuo.*
30 *Paſtinare vineam quid ſit, vbi dicitur, quòd quando de nouo plantatur.*
31 *Maritus quòd fructus donationis propter nuptias non lucretur.*

§. Interdum. Si reſtituitur fundus rei dotalis fructi-
bus pendentibus, viro per mulierem
caueri debet de eorum reſtitutione pro rata temporis, quo du-
rauit matrimonium, ſed ſi reſtituitur fructus ſeparatus, & apud
eum eſt dumtaxat, quod ſufficit ad portionem ſuam, nihil re-
ſtituere compellitur, & impenſa facta ad culturam prædiorum
ad præſentem vtilitatem deducit de fructibus, ad perpetuam
non repetitur. Et commodum lapidicinarum exiſtentium in
fundo dotali pertinet ad maritum, niſi tempore datæ dotis a-
ctum ſit in contrarium. Et expenſæ meſſium, ſi illæ fuerint ſte-
riles, deducuntur de vindemia eiuſdem fundi, & anni. hoc di-
cit vſque in finem. In textu ibi, tutela ædificiorum &c. Impenſa
1 † igitur, quæ fit ad cuſtodiam ædificij, ex quo percipiendus eſt
fructus, dicitur facta gratia fructuum percipiendorum, non ta-
men dicitur facta gratia culturę, vt eſt tex. in l. cum quęreretur.
§. prædijs. j. de lega. 3. Per quem tex. ibi ſingulariter determinat
Barto. quòd licèt quilibet etiam malæ fidei poſſeſſor deducat
impenſas, quas fecit pro cultura fundi, vt l. fundus qui. ſupra
famil. erciſc. non tamen deducet impenſas factas pro cuſtodia
eiuſdem. quod tamquàm falſiſſimum, mirum eſt a tãto Docto-
re fuiſſe dictum. Primo enim cõſiderandus eſt tex. in l. ſi a dño.
in §. fructus. ſ. de peti. hære. dicens quemlibet ẽt malæ fidei poſ-
ſeſſorem

ſeſſorem ex fructibus perceptis deducere poſſe impenſas factas gratia fructuũ percipiendorũ, quærendorũ, atque conſeruandorũ. Sed impenſa facta gratia cuſtodiæ, dicitur facta gratia fructuũ quærendorũ, vt in l. ſi ita. in fi. de fun. inſtruc. j̃. igitur &c. Secundo non eſt dubiũ, ꝙ impenſa facta gratia cuſtodiæ, dr̃ facta gratia conſeruationis, vt in l. inſtrumenta. in fi. & l. quæſitũ. §. ſaluariũ. de fun. inſtruc. Sed impenſa facta conſeruandi cã, poteſt deduci, vt d. §. fructus. igitur &c. Tertio, quia vides hic, & in l. j. & fi. j̃. tit. prox. ꝙ impẽſa per maritum facta gratia cuſtodiæ, ex fructibus deducitur, quaſi videatur facta gratia quærendorũ fructuũ, vt hic eſt tex. & j̃. latius dicã. Nõ ob. d. §. prædijs. quia quamuis ea, quæ pertinent ad cuſtodiam fundi, non dicãtur pertinere ad eiuſdem culturam, vt ibi eſt tex. & tamen ſufficiat, ꝙ pertineant ad fructus quærendos, ſeu conſeruandos, ad hoc vt poſſit deductio fieri, vt d. §. fructus. Et hęc eſt veritas, quam tenet Bal. licet nihil alleget, niſi authoritatem Spec. in l. j. C. de fruc. & li. expen. In tex. ibi, vel ęgrum ſeruum curandum.
2 Poſuit † ergo tex. impenſas factas in cura ægritudinis ſerui dotalis, poni inter impenſas factas gratia fructuum quærendorum, & conſequenter vult illas deduci ex fructibus, non autem peti poſſe ab vxore, quod intellige, ſi impenſa fuerit modica, quoniam ſi magna, cõputabitur inter impenſas neceſſarias, & ideo repetitur. Et hæc diſtinctio probatur j̃. tit. proxi. l. 2. iuncto fi. p̃ced. & in l. omnino. & l. in rebus. §. poſſunt. s̃. comm. In tex. ibi,
3 aut res neceſſarias, aut inutiles &c. Impenſarum † igitur vtiliũ circa rem dotalem factarum concedit marito repetitio, vt hic, & d. §. ſed nec ob impenſas. vnde limitatur tex. in §. ſi vir in fundo. s̃. ea. l. Dum enim vult, ꝙ impenſa per maritum facta in repertione lapidis, qui non renaſcitur, & ſic non eſt in fructu, nõ poteſt ab vxore repeti, debet intelligi, niſi ex repertione & extractione eius lapidis, fundus ſit effectus in perpetuũ fertilior. Cum enim tunc hæc impenſa ſit vtilis, vt l. impenſæ. j̃. de verbo. ſignific. igitur eſt in repe. vt hic. Item vides ex hoc tex. ꝙ impenſæ neceſſariæ vel vtiles factæ in fundo per eũ, qui cauſam fundi poſſidendi habet ab agente, ob eius petitionem non deducunẽ ex fructibus perceptis, ſed veniunt principaliter in petitione, ſecus autem eſt, ſi factæ ſunt per illũ, qui ab agente ad eius repetitionem, non habet cauſam poſſidendi, ſed ab alio. Quoniã tunc illæ impenſæ ex fructibus deducuntur, & quatenus illi non ſufficiunt, ad earum petitionem poteſt agi. Et hæc probãtur in l. emptor. l. ſumptus. & l. in fundo. s̃. de rei ven. Ad quod adde l. qui exceptionem. §. ſi quis. s̃. de cõdictione indebi. & l. domos.
4 de lega. 1. Item † ex hoc dicit ſe apud vrbem veterem coſuluiſſe, quòd impenſæ factæ per maritũ gratia cuſtodiæ caſtri in dotem dati, ſunt in cauſa repetitionis, tanq̃ vtiles, vel neceſſariæ, vt hic. Non enim videntur factæ gratia culturæ, ſed rei, vt d. l. cum quæreretur. §. prædijs. Tu aduerte, quia Bar. in l. fi. j̃. tit. proxi. vr̃ determinare contrarium per illum tex. ſcilicet vt deducãtur ex fructibus, ſed certe ea. l. fi. & clarius plene has opin. ad concor. reducit, ſcilicet ꝙ aut ſunt factæ expenſæ pro cuſtodia temporali, puta quia cuſtodibus quolibet menſe, ſeu anno ſoluebãt &c. Et tunc illæ ex fructibus deducũtur, aut pro cuſtodia perpetua, quia empta ſunt mancipia, vt per ea perpetuo caſtrũ cuſtodiatur, & tunc impenſæ ſunt in repetitione. Ita eſt caſus in d. l penult. in l. ſi quid extra tutelam. iuncta glo. ſuper eodem verbo.
5 In tex. ibi, fructibus extantibus † mulier recipiat &c. Sed an tũc maritus vxori proteſtari poterit, quòd nõ colligat, aut repõnat fructus agri, niſi eo præſente, ſeu eius procuratore, cũ fortè vxorem ſuſpectam in fraudando habeat? Mouet Specu. hanc quæſtionem in titu. de deci. §. j. ver. vltimo quæritur. determinans, quòd ſic, arg. l. 2. ibi, dum dicit, ſub aſpectu curialium. C. quando & quib. quar. pars debe. lib. 10. melius tamen facit l. ſi ita. §. j. s̃. de vſu, & habi. vbi eſt tex. no, ꝙ cum proprietarius ſuſpicatur de perdendo rem, in qua alter habet vſum, vel vſumfructũ, ad eius tutelam poteſt ponere cuſtodes. Item ad idem facit l. Paulus. s̃. de procu. domino litis effecto, aſſiſtere poteſt in proceſſu cauſæ, dum dubitat de cuſtoditione procuratoris. Et ad idem l. ſi ſuſpecta. s̃. de inoffic. teſtam. In tex. ibi, niſi contrariam voluntatem &c. vnde eſt hic tex. quòd de toto vniuerſali dato, poteſt excipi aliquid particulare. Vel melius, ꝙ de vniuerſis fructibus rei datis aliquid particulare poteſt excipi, vnde eſt arg.
6 † ſm̃ Bald. quòd cum in emphyteuſim ſeu feudum datur fundus, poſſit ſibi dominus fructus arborum eiuſdem reſeruare. Ad quod vide glo. in l. certo generi. s̃. de ſerui. ruſtic. præd. & in l. damni. §. ſi is qui vuas. j̃ de dam. infec. & l. obligationum. §. placet. cum ibi no. j̃. de act. & oblig. In tex. quia totius anni vnus eſt
7 fructus. Ergo a contrario ſenſu de fructu alterius † anni non poſſent deduci ſumptus facti pro cultura vnius alterius. Quod firmat glo. in §. in pecunia. & communiter omnes ſequuntur, & eſt veritas, licet aliter dictum fuerit s̃. eo. l. fructus. & ad ibi al
8 legata reſpondet hic Bart. No. ex §. interdum. ꝙ † de fructibus præteritis eſt ſoluendum, de futuris vero eſt cauendum. Ad idẽ j̃. de ſtatulib. l. ſtatuliberos. l. ſtatuliber rationum. & l. ſeruus ſi
9 hær. in fi. No. ſecundo. ꝙ cum † fructuũ ex fundo percipiendorũ fieri debet inter aliquos diuiſio, ſi ille plenus reſtituatur, debet vt diuiſio fiat, expectari fructuum perceptio, vnde ſm̃ Bal. non eſt rationabilis diuiſio hoc caſu illa, quæ communiter eſt in vſu, ſcilicet vt fructus citra talẽ arborẽ pertineant ad vnũ, vltra illam autem ad alium, licet poſſint, ſi velint, vt l. Caius. §. j. j̃.
10 de lega. 2. Nota tertio ex eodẽ, † ꝙ ratione fructuum percipiendorum ex fundo, atque inter coniuges diuidendorũ, non hẽt maritus ius fundi retinendi, niſi fructus ipſi, eo quia maturi de proximo forent percipiendi, vt hic in glo. & bene. No. quarto ex
11 eadem, ꝙ † in fructibus, quamuis mobilibus reſtituendis vxori, vt acceſſorijs rei immobilis, non habet maritus dilationem. de qua in §. cum autem. & in §. exactio. l. vnicæ. C. de rei vxo. No.
12 vltimo ex † eodẽ, ꝙ id quod dicit in marito, idem & in ſocero hærede, licet contra videatur l. ſi vero. §. de viro. j̃. e. ſed alio ca-
13 ſu loquitur, vt ibi dicetur. No. in §. impẽdia. ꝙ impenſæ † factæ gratia fructuum percipiendorum, non repetuntur, ſed ex fructibus deducuntur. Ad idem s̃. eo. l. fructus. cum ſim. No. ſecũdo, expenſæ neceſſariæ, vel vtiles in res dotales factæ, ſunt in repetitione. Ad idem d. §. ſed nec ob impenſas. & j̃. de nupt. per totũ.
14 † No. in §. ſi fundus. qui apud aliquos eſt lex. ꝙ vxor ex fructibus fundi dotalis poteſt ſibi certam partẽ reſeruare. Quod intellige, cum dotem maiorem dedit, quàm aliàs dediſſet, ad hoc vt habeat reſeruationẽ, facere poſſet, aliàs autẽ ſecus, vt in l. quar-
15 ta. s̃. de pac. dot. quæ declarat iſtam. No. ex eo. §. ibi, † eo animo dediſſe &c tex. notabilẽ, ꝙ talis præſumetur fuiſſe animus contrahentiũ, qualis conuenit naturæ contractus. Hic enim animi fuiſſe, vt fructus doris cedant lucro mariti, eo ꝙ hæc erat natura ipſius dotis, vt l. dotis fructus. ſupra de iure dot. & l. pro oneri-
16 bus. s̃. eod. tit. No. in §. quod † in ſementem. ꝙ ſumptus factus in fructu vnius agri ſterilis, poteſt deduci ex alio fructu eiuſdem agri, & eiuſdem anni fertilis. Sed in hoc iſte tex. non reperitur alibi ſecundum Io. Pagliarenſem de Senis, vt refert hic Bal. In glo. ſuper verbo, caueturr. ibi, nuda cautione &c. & hanc ſequi-
17 tur hic Bartto. & communiter † oẽs pp duo. Primo, quia verbum, caurio, a lege ciuili prolatum, verificatur in cautione nuda, vt eſt opin. glo. in d. l ſancimus. & in l. j. C. de procur. ſecus ſi a lege prætoria, quia tunc intelligitur cũ fideiuſſore, vel pignore, vt l. j. §. iubet. j̃. de colla. bon. Secundo, quia hoc verbum, cautio, ſimpliciter a lege inter ſocios prolatũ, verificatur fauore ſocietatis in cautione nuda, vt l. verum. §. item vidẽdum. s̃. ꝓ ſoc. Sed coniuges ſocij dicũtur diuinę atque humanæ domus, C. de crimi. expil. hæred. l. aduerſus. j̃. rer. amo. l. j. igitur &c. Ad §. autem, quatenus in glo. ad ꝯrium allegatus dupliciter reſpondetur. Primo ſm̃ Aug. ꝙ ibi ideo non ſufficit nuda cautio, quia lex vltra procedit, dicendo, ꝙ debeat ſatiſdare, quod intelligitur cũ fideiuſſore vel pignore, vt l. j. s̃. qui ſatiſd. cog. & l. prætoriæ. la terza. ſm̃ verum intellectum. j̃. de præto. ſtip. Sed ſubtilius ſm̃ Bal. ꝙ ibi ideo maritus grauatus onere ſatiſdandi, quia releuatẽ in hoc, ꝙ habet dilationem ſibi a lege conceſſam miſerationis cauſa in reſtituendo dotem. & s̃. de iureiur. l. eum qui. Hic autem mulier ſimpliciter cauet, quia dilatio quam habet ad rem ſoluendam, non peruenit ex vi leg ſed ex natura rei, vt l. interdum. de verb. oblig. & l. j. j̃ de condi & demon. Solus Pet. tenet hic contrarium, dicens immo requiri ſatiſdationẽ, eo quia verbum, cautio, a lege ciuili prolatum, intelligitur cum fideiuſſore, vt eſt caſus in l. in omnibus. s̃. de iudi. iuncta l. ſi creditores. j̃. de priui. cred. ſm̃ eũ. Nec ob. d. l. ſancimus. q̃a loquiẽ cũ verbũ, cautio, proferẽ a teſtatore. Volentes tenere opin. cõem dicunt, ꝙ regula Pet. generaliter volentis, ꝙ verbum, cautio, intelligatur de nuda, eſt falſa per d. l. ſancimus. Nec obſtat l. in omnibus. cum l. ſi creditores. quia ibi fallit regula d. l. ſancimus. eo quia in caſu illo lex mandat caueri arbitrio iudicis, vt ibi apparet, vnde iudex, vt bonus vir, ſm̃ facti contingentiam poterit præcipere, aliquando caueri nude, aliquando cum ſatiſdatione. Præter ea poſito, ꝙ doctrina Pet. foret vera, tamen falleret hoc caſu, cũ verbum, cautio, prolatum eſt inter ſocios, quia intelligitur de nuda, per d. §. item videndum. Tu aduerte, quia licet quo ad hunc tex. ſequar opin communem per prædicta, tamẽ quo ad generalem doctrinam ſequor Pet. ſcilicet quo ad legem ciuilẽ, cum verbum, cautio, ſimpliciter proferatur, intelligatur cum fideiuſſore, vel pignore. Primo per tex. in l. habete. §. cautum. j̃. de verb. ſigni. vbi Iuriſconſultus non reſtringendo ſe ad legem prætoriam, vel ciuilem, dat regulam hanc generalem, ꝙ cautio ſimpliciter prolata, intelligitur cũ fideiuſſore vel pignore. Secũdo, quia ſi ſpeciale eſt in d. l. verũ. §. item videndum. vt verbum, cautio, a lege ciuili ibi ſimpliciter prolatum inter ſocios, fauore ſocietatis intelligatur de nuda, ergo in alijs caſibus eſt in contrarium ius commune, ff. de legib. l. quod vero. & l. ius ſingulare. cum ſimil. Et hæc videtur mihi veritas. Quid autem, ſi ver-
18 bo, cautio, † adijciatur verbũ idonea? dic tunc clarũ, ꝙ intelligẽ

cū fideiuſſore, vel pignore, vt l. ſi mandato Titij. §. vlti. ſ. mand.
& l. 4. §. alij. j. de fideicom. liber. de dona. inter vir. c. per veſtras.
de pign. c. fi. de vſur. quāquā. lib. 6. & in c. fi. de ſen. excom. eo. li.
In quibus Canoniſtæ habent gl. Quid autem ſi dicatur, cautio
19 † mediocris? dic ꝙ verificatur in cautione in obligatione bo-
norum. Caſus eſt vnicus j. vt lega. nomi. cauea. in l. fi. Quid ſi
20 adijciatur † verbum competens? tex. ponit hoc de ſententia ex-
communic. ſolet. lib. 6. non tamen eius ſignificationem decla-
rat, ſed habes glo. ſingularem, ꝙ intelligitur cum fideiuſſore
vel pignore, in l. ſi debitori. de iudic. Quid ſi adijciatur verbum
21 † ſufficiens? dic ꝙ idem, vt habent Canoniſtę. glo. ordi. in c. quo
niam frequenter. §. in alijs. vt lite non conteſt. in c. qua fronte.
de appel. in c. ex parte. de verbo. ſignific. & in c. fi. de pign. in c. j.
22 de ſequeſt. poſſ. & fruc. Quid autem ſi † dicatur in lege, caueat,
vel ſatiſdet? dicit hanc alternatiuam iſto modo reſolui, ſcilicet
ꝙ cauere poteſt, vt poteſt, vnde ſi non eſt perſona ſuſpecta, ſuf-
ficit ꝙ caueat. & ita hoc modo deberet intelligi glo. ſing. relata
ad tex. in l. pen. in verbo, cum & ses. ſ. de peti. hære. vbicunque
aūt ſufficit nuda, intelligas tamen ita ſemper eſſe conceptā, ꝙ
ſit valida, vt l. huiuſmodi. in glo. de lega. 1. non tñ nuda eſſe dēt
ab appoſitione pęnæ, vt no. gl. ord. in l. 2. §. ſed ſi dubitetur. ſ. de
iudi. quā Ang. hic reputat ſing. & male, quia ſimilis eſt in l. niſi.
§. quāuis. j. ſi cui pluſquā p leg. Falc. Itē nec dēt eſſe nuda ab ob-
ligatione bonorum, vt dicit Bar. in l. ſi prius. de noui oper. nun-
cia. & in aliis locis, quos ibi allegaui allegando tex. in d. l. filio.
ſed non bene. Quia ibi de mediocri loquitur, non de nuda. Vn-
de ego pro hoc allegare ſoleo duos notabiles caſus, vnum in l.
omnes. §. in hoc. el ſecondo. C. de epiſc. & cler. & hunc ibi alle-
gaui. Alium, quem nouiter cōperi in §. ſi quis aūt pro pecunia-
ria. in Auth. de ſanctiſ. epiſ. & facit Inſt. de ſatiſd. in §. ſed hodie.
23 In gl. ſuper † verbo. reddet, ibi, ſed cū immobilia ſm hoc ius. Te
net igitur hæc gl. ꝙ ſm iſta tempora maritus in reſtitutione do-
tis conſiſtentis in mobilibus, gaudeat dilatione conceſſa reſtitu
tioni dotis conſiſtentis in immobilibus. Et idem ſentit ſ. eo. l. 2.
in princ. Sed contra ſentit & melius in l. 2. in fi. j. de do. præleg.
Quoniam quod etiam iure Digeſt. dos conſiſtens in mobilibus
veniret reſtituenda ſtatim, eſt caſus in l. cum in fundo. §. ſi fun-
dus. ſ. de iu. dot. & in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. ibi, dum di
cit, ꝙ ratione vtriuſque fuerat actionis. & §. cū autem illum, ſi
24 † fundus. ad hoc ſingu. no. quòd res mobilis ſubrogata in locū
rei dotalis immobilis, non venit ſol. matr. ſtatim reſtituēda, ſed
annua, bima, trima die, olim, vt in l. vnica §. cum autem. præal-
25 leg. hodie vero poſt annum, vt in d. §. exactio. No. tamen, ꝙ † de
iure Digeſt. dilatio reſtituendi dotem cōſiſtentē in mobilibus,
annua bima &c. reſtringebatur ad eas res, quæ conſiſtebant in
numero, pondere, vel menſura, non aūt ad alias, vt patet in d. §.
cū aūt. licet glo. in l. ſi cū mulier. ſ. rerū amo. velit hic generali-
ter intelligere in mobilibus quibuſcunq;. Sed dubitat hic Bart.
26 quæ † fuerit hæc ratio, ꝙ ad reſtituendum dotem conſiſtentē
in immobilibus, dilatio nulla datur? reſponde ſecundum. Iac.
de Are. ꝙ hoc eſt ex eo, quia immobilia poſſunt reſtitui de faci-
li ſtatim, mobilia vero ſecus, quia conſumuntur vt plurimum,
vnde infert, vt refert Cy. in d. §. exactio. ꝙ reſtituere debens dotē
in mobilibus conſiſtentem, haberet facultatem reſtituendi ſta-
tim, non gauderet dilatione anni a lęge miſerationis cauſa con
ceſſa, quia ceſſaret eius tunc ratio, quod quidem improbat hic
idem. & Bal. in d. §. exactio. quia ſm hoc ſequeretur, ꝙ reſtitutio
iurium incorporalium in dotem datorum, vt nominum, quæ
poteſt fieri ſtatim & faciliter, quia ſimplici verbo, non gaudent
beneficio dictæ dilationis. Sed hoc eſt falſum, & cōtra d. §. exa-
ctio. igitur. Et iſta opin. mihi placet ex tribus. Primo, quia pro
ea videtur mihi apertus tex. ſ. de iudi. l. ſi debitori. Ibi enim debi
tor conuentus dicebat ſe paratum ſoluere, & conſequenter ha-
bebat facultatē ſtatim ſoluendi, & tamen tex. dicit notabiliter,
ꝙ ei ad ſoluendū non debet denegari dilatio, quæ iudicatis mi-
ſerationis cauſa conceditur. Secundo, quia hæc eſt dilatio, quæ
a lege conceditur ſine iudicis miniſterio, vnde illam habenti p
alium non poteſt auferri, de reg. iur. indultū. lib. 6. Tertio, quia
quamuis poſſit ſoluere ſtatim, tñ non debet cogi ad ſoluendū
ante dilationis finē, ne ſibi auferatur cōmodū, quod interim p-
cepturus fuiſſet ex re iſta, l. ſi conſtante. §. quoties. j. eo. Et in
hanc conſiderationem me trahit tex. ad propoſitum nota. in l.
ſed ſi damnum. §. Marcellus. ſ. de pec. ibi dum dicit, melius eſſe
ait præſtare creditori, vt caueat ſe refuſurum, ſi quid præſtiterit
dominus hoc nomine cōuentus, quàm deduci ab initio, vt me-
dij temporis vſuras interim creditor conſequatur. vnde diuer-
ſitatis ratio nulla poteſt aſſignari, niſi quia ſic principi placuit.
In ea. ibi, reſpon. in eius electione. videtur &c. Et hæc vera, vt
hic per Barto. licet aliter dicat Dy. cuius rationibus ipſe reſpon-
det. Poſſeſſio enim, quam vir retinet, loco ſatiſdationis cedit, vt
j. ad Carbo. l. de bonis. §. qui pup. In ead. ibi, vel de vtroque. Et
hæc eſt vera ſecundū Bal. arg. l. ſenatus. ſ. de offic. præſi. & l. fa-
cultas. alias incipit, defenſionis. C. de iure fiſci. lib. 10. In ea. ibi,
27 quomodo ſtatim reſtituit fructus &c. No. glo. ſm † Ang. quæ
ſentit, fructus, eo quia de facili corrumpuntur, dici de rebus q̄
ſeruando ſeruari non poſſunt. Et idem glo. C. ſi aduer. vſucap.
l. j. vnde ſi quis dicat eos ſtare poſt illud tempus, poſt quod a cō
muniter accidentibus cenſent corrupti, debet probare, eo quia
præſumuntur conſumpti, C. de prob. l. nec natales. in glo. Si au
tem ſint res, quæ ſeruando corrumpi nō poſſint, vt eſt pecunia,
tunc præſumitur extare, & alleganti cōſumptionem incumbit
probatio. gl. eſt vnica & ſing. in l. ſi creditor. §. ſi inter. in verbo,
negetur cōſumptū. ſ. mand. hoc determinans, arg. l. ſi quis pro
red. C. de dona. nec iſte paſſus reperitur tactus alibi. In gl. ſuper
28 verbo, petuntur. ibi, l. prætor. §. his verbis &c. & no. ꝙ in † credi-
tore non ſolum circa expenſas eſt id ſpeciale, quod dicit glo. ſed
ēt hoc, quia repetit a debitore, ꝯ quem eſt facta miſſio, impēſas
omnes per ſe factas in re, in quam immiſſus eſt, data tñ non do
lo, etiam ſi ad nullam vtilitatem rei ceſſerit, vt in ead. l. prætor
ait. §. quod ait. Et hoc eſt verum de rigore iuris ciuilis, de ęqui-
tate vero canonica non repetuntur, niſi cedant ad rei experien-
tiam, vt ſingulariter determinat Hoſt. & Io. And. in nouella, in
c. cum veniſſent. de eo qui mit. in poſſ. quod tene menti, quia
non reperitur alibi. In gl. ſuper verbo ſatisfacien. ibi, ſed alij ꝯ.
Et hæc cōiter tenetur, vt dixi in textua lib. In gl. ſuper verbo, ne-
ceſſario. ibi, nō vero neceſſarias fundo &c. vel dic, ꝙ fundo erat
hæc domus neceſſaria, quia pro eius cultura reperiri non pote-
rat colonus, niſi habitationē haberet in eodē, vt ꝯtingit in agris
longe a terra diſtantibus. In gl. ſup verbo, actionē. ibi, mandati,
vel negotiorū geſtorū &c. vbi decidit, ꝙ repetuntur impenſæ
iſtæ actione de dote ꝯtria marito competēte, vt in l. omnes. j. de
impen. vbi eſt caſus ſm caſum Roge. quem refert glo. In ea. ibi,
vel ſi ꝯſtante, non tenebat matrimonium &c. No. ergo gl. quæ
29 † pp §. fructus, allegatū in ea, ꝙ licet vbi eſt matrimoniū verū,
impenſæ vtiles, vel neceſſariæ in rē dotalē factæ repetantur, vel
dotē minuant, tunc vbi eſt putatiuū, illæ deducunt ex fructibus
dotis, quatenus aūt non ſufficiunt, locus eſt repetitioni. Et ſic
no. vnā drīam inter verū & putatiuū matrimoniū. Alia eſt, ꝙ li-
cet maritus legitimus a iure non ꝯueniat ad dotē, vltra quam
facere poſſit, vt l. maritus. j. eo. tñ putatiuus dicto priuilegio non
gaudens inſolidū ꝯuenitur, vt eſt caſus no. ſm verā lect. quam
ibi ſequit Io. And. in c. i. de dona. inter vir. Et ex hoc ad glo. hic
Moder. arguunt, alias drīas ponemus in l. ſi cū dotē. §. vlt. j. eo.
30 In ea. ibi, itē paſtinū expone &c. pōt † ēt exponi, ꝙ idem ſit ꝙ vi
nea de nouo plantata, & ita accipit Iuriſc. in l. ſemp. §. j. j. quod
vi aut clā. In gl. ſup verbo, declarauerit. ibi, vel dic valere pactū
31 &c. hæc vera vſque in finem. Et vltimo † extra glo. no. ꝙ licet fru
ctus dotis cōſtante matrimonio lucretur maritus, vt in tota iſta
l. & tribus præcedentibus, tamen fructus donationis propter
nuptias non lucratur vxor, vt no. glo. ſing. Inſti. de dona. §. eſt &
aliud. in verbo, exequētur. vnde in hoc fallit regula auth. æqua-
litas. C. de pact. conuen. & rationem ibi vide, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Mora creditoris alleuiat obligationem debitoris.*
2 *Maritus poſt moram vxoris, ꝙ tantum de dolo & lata culpa teneatur.*
3 *Mora commiſſa per vxorem in dotis receptione, non tenetur maritus ad culturam rei dotalis.*
4 *Fructus percepti poſt moram commiſſam in receptione dotis, non cedunt lucro percipientis, ſed ſunt in caſu reſtitutionis.*
5 *Oblatio facta per debitorem, qui tenebatur de dolo, lata culpa & leui, facit eum ſolum teneri de dolo & lata culpa.*
6 *Fructus percepti ex re mihi debita, quæ olim fuit mea, quamuis poſt moram mea futura ſit, debent mihi cum re reſtitui.*
7 *Oblatio ſola in ſpeciebus debitis, an ſufficiat ad conſtituendum creditorem in mora.*
8 *Depoſitio & conſignatio rei debitæ facta poſt oblationem, ꝙ liberat debitorem ipſo iure.*
9 *Oblatio in ſacculo facta, an ſufficiat eo caſu, quo requiritur realis.*
10 *Lapſus termini tacitè a lege ſubintellecti, quòd etiam conſtituat quem in mora.*
11 *Mora appellatione, quando veniat culpa, & quando dolus, & nu. 13.*
12 *Contumacia quando ſit delictum.*
13 *Dolus dicitur delictum.*
14 *Lata culpa quibus caſibus dolo comparetur? remiſſiue.*
15 *Maritus quando non eſt ſoluendo, ꝙ non teneatur de leui.*
16 *Non factum qualiter dicatur factum.*
17 *Actio legis Aquiliæ an competat ex culpa commiſſa in omittendo.*
Delictum, quod fit in committendo, quòd ſit grauius delicto facto in omittendo.
18 *Dominium rei dotalis, an ano mortuo tranſeat ipſo iure in mulierem.*
19 *Maritus poſt moram mulieris, an teneatur de fructibus, qui percipi potuerunt.*
20 *Oblatio quid efficiat, & quàm varie efficiatur.*

Oblatio

21 *Oblatio verbalis an & quando aliquid operetur? & vide nu.46.& 47.*
22 *Oblatio realis quid operetur, vſque ad num. 34. vbi in materia ponit nouem concluſiones.*
35 *Oblatio realis coniuncta cum conſignatione & depoſitione, quid operetur.*
36 *Clauſula illa, ſi ſit paratus ſoluere, vel offerre debere, an verificetur in ſola verbali oblatione, vel requiratur realis.*
37 *Clauſula, ſi ſatiſdederit, qualiter intelligatur.*
38 *Oblatio facta per tertium ſimpliciter, vel cum conſignatione & depoſitione, quid operetur.*
39 *Monitio an requiratur, quando a lege pœna infertur pro facto negatiuo, vt quis in illam incidat? remiſsiue.*
40 *Poteſtas, qui ſindicari non poterat, niſi pro furtis & barataris, an ſindicari poterit pro his, in quibus culpabilis fuit culpa leui ſeu leuiſſima in faciendo commiſſa.*
41 *Cuſtos caſtri ad certum tempus, ſi tempore finito illud obtulit domino, an teneatur, ſi poſtea per inimicos domini illud ſibi auferatur, & ibi, quid ſi ſuſcepit cuſtodiam tempore guerræ, & nu.42.43.& 44.*
45 *Negotiorum geſtor tenetur de culpa lata & leui.*
46 *Mora præcedens ꝙ obligat ad caſum fortuitum.*

LEX X.

SI mora. Mora mulieris in dote recipienda extenuat periculum mariti, cum teneatur de dolo duntaxat, & de fructibus perceptis. hoc
1 dicit. Nota primo, ꝙ mora creditoris † obligationē
debitoris alleuiat. Ad idem.ſ.de pericu. & commo. rei ven. l.illud.j.e.l.ſemel mora.ſecundum vnam lect. No.ſecūdo, ꝙ licet
2 † ante morā vxoris teneatur maritus ratione rei dotalis de dolo, lata culpa, & leui, vt j.eo.l.etiam.§.licet.& l.ſi filio. §.maritū.
ſ.commoda.l.ſi vt certo.§.non videndū. ſ.de pac.dota. l. Papi. tamen poſt morā eiuſdē tenetur de dolo & lata culpa dunta-
3 xat. No. tertio, ꝙ poſt † moram ab vxore cōmiſſam in dotis receptione, non aſtringitur coniunx ad rei dotalis culturā, vnde nec conueniri poteſt occaſione fructuum, quos percipere potuiſſet, ſi coluiſſet. Ad idem ſ.de hæred. vel actione ven.l.venditor ex hæreditate. verſ quemadmodum. & dicā in glo. Vltimo
4 no. † ꝙ fructus percepti per coniugem poſt moram alterius cōmiſſam in dotis receptione, non cedunt lucro percipientis, ſed ſunt in caſu reſtitutionis. Ad idem.ſ.de vſuris.l. videamus. la ſeconda. In tex.ibi, non eſt in culpa, &c. Supple leui, ſed lata ſic, vt
5 in glo. † & bene. vnde eſt hic tex.no. ꝙ vbi ex natura contractus tenetur debitor de dolo, lata culpa, & leui oblatio rei debitæ ꝑ eum facta creditori illum in mora conſtituentis, facit eum teneri ſolum de dolo, & lata tm̄. Et ad idem d.l.ſemel mora.ſm lect. Bart. vbi autem ex natura cōtractus teneretur debitor de dolo, atque omni genere culpæ, & ēt de caſu fortuito, vt contingit in debitore generis, vt l.incēdium.C.ſi cer.pet. & l.in ratione.§.incertæ.j.ad leg.Falc. Tunc oblatio per eum facta creditorem in mora conſtituens, facit eum teneri ſolum de dolo, lata & leui, non autē de caſu fortuito, hic eſt tex.j.de ſolu.l.qui decē.in ver. ſi ſine ſua culpa.de verb.obl. l.interdū.§.fi.ſ.de condi.fur.l.parui. Et hæc theorica placet Bal.C.de vſur.l.acceptā. per prædicta.
6 In textu ibi, fructus tamen, qui † perueniſſent, &c. Fructus ergo percepti ex re nobis debita, quæ olim fuit noſtra, q̄uis poſt moram noſtra futura ſit, debent nobis vna cum re reſtitui. Caſus eſt hic, & in l.fi. in fi. ſ.de fun. do. licet percepti ex mora noſtra ex re nobis debita, quæ olim non fuit noſtra, cedant lucro percipientis, vt in l.mulier.§.ſi hæres.j.ad Trebel. In glo.j. ibi, quæ
7 non poteſt aſſignari, vt equus &c. No.glo. † quæ tenet, ꝙ in ſpeciebus debitis ad conſtituēdum creditorem in moram recipiēdi, ſufficiat ſola oblatio, adeo vt nec requirat̄ earūdē ꝯſignatio & depoſitio. Et idem ēt eſt ad inducendum effectus alios, ſm Doct. Iſtā aūt glo.cū qua concor. alia in d. l.acceptam. ſequuntur omnes præter Ang. dicentem, ꝙ quædam eſt res, in qua cadit ſola oblatio, vt immobilis, vt in l.2.C.quādo & quibus quarta pars deb.lib.10.Quædā vero, in qua cadit nō ſolū oblatio, ſed ēt conſignatio in folle, burſa, vel ſacculo, & eiuſdem depoſitio, vt in pecunia, vt in l.cū ſeruus.j.de cond.& demon.l.fi.ſ.de l.cōmiſſoria.& d.l.acceptam. & d.l.ſi per te. & l.obligatione. C.de ſol.ſi prius.C.de diſtrac.pign. Quædā eſt res, in qua cadit oblatio, ſed non conſignatio in folle, vt eſt equus, & tunc licet illa non requiratur, quia eſt fieri poſſibilis, tn̄ eiuſdem requiritur depoſitio, quēadmodū requiritur in pecunia, ex quo in vno fieri pōt, ſicut & in reliquo, nihil aūt vltra allegar. Tu aūt aduerte, quia & ipſius ſpeciei, vt equi, vr̄ poſſe fieri conſignatio, ſi illam pro ſigillatione accipiamus. Quoniā & ſi cadit hæc in homine ꝑꝑ faciē, vt in l.ſtigmata.C.de fabricenſibus.lib.11.& in l.decernimus.ad fi.C.de aquæ duc.co.lib.l.2.ſ.de ſeruis fugitiuis.& in c.ſi iudex.de ſent.excom.in 6.ergo multo magis in alio animali. Et huius ſignaturæ ille erit effectus, ꝙ cognoſceatur per eandem ſpeciē ea, quæ fuerint oblata, vt in d.l.2.de ſer.fugit. Et pro hoc vr̄ tex in auth.dos data.C.de dona.ante nupt.ibi, dum dicit, cumque ſit res mobilis, ſignaculo interpoſito recondat. vnde videtur velle. quālibet rem mobilē oblatā recipere ſigillationē debere, ad hoc vt ex illa oblatione recognitio habeatur. Ceterū credo, ꝙ in caſibus, in quibus ad effectum aliquem inducendū rei debitæ oblatæ requiritur depoſitio, de quo dicemus j. tunc ſi debitū conſiſtat in huiuſmodi ſpecie eiuſdem oblatæ, requiratur depoſitio. Quoniam non video rationem diuerſitatis inter debitū huius ſpeciei, & debitum pecuniæ. Cum autem debetur ſpecies conſiſtens in liquido, vt vinū, oleū & ſic de ſimilibus, tunc eius oblatio & conſignatio impreſſo ſigillo offerentis in ea re, quæ oblatam continet, vt l. videamus. §.ſi vinū. ſ.loca, & l.j.§ ſi dolium.ſ.de peric.& cōmo.rei ven.nec prædictis refrāgatur hæc gl. qm̄ intellexit de conſignatione, prout fit in folle,
8 non aūt vt alijs modis, quos dixi. Attende † tamen, quia ſi poſt oblationem ſequantur conſignatio & depoſitio, liberatio debitoris inducitur ipſo iure, vt d. l. ſi prius. duntamen facta fuerit debito loco & tempore, vt l.ſi ſoluturus. j.de ſolu. vbi aūt ſolūmodo facta eſt oblatio, tūc re oblata perempta ſi ſit debitū generis, inducitur liberatio ipſo iure, ſi vero ſpeciei, inducitur ope exceptionis, vt l.qui decē.in gl. allegata.& d.l.interdū. in fi. & l.
9 ſed ſi alia.ſ.de conſti.pec. Sed dubitatio eſt, an eo caſu, † quo re
a quiritur realis oblatio [a] pecuniæ, qui infra ponetur, dicatur idoneè illa fore facta, ſi fiat de ea in ſacculo ſignata [1] Glo. ſingu. in Auth. vt exatio. inſtan. dotis. circa fi. collatione ſeptima. hoc ponit, & etiam Bar. in d. l.cum ſeruus. veritas tamen eſt, ꝙ aut ipſi oblationi, anteq̄ in ſacculo ſignaret̄, preceſſit numeratio, & tunc oblatio reputatur ſufficiens. Et ita probatur in d. l.cum ſeruus.ſ.de l.commiſſoria.& l.fi. Aut nō præceſſit numeratio, & tunc ad effectū moræ inducendæ in creditoris perſona dico illā non ſufficere. Quod probo. quia quælibet iuſta cā excuſat quē a mora, vt l. ſciendum. cum ſimilibus.ſ.de vſur. Sed iuſta cenſetur cā excuſandi quem a mora, ſi oblatio rei fiat tali tp̄e, quo ꝑꝑ eius obſcuritatem res oblata non poſſit videri, vt no.gl. ordinaria in l.more. ſ.de fer. Ergo iuſta cauſa eſſe cenſetur ad excuſandum quem a mora, cum illa ita ſit, ꝙ propter incluſionem res oblata videri nō poteſt. Aut quæritur, an ſufficiat quo ad alios effectus, & tunc hoc pendet ex futuro euentu, argu.in ſimili.ſ.de compenſa. l.ſi debeas.cum ſim. Quoniam ſi ex apertione apparebit oblationem rei debitæ factā fore integraliter, & tunc cenſetur illa fuiſſe ſufficiens, vt d. l.fi. de l.commiſſoria. l.cum ſeruus. ſecundū alium intellectum. Sin autem appareat non integralis, tunc cēſebitur fuiſſe inſufficiēs, quia paria ſunt, offerre non integraliter, & nullo modo offerre, vt l.qui ſibi. §.j. j.de ſol.& l.tutor. §. Lucius, ſ.de vſur. & hanc puto veritatem. In eadem ibi, & ideo eo tranſacto videtur eſſe in mora. No.glo.
10 † quæ continue allegatur, ꝙ ſicut lapſus termini expreſſi ab homine conſtituit quem in mora, vt in illa l.magnam.in glo.allegata. ita & lapſus termini taciti ſubintellecti a lege. Ad quod vltra iuta gl.facit c.potuit, de locato. In gl.ſuper verbo, dolū ma
11 lū culpæ mulieris &c. No.ergo glo † quæ morā appellat culpā. Alibi vero mora appellatur dolus, in l. dolus. C.man. & l.non videtur.de reg.iur. Alibi dicit glo.relata ad tex. ꝙ non eſt dolus, nec culpa, vt l.ſi vehenda.§.j.ſ.ad leg.Rhodiā de iac. Quid autē
12 † in contumacia, an illa delictum ſit? habent Canoniſtæ glo.de conſtitutio. c.ex literis. & 4.q.j. in ſumma. Bal.tangit hic, & in l.fi.C.de crimine ſtellionatus.& in l.j.§.fi. ſ ſi quis ius dicē. non obtempe.Bar.in l.omne delictū.j.de re mili.gl. tn̄ ordina. in l.ſi filijs.la prima.ſ.de interro.actio.& in d.l.j.in §.fi. dicit illam delictum eſſe. Quod late diſputat Cy. in rubr. C.de crimi. ſtellio. Tu tene quod dicit Bar. in d.l.omne delictum.& Bal.in l.j. in fine. nec refero, quia bene loquuntur, & non eſt opus addere.
13 Quid autem in dolo, † an illud delictum ſit? tex. dicit ꝙ ſic, in l.j.§.nūc tractemus. verſic.plane ſine dolo.ibi, quia proprij delicti &c.j.de tutelis & ratio diſtra. Quo tamen ad moram, quomodo vocari poſſit? dic ꝙ aut mora eſt coniuncta cū contēptu magiſtratus, & tunc dicitur dolus, vt in d.l.non videtur. de reg. iur. Aut non eſt huic contemptui coniuncta, & tunc aut eſt mora creditoris, & illa pōt vocari culpa, vt hic in gl. Aut eſt ex parte debitoris, & tūc illa reſultans ex omiſſione poteſt vocari quaſi dolus, quia eſt pluſquā culpa. Et ita videtur dicere gl.in d. l.ſi vehenda.§.j. & eſt tex.in d.l.dolus. In gl.ſuper verbo, culpā, ibi,
14 lata.n.dolo comparetur &c. In quibus caſibus † lata culpa dolo comparetur, & in quibus nō, dic vt pleniſſime dixi in l.in actio-
15 nibus.ſ.de in lit.iuran.in repe. In ea.ibi, † ſed certe imo & de leui, &c. Et hæc vera, vt probatur in d.l.ſi vt certo. §. nunc videndum. Et hoc intelligit Ang. verum, cum maritus ſit ſoluēdo dotem. Cum.n.non eſt ſoluendo, non tenetur de leui, ſed ſolū de dolo

ADDITIO.

a Oblatio. An eo caſu, quo requiritur realis oblatio pecuniæ, illa dicatur idonee facta, ſi fiat in ſacculo.

dolo & lata culpa. Ad hoc ĩ. eo.l.ẽt.§.i. C.de rei vxo. l.vna. §.cũ
aũt.ſ.pro ſocio.l.verum.§.tempus. ſm vnum intellectum. Pro
quo dic, vt dicetur in d.§.j.In glo.ſuper verbo, factum. ibi, non
16 factum vocat factum. Ex quo † ergo non factum dicitur factũ,
eſt ar. ſecundũ Bald. ꝙ in malitiis negatiuis ita debeat poni lo-
cus & tempus ſecundum formã l.libellorum. ĩ.de accuſa. quæ
eſt canonizata,ſicut & in affirmatiuis. De quo tamen dicendũ,
vt per Barto.in d.l.libellorum. & Ioan.And.in addi. Spec.in ti.
de accuſa.4.parte.In ea.ibi,reſpon.tenetur &c.Hæc vera ſecun-
dũ Bar.iure hodierno,quo ſol.mat.dñium dotis ipſo iure tranſ-
fertur in mulierem, vt in l.in rebus.C.de iure do. vnde tunc vxo
ri tanquam dñæ competit ꝯ maritũ in leuiſſima culpa exiſten·
tẽ actio legis Aquiliæ, vt l.3. in glo. allegata. Sed iure iſto glo.
male dicit,quia cum ſol.mar.ante traditionẽ non retransfereba
tur dominiũ dotis in mulieris, vt ĩ.dicetur, merito ſibi, qa non
dominæ, non poterit competere actio legis Aquiliæ, vt l. item
Mela.§.legis,ſ.ad leg.Aquil. Sed tu dic, ꝙ etiam iſto caſu com-
petere poterat ſaltem Aquilia vtilis,per ea quæ dixi ſ.e. l.diuor
17 tio. §. ſi fundum. In ea: ibi, & hic in non dando &c. Duo † vult
hæc glo. primo, ꝙ ex culpa cõmiſſa in omittendo non cõpetat
actio l.Aquiliæ. pro quo Bald. hic allegat caſum l.ſi cuius. §. de
præteritis.ſ.de vſufr.Quod tu intellige de directa,quoniam vti-
lis cõpetit, vt in l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi fornacarius. & §. ſi ex plau-
ſtro.ſ.ad leg.Aquil. Secundo,ꝙ magis delinquitur in commit-
tendo, quàm delinquatur in omittendo.Ad idem glo. ĩ.ad Sil-
la.l.diuus.& probat hoc tex.ĩ.de fur.l.qui vas.§.1.ſ.de actio.em-
pti.l.Iul in fi.prin.ĩ.de cuſto.reo.l.carceri præpoſitus.& l.fin.In
18 ea.ibi,cum res ſuæ ſint &c.Hoc † verum ſm Bar. de iure nouo,
quo dñium in mulierem ipſo iure transfertur, non autem iure
iſto,quo quidẽ non retransfertur ſine traditione, vt ſ.dixi.Bald.
autem hic,& Ang.dicunt,ꝙ cum loquimur de iure Digeſt. Aut
loquimur in dote conſiſtente in rebus mobilibus, & tunc non
retransfertur dominiũ, eo quia ad reſtitutionem earum pẽdet
dilatio. Pendentia aũt dilationis dominij translationẽ interim
impedit.ĩ.de vſufr.lega.l.Sempronius Attalus. Aut in dote con
ſiſtente in re immobili,& tunc cũ illa ſtatim ſol.mat. veniat re-
ſtituenda, vt ſ.e.l.2.& in d.l.diuortio.in §.interdum.merito do
miniũ cenſetur in mulierẽ ſtatim retranslatũ. Et hoc per tex.
hic in verbo,agrũ eius.Quoniã caſus genitiuus ſignificat domi
niũ,ſ.de reli.l.2.§.in locũ. Tu aduerte, quia non dicunt verum
quod patet primo, quia iure iſto mortuo marito dominiũ do-
tis transferebatur in eius hæredẽ, vt l.j.ſ.de fundo do. & l.quæ-
dam. ĩ.de acquir.rer.do. Ergo non retrãsferebatur ẽt in vxorẽ,
quia ſm hoc eodem tpe duo domini eiuſdem rei inſolidũ repe
rirentur,quod eſt impoſſibile, vt l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ſ.com
moda.cum ſim.Et hoc quo ad rem immobilẽ,quo vero ad mo
bilem,idem probatur in l.& ſi dotis. C.de iure do.& in l.j. C.de
ſer.pignori dato manumiſſo. vbi patet,ꝙ maritus in teſtamen-
to manumittere poteſt ſeruũ dotalẽ, ergo ſol.mat.non eſt eiuſ-
dem dominiũ in mulierem ipſo iure translatum. Quoniã ſi eſ-
ſet,non potuiſſet maritus manumittere, quoniam nemo ſeruũ
alienum manumittere poteſt. & hanc opin. tenet Iac. de Are.
ĩ.re.amo.l.ſi mulier. §.rerum. Et probatur ĩ. de manumiſſio.l.
ſeruum.licet ipſe allegat l.& ſi dotis. C.de iure dot.quæ nõ pro-
bat,quia non de dominio, ſed de poſſeſſione dotalis rei loquĩt.
Non ob.iſte tex.in verbo.eius qui. Reſponde, vt dicit glo.ſ.eod.
l.diuortio.§.ſi fundũ. ſuper verbo, alieno. vel reſponde eius, id
eſt,ei debitam, prout in ſimili verbũ hoc exponit gl. ſ.ſi cer.pe-
ta.l.ſi me,& Titium.cum ſim. Tu aduerte,quia per prædicta di
co,ꝙ ẽt hodie de iure nouo,nullo modo retransfertur dominiũ
dotis in mulierem ipſo iure.Nec ob.l.in reb. quæ eſt fundamẽ
tum cõe,quoniã ad illa reſpondeo, vt plene dixi ſ.eo. l.non ſo-
lum.In ea.ĩ.de acquir.rer.dom.l.bonæfidei, &c.ibi loquitur in
bonæfidei poſſeſſore, qui credit ſe dominũ, nec ſcit ſe alteri te-
neri. hic autem loquitur in marito, qui ſcit ſe obligatũ fore ſol.
matrim.ad reddendum,& ideo ſibi minus fauetur. In gl. ſuper
verbo,tamen. ibi,licèt colere non teneatur,&c. vult ergo glo.ꝙ
19 poſt † moram mulieris non teneatur maritus de fructibus, qui
percipi potuerunt.Sed quid ante moram? dic vt patet ex his, q̃
dixi.ſ. e.l.de die. & plene colligitur ex his quæ no. Bar.in l.ſi ſer-
uum.in prin.de verb.oblig.& eſt caſus hic a contrario ſenſu. Si
enim non tenetur de percipiẽdis, eo quia fuit in mora mulier,
ergo ſi in mora nõ fuiſſet, tenetur. Et ita etiam probatur in l.vi-
deamus. la ſeconda. circa prin.ſm ſecundã lec. ſ.de vſur. Vlte-
a rius extra [a] gl.quia hæc lex.præcipue propter gl. primam in ma-
20 teria † oblationis ſemper allegatur, quam Ang.aliqualiter hic
tractauit,& Doc.in l.acceptam. C.de vſur.& gl. in c.cupientes.
§.ſi vero. in verbo,contẽpſerint. de elec.lib.6.Ideo pro ea colli-
genda, quia quotidiana, facio quatuor ſeu quinque membra.
Primum,quid operetur ſola verbalis oblatio? Secundum, quid
operetur ſola realis? Tertium, quid operetur realis cum conſi-
gnatione,& depoſitione coniuncta? quarto, cũ lex dicit quem
offerre debere,vel quem paratum eſſe ſoluere, nũquid illa ver-
ba verificentur in ſola verbali oblatione, an requiratur realis?
Vltimo ponam quædam breuia quæſita circa materiã. Quo er
21 go † ad primũ dic, ꝙ regulariter verbalis oblatio ad nihil ſuffi-
ciens reputatur, per ea quæ dicã in membro vltimo. Fallit aũt
hoc primo,ſi fiat oblatio eius, quod non poteſt manualiter of-
ferri, vt fundus. Tunc enim verbalis habet vim oblationis rea·
lis.Ad hoc C.quando,& quibus quarta pars debetur.l.2.lib.10.
Secundo ſi res,quæ offertur,non debet ſolui in loco iudicij, ſed
alio,vel ibidem ſolui non poteſt, ſed vbi eſt, quoniam tunc ob-
latio verbalis habet vim realis,ar.ſ.de edendo.l.prætor.§.fi.Ter
tio, vbi illa reperitur facta creditori volẽti pignus vendere, qm̃
venditio ſequens probata verbali oblatione præcedẽte, poteſt
reſcindi.Tex.eſt ſingularis in l.fundus qui Lucij.ſ.de reſcin.vẽ.
ſecundum lec.quam ſequitur Barto. & etiam gl.in l.ſi reſiduũ.
C.de diſtrac.pigno.Sed in hoc aduerte,quia iſta non videtur ve
ra.Primo,quia tex.ibi dicentem, ꝙ debitor profeſſus erat ſe pa-
ratum ſoluere,intelligam de oblatione reali,non autem verba·
li.Et hoc per id quod ipſe idem dicit in l.prætor ait. §.ſi quis pa-
ratus.ĩ.de no.ope.nun. vbi ar.l.ſeruus ſi hæredi.in fi.ĩ.de ſta.lib.
& l.qui decẽ.§.idem reſponſum.in fi.ĩ. de ſol. vult,ꝙ vbi reperi
tur verbũ, oblatio, vel verbum ſoluere paratus, debet intelligi
realiter, hoc eſt,ꝙ ſit rei præſentia, non aũt verbaliter. Secundo
per tex.ibi in l.fi. C.debitorem venditionem pignoris impedi-
re non poſſe.vbi tex. vult ita demum per oblationem debitoris
impediri venditionẽ pignoris, ſi ſequatur pecuniæ depoſitio &
conſignatio, ergo ſequitur, ꝙ verbalis ſola non inducit impedi-
mentũ,& ꝯñr nec cauſat facultatẽ reſciſſio petendi. Nõ ob.tex.
in d.l.fundus qui Lucij.Quoniã reſpondet Bal.& Nico.de Mat·
ta.in d.l.acceptã.ꝙ ibi venditio non fuit reſciſſa propter præce-
dentiam oblationis debitoris, ſed propter defectum ſolemnita-
tis requiſitæ,quod eſt diuinare. Vnde tu adde, ꝙ ibi non appa-
ret,an verba,quibus debitor dicebat ſe paratũ ſoluere, præceſſe
rint venditionẽ rei pignoratæ,an verò fuerit ſecuta. Et ꝯſequen
ter dicam, ꝙ fuerunt ſecuta, & conſequenter ſecundũ hoc erit
ibi caſus ſingularis, ꝙ venditio pigno. facta per fiſcum propter
morã debitoris in ſoluendo tributũ, ſi pro minori quantitate fa
cta ſit,q̃ foret quantitas tributi debiti,põt peti reſcindi eo ipſo,ꝙ
debitor ſe paratũ dixit ſoluere velle,quod tenebatũ,& ſolutio ſe-
quitur. Pro quo facit,quia videmus in venditione fiſcali ẽe hoc
ſpeciale fore. ſ.ꝙ ſemp̃ facta intelligĩt ſub ꝯdõne, niſi alter me-
liorẽ ꝯdõnem attulerit, vt patet in l.ſi tpe. de fide inſtr.lib. 10.in
l.Lucius.§.idẽ rñdit ciuitas.ĩ.ad manic.Ita ergo in propoſito vẽ
ditio pignoris facta p̃ fiſcũ pro minori quãtitate, q̃ ſit tributum
debitũ pp̃ moram debitoris non ſoluentis, intelligitur facta ſub
conditione tacita, niſi debitor debitũ tributum in futurum ſol-
uerit. Iſte eſt nouus & verus intellectus illius l.& hoc de mẽbro
22 primo.Capio igitur ſm, in quo † formo has ꝯcluſiones. Prima,
ꝙ realis oblatio, & in qua non cadit conſignatio ſeu depoſitio,
vt eſt equus, vel homo, hẽt vim oblationis & depoſitionis ſm
Bar.in d.l.acceptã. arg.auth.dos data. C.de donat. ante nup. de
23 quo dic vt dixi ſ.ſuper j.gl.† Secunda concluſio,ꝙ realis oblatio
abſque conſignatione & depoſitione non impedit pignoris vẽ-
ditionẽ p̃ creditorẽ fieri, C.de diſtrac.pig.l.ſi prius. C.debitorẽ
ven.pig.l.fi.Fallit,niſi debitũ non ſit liquidũ, qm̃ ſi offerat debi
tor eius liquidationẽ, vel realẽ ſatiſdationẽ de ſoluendo id, qđ
liquidabitur,tunc pignoris vẽditio impedĩt.Ad hoc C.de diſtr.
pig.l.ſi reſiduũ.in primo reſponſo.& l.ſeruus, ſi hæredi. in fi.ſ.
24 allegata.& l.ſtatulib.rationũ.eo.tit. † ꝙ realis oblatio abſq; con
ſignatione & depoſitione impedit initiũ curſus vſurarũ, vt l. ſi
25 per te.C.de vſur. Quarta, ꝙ † realis abſque cõſignatione & de-
poſitione non impedit continuationem curſus vſurarum iam
incępti.C.de vſur.d.l.acceptã.& l.ait p̃tor.§.i.ſ.de min.l.euictis
agris.§.fi.ſ.de vſur.& l.tutor pro pupillo.§.fi.de admi.tu.Quod
fallit, niſi ſint vſuræ debitæ actione, vt in actionibus bonæ fidei,
quoniã cũ tunc pp̃ oblationẽ verbalẽ ceſſet mora, vt l.ſi ſeruus.
§.ſequitur.de verb.obli. & ĩ.dicã. ergo ceſſat vſurarũ curſus. Et
hoc eſt dictũ Bal in d.l acceptã.quod mihi non placet, quia cla
rũ eſt,ꝙ vſurę,quę debentur pupillo per tutorẽ, cenſentur de-
beri actione tutelę, quæ eſt bonæ fidei, vt in.§.actionum. Inſti.
de actio.& l.cum quidã.§.ex locato.de vſur. & tamen ad impe-
diendũ curſum illarũ nõ ſufficit verbalis oblatio, ſed requirĩt
depoſitio & cõſignatio, vt eſt caſus in d.l.tutor pro pupillo.§.fi.
Scđo ad idẽ,qa vſuræ,quæ debẽtur venditori,ſunt pp̃ morã em-
ptoris, vt l.fi.ſ.de pericu. & commo.rei ven. l. curabit.C de acti.
emp.& l.Iul.§.ex vendito.eo.titu.cũ ſimili. & tamen curſum il-
larũ nõ ĩpedit ſola oblatio, niſi ſequatĩ cõſignatio & depoſitio
idonea, vt eſt caſus in l. 2. de vſur. C. ſecundũ verã lectu.Quin-
ta

ADDITIO.

a Extra gloſ. Vide Baldum in cap.licet. ſi de feu.fue. controuer. inter domi.& agna.

26 ta † conclu. ꝙ verbalis oblatio abſque conſignatione & depo-
ſitione non producit actionem ex ↄctu, ex quo illud, quod offer
tur, ſolui debebat ad rem cõſequendam, C.de pact.inter emp.
l.ſi a te.& hanc allegat Bar.in d.l.acceptam. quod quidem non
videtur verum per caſum eo.ti.l.2.vbi ſola oblatio realis fuit ibi
cauſa, ꝙ actio naſceretur ex contractu, ex quo oblatum ſolui de-
bebat, vnde dicit Bal. ꝙ aut ipſa pecunia ſolui debebat, & quæ
realiter offertur, non ſolum inducere habet natiuitatem actio-
nis, ſed etiam reſolutionem præcedentis ↄctus, & tunc non ſuf-
ficit oblatio ſola, ſed requiritur depoſitio & conſignatio. & ita
loquitur d.l.ſi a te. Aut id, quod realiter eſt oblatum, ſi foret ſo
lutũ, induxiſſet implementum conditionis, ex quo nata fuiſſet
actio, non aũt præcedentis ↄctus reſolutio, & tunc ſola oblatio
realis abſque conſignatione & depoſitione ſufficit. Et ita eſt ca-
ſus in d.l.2.C.de pac.inter empt. Tn adde, quia ad illam legem
reſponderi poſſet, ꝙ immo ſola oblatio erat ſufficiẽs, quia par-
tes ita cõuenerant, vt in tex.apparet manifeſte. Vnde tu melius
allega pro primo eiuſdẽ membro tex. in l.nec creditores. C. de
pig.act. vbi patet, ꝙ ſola oblatio debiti realis, quod quidem ſo-
lutum induxiſſet debitori, non ſolũ pignoratitiã actionẽ, ſed ẽt
ↄctus pignoris reſolutionem, non producit pignoratitiã actio-
nem, niſi ſequatur eiuſdem conſignatio & depoſitio, vt C.de pi
gno.act. l.nec creditores. vbi eſt caſus. Pro ſecundo aũt eiuſdẽ
membro nil poteſt allegari expreſſe loquens in actione naſcen-
da ex contractu, vnde ar.de vltimis voluntatibus ad cõtractus
videtur ſm Barto. hoc expreſſum in l.cui fundus.in fi.de condi.
& demon. vbi ſecundũ eum eſt caſus, ꝙ ſola realis oblatio eius,
quod ſolutũ induxiſſet implementum cõditionis adiectæ lega-
to, ſufficiens eſt ad producendam legatario actionẽ. Sed certè
iudicio meo tex.ille de hoc nil dicit, quoniam nõ potuit legata-
rius ante mortẽ obtuliſſe, vt impleret conditionem, ergo intel-
ligatur in forma plena, quod obtulit, depoſuit, & conſignauit.
& ſi dicas ſolam oblationẽ ſufficere per caſum l.fi. C.de condi.
inſer. reſpondeo, ibi ſpeciale fauore libertatis. Sed tamen videt
pur hæc opinio verior per tex.in l.Iul. §.offerri. ſ. de act. emp.
qui nullam mentionem faciens de depoſitione & conſignatio
ne, dicit ad natiuitatẽ actionis competentis emptori ↄ vendito-
rem, ſufficere fieri realẽ oblationem, & ſm hoc idem erit in vl-
timis voluntatibus, arguendo de vno ad reliquum. & ſic d.l.fi.
de condi.inſer.non ponet ius ſpeciale, ſed ius cõe. Quod tamẽ
ſupra dixi, ſcilicet ꝙ vbi ex ſolutione eius, quod eſt oblatũ, non
ſolum inducitur actionis natiuitas, ſed alicuius contractus reſo-
lutio, requiritur non ſolum oblatio, ſed depoſitio, & conſigna-
tio. Limita, niſi oblatio realis facta ſit in iudicio, quoniã tũc ſuf-
ficit illa ſola. glo. eſt ordinaria ſ.de pign. actio.l.ſi rem. §.fi.& l.
aliena.§.ſi per creditorem.ſ. quibus mo.pignus vel hypo. ſol. l.
27 item liberatur.§.qui paratus. Sexta † concluſio, ꝙ ſola realis ob-
latio abſque depoſitione, & conſignatione, inducit purgationẽ
moræ debitoris, & conſtituit moram creditoris, vt l.ſi ſeruum.
§.ſequitur.& l.interdum.§.fi.ff.de verb.obl.l.decem.j.de ſolu.
l.illud.de pericu.& commo.rei vend.& l.parui.ſ.de condi.fur.
Quod Bar.verum intelligit, niſi ſit lis cum moroſo cõteſtata, qa
tunc non ſufficit ſimplex oblatio, niſi ſequatur ſolutio, aut con-
ſignatio, & depoſitio. Ad hoc l.ſed ſi alia. præallegata.& tex.In-
ſti.de perpe.& tempo.act.hoc tamen reproba, vt hoc anno dixi
in l.inſulam.j.de verb.oblig.licet Bal.videatur ſequi in d.l.acce
28 ptam. Septima † concluſio, ꝙ ſimplex oblatio abſque conſigna
tione & depoſitione ſufficiens eſt ad iudicij euitationem, hoc
eſt, quia reus agenti offerens non poteſt cõpelli iudicium ingre
di, vel proſequi, j.iudi.ſol.l.ex iudi. j. de ſol.l.ſi debitor offerret.
ſ.de iudi.l.ſi debitori. Quod tamen ſing.limita, niſi reus offerẽs
antea conſtitutus fuiſſet in mora ſoluendi, & poſtea ↄ eũ agere
tur ab eo, qui non habet poteſtatẽ ſolutionis recipiendæ, puta
a procuratore ad agendũ ↄſtituto, quoniã tunc maxime ſi actio
ſit famoſa, non ſolũ requiritur pecuniæ oblatio, ſed illius conſi
gnatio & depoſitio ad iudicij euitationẽ. Iſte eſt caſus bene ſin
gularis ſm veram lecturam glo. ſ.de procur. l.ſi reus paratus.
29 Octaua concluſio, † ꝙ oblatio ſufficiens eſt ad inducendam pę
næ euitationem ſine depoſitione, vbi agitur de pęna committẽ
da pp lapſum termini appoſita ab homine. Quod probatur ex
tribus. Primo, quia hoc tenet gl.ordin. in c.cupientes.§.ſi vero.
in verbo, conſenſerit.de electio.li.6. Secundo, quia vſura quo-
dammodo pęna eſt ipſius moroſi, vt l.lecta.ſ.ſi cert. per. l.qui
ſine.ſ.de neg.geſt.l.cum quidam. §.ſi pupillo. ſ.de vſu. Sed ad
euitationem vſurarum nondũ currere inceptarum ſufficit ob-
latio, vt ſ. dixi, ergo & pari ratione ad euitationem pęnæ. Ter-
tio in hoc videtur caſus in l.Celſus. §.fi.ſ. de arb. & in l.penul.
vbi hoc expreſſe firmat glo.ſ.de nautico fęno. Sed dubium eſt,
30 † an ſaltem requiratur eius pecuniæ oblatæ obſignatio, licet nõ
depoſitio, & dic ꝙ ſic. Caſus eſt in d.l.fi. ſ.de lege commiſſoria.
quam ad hoc reputo ſingularem. & ad hoc vide Barto. in d.l.ſi
31 reus. Sed quid ad † euitationem pęnæ legalis, an ſufficiat ſola
oblatio & obſignatio? tex. in c.potuit. de locato.& in l.2. C.de
iure emphy. videtur requirere ad ipſius pęnæ euitationem de-
bitoris ſolutionem, & ſic id quod loco ſolutionis cedit, ſcilicet
vna cum oblatione & obſignatione depoſitio, vt d.l.obſignatio
ne.C.de ſolu. Secundum hoc non mitius ageretur cum pęna le
gis, quàm cum pęna hominis, quod eſt contra caſum l.Celſus,
vnde puto dictos text. de ſolutione loquentes ſuppleri debe-
re, dum dicunt, ſoluerit, ſcilicet aut obtulerit & conſignauerit,
ne incidamus in abſurdum, quod non video aliter poſſe ſolui.
32 Nona concluſio, † ꝙ ſola oblatio abſque obſignatione & depo
ſitione inducit liberationem ad debitas ſpecies ſecuto interitu
ipſo iure a debito generis, cum facta eſt pecuniæ oblatæ conſi-
gnatio ſolum, vel cum illa incõtinenti, poſtquam eſt oblata, pe-
rit ope exceptionis, vt l.qui decem. j.de ſolut.l.parui.de condi-
ctio fur. & l. interdum. §.fin. de verbo obligatio. Quas etiam
quidam intelligunt, & rectius quo ad debitum generis, & ſi nõ
fuerit facta conſignatio, nec etiam incontinenti perierit, quod
fuerit oblatum, vt patet in dictis iuribus. Ad quod etiam l.ſi per
emptorem. §.fi. ſ.de actio. empt. Et hæc ſufficiant de ſecundo
33 membro principali. Circa † quod dum ſupra dixi, ꝙ vbi ex ſo-
lutione eius, quod eſt oblatum non ſolutum, inducatur alicu-
ius actionis natiuitas, ſed alicuius contractus reſolutio, ad cau-
ſandum hoc, non ſufficit ſimplex oblatio, ſed requiritur depo-
ſitio & conſignatio. Adde de hoc etiam eſſe caſum expreſſum
34 ſ.mandati.l.qui mutuam.§.j. Item † dum dixi, an & qñ ſufficiat
ſimplex oblatio ad euitandum curſus vſurarum. Adde l.pupil-
35 lus. ſecundum vnam lect. C.de vſur.pupil. Quo † ad membrũ
tertium principale prima concluſio ſit hæc, ꝙ oblatio vna cum
conſignatione & depoſitione eius, quod eſt debitum, congruo
loco & tempore facta, inducit liberationem ipſo iure, C. de ſo-
lu.l.obſignatione. Secunda, ꝙ eadem dicto modo facta impedit
curſum vſurarũ iam currere inceptarũ ipſo iure, vt C.de vſur.
l.acceptam. Tertio, ꝙ eadem pariter facta venditionẽ ſequen-
tem pignoris a creditore factã reddat ipſo iure irritã, vt l.ſi reſi-
duũ. C.de diſtra.pign.& l.ſi. C.debitorem venditionẽ pig.im-
pedire non poſſe. Hæc aũt intelligenda ſunt, dũ depoſitio eſt fa-
cta penes perſonã, quã elegerit iudex, qm̃ ſi penes aliã electam
a parte tm̃, non inducerẽtur effectus pdicti, vt eſt caſus ſm vnũ
intellectũ gl.in l.2.C.de vſur. niſi eſſet electus talis, quẽ quilibet
paterfamilias diligens pro depoſitario elegiſſet, ar.ſ.cõmo. l.ar-
gentum. qm̃ hoc tanq̃ recte factum cogetur ipſe creditor lau-
dare, ſ.de neg.geſt. l.Põpo. & hoc tenet Bal.in d.l.ſi ſoluturus.
36 & mihi placet, & hoc de tertio. Quo † ad quartum dic, ꝙ vbi re
periuntur hæc verba, ſi paratus ſit ſoluere, vel ſit paratus ſatiſda
re, vel hæc, ſi ſoluere. vel, ſeu ſatiſdare obtulerit, debeant intel-
ligi de paratione, ſeu oblatione actuali, nõ aũt ſufficit verbalis.
Vnde cum dicit ſe paratũ ſoluere, vel ſe offerre, vel ſatiſdare, de-
bet pecuniã vel fideiuſſionẽ ſeu pignus hr̃e pręſentialiter, alias
hæc verba non intelligũtur verificari, vt probatur in l.qui decẽ.
§ idem reſponſum.j.de ſol.& in l.ſeruus ſi hæredi.in fi. j.de ſta-
tulib.& l.ſi dubitetur.j.de fideiuſ. & tenet Bart. in d.§. paratus.
Ad quod vide Ang eo.titu.in l. de pupillo.§ is cui.& l.4.§. præ-
tor ait.alias, ait ptor.ſ.de re iud. Hoc aũt intellige de pecunia, q̃
ſoluenda eſt liquide, qñ ſi dubia eſt eius quantitas, ſufficit dice
re ſe paratũ ſoluere id, quod liquidabitur de pñti dato fideiuſſo
re, vel pignore in cautelã creditoris, vt l.ſtatuliber rationũ. j. de
37 ſta.lib. vbi eſt caſus no. Vbi autẽ lex † ponit hæc verba, ſi ſatiſde-
derit &c. ſufficit taliter ſatiſdatũ eẽ, ꝙ ei, cui ſatiſdari debebat,
quæratur ex ſatiſdatione mandati, vt eſt tex. in l.j.§.quod ait. j.
quorum lega. vbi aũt reperiuntur poſita hæc verba, ſi per eum
non ſteterit, quominus ſatiſdetur &c. tunc nõ debet quis ſatiſ-
dationẽ petenti, morã in ſatiſdando facere. Caſus eſt no.ibi, eo.
38 tit.l.fi.§.quod ait, & hæc de quarto. Quo ad † vltimum vna ſu-
pereſt qõ, ſcilicet an oblatio per tertiũ facta ſimpliciter, vel cũ
ↄſignatione & depoſitione creditore inuito operetur effectũ,
ac ſi obtuliſſet ſimpliciter, vel conſignaſſet, & depoſuiſſet debi-
tor. In quo dubitat gl.in d.l.oblig. Bal.aũt in d.l.acceptã.dicit, ꝙ
aut talis eſt creditor, cui non ſolũ debitor tenet ſoluere, ſed ẽt re
cognitionẽ facere, vt eſt emphyteuta, & feudatarius & tunc per
tertiam perſonã ſine mandato pro illis inuito creditore nõ poſ-
ſit oblatio fieri, eo qa creditoris intereſt, vt p debitorẽ tunc fiat
ad hoc, vt ſequatur recognitio. Aut creditor non eſt hmõi, &
tunc inuito creditore p aliũ oblatio fieri poteſt, vt eſt caſus no.
in d.l.qui decẽ.§.1.& in l.cũ poſtliminij. in verbo, ab alio. C. de
cap. Ego vero primo caſu credo, ꝙ ſi creditori volẽti facta foret
oblatio ſeu ſolutio p tertiũ, illi feudatario, vel emphytęute pro-
deſſet, ita ꝙ a iure ſuo pp canonẽ non ſolutũ non caderet, vt ip-
ſe Bal. firmat poſt Guil.in l.ſi ſolẽnibus. C.de rei ven. & in l.ar-
boribus.§.qui tñ.ſ.de vſufruc. Et probatur j. de cenſibus. no. in
l.forma.§.ſi cum ego.& in l.lex vectigali.ſ.de pign. Cætera dic,
vt per Barto. in l.ſi ſoluturus. & Bald.in d. l.acceptam. & hanc
materiam bene no. quia quotidiana eſt, nec reperitur ita benę

alibi explicata. Adde tamen caſum l. quidam æſtimauerunt,
s̄. ſi cert. per. ex qua effectus aliis ſolius oblationis poteſt colli-
39 gi. Item dum Bal. † hic quærit examinando dictum Innoc. in
c. extirpandæ. de præbendis. ſcilicet an vbi pena a lege infer-
tur pro facto negatiuo, vt in illam incidatur, ſit neceſſario mo-
nitio. Adde, ꝙ de hoc plene dixi. ī. ad Silla. l. in cognitione. Po-
40 ſtremo † hanc l. cum glo. induxit hic Aug. ad quæſtionem, ꝙ ſi
poteſtati electo conceditur eundē ſindicari non poſſe, niſi pro
furtis & barattarijs, poterit tamen ſindicari in his, in quibus cul-
pabilis fuit culpa leui, ſeu leuiſſima in faciendo cōmiſſa. Quod
iuſtum eſt ſecundū eundem, ne ſi ſecus diceremus, daretur ſibi
occaſio delinquendi, vt l. conuenire. cum ſim. s̄. de pact. do. Mo-
derniores vero tenent hic contrariū, eo quia mens conceden-
tis videtur eſſe in oppoſitū. Cū enim a regula generali de non
ſindicando exceperit duos caſus, qui in faciendo conſiſtunt, ſci-
licet furtum & cætera. Merito conſequens eſt, vt in alijs eadem
forma maneat. Ad hoc ī. de ſun. inſt. l. quæſitum. §. idem reſpō
dit. cum ſim. Nec ob. ratio ſumpta ex l. conuenire. quia illa ceſ-
ſat, ex quo nō adeſt dolus. Tu aduerte, quia aut poteſtati datur
arbitriū in proceſſu & cognitione cauſarū, & tunc dicendū, ꝙ
ipſe de culpa leui, vel leuiſſima quouiſmodo cōmiſſa ſindicari
non poſſit, ſed ſolum de dolo & lata. Cōceſſio etenim arbitrij
hoc importat, vt ſolū de dolo & lata is, cui cōceditur, teneatur
non ſolum de leui & leuiſſima. Iſte eſt tex. ſing. in l. in venditio-
ne. §. de tempore. iuncta l. prætor ait §. eſt prætérea. ī. de bo. au-
tho. iudi. poſ. Et ita ibi no. Bart. & ſequitur etiam Bal. in rubr.
C. de pena iudi. qui male iudi. Importat etiam hoc, ꝙ ſit in cul-
pa is, qui in rebus alienis non adhibet eā diligentiā, quam adhi-
bere deberet diligens paterfam. vt l. ſi cōſtante. §. ſi maritus. ī. eo.
& l. is qui. ī. de act. & oblig. tū ex conceſſione hac, cui cōceditur,
non eſt in culpa, ſi adhibet in alienis eam cuſtodiā, quā in ſuis,
etiā ſi illa minus diligens ſit. Tex. eſt cum glo. ſingulari ſm Bar.
ibi in l. j. ī. de ſolutio. Aut eidem non eſt conceſſum arbitriū, &
tunc aut ſibi conceditur, ꝙ non poſſit ſindicari de adminiſtra-
tione officii iam facta. & tunc aut cōmiſit dolum, ex quo ſibi ali-
quid adeſt. Et de illo poteſt ſindicari, eo quia per hanc genera-
lem remiſſionē nō intelligitur illius ſindicatio eſſe ſublata, hoc
patet ī. de lib. leg. l. Lucius. de pactis. l. tres fratres. Aut cōmiſit
dolum, ex quo ſibi nihil adeſt, & de eo nō poteſt ſindicari, quia
generalis liberatio alicui facta per viam contractus inducit re-
miſſionem doli, ex quo liberato nihil adeſt, vt no. glo. ordin. in
l. actione. C. de tranſac. poterit etiam non obſtante generalitate
permiſſā ſindicari ex his, quæ ad eum peruenissent, quæ tamen
ad eligentem ſpectarent, vt l. dominus Sticho. in ſi. de pecu. le-
ga. vbi hoc no. Barto. & l. ſi ſeruus vetitus. de legat. j. Ad hoc be-
ne facit, quod idem no. ī. de libe. lega. l. Aurelio. §. j. Aut ſibi fit
hæc conceſſio ratione adminiſtrationis futuræ. Et tunc ea, quā-
uis generali, non refragante, ſindicari poterit de doloſe com-
miſſis, cum futurus dolus nulla pactione remitti poſſit, vt l. ſi
vnus. §. illud nulla. s̄. de pactis. Et ratione hoc probatur in l. qui-
dam decedens. vna cum glo. ī. de adminiſtratione tutorum.
41 Secundo inducitur per Dyn. † vt refert hic Barto. quòd cuſtos
caſtri ſeu arcis ad certum tempus, qui eo finito illud domino
recipere nolenti, obtulit, non teneatur, ſi per inimicos dolo il-
lud poſtea ablatum & deſtructum ſit, quamuis eius leui culpa
intercedente, niſi intercedat dolus vel lata culpa. Tu autem cir
ca hoc aduerte, quia primo examinabimus, an teneatur ad reſti-
tutionem dicta ablatione eueniente durante tempore cuſto-
diæ, finito eo tamen tacente domino, in cuſtodia remanente.
Circa primum ergo aduertendum, quia quæſtionem ipſam ha
a bui de facto, & ſuper ea [a] conſului in ciuitate Mantuæ, & qui-
dem conſilium, quia quotidianum, hic interſeram bene faciēs
quo ad quæſtionem, & illam ponit Oldr. in conſilijs ſuis con-
ſil. 94. & eandem ſuo operi Oldrado tacito inſerit Ioan. And.
in additio. Specu. in rubrica de loca. dicentes, quòd ſi in dolo
fuerit cuſtos lata culpa vel leui, ſeu magna negligentia, iuſtum
eſt vt teneatur, ff. depoſiti. l. 2. §. ſi quis ſeruum. ff. locati. l. qui
mercedem. §. Imperator. & l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ſu-
pra commoda. Quis autem de caſu violentiæ hoſtium videtur
non teneri, quia illa inter caſus fortuitos numeratur, ſicut latro
num incurſus, C. de pig. actio. l. quæ fortuitis. ſupra pro ſocio.
l. cum duobus. §. damna fatalia. Inſtit. quibus modis re contra-
hitur obligatio. §. item is. C. commodati. l. j. & d. l. ſi vt certo. §.
quod vero ſenectute. C. locati. l. i. ſupra manda. l. inter cauſas. §.
non omnia. nec mirum. cū nulla cura prouideri poſſit, ne dam
num violentia, vel iniuria, detur, ſupra locati. l. ſed de damno. &
l. ſi merces. §. vis maior. ſupra cōmo. l. ad eos. Vis enim maior,
cui reſiſti nō poteſt, eū qui eiectus eſt, teneri non facit, s̄. locati.
l. ſi merces. §. vis maior. s̄. de act. emp. l. ſi ea res. niſi eiectus prin
cipali dño denunciare potuerit, vt cōtra violentiā violenter ſuccur
reret, neque denunciauit. Ad hoc s̄. loca. l. item quæritur. §. exer
cit. Concludunt tū hoc verū, niſi culpa caſum violentiæ pceſſe-
rit, vt quia cuſtodes in ſufficienti numero non habebat, vel ar-
ma, aut neceſſaria victualia deficiebant. Vbi enim culpa præce-
dit caſum, tenetur etiam de caſu, de commodato, & de depoſi-
to. c. bona fides. & l. ſi vt certo. §. ſed interdum. extra depoſi. in
cōmodati. & in l. i. C. depoſi l. cum res. ad ſi. s̄. loca. l. ſi merces.
§. culpe s̄. ad leg. Rhodiam de iac. l. ſi vehenda. §. j. s̄. de rei vend.
l. qui petitorio. cum ſimil. Sed & ſecundum eoſdem vera deci-
ſio eſt, ꝙ & ſi tempore guerræ cuſtodiam receperit, de violentia
teneatur. Tacite enim ratione qualitatis temporis actum vide-
tur, ꝙ tanta præſtet diligentia, ꝙ violentia perdi non poſſit. Ta-
cite autem actum pro expreſſo habetur, s̄. ſi cer. peta. l. cum quid.
ī. de verb. oblig. l. triticum. cum ſimi. Pro hoc adducunt id quod
videmus, ſcilicet, ꝙ & caupo res recipiendo, videtur etiā reſpe-
ctu damni euenientis promittere (cum vt plurimum in caupo
na damna inferri ſoleant) cuſtodiam rerum accipiēdo videtur
promiſiſſe tacite ſe ita diligenter cuſtoditurum, vt neq; damnū
inferri poſſit. Ita igitur in propoſito, cum tēpore guerræ, vt plu-
rimum per hoſtes ſolitæ ſint violētiæ inferri, videtur cuſtodiam
ita promiſiſſe, tacite ita ſe diligenter cuſtoditurum, vt violentia
nullo modo poſſit inferri. Clarum aūt eſt, ꝙ ſi quis per pactum
ad caſum violentiæ aſtrinxerit, efficaci iure eſt obligatus, vt d. c.
bona fides, & d. c. j. s̄. de contrahen. emptio. l. fiſtulas. §. frumen-
ta. ī. de reg. iur. l. contractus. & quod plene no. in l. ſed & ſi quis.
42 §. quæſitum s̄. ſi quis cau. In caſu † tamen, qui mihi proponeba
tur, contrariam ſententiam veriorem exiſtimaui. Prædicta ete-
nim deciſio debet intelligi, vbi nihil ſpecifice conuentum eſſet
de illorum numero, quos ſecum in cuſtodia tenere debet. Quia
vbi per expreſſum conuentum foret de numero familie detinē
dæ, tunc expreſſa prouiſio tacitam excludit, quæ alias facta eſſe
intelligeretur, ī. de leg. i. l. ſi fundum ſub cōditio. §. Stichus. C. de
pac conuen. l. ſi, cum ſimi Si igitur iſte cuſtos principalis maio-
rem familiam non habuerit, ꝗ conuenerit. ſed tantum conuen
tam, non eſt ex violenta ablatione obligatus. Ei enim, qui facit
quod debet, & non vltra. nil imputari poteſt; etiam ſi perditio
caſu ſequatur, s̄. de rei ven. l. vtiq;. §. culpa. s̄. de vſufru. l. arbori-
bus. §. nauis. & d. l. ſi vt certo. §. plane. & l. quēadmodum. §. ſi na
uis. ad leg. Aquil. In caſu igitur illo, qui tantū acciderat de duo-
bus videndum erat, quæ tunc interuenerāt, ſcilicet an ex illis ali
quo modo inferri poſſet, ꝙ culpa violētiam præceſſiſſet. Primū
quidem erat, an ex eo ꝙ duo ex familia principalis cuſtodis ar-
cem exeuntes, & ad miſſarum ſolemnia accedentes capti fue-
rāt, culpa ipſi principali cuſtodi aſcribenda fuerit, & quidem di
cebam, ꝙ non, propter duo. Primo, qa iſta captura erat ſolum
caſui fortuito aſcribenda, quoniam per hoſtes, qui occultè no-
cte caſtrum intrauerunt inſidioſè facta fuerat, in die autem ca-
ſus fortuitus, ſicut dicit tex. notabilis in l. in rebus. s̄. commo. in
verbo, paraturum inſidias. Secūdo, quia facta fuerat etiam per
homines terræ domino ipſi Mātuano ſubiectæ, qui ſeditionem
aduerſus eundem nocte eadem ſecretiſſime fecerant. Quæ qui
dem ſeditio ſimiliter fortuito caſui aſcribit. Ad hoc ī. de reg. iur.
l. contractus, in verbo, tumultus. Clarum eſt igitur, ꝙ captiua-
tio hæc per eos facta, quos talia facere debere non erat veriſimi
le ratione ſubiectionis & fidelitatis debitarū caſui fortuito qui-
dem aſcribi dupliciter probabam. Primo ex eo, quod conclu-
dit gloſ. in d. §. damna. & in l. i. C. depoſiti. volens arg. l. eum qui.
§. idem ſcribit, ī. de furt. furtum ab vxore domeſticisque, quos
obſeruatio debitæ fidelitatis aſtringit, factū caſui fortuito aſcri-
bi. Secundo ad idem tex. ſingu. ī. de cuſto. reo. l. fi. verſi. inter-
dum. dicens fugam, quam carceratus fecit opera vnius ex cuſto
dibus, eſſe caſui fortuito aſcribendam, nō autem culpæ, & ideo
cuſtodem aliū non teneri, & hoc ideo, quia non erat veriſimi-
le ſocium in cuſtodiæ officio fraudem aliquam cōmittere vel-
43 le. Secundo videndum erat, † an fuiſſet culpæ cuſtodis aſcribē
dum, eo quia ad poſtulationem eorū, qui dicentes ſe literas ha
bere, aliquem ex familia pro ipſis accipiendis tranſmiſerat, & vt
ipſum tranſmiſſum captiuarent, factus fuit inſultus & rumor
ad arcē & quidem dicebam, ꝙ non, quia his literarū ſigillatarū
delatoribus, cum forte viri fide digni eſſent, credidit, arg. s̄. com
mo. l. argentum. cum ſimi. Secundo. quia hęc familiaris deſtitu
tio facta fuit pp rem licitam, ſcilicet literarum acceptionē, vn-
de abſit, vt ea, quæ pp bonū ac licitum facimus, ſi quid per hæc
cōtra noſtram voluntatē mali acciderit, nobis imputetur. Dicit tex.
pulcher. 23. quæſt. 5. de occidendis. nec. n. diuinare potuit ipſe
cuſtos, neque etiam debuit rumor atque inſultus propter hoc
eſſe ſecuturus, s̄. man. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. s̄. ad leg.
Aquil. l. putator. vt eccleſiaſtica bñficia. c. j. videmus enim Pau
lum, licet ſpiritu Dei plenū, nō potuiſſe ea, quæ ſecreta fuiſſent,
diuinare. 22. q. 2. beatus. Concludendum igitur illū cuſtodem
excuſatum

ADDITIO.

a Et ſuper ea conſului. Adde, ꝙ hoc conſilium habes nu. 395. & incipit, vt cla-
rior res reddatur.

excuſatum fore. Ei enim parcendum eſt, qui fortuitum violen
tiæ maioris caſum nõ præuidit, aduerſus quem, quia, niſi odio-
ſum, nullum hominũ conſilium prouidere potuiſſet. dicit pul-
cher tex. ĩ. de admi. re. ad ciuit. perti. l. 2. §. eo tempore. ĩ. de act.
& obliga. l. j. §. is quoque. ĩ. de dãno infec. l. fluminũ. §. Seruius.
Præſumere enim debuit atque potuit ipſe cuſtos homines ter
ræ aduerſus dominũ nullo modo ſeditionem facturos, cum fi-
delitatem ſe ſeruaturos iurauerant. Quilibet enim præſumitur
ſeruare velle, quod iurat, dicit tex. ĩ. de cap. l. poſtlimi. ius. §. ca-
44 ptiuus. & hæc ſufficiant de primo membro. Quo ad † ſecundũ
dico, ꝙ aut finito tempore cuſtodiæ non obtulit cuſtos arcem
domino, tamen non ſtetit per eũ quo minus reſignaſſet, ſi do-
minus requiſiuiſſet. Et tunc quamuis videatur prima fronte di
cendum iſtum de caſu violentiæ teneri, eo quia in culpa fuit ſe,
immiſcendo cuſtodiæ, quæ amplius ad eũ non pertinebat. Cul.
pa enim eſt immiſcere rei ad ſe non pertinẽti, ĩ. de reg. iur. l. cul
pa. Tamen dico non teneri, niſi fuerit in dolo, lata, vel leui cul-
45 pa. Eſt enim † de hoc finito cuſtodiæ tempore, ſi in eadem per-
ſeuerat, vt de nego. geſt. clarũ eſt autem negociorum geſtorem
ſolũ de culpa lata & leui teneri, non autem de caſu fortuito, ni-
ſi culpa præceſſerit, vt hic patet in l. tutori. C. de neg. geſt. & l. ne
gotiũ. ĩ. eo. tit. l. ſiue hæreditaria. & l. debitor. niſi ſit neg. geſtor
pupilli. Qm̃ & ipſe de fortuito caſu tenetur, cum pupillo obli-
gatur, vt firmat gl. ord. s̃. de neg. go. l. pupil. in prin. & l. ſi nego-
tia. & l. 3. §. interdũ. Aut finito tẽpore arcem obtulit domino,
ipſe autem illam recipere recuſauit, & tunc ſolum de dolo & la
ta culpa tenetur, nõ aũt de caſu fortuito, & leui. Ad hoc tex. no.
hic, & in l. illud. s̃. de pericu. & cõmo. rei ven. Aut finito cuſto-
diæ tpe in mora fuit arcis reſtituendæ, & tunc de caſu violentiæ
46 tenetur. Præcedens † .n. mora ad caſum fortuitũ obligat, vt l. ſi
ex legati cã. & l. nemo. §. j. cũ ſim. ĩ. de verb. obl. & p hæc manet
47 hæc quõ perfectiſſime declarata. Itẽ ad materiã † oblationis, de
qua s̃. adde caſum l. qui Romæ. §. Seia ĩ. de verb. obli. & §. illud
quoque. in Auth. vt exactio. inſtan. dotis. Item d. l. 2. in fi. C. de
iure emphyteu. decidit id, de quo ſupra dubitabam, ſcilicet an
ſimplex oblatio ſufficiat ad euitationem pœnæ legalis.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium, quòd diſſoluatur captiuitate alterius ex coniugibus, de iu-
re Digeſtorum. & vide nu. 12.*
2 *Dos profectitia, filia mortua in matrimonio, ad patrem reuertitur, etiam
filia exiſtente in eius poteſtate ficté.*
3 *Pactum de dote lucranda, ꝙ ceſſet, cum maritus vxorem occidit, & vide
nu. 19. & vide nu. 20.*
4 *Pactum intelligi debet, ne ad doloſum trahatur. & nu. 19.*
5 *Lucrum ſperare ex proprio delicto ꝙ quis non poſsit. & nu. 11.*
6 *Vxori virum occidenti dotis repetitio denegatur.*
7 *Maritus quibus caſibus dotem non lucretur, etiam ſtante pacto, ꝙ lucra-
ri deberet.*
8 *Maritus, qui ex forma ſtatuti, vel pacti vxore prædecedente lucratur do-
tem, an illam lucrabitur ſuperexiſtentibus filiis ex ipſo matrimonio..*
10 *Lucrum dotis, quo maritus priuatur, an tranſeat ad eius hæredes, vel
ad quos.*
12 *Filius conceptus in captiuitate, ꝙ hodie ſit legitimus.*
13 *Filiafamilias an de iure Digeſtorum habeat hæredem in dote? remiſsiue.*
14 *Maritus, ꝙ etiam de iure canonico non poteſt occidere vxorem in adulte-
rio depræhenſam.*
15 *Occiſio vxoris, quando dirimat matrimonium iam contractum.*
16 *Adhibere medicum imperitum, & non adhibere paria ſunt.*
17 *Maritus vxori ægrotanti adhibere debet medicum, & medelam.*
18 *Vulneratus, qui non adhibuit medicum, vel adhibuit imperitum, & mor
tuus eſt, ſi vulnus non erat mortale, an vulnerans teneatur de occiſo.*
21 *Maritus, ſi ſtatuto permittente, occidit vxorem adulteram, an priuetur
lucro dotis ſibi ex pacto, vel conſtitutione proueniente.*
22 *Maritus quòd videtur renunciare lucro dotis, ſi paſſus eſt vxorem poſt
delictum commiſſum longo tempore in poſſeſsione rei dotalis manere..*

LEX XI.

SI ab hoſtibus. Quo ad hoc, vt mortua fi-
lia dos ad patrem reuerta-
tur, paria ſunt, eam tempore mortis fuiſſe in patria
poteſtate vere vel ficte. Et ſi maritus occidat vxorẽ,
lucrum dotis perdit, quod alias habuiſſet. h. d. No. primo, ꝙ
1 † iure iſto captiuitas vnius ex coniugibus inducit matrimonij
diſſolutionem. Ad idem eſt de diuor. l. j. ĩ. eod. l. ſi quis ſtipule-
tur. ĩ. de capt. in fi. l. cum duæ. & l. non, vt a patre. No. ſecundo
2 regulam, † dotem a patre profectam mortua in matrimonio
filia, ad patrem reuerti, nedum ſi illa fuerit tempore mortis in
patris poteſtate vere, ſed ficte. Ad idem C. eo. l. dos a patre. cum
ſim. No. in §. ſi vir. quòd pactum de dote lucranda ceſſat, cum
3 maritus vxorem occidit, ſed ſi † peniteat ſe malum feciſſe, in
non curando, & alia faciendo, illud recuperat, vt eſt tex. no. in l.
ſi cũ dotẽ. §. ſi aũt in ſæuiſſimo. in ver. pactis, videlicet, &c. No.
4 ſecundo pactũ † ita intelligendũ eſſe, ꝙ eius beneficiũ ad dolo-
ſum, ſeu delinquentẽ non trahatur. Beneficij. n. generalitas ma
le merentes non cõpræhendit, ĩ. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius Ti
tius Dama. Sicut & generalis proteſtatio doloſo non prodeſt
proteſtanti, s̃. de inſti. l. ſi quis mancipijs. vel iumentis. §. ſi ille.
5 de homici. c. fi. lib. 6. No. ex eodem tertiò, illud † generale, ꝙ ex
proprio delicto non poteſt quis lucrum ſperare, nec ſuam con-
ditionem facere meliorem. Ad idem ĩ. de reg. iur. l. non fraudã-
6 tur. § nemo. & ibi concor. No. vltimo † in ver. idemq;. ſecun-
dũ vnũ intellectũ, ꝙ vxori maritum occidenti dotis repetitio
denegatur. Et huius eſt rõ, quia ipſa tũc eſt diſſolutionis cã, me
rito dote priuari debet, C. de repu. l. conſenſit. In tex. ibi, vxorem
ſuã occiderit, &c. Ponitur ergo hic caſus vnus, in quo maritus
7 ſperatũ lucrum dotis amittit. Secundus † eſt, ſi vxoris ab alio oc
ciſæ mortem nõ vindicat, ĩ. de his, quibus vt indig. l. ei qui mor
tẽ. de iure fiſci. l. cum mortem. Tertius, de quo dubitatur, eſt, ſi
vxor deceſſerit nondũ ad domum ducta, vel cum qua nondũ
carnalis copula fuerit ſubſecuta, ãn tunc maritus ex forma con-
ſtitutionis vel pacti dotem lucretur? de quo dic vt per Bar. in l.
nihil. ĩ. rerũ amo. & Bal. in l. nõ ſine. C. de bo. quę liber. in l. Deo
nobis. C. de epi. & cle. plene ponit do. Bar. de Salv. in l. cũ ante.
C. de dona. ante nup. & eſt tex. optimus in l. ſalius. §. Iulianus
lib. 21. ff. trac. an etiam ad patrẽ. ĩ. quod fal. tut. Quartus etiam,
de quo dubitatur, eſt, quid ſi conſtitutio dicat maritũ lucrari
partem dotis datæ, vel dotis ſimpliciter, an intelligatur ſolũ de
dote promiſſa non adhuc datæ de quo vide per Barto. in l. iube
mus. §. j. de ſacroſan. eccle. & Bal. in l. fi. C. de do. promiſ. Et con-
a ſuluit [a] ſimiliter hoc bis Ang. vt vidi, & eſt in eis ſibi contrarius.
8 Vltimus, de quo † alias dubitaui, eſt, quid ſi decedat vxor ſup-
exiſtentibus ex ipſo matrimonio filijs, an ex forma pacti vel cõ-
ſtitutionis lucrabitur tunc maritus dotẽ? & certe videtur ꝙ nõ,
per hoc, quod habes in ſimili, ſcilicet ꝙ quamuis propter adul-
rium vxoris dos cedat lucro mariti, vt in c. plerumque. de don.
inter virum & vxo. & in l. ſi. cum ſimi. C. de adul. Tamen hoc
fallit, vbi ex matrimonio extant filij, quoniam dos ipſis tunc cõ-
ſeruatur, vt eſt tex. in Authẽ. vt liceat mat. & auiæ. §. quia vero
plurimas. ver. quid de adulterio. Contrarium tamen verius exi
ſtimo. Primo per tex. in authen. ſed hodie. C. de adult. vbi eſt ex-
preſſus, ꝙ quamuis dotem maritus non lucretur propter adul-
teriũ vxoris, cũ ex ea extant tres liberi, beneficio legis, tamen lu
cratur ex beneficio pacti, ſi hoc cõuentum ſit. Secundo per tex.
in l. ſi pater, in princ. s̃. de pact. dota. vbi in verbo, etiam. quæ eſt
dictio implicatiua, eſt caſus, ꝙ pactum, ꝙ vxore prædecedente
maritus lucretur dotem, locũ habet etiam filijs ex eo matrimo-
9 nio extantibus. Alia † quęſtio circa hoc ponitur per Barto. in l.
hac edictali. C. de ſecun. nupt. & Bal. in l. 1. C. de inoffic. dot. In
10 tex. ibi, vxoris hæredibus dandam eſſe, &c. lucrum † ergo dotis,
quo priuatur maritus occidens vxorem, tranſit ad mulieris hæ-
redes. Sed contra de d. l. cum dotem. & d. l. ei qui mortem, vbi
dicit applicari fiſco, ſoluit Barto. ꝙ hic priuatur maritus ex oc-
ciſione, quam facit ipſe de perſona eius, propter cuius mortem
lucratur, ideo ad hæredes trãſit, ibi autem priuatur propter nõ
vindicationem vxoris occiſæ ab alio. Sed huic ſolutioni refra-
gatur l. Lucius. ĩ. de iure fiſci. l. cum ratio. ĩ. de bon. dam. l. his cõ
ſequenter. §. j. s̃. famil. erciſcun. & l. j. §. ſi dominus. ĩ. ſi quis ali-
quem teſtari prohibuerit. In quibus patet hæredem occidiſſe
eum, propter cuius mortem ad hæreditatẽ veniebat, & tamen
hæreditatẽ non applicari hæredibus occiſi, ſed fiſco. Vnde ſecũ
da ſolutio eſt, ꝙ ſpeciale in lucris nuptialibus. vt hæredibus ap-
plicentẽ, per l. j. C. de ſec. nup. Sed hoc eſt ꝯ dictã l. ei qui. & d. l.
cũ mortẽ. vbi de lucro nuptiali tractatur, & tamen illud fiſco ap
plicatur, vnde idẽ Bar. in l. fi. ĩ. de his qui. vt indig. dixit, quoddã
eſt lucrũ, quod ei, qui poſito ꝙ non occidiſſet, ꝑ mortẽ occiſi
perueniſſet ex diſpoſitione legis, & illud applicatur fiſco ꝑdictã
l. cum ratio. verſus finem. Sed quoddam eſt lucrũ, quod per-
ueniſſet ex diſpoſitione hominis, & illud applicatur occiſi hæ-
redibus, vt hic. Sed hæc doctrina eſt falſa, & ꝯ dictam l. his con-
ſequenter. §. j. & d. l. j. §. ſi dñs. & dictam l. cum ratio in fi. vbi oc-
cidenti, ſi non occidiſſet, applicabatẽ hæreditas ex diſpõne hoĩs,
& tñ ꝑ occiſionẽ applicatur fiſco. Et ad ꝑdicta facit l. Lucius,
ĩ. de iure fiſ. vnde dicas, ꝙ circa præmiſſa nulla generalis poteſt
11 doctrina tradi. In tex. † Non enim eſt æquum &c. Ex proprio er
go delicto non poteſt ſperare quis præmiũ, vnde arguit hic Bal.
ꝙ ſtante ſtatuto generali, ꝙ occidens bannitos cõſequatur cer-
tũ præmium. Et alio ſpeciali, ꝙ occidens certos exbannitos, pu-
niatur pro dimidia magis, quàm ſi occideret alios, is qui occidit
vnũ ex his, nõ poteſt cõſequi premiũ virtute ſtatuti primi, quia
cum

A D D I T I O.

a Conſuluit. Adde, quòd conſi. Ange. vnum habes nume. 76. & aliud nu. 180.

cum delinquat, vt patet, quia pur punitur conſequens vt ex de-
licto præmium ſperare non poſſit. Tu autem de hoc dic vt dixi
in l.ſi quis in graui.§.hi quoq;.ꝭ.ad Sillani.In glo.i.ibi, ſed hodie
12 contra &c.Cum † ergo captiuitas cõiugum hodie non inducat
diſſolutionem matrimonii,ſequitur ꝙ filius conceptus tempo-
re captiuitatis coniugum,& ex eis natus, non cẽſeatur ſpurius,
ſed legitimus,quia iure hodierno conſiderato naſcit̃ ex nuptiis
legitimis,igitur &c.de his qui ſunt ſui.l.filium diffinimus.olim
erat ſecus propter diſſolutionem ſecutam, vt dicit tex, in l. di-
uus,ꝭ de cap.In ea.ibi,C.de repu .l .i, &c. & l. & ſi alia.ꝭ. de bo.
dam. In gloſ. ſuper verbo. debeat.ibi,vel dic,hic iure ſucceſſio-
13 nis &c. vult ergo glo.† ꝙ de iure iſto in dote,ꝙ filia fami.habeat
hæredem,quod eſt valde dubitabile.Et dic vt plene dicam in re
peti.l.poſt dotem.ꝭ.eo,In ea. ibi, vel verius,&c.hæc vera. In glo,
14 ſuper verbo,lucrifacere,ibi,quod ei non licet &c.†Nec etiam li
cet de iure canonico,32.q.3.admonere. & c.interfectores.& c.
inter hæc. Vnde dicimus,ꝙ occiſio vxoris, quamuis adulteran-
tis facta per maritum impedit matrimonium contrahendum
ex poſt contrahi per eundem, vt in d,c.admonere.cum aliis alle
15 gatis.Sed an † dirimat iam contractum.glo.ſentit,quòd non,in
c.2.de peniten,& remiſ. Contra tenet Archid. in dicto c.inter-
fectores.opin glo.puto veriorem, quia pro ea videtur caſus ea-
dem quæſtione & cauſa,in c.quicunq;.aliàs quocunq;,niſi con
traxiſſet ſecundum matrimonium cum ea,quæ vnà ſecum oc-
cidit vxorem primam, quoniam tunc credo illud nullum, per
caſum c.primi.de conuerſione infidelium.In ea.ibi, quia forte
16 medicum &c.No † glo.paria fore, adhibere medicum imperi-
tum,vt in dicta l.ſi ſeruum.de verb.obli.& ibi dixi,vel non adhi-
bere. Idem tenet gloſ.in dicto §.ſi mancipium,in ea allegato,in
17 aduocato.No.etiam ex ea † ſecundo hic Bal.quòd maritus vxo
ri ægrotanti debet medicum adhibere, & medelam. quod dic,
vt dicetur infra eodem.l.ſi cum dotem §.ſi autem in ſeniſſimo.
18 Arguit ex eadem † & tertio,quòd ſi vulneratus,cuius vulnus iu
dicio medicorum non eſt oĩno mortale,negligẽs fuerit in adhi
bendo medicum, vel adhibuerit imperitum,ſi moritur.potius
deceſſiſſe præſumatur ex tali negligentia,ꝙ̃ ex vulnere, Vide cõ
ſiliũ Bal.quod incipit.In Chriſti nomine amen,ſicut ſæpiſſime.
Ad quod facit optime l.qui occidit.§.fi.ꝭ.ad leg. Aquil. In eadẽ
19 ibi,ex pacto quod fecerat &c. No. ergo, ꝙ † lucrum,quod quis
habiturus eſt ex pacto. pp alterius mortẽ amittit, ſi ipſe præſtet
mortis cauſam. eo quia tale lucrũ regulan. eſt ſecundũ mentẽ
illud concedentis,arg ꝭ.de reg.iur.l,Neratius.Sed non præſumi
tur voluiſſe concedere lucrum dotis occidenti eam marito, igi-
tur &c,Ad idem tex,de conceſſione præben.c.paſtoralis. vbi lu
cro.quod quis ſperat, propter alterius negligentiam priuatur,
ſi eius dolo alter in negligentiam inciderit.Ad idem l.filiæ.ꝭ.eo,
& l.dubium.C.de repudiis. vbi lucro dotis, quod maritus ſpe-
rat,ſi matrimonium diſſoluatur per diuortium, priuatur ſi ipſe
20 ſimulatam diuortii cauſam præſtiterit. Sed ſtat † dubium, nũ-
quid hoc lucro dotis ex pacto prouenientis, maritus priuetur,
ſi vxorem occidat,quia in adulterio comprehenſam ? & quidẽ
videtur ꝙ ſic,quia pariſicantur lucrũ dotis proueniens ex lege,
vt in c,fi.de donat.inter virũ. Sed perdit dicto caſu, cum perue-
nit, vt concludit hæc glo. igitur &c. Contrariũ tamen puto,per
tex. quem ſingu.ibi no.Barto. in l.cum tabulis. §.i.ꝭ.de his qui-
bus vt indig.dicentem,ꝙ id quod dicitur,ſuperuenientẽ inimi-
citiã inducere priuationẽ lucri in aliũ a teſtatore illati, vt l.ſi ini-
micitiæ.ꝭ.de his qui. vt indig.& l.3. §.fi.cum l. ſeq. & l.ex parte.
de alim.leg.locũ habet,cũ inimicitia ſuperuenit culpa eius, in
quem lucrũ conferebatur, qm̃ ſecus, cum culpa teſtatoris. Ita
igitur in propoſito,quãuis occiſio vxoris proueniens culpa ma-
Sed diuinatio eſt, ideo ſolue ſecundo, vt ibi ſentit Ioan. Andr.
ſcilicet, ꝙ aut illi iurantes poſiti erant in certo loco, a quo etiã ſi
voluiſſent recedere non potuiſſent. Et tunc conuentio inualida
per ſupradicta, nec etiam eo quia voluntarie ibi extitit, excuſa-
tur eos redimens a pœna canonis, ſi quis ſuaden. de ſenten. ex-
commu. vt ſi poſiti erant in loco, a quo ſi voluiſſent, potuiſſent
eorum voluntate recedere, ſed nolebant, vt obſeruarent fidem
& præſtitum iuramentũ, & tunc hoc non improbatur. Et ita lo
7 quitur d. cap. ex reſcripto. Et procedunt hæc, ſi obligauerit † ſe
quis ad carcerem priuatũ, ſi aũt ad carcerẽ publicum, tunc di-
xit hic Bal. conuentionẽ validam, arg. l. fina. C. de maleſi. & Ma-
the. l. capite quinto. de adulter. & dicta l. interdũ. §. qui furem.
& in Authẽ. vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. l. ait
prætor. §. ſi debitorẽ. ĵ. de his quæ in fraudem credit. l. ſi quis in
ſeruitute. de fur. l. generali. C. de decurio. li. x. & l. j. C. de cur. vel
cohar. & quod no. glo. in cap. 1. §. j. de pace iuramen. firman. in
vſi. feud. & Inſtitu. de act. circa prin. licèt certe iura illa parum fa
ciant, quia loquũtur in caſibus, quibus de iure cõi permiſſum
eſt alicui capere quem propria auctoritate, & ad iuſdicentẽ du-
cere: vnde nihil ad propoſitũ. Quare puto iſto caſu dicendũ, ꝙ
aut quis per pactũ obligat ſe ad carcerẽ publicũ, eo caſu, quo
de iure cõi poteſt carcerari, & tunc pactum quamuis nudum,
8 validum, quia pactum † nudum continens id quod ius cõe, eſt
validum. Iſta faciunt ad qõnem, quam poſuit Bar. in l. j. de vſu-
cap. & per eundem in l. ſi ita ſtipulatio. de verb. oblig. Quando
ſtatutum diſponit id, quod ius cõe, de quo ibi ſcripſi in recoll.
vbi omnes moderni, & vtilis actionis productiuũ, vt no. glo. or-
di. s̄. de pac. l. legitima. Pro qua allego caſum ſingularem in l in
ter ſocerum. §. conuenit. de pac. do. iuncta gl. in l. ſi quis pro vxo
re. s̄. de dona. inter virum. Aut obligat ſe quis ad carcerẽ publi-
cum eo caſu, quo de iure cõi eſt prohibitum, & tunc obligatio
9 eſt inualida per rationes præcedentes, quæ etiam † decidunt in-
ualidum fore pactum, per quod quis vult propria auctoritate
capi poſſe, licèt Bal. teneat hic ꝯrium, & nõ bene per prædicta.
Sed eſt dubium poſito, ꝙ iſtud dictum pactũ teneat, an ex eodẽ
10 † capi poſſit debitoris hæres. In quo Bar. in l. ſi deceſſerit. in prin
cip. s̄. qui ſatiſda. cogan. determinat notabiliter, ꝙ non, per illũ
tex. dicentem, ꝙ conuentio, propter quam quis ſe obligat ad
aliquid, quod eſt ſuæ perſonæ cohærens. non afficit ſuum hære
dẽ. Sed hoc eſt huiuſmodi, igitur &c. Ad hoc facit tex. in l. Pau-
lus. s̄. de pigno. vbi tex. dicens conuentionẽ, qua teſtator obliga-
uit bona quærenda per ſe, non afficere perſonam hæredis, quia
non bona quærenda ab eo. Item facit tex. valde no. in l. qui Ro-
mę. §. Augerius. ĵ. de verb. oblig. vbi obligans ſe ad ſoluendum
quicquid Titium viuentem debere conſtitiſſet, non obligatur,
ſi declaratio debiti ex perſona Titij iam mortui facta fuiſſet in

11 perſona hæredis eius. Fallit autem hæc deciſio † in muliere, quę
ſuſcipiens tutelam filij renunciauit omni legum auxilio, quo-
niam tunc q̃uis mulier pro debito regulariter capi non poſſit
& carcerari, vt in auth. nouo iure. C. de cuſto. reo. & in l. j. cum
auth. ibi poſita. C. de offi. diuer. iudi. tamen capi poterit, & car-
cerari, quo caſu reſpectu eius, quod debet filio ex tutelæ admi-
niſtratione vigore prædictæ generalis renunciationis. Ita deter-
minat no. Bar. ĵ. de teſtamen. tu. l. ſi quis ſub conditione. ea ra-
tione, quia qua ratione fauore filij mater tutelam ingrediẽs po
teſt renunciare titulo Velleia. vt in auth. matri & auiæ. C. quan-
do mulier tut. offi. fun. pot. Idem renunciare poterit alteri bene
ficio pro ſe introducto per d. auth. nouo iure. quod eſt notan. &
12 hæc ſufficiant de primo. Dumtamen † intelligas d. auth. nouo
iure. non habere locum in meretrice, vt terminat Bal. in l. cõſen
taneum. C. quomo. & quan. iu. Et huius eſt ratio, quia perſona
ſui legum obſeruationem vitæ ſuæ vilitas excludit, C. de adult.
l. quæ adulterium. Quo ad ſecundũ, ſcilicet, an valeat ſtatutum
13 † debitoris permittens capturam, & carcerationẽ? dicendũ vr̃,
ꝙ non, quia quod non poteſt fieri per pactũ, non poteſt fieri p̄
ſtatutum. Et an valeat arg. poteſt fieri per pactum, ergo per legẽ
vel econtra, vide per Thomã in l non ſolum. §. mortis. ĵ. de no-
ui oper. nun. no. in l. non impoſſibile. ff. de pac. hic alleg. vt pa-
tet ſumpto argumen. ex l. non impoſſibile. ad fi. s̄. de pac. & no.
glo. ſing. in l. de euictis. C. de decur. lib. x. Sed reſpondeo, quod
hæc regula negatiue concepta falſa eſt, vt patet ex glo. hoc ple-
ne no. in l. neque pignus. l. priuatorũ. & l. nec ex prætorio. ĵ. de
regu. iur. quam examinat Bal. in l. pro grani. C. commi. vel epi-
ſto. & tangitur in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. licet af-
firmatiue concepta ſit vera, vt in l. fi. in fi. C. de fideiuſ. ubi vide
per Doc. in c. ſi diligenti. in no. de fo. compe. vbi eſt tex. Secũdo,
quia ſtatutum auctoritatem habet ab hominibus cõdentibus,
ſed nullus ex condentibus dominus eſt membrorũ ſuorũ, vt d.
l. liber homo. igitur. Sed reſponde, ꝙ quemadmodũ diſpoſitio
teſtatoris collata in eum, in quem ius habet, vt in libertũ, vali-
da eſt, quamuis per eam pſonæ illius libertas infringatur, vt in
d. §. Titio. in fi. reſpon. Ita & valida eſt diſpoſitio ſtatuentiũ, per
quam infringitur libertas perſonæ, in quam ius habent. Vnde
validum eſt ſtatutum, ꝙ inſignis latro ſeu bannitus ſeruus ca-
pientis efficiatur, C. quib. ad liber. procla. non lic. l. pro latronũ.
vbi eſt caſus ſin. ſm vnũ intellectũ. Tertio, quia hominẽ incar-
cerare eſt contra bonos mores, quod eſt aſſumptũ Dy. Sed con
ſtitutio quidẽ contra bonos mores cõtinens, eſt inualida, 4. di-
ſtin. erit autem lex. igitur &c. Sed reſponde contra bonos mo-
res eſſe, ſi ſequamur reſpectu carceris priuati, vt in d. l. vnica. C.
de priua. car. ſecus ſi reſpectu publici, & in caſu licito, vt patet
in d. l. j. C. qui bon. ced. poſſ. in l. ſacrilegij. §. fi. qui aliàs eſt tex. le
gis incipiens, cum eo. ĵ. ad leg Iul. pecu. & in d. l. nemo carcerẽ.
14 & in l. tutores. ĵ. de ſuſpec. tut. Sed ſtat † dubium, nunquid præ-
ſuppoſita validitate ſtatuti concedentis debitoris capturam, &
in carcerationem propria auctoritate, iſtud locum habeat in
debitoris hęrede Bal. eleganter determinat, ꝙ ſic, in l. poſtulan
te. in prin. qui facit egregie, ĵ. ad Trebel. per illum tex. Appella-
tione enim debitoris ita venit hæres, ſicut defunctus, quia is ille
eſt a quo inuito exigi poteſt, vt l. debitor. ĵ. de verb. ſigni. & l. vt
15 obligatus. cum ſi. ĵ. de lib. cau. & hęc de ſecũdo † Quo ad tertiũ,
ſcilicet, an valeat renunciatio facta facultati ceſſionis bonorũ
cum iuramento, vel ſine. ſcias hanc qõnem tractari per Cyn. &
Bal. in d. l. j. C. qui bon. ced. poſ. per Dy. & Bar. hic, & Spec. vr̃ tan
gere in tit. de alleg. & diſpu. aliàs de renunc. & conclu. §. j. verſi.
item eſt beneficium. Canoniſtæ in c. Odoardus. de ſolut. & do.
Ant. de iureiu. c. cum contingat. Fede. de Se. in ſuis conſilijs, con
ſilio apud aliquos 6c. ſed apud me 37. Plenius tamen omnibus
hoc ponunt Dñi mei in deciſionibus antiquis, deci. 210. & 1-1.
& miror, ꝙ nullus de eis facit mentionẽ, & maxime d. Ant. cui
opus illud fuit optimè notum. Et quidem videtur primo dicen
dũ, ꝙ non, quia per talem renunciationẽ aſtringitur ad detru-
ſionem carceris, cum ex ceſſione illam euitet, vt in d. l. j. C. qui
bon. ced. De truſione autẽ ſequitur inhumanitas & crudelitas
ſine cõmodo creditoris, quia fruſtra ibi detruſus inhumane ve-
xabitur. & fame forſitan morietur. Clarum eſt autem iuramẽ-
tum, per quod inhumanitas deducitur, inualidũ fore, de iureiu
ran. c. cum quidam. Debet enim vt id ſit validũ habere in ſe tria
ſcilicet veritatem, iuſtitiam, & iudicium, vt no. gloſ. C. de nup.
auth. quod eis. & patet de iureiur. c. & ſi Chriſtus. 22. qõ. i. iura-
bunt. 22. q. 4. animaduertendũ. Non enim illud fuit repertum,
vt eſſet iniquitatis vinculum, de iureiurãdo. c. quãto. 22. q. 4. in-
ter cętera. Item eſt clarum inualidã eſſe cõuentionẽ, ex qua pa-
ciſcenti nullum quæritur cõmodũ vel vtilitas, vt patet in dicta
l. quoties. & d. l. ſicut. verſus finem. Item etiam nulla eſt conuẽ-
tio, per quam in voluntate alterius reponitur facultas diſponen
di de rebus proprijs, s̄. de pact. l. nemo. Sed reſponde inhumani
tatem ſeu crudelitatẽ non ſequi, q̃m ita prouidendũ eſt, vt car-

ceratis

ceratis victus non deficiat, quia etiam pro criminali cauſa detē-
ris non denegatur, immo ſi volenti ad illum afferre ſtratū, adi-
tus negetur, iniuriarū eſt actio, vt patet in l. ſi victum, aut ſtratū.
j. de re iudica. & l. reo criminis. j. de ſolu. & de hoc C. de epiſco.
audi. l. iudices. Præterea ex hoc etiam ſequitur creditoris cōmo
dum, quia vel tędio carceris affectus ſoluet, vel alius in eum pie
rate commotus, ad ſolutionē ſortis inducetur, & conſequenter
hoc caſu iſte carcer non erit pęnalis, ſed tędialis, vt ita dixerim,
& infra declarabo. Secundo, quia ex hoc creditor non reporta-
bit cōmodum, cum in carcere exiſtens nil lucri acquirere pōt,
quod forſan extra faceret, & ad talem fortuná deueniret, vt cre-
ditori ſatisfaceret. Cum igitur carceratio nō proſit, dicto reſpe-
ctu vř renunciatio, ex qua hoc ſequitur, nō tenere, cum ex hoc
creditor veniat ꝯ præceptū charitatis & humanitatis. Item, &
quod debitor renuncians ſibiipſi inhumanus ſit & impius, ar-
gu. j. de appella. l. non tm̄. Sed reſponde, quód cum carcer, qui
aſſignatur debitoribus, debeat eſſe ſublata & libera cuſtodia ad
ipſum vſum hominū cōſtitutus, vt dicit tex. in dicta l. nemo car
cerē. igitur conſequenter ibi operari poterit, vt & extra, & ſic lu
crari. Tertio, quia debitor ſic detruſus, non poterit audire diui-
na, nec eccleſiaſtica ſacramēta percipere pro libito voluntatis,
nec audire verbum Dei, quod non minus affligit ipſum, j. q. i.
interrogo vos fratres, ex quo poterit forſan deduci ad infidelita
tem, igitur talis renunciatio. quæ propter hæc poteſt debitorē
deducere in deteriorē exitū ſalutis æternæ, non vř poſſe iuramē
to validari. Ad hoc 22. q. 4. ſi aliquis. in dicto cap. cum cōtingat.
d. c. ſi vero. eod. tit. Sed reſponde hoc eſſe falſum, quia iſta carce
rato ēt damnato ad ſuppliciū vltimū, ſi petantur, non poſſunt
denegari, de pœni. & remiſſ. clemen. j. & eod. titu. c. cum in te.
aliás, quod in te. j. in cap. fin. de ſenten. excōmu. in 6. Eſt enim
hæc carceratio ciuiliter conſideranda, non aūt inhumanè, arg.
ſ. de ſer. l. ſi cui. Quarto ſequeretur ex hoc damnū reipublicæ,
cuius intereſt homines diuiteſq́ habere, atque ſeruire potentes,
ſ. eod. l. j. & l. cum ideo. ad finem. de bon. dam. & in Authen. vt
iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. cogitatio. Et quia forte huiuſmo-
di debitoris ſeruitio indigebat, vnde in eius præiudiciū talis re-
nunciatio non vř iuro validari poſſe. ad hoc l. vltima. j. ad mu-
nicip. Sed reſpondeo hoc caſu, cum reſpublica indiget, poterit
a cuſtodia carceris liberari. Cauſa enim vtilitatis publicæ po-
teſt ius priuatum lædi. ſ. de euictionib. l. Lucius. ſ. de rei vendic.
l. item ſi verberatū. & quod no. Bar. in l. Anthiochenſiū. de pri-
ui. cred. Quinto ſequeretur ex hoc præiudiciū vxoris & libero-
rum, quibus non poterit vitæ neceſſaria ſubminiſtrare, igit &c.
In eorum præiudiciū non vř talis renunciatio iuramento vali-
dari, vt in dicto cap. cum contingat. de pac. quamuis. lib. 6. Sed
reſponde has remotas occaſiones in conſideratione non eſſe.
Ad hoc glo. de homi. c. de cætero. aliás enim raræ carcerationes
reputarentur validæ, quod eſt abſurdū. Sexto, quia conſtringi-
tur debitor per talem renunciationē ad quandā ſpeciem perpe
tuæ ſeruitutis, quia ad perpetuā carcerationē, conſequenter ēt
carcer iſto caſu erit pœna, vbi debet eſſe cuſtodia, vt ſ. dixi. Sed
ad hoc reſpōdeo multipliciter. Primo, quia carcer iſto caſu non
eſt pœnalis. vide per eundē in deci. ſuis deci. 766. & allegat l. aut
damnū. §. ſi licet. j. de pœ. vide no. in l. eos in §. ſuper his. de app.
Sed tædialis, ideo enim immittitur, vt tędio affectus creditorib.
ſatisfaciat. Ad hoc quod dicimus in ſimili, ꝙ miſſio in poſſeſſio
nem ex primo decreto, quamuis largo modo fiat contra contu
macē in eius pœnam, vt l. ſatiſque. ſ. de in ius vocan. tm̄ proprie
ſit aduerſus eum ad inferendū tędium, quo affectus veniat co-
ram iudice reſponſurus, vt l. is cui. in prin. j. vt in poſſ lega. & in
c. qm̄ frequenter. §. in aliis. j. vt li. non conteſta. Secundo, ꝙ quā
uis ex hoc tacite reſultet conuentio de carcerando, quam ſ. di-
ximus inualidā, tamen hoc non conſideratur ad inualiditatē re
nunciationis, quia illa venit in eius cōſequentiā. Et clarum eſt,
ꝙ aliás prohibita poſſunt venire in conſequentiā permiſſi, vt l.
j. j. de aut. tut. l. in modicis. de ꝯhen. emp. l. quædam. j. de acqui.
rer. do. & in c. per venerabilē. in glo. 2. vbi concord. qui filij ſint
legi. Tertio, ꝙ q̃uis ipſa carceratio ſit ſpecies ſeruitutis, vt dicta
l. 2. de libe. ho. cum ſpeciem libertatis infringat, vt dicto §. Titio.
tm̄ ſufficit, ꝙ propter hanc non ſit ſeruus creditoris, quia hoc re-
peritur l. cautum. Sed ſeruus, vt ita dixerim tędij carceralis, qđ
ſentit, donec ſoluit. Et iſta ſeruitus eſt a iure permiſſa, ex quo ꝑ-
mittit carcerationē, vt d. l. nemo carcerē. & d. l. j. qui bon. ce. po.
& per hoc etiam reſpondetur ad caſum l. ob æs. C. de act. & obl.
Illa enim dicens ob ęs alienum non poſſe compelli debitorem
creditori ſeruire, eſt intelligenda cum iure ſeruitutis auctorita
te propria ex pacto debitoris debitorē vult compellere ſibi ad
ſeruiendū, quod quidem eſt prohibitū, quia conuentionibus li
bertas tolli ſeu lędi non poteſt, vt d. l. libertas. C. de libe. cau. Se-
cus ſi iure ꝯctus ab eo petat ſeruitiū operarū, quia quemadmo-
dum ipſe operas ſuas poteſt locare alteri, ut l. qui operas. &
l. in operis. ſupra locati. cum ſimil. pariter videtur, quód &
creditori. Præterea ex hoc pacto reſultat facultas carcerandi
ctoritate publica, & in caſu permiſſo, quod eſt licitum, vt in
dicto §. tutores. & d. l. nemo. cum ſi. Quæſtio aūt prima in ordi-
ne diſputat de carceratione auctoritate propria priuati, & in ca
ſu non permiſſo, bene veritas eſt renunciationē eſſe validā, etiā
ſine iuramento, & hoc vř probari. Primo, quia tres ſunt caſus.
Primus, ꝙ qñque quis renunciat iuri pro ſe introducto ob reue
rentiā perſonæ, & tunc renunciatio eſt inualida, & ita eſt caſus
hic. Qñque quis renunciat iuri pro ſe introducto ex natura con
tractus, vel actionis, & tunc ēt renunciatio valida, ſ. de pac. l. ſi
quis crediderit. j. de reg. iur. l. ſi conuenerit. Qñque quis renun-
ciat iuri pro ſe introducto a lege propter quandā æquitatē ſeu
humanitatē, vt eſt caſus noſter in ceſſione bonorū, & tunc re-
nunciatio valida, de regu. c. ſtatuimus. & c. ad apoſtolicā. C. de
pac. & de epiſco. & cleri. l. ſi quis in conſcribendo. & ſ. in eodē
titu. l. pactum inter hæredem. & quod plene no. glo. ordi. in Au
then. vt ſine prohib. matres debi. §. propterea. in ver. ſenatuſcon
ſulto. & c. ſi diligenti. de foro compet. Secundo, quia renuncia-
tio iuris non tendens cōtra bonos mores, regulariter eſt valida,
vt in dicta l. ſi quis in conſcribendo. & dicta l. pactū inter hære-
dem. ſed hæc eſt huiuſmodi, vt patet, quia non habet perpetuā
cauſam prohibitionis. Qm̄ plures ſunt caſus, in quibus quis nō
poteſt bonis cedere, quorū duos ponit hic Bar. alios ponit Bald.
in l. j. C. qui bonis. & Ang. in l. is qui bonis. j. de ceſſio. bo. Quib.
duos ego addo. Primus, ſi habuit inducias quinquennales, quo-
niā tunc excluditur a facultate cedendi, vt l. fina. C. qui bo. Secū
dus, ſi poſt publicationē bonorū ſuorum facultas ſibi conceſſa
fuerit a principe recuperationis eorundē, qm̄ ſi ad euitandam
creditorū vexationē velit tunc bonis cedere, non poteſt, vt eſt
caſus ſingul. quem ſolus ego noto. j. de ſenten. paſſ. in l. 2. ad fi.
Tertió non reperitur iure hæc renūciatio prohibita, ergo in du-
bio debet cenſeri permiſſa, ſ. quibus ex cauſis maio. l. necnon.
§. quod eis. ſ. de probatio. l. ab ea parte. & quod plene no. gloſ.
has regulas diſcutiens in c. inter corporalia. in verbo. quod non
inuenitur. de tranſactio. Quartó, quia cum taciti & expreſſi ea-
dem ſit virtus, vt l. cum quid. ſ. ſi certum peta. l. quia acceptū.
C. locati. & l. triticum. cum ſimil. j. de verbo. obligat. ergo ſi va-
let renunciatio tacita, quæ reſultat ex beneficio induciæ quin-
quennalis, ut dicta l. fina. C. qui bo. Pari ratione vel maiori dicē
dum valere expreſſam, quod quidem limitat Federi. in prealle
gato conſilio, niſi manifeſta & notoria ſit paupertas ipſius renū
ciantis, & cum ſpe non lucri in futurū, puta, quia decrepitus, &
ſimiliter cum ſpe negatiua, quód alius pro eo ſoluit, qm̄ tūc ce-
dere poterit renunciationi, non obſtante tanquā inualida, quē-
admodū ꝓpter inhumanitatē inualidū eſt iurm, quod filius
promittit alimenta non petere, vt fieri firmat Specu. in titu. qui
filij ſint legit. §. i. verſi. ſed pone, patet. aliás ver. item pone. & ſe-
quitur Bar. in l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. j. de lib. agnoſcē.
Clarius ponit Bal. in l. pactum quod dotali. C. de colla. Pro quo
caſus eſt, de iureiuran. c. cum quidam. Aduerte tamen, quia ſi
17 quis ex † ſeipſo iuraret non cedere bonis, non obſtante iuro, ce
dere tunc poteſt, quia q̃uis longa ſit dubitatio, an actus factus ꝯ
iuramentū valeat. de quo per Inno. in c. dilecto. de præben. Spe
cu. & Ioan. And. in addi. in tit. de legato. §. nunc tractemus. ver.
ſed ſi legatus. & eundem Ioan. in regula, quod ſemel. de reg. iur.
lib. 6. in Mercur. Bar. in l. ſi quis in principio teſtamenti. de lega.
2. & in l. ſi quis inquilinos. §. fina. de lega. 1. In quibuſdam lect.
vbi etiā per Bal. in l. ſi quis pro eo. j. de fideiuſſ. Bal. in auth. hoc
iure. C. de teſtamen. glo. in c. 1. §. item ſacramenta. de pace iura
men. firman. in vſibus feudo. & alibi 22. q. 2. vltima voluntas.
Alia. j. eo. quod incipit, Licèt mulieres. de iureiuran. lib. 6. & in
c. ſi. de procura. eod. lib. & etiam Spec. in tit. de emp. & vendi. §.
3. loco. ver. & no. generale conſilium. & no. in c. intellecto. & c.
tua. de iureiurando. tamē hæc eſt firma regula, ꝙ quamuis vbi
caſus ſit ꝯ iuramentū ſecum habens concurſum iuris cōis, ille
ſit inualidus, vt eſt caſus in dicto c. intellecto. de iureiuran. tamē
vbi actus ſit in ꝯrium ſecum non habens iuris cōis concurſum,
vt eſt de non cedēdo, certè ille eſt validus, ut eſt caſus in c. ſicut
ex literis. & c. ſi inter. de ſponſa. Et hoc eſt, quod recte intuēti di-
cit gl. in c. fina. de procura. in 6. & hæc ſufficiant de qōne tertia.
18 In tex. ibi, reuerentiam, † quæ maritis exhibenda eſt &c dicit er
go hic tex. & in l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxo. act. Ab vxo-
ribus maritis eſſe præſtandam reuerentiā. Vnde eſt arg. ꝙ vxor
maritum in ius abſque veniæ obſeruatione vocare non poteſt.
Generaliter enim omnes perſonas, quibus reuerentia præſtan-
da eſt, ſine venia in ius vocare nō licet, vt ſ. de in ius vocan. l. ge
neraliter. Qua ratione Io. And. in addi. in titu. de inquiſi. §. fina.
in addi. incipiente, tex. dicit neceſſarijs &c. Idem dicit in mona-
cho. vide in dictis locis, vbi allegat c. ex parte. de accuſa. In gl. ſu-
19 per verbo, negat. ibi, † reſpon. nec tunc valet &c. Et iſtam tenet
Dyn. rationibus de quibus hic per Bart. dicens non obſtare l. li-
cet. de pac. dota. quæ in ꝯrium allegatur, qm̄ illa ratio in pacto,

per

per quod conuenitur ſoluto matrimonio, vt dos vlteriori die
reddatur, dicens hoc eſſe validum, ſi adſit iuſta cauſa, ſupplet
glo. paupertatis, ergo abſque cauſa iuſta non valet illa conuen-
tio. Præterea illa bona in caſu, in quo conditio eiuſdem effici-
tur melior, nos autem in pacto, in quo conditio eiuſdem effi-
citur deterior: vnde caſus ſunt diuerſi. Bar. tñ hic adhærens Gui
liel. de Cu. tenet opi. ꝯriam per l. diuortio. ſ. de neg. geſt. Sed cer
te l. illa loquitur, cum culpa ſua factum eſt, quod maritus non
poſſit ſatisfacere integraliter, qm̃ tunc ipſe tenetur negotiorũ
geſtorũ actione inſolidũ, nec habet beneficium, quod non con
ueniatur, niſi quatenus facere poteſt. Et hoc in caſu poſſet ve-
ra eſſe opi. Bar. & Guiliel. ſcilicet, ꝙ vbi culpa mariti p̃cedit im-
potentiam integraliter ſatisfaciendi. tunc renunciatio huius be
neficij ſoluto matrimonio valeat per illam l. aliàs ſit vera opin.
Dy. per rationes ſuas, & hoc placet Moder. & etiam mihi.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ſpectãdum eſſe, ad hoc ut maritus inſolidum teneatur, uel habeat beneficium, ne conueniatur &c.*
Res iudicata dicitur proprie poſt lapſum decem dierum a die ſententiæ latæ.
2 *Tempus ſpectari ad cognoſcendum, an aliquis ſit diues, uel non, & num. 3.*
4 *Locuples quis dicatur.*

LEX XIIII.

REi iudicatæ. Quando aliquem non eſſe lo
cupletem eſt cauſa moderan-
dæ cõdemnationis, inſpicitur tempus moderatę rei
iudicatæ. hoc dicit. In tex. ibi, rei iudicatæ &c. Tex. tñ
1 in l. verum. §. tempus. ſ. pro ſoc. de ſimili beneficio loquens, di-
cit ſpectari tempus rei iudicandæ: vnde videntur iſtæ leges con
trariæ, cum res iudicata proprie ſit poſt lapſum decem dierum
a die latæ ſententiæ, vt in c. quod ad conſultationẽ. de re iudica.
licet largo modo loquendo res iudicata dicatur ipſa ſñia, eo ip-
ſo ꝙ profertur. Et ita aſſumit tex. in l. litigatoribus. C. de appel.
de quo plene no. glo. in l. eleganter. §. ſi poſt. ſ. de condi. indeb.
& in l. j. j. de re iudic. & ibi plenius per Bar. Poſſumus dicere, ꝙ
inſpiciatur tempus vtrunque. Et quidem primo tempus rei iu-
dicandæ, id eſt ſñiæ proferendæ, vt ſi tunc maritus ſit ſoluẽdo
integraliter, inſolidum condemnetur. Et ita loquitur tex. in di-
cto §. tempus. Item & tẽpus rei iudicatæ in executione faciẽda,
prout proprio modo hoc vocabulum ſignificat, vt ſ. dixi. Quo-
niam tunc ſi maritus deſijt eſſe ſoluendo integraliter, fiat mo-
derata executio, quatenus poteſt facere, licèt præceſſerit condẽ
natio inſolidum. Et ita loquitur iſte tex. quod eſſe verum pro-
bo ex duobus. Primo, quia hæc exceptio, ne conueniatur vltra
q̃ facere poteſt, tanq̃ modificatiua ſententiæ põt opponi in exe
cutione, vt traditur in l. ex diuerſo. §. fin. j. eo. & in l. Nelennius.
in fi. j. de re iudica. Secundo, quia caſum habeo ſingularem, ꝙ
ſi tempore quo fuit condemnatus, filius non habebat exceptio-
nem huiuſmodi, vt quia erat in poteſtate, & immo condem-
natus fuerat inſolidum, ſi tempore quo petitur executio, ſuper
ueniat ſibi qualitas huius exceptionis productiua, quia tunc re
periatur ſui iuris, exceptionem opponere poteſt ad ipſam ſentẽ
tiam modificandam. Tex. eſt ſingularis in l. ſi filius. ſ. quod
cum eo. Ita igitur in propoſito, ſi tpe ſententiæ maritus hoc be-
neficium non habebat, quia poterat ſoluere integraliter, & iõ
ita condemnatus fuit, ſi tempore executionis ſuperueniat ino-
pia, propter quam non poſſit ſoluere ſolidum, & cõſequenter
qualitas productiua dictæ exceptionis, certe & tunc tp̃s execu-
tionis ad ipſius modificationẽ inſpicietur, & ita declaro hæc iu
2 ra. In glo. in verbo, † iudicatæ. ibi, ſed non placet &c. Bar. & cæ-
teri ſic diſtinguunt, quòd aliquando quem eſſe locupletem, vel
non eſſe, eſt cauſa actionis dandæ, vel denegandæ, & tunc inſpi-
citur tempus litis conteſtatæ. Ita probatur in l. quod autem. iun
cta l. ſi mulier acceptam. §. fina. qui alias eſt §. fina. l. ſi ſponſus.
ſ. de dona. inter virum. in l. litis, iuncta l. pupilli. in prin. ſ. de ne-
go. geſt. & in l. in pupillo. iuncta l. pupillo. j. de ſolutio. Quando
que aliquem eſſe, vel non eſſe locupletem, eſt cauſa moderan-
dæ condemnationis, & tunc inſpicitur tempus rei iudicatæ. Ita
loquitur hic, & in d. §. tempus. & in l. quæſitum. ſ. de pec. & in
dicta l. ſi pater. quæ aliàs incipit, ſi a domino. §. quo tempore. &
in l. ſi quo. & l. quod ſi in diem. ſ. de petit. hæredi. Quem tamẽ
§. poſtremo allegatum, Ang. dicit hic loqui, cum aliquem eſſe,
vel non eſſe locupletem, eſt cauſa vtriuſque, ſcilicet, tam dene-
gandæ, vel concedendæ actionis, q̃ moderandę, vel non mode-
randę condemnationis. Tamen hoc ſm membrũ declara, vt in
textualibus dixi. Primo vero adde, ꝙ etiam ſi poſt litem conte-
3 ſtatam † ſuperueniat locupletatio, eo quia qualitas ſuperueniẽs
eſt cauſa, vt producatur actio ex cauſa de præterito. quamuis il-
lud tempus inſtitutæ actionis ſeu litis conteſtatæ non adeſſet,
tñ condemnatio ſequitur, vt l. ſi mãdauero. la piccola. ſ. manda
ti. l. ſi rem. §. fina. de pignora. actio. & l. non poteſt videri. cum
ibi plene notatis. ſ. de iudic. ad hoc l. ſi autem. §. poſſidere. ſ.
4 de rei vendica. & l. tigni. verſus finem. ad exhiben. † Scias autẽ
illum dici locupletem, qui ſatis idoneè habet eius rei cauſa, q̃
actor ſibi dari ſeu reſtitui petit. Ita declarat verbum hoc legiſla-
tor, & l. quos nos. §. locuples. j. de verbo. ſignifica. Quia declara-
tio vera eſt in non habente beneficium exceptionis, ne conue-
niatur &c. Quoniam in habente non requiritur, ꝙ tñ habeat,
quod integre poſſit ſoluere, ne eo beneficio gaudeat, ſed quod
tñ habeat, quod quamuis integra ſolutio fiat, tñ ſibi ſuperſit ꝓ
victus neceſſitate, vt patet in l. in condemnatione. j. de reg. iuris.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio contra dotis repetitionem admittitur. & uide latè nu. 8.*
2 *Compenſationis exceptio, quod tollat ipſo iure naturalem & ciuilem obligationem,*
3 *Hæres mariti pro dote retinenda, quòd non poteſt opponere exceptiones, quas maritus opponere poſſet.*
4 *Ius coercendi mores uxoris, quòd non tranſeat in hæredes mariti. & uide nume. 5.*
Verberans uxorem ſine iuſta cauſa, qua pœna puniatur.
Vxor caſtigari poteſt a uiro moderatè.
6 *Exceptio compenſationis quando poſſit poſt ſententiam opponi.*
7 *Obligatio ad æſtimationem rei, quod ipſa re perempta ſuccedit in obligatione rem reſtitui.*
10 *Compenſatio, quod fiat a iure abſque facto hominis, ut pœna euitetur.*
11 *Hæres mariti aduerſus uxorem dotem repetentem quando poſſit dicere dotem ſuo lucro ceſſiſſe ob illius adulterium.*
12 *Hæres mariti an poſſit contra uxorem mariti excipere de adulterio in uita mariti, ut lucretur dotem.*
13 *Maritus aduerſus hæredem uxoris adulteræ, habet dotis lucrum.*
14 *Vxor propter eius malos mores non reſpicientes pudorem mariti, non perdit dotem.*

§. Hæredi mariti. Hæres mariti poteſt obijcere
cõpenſationem ob res dona-
tas, amotas, vel impenſas, licet morum vxoris coerctionem nõ
1 habeat. hoc dicit. No. primo. ꝙ † exceptio cõpenſationis ꝯ re-
2 petitionem dotis poteſt obijci. † No. ſecundo, ꝙ cõpenſationis
exceptio tollit ipſo iure naturalem & ciuilem obligationem, id
quod addit Bald. in l. inter tutores. j. de admini. tuto. de quo dic
3 vt infra dicam. No. tertio ſm vnum intellectũ, † hæredẽ mariti
pro dote retinenda obijcere non poſſe vxori id, quod ipſe mari
4 tus viuens obticuit. No. quarto ſm aliam, ꝙ † ius coercendi mo
res vxoris, non tranſit in hæredem mariti, & hoc ex textualibus
declarabitur. In tex. ibi, morum vero coerctionem non hẽt &c.
5 Quamuis † glo. & Docto. hunc tex. intelligant velle dicere, ꝙ
propter adulterium ab vxore commiſſum, hæres mariti nõ ha-
bet dotis retentionem, ſi viuens maritus crimen hoc obticuit,
& conſequenter ſit hic caſus de eo, in quo dubitauit Specu. in
locis hic per Bar. allegatis, de quo dicam in gloſ. Tñ puto poſſe
aliter intelligi. Certum eſt enim, ꝙ quamuis ſi maritus verbe-
rat, ſine iuſta cauſa vxorem, ꝙ in hoc puniatur, vt ipſi dare coga
tur tertiam partem eius, ad quod aſcendit propter nuptias do-
nario, vt in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. ſi quis dotem pro
priam. & in authen. hæc cauſa. C. de repudijs. Cum verberibus
affligere ſit ab ingenuis alienum, vt j. eod. titu. l. conſenſu. §. j. ta-
men iuſta ex cauſa vxorem, puta, quia male morigerata, poteſt
corrigere, 23. qõ. 4. duo iſta. Quinimo & moderatè caſtigare, vt
concludit glo. 7. q. j. ſicut alterius, quam ſequuntur Hoſtien. &
a Ioan. And. in ca. quemadmodũ.[a] de iureiuran. & recte, cum ip-
ſa quaſi ſerua ſit, & famula mariti, 33. qõ. 5. eſt ordo. & cap. hæc
imago. vnde maritus eam moderate caſtigare põt, quemadmo
dũ tale ius habet, & in reliquis ſuæ familiæ, vt in l. reſpiciendũ.
§. furta domeſtica. j. de pœnis. in l. ſi filius. C. de patria poteſta. l.
ideoque. §. j. ſ. de vſufruc. l. eleganter. ſ. de pignora. actio. l. 2. §.
dominorũ. ſ. de his. qui ſunt ſui vel alieni iuris. Inſtitu. eodem ti
tu. §. ſed & maior. Quinimo ſi vxor ſit clerici in minoribus, ma-
ritus omnẽ poteſtatẽ præter cędem, eam caſtigandi habet ma-
le morigeratam, adeo ꝙ & in compedibus ponendi. Tex. eſt ſin
gularis 33. q. 2. placuit, tamen ius iſtud moderatę caſtigationis
in hæredem non tranſit. Et hoc vr̃ tex. velle. In tex. ibi, compen-
6 ſationes tamen &c. † Si tex. hunc intelligis, ꝙ hæres compenſa
tionẽ obijciebat poſt factam ad dotem condemnationẽ, prout
vr̃ poſſe probabiliter intelligi, eſt hic caſus. quòd compenſatio-
nis exceptio poteſt poſt ſñiam opponi. Ad idem l. 2. C. de cõpẽ-
ſatio. vbi eſt caſus. Quod tñ fallit, niſi agatur interdicto recupe-
randæ, qm̃ tunc agenti aut executionem petenti, non obſt. cõpẽ
ſationis exceptio, ut concludit glo. ordi. de ordine cognitio. §. fi.
In

ADDITIO.

a Vide Moder. in dicto c. quemadmodum. & Ludo in l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. infra ad Silla. in fi. primæ col.

In glo.ſuper verbo, pecuniariam.ibi,quia tunc condicitur æſti-
7 matio &c. No.gl.† ꝙ in obligatione rem reſtitui, re perempta, ſuccedit obligatio ad æſtimationē. Quod dic, vt plene dixi poſt Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur. de verbo. oblig. In eadē
8 ibi,prima † placet &c.glo. hic, & in l.j.ſ.eod. & in l.diuortio.§. ob donationes.& in §.taceat.hic allegato.& in l.neq;. C. de cō-penſatio.& in l.j.C.rerum amot.valde dubitat, an petitioni do tis per vxorem factæ poſſit obijci compenſatio. Tu autem pro declaratione materiæ,dic,ꝙ tres ſunt caſus. Primus, ꝙ aliquando vxori dotē repetenti obijcitur eius retentio propter aliud,ad quod ipſa eſt obligata,& tunc hoc non poteſt fieri.Caſus eſt in dicto §.taceat. Aliqñ obijcitur dotis extenuatio,puta, quia vxor poſſedit res mariti, ex quibus percepit fructus iam cōſumptos: vnde dicitur,ꝙ in tanta quantitate dos eſt extenuata,ad quantā aſcendit æſtimatio fructuum conſumptorū, & hoc poteſt. Caſus eſt in l. Titia.ſ. de ſolutio. Quod autem obijciatur extenuatio propter impenſas in dote factas, liquet, vt l. diuortio.§.impendia.ſ.eo.& in §.ſed nec ob impenſas. C. de rei vxo.actio.& in l.quod dicitur.ſ.de impen. & in §. per retentionē. Inſtitu.de actio. Aliqñ obijcitur compenſatio,& tunc tres ſunt caſus. Primus,ſi vxori acceſſiones dotis, id eſt fructus repetēti obijciatur illa,& tunc poteſt, vt in dicto §.ob donationes. Secundus, ſi ei repetenti dotem confeſſatam poſt lapſa tempora opponēdam exceptionē non numeratæ dotis, de cuius tamen vera numeratione non aliter conſtat,illa obijciatur,& tunc poteſt. Caſus eſt ſm vnam lect.glo.præallegatæ. Tertius eſt, qñ opponitur eam repetenti,ſolutam vere,& tunc cōis opi.quam ſequitur hic Bar to.licet Guiliel.de Cu.quem refert Bald. in dicto §.ob donationes.ꝯdicat,eſt ꝙ poſſit,ſi hincinde eſt debita quantitas liquida, vt probatur hic,in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.& l. ſi conſtante.§. ſi vxor.& l.in iis.§.j ſ.eo.Et pro hac opi.inducunt Moder.tex.§. in bonæ fidei.Inſtitu.de actio.cui ſimilis eſt in l.fina. C. de compenſa.dicentem aduerſus omnes actiones obijci poſſe compēſationē excepta duntaxat cauſa depoſiti, ergo ſequitur, ꝙ cā do-
9 tis manet ſub regula affirmatiua.Sed † reſponde,ꝙ ad verbum illud duntaxat excepta, ſuppletur vel alia cauſa, quæ reperitur in iure expreſſa, vt in ſimili opponit glo.in l.ob æs tantū.cum ſi mil.C.de prædiis mino.Sed quod cauſæ dotis,cum per vxorem repetitur,non poſſit obijci compenſatio,eſt expreſſum in dicto §.taceat.igitur. Et ſi dicis ibi eſt expreſſum, ꝙ nō poſſit fieri dotis retentio,certe reſpondeo, ꝙ niſi ēt intelligas eſſe prohibitā compenſationē,certe tex.ille erit ludibrio,& verbis impoſitus, non autem rebus,contra l.2.in fi. cum ſimil. C. cōia de lega.Et ideo opin.Guiliel.puto eſſe veram. In glo. ſuper verbo,obligatus.ibi,non enim fit a iure, niſi in maleficijs & negligentijs &c.
10 Fit etiam † a iure abſque facto hominis compenſatio, vt ſequatur euitatio incurſus vſurarum,& conſequenter pœnæ, vt in l.ſi conſtat.C.de compenſationib.fit ēt,vt ex fructibus perceptis ex re pignorata,ac conſumptis, fiat ex computatio pecuniæ debitæ,vt l.j.C.de pigno. diſtractio. In aliis aūt caſibus poſt compen ſationis obiectionē ab homine factam, licet ipſo iure, compenſat,vt l.poſteaꝗ̄ ſ.de compenſa.& dicto §.in bonæ fidei.& dicta l.fina.In glo.in verbo,hēt.ibi,non licet hæredi hoc excitare &c.
11 ſm hunc ergo intellectū declarando † textum in verbo, morū, id eſt adulterij per vxorem cōmiſſi, vt hic eſt ſingularis caſus,ꝙ propter adulterium cōmiſſum ab vxore, quod quidem viuens maritus obticuit,non poteſt hæres dicere dotem ſuo lucro ceſſiſſe.Et huius duæ ſunt rationes.Prima,quia nō licet hæredi accuſare de adulterio per vxorem cōmiſſo aduerſus maritum, ſi aduerſus illam viuens maritus obticuit, vt l.j.§.his ſolis.l.ſi. C. de reuocan.dona.l.j.in fi.ſ.ad Silla.& l.oīmodo.C. de inoffic.teſtamen.Secunda,& hæc eſt Bal.quia hoc ius, vt dos cedat lucro mariti propter adulterium vxoris, tendit ad vindictam, per id quod notat glo.in l.cum emancipati.§.emancipatus filius.ſ.de collatio.bono.quam plene examinat Bar. in l. prætor edixit.§.ſi dicatur.ſ.de iniurijs.Ergo in hæredem non tranſitoriū,vt l.iniu riarum actio.la grande.ſ.de iniurijs.Sed certe hoc non vr̄ bene dictum, quia tunc dicitur ius tendere ad vindictam, qñ tendit ad æſtimationem illatæ contumeliæ, vt no.dicta glo.quam Bar. in præallegato loco ſequitur.Sed hoc non eſt, vt expreſſe patet,
12 igitur. vnde manet prima ratio firma.Sed eſt pulchrum† dubiū nunquid hæres poſſit, vt lucretur dotem, excipere de adulterio cōmiſſo per vxorem in vita mariti,marito ignorante, & ideo il lud obticente.In quo dubitat hic Bal.mihi vero vr̄,ꝙ ſic.Primo, quia tunc ceſſat prima ratio. Secundo per illud, quod in ſimili deciſum habeo,per glo.ordi.in l.fideicōmiſſum. C. de fideicō. dicentem hæredem poſſe dicere legatario,legatum nō debeo, quia vxorem viuentis teſtatoris adulteraſti, propter quod ſi teſtator ſciuiſſet,ſicut ignorauit,legatum ademiſſet. Secūdo, per tex.notabilem in l.j.ſ. de his quibus, vt indign. vbi indignus reputatur legatarius legato,ſi poſt mortem teſtatoris memoriam defuncti de crimine aliquo detulit. Et hoc ex eo, quia ſi viuens delatus fuiſſet, veriſimiliter legatum ademiſſet. Propter quam l.Bar.ibi approbat gloſ. omnino in l.ſororem. C. de his quibus, vt indignis. dicentem legatarium poſt mortem teſtatoris adul-
13 terantem vxorem, teſtatoris priuari legato.† Quid autem ecōtra, nunquid aduerſus adulteræ vxoris hæredes habeat maritus dotis lucrum? Caſus eſt quod ſic. C.de adulte.l.ſi. In eadem ibi, ſed hodie nō poteſt reijci,nec dos per hoc lucrifieri &c. hoc eſt
14 † verum, ſi ſint tales mali mores, qui non reſpiciant pudorem matrimonii,vt eſt inebriatio.& ita loquitur dicta l.fina. C.de re pud.Secus ſi illum reſpiciant, vt eſt adulterium, quia tunc vxor poteſt reijci,& dotis perditio ſequitur, vt in dicta l.finali. C.de adulter. quæ ambo per ſolam mariti concernentiam, vt plene declarabo infra in l.Lucius.

SVMMARIVM.

1 *Propter vnumquodque tale, & illud magis.*
2 *Societas contrahi poteſt cum muliere, ultra quod dicuntur ſocij diuinæ, & humanæ domus.*
3 *Societas tacita inter virum & uxorem, idem operatur quod inter alios.*
4 *Socer in quibus lo.o parentis habeatur.*
5 *Parentes habent beneficium,ne a liberis conueniantur ultra,quàm facere poſſint.*
6 *Iudicium quod eſſe poſſit inter uirum & uxorem,conſtante matrimonio.*
7 *Vir & uxor dicuntur una anima.*
8 *Vxor etiam patri uiri reuerentiam præſtare debet.*
9 *Filia nupta,quod quo ad omnia præterquam ad ſeruitia maritalia,dicitur in patris poteſtate eſſe.*
10 *Caſus,in quibus uir non lucratur dotem,etiam ſi ſtatutū diſponeret, quòd lucraretur,*
11 *Socer,qui eſt ex patre uiri, & qui ex parte uxoris quo ad beneficium exceptionis,ne conueniatur ultra quàm facere poſſit,num inter ſe diſſent.*
12 *Stipulatione oritur uinculum utriuſque obligationis.*

§.Socero quoque.

Socero vtriuſque partis & mulieri, datur hoc beneficium,ne conueniatur vltra quàm facere poſſit.hoc dicit cum l.
1 ſequen.& ſequen.No.in §.† ſocero.& l.ex diuerſo.ibi, magis pla cet &c.quod propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Eſt etiam & alius modus allegandi,iſte ſcilicet, ꝙ id quod repe ritur in cauſa ſecunda, multo fortius reperitur in prima.No.ex
2 eodem † ſecundo, cum muliere ꝯhi poſſe ſocietatem. No.ter-
3 tio, inter † coniuges ꝯctam dici ſocietatem,non ſolum humanæ,ſed & diuinæ domus. Ad idem C.de crimi. expilatæ hæredita.l.aduerſus.ſ.rerum amotarū.l.j.No.ex eadem tacitam ſocietatem inter virum & vxorem id operari, quod inter alios operatur expreſſa,quod tñ intellige quo ad conſecutionē beneficij exceptionis,ne conueniatur &c. Non autem, vt vxoris bona in cōionem veniant cum marito,nec eꝯ,vt in cap.penult.de con-
4 ſuetud.Nota in l.quia † parentis, ꝙ quo ad conſecutionē huius beneficij,idem eſt eſſe parentem, & haberi loco parentis, licet aliàs diuerſa ſint,eſſe vere tale,uel haberi loco talis,ut l.ſi maritus in magiſtratu.§.j.ſ.de adulterijs.& l.mercis. la ſecōda. in gl.
5 de verb.ſignifica. No.ex † eadem, parentes habere beneficium, ne conueniantur vltra quàm facere poſſint. Ad idem Inſtit.de actionibus.§.ſunt præterea.& l.ſunt qui.ſ.de re iudica. Nota in
6 verſicu.item † ſi mulier, inter virum & vxorem conſtante matrimonio poſſe eſſe iudicium. Ad idem ſupra eodē. l. ſi conſtan-
7 te.de iu.dot.l.vbi adhuc.cum ſimil.In glo.l.quia † parentis.ibi, vna & eadem anima, vt eſt glo.in l.ſi cum dotem.§. ſi maritus. ibi,caro &c.vt in cap. Martinus.de cogna.ſpiritu. In eadem ibi,
8 & vxor quoque eſſe vr̄ &c. Supple quo ad reuerentiam † præſtandam,quia non ſolum viro, ſed etiam patri præſtare debet. Et ita loquitur hic,ſicut ipſe ſocer quo ad matrimonij affectionem gerere ſolet paternalem, vt l.fina.ſ.de his, quibus vt indignis.In eadem ibi, C.de conditio. inſertis. l. ſi vxorem &c. & §.
9 ſcimus.† Inſtitu. ad ſenatuſconſultū Tertullianū.& l.j. in fine.ſ. de iniurijs.& l.2.§.quod ſi in patris.cum ſimilib.ſ.eod.Probant vxorem eſſe in poteſtate patris quo ad omnia, exceptis ſeruitiis maritalibus,& exhibitione operarū. Qm̄ quo ad illa eſt in poteſtate mariti, vt l.ſicut.ſ.de oper liber.In glo.l.ex diuerſo.ſuper
10 verbo, eſſe.ibi,† vt lucretur dotem ex pacto &c.Caſus, in quib. hoc lucrum dotis marito non accedit, quamuis ſtatutum illud diſponat, vel pactum, poſui in l.ab hoſtibus.§.ſi vir.ſ.eod.Quibus adde duos.Primus in l.2.ſ.de pact.dota.& l.j.ſ. de dote prælegata.Secundus,ſi ſit in dotem datū feudū, qm̄ tunc dos lucro mariti non cedit, quamuis hoc dictet ſtatutū,vel pactū, niſi cōtentetur dominus. Ita probatur ex caſu notabili in cap. 1.§.quātuis.qui eſt ſingularis, de inueſtitu. de re alie. facta. in uſib. feu-
11 dorum.In eadem ibi. ſed † hic conſtante matrimonio &c.hæc gloſ. non vr̄ facere differentiā quo ad beneficiū huius exceptionis in ſocero ex parte viri,uel ex parte uxoris,quam tñ vr̄ facere tex.in dicta l.ſicut autem.iuncta dicta l.ſed hoc ita.& l.pen.ſ.de iure

ſure dotium. Sed certe, quia eadem eſt ratio in vtroque, puto
glo. recte dicere, ſcilicet, vt ſiue conſtante, ſiue ſoluto matrimo-
nio alter cōueniatur, gaudeat eo beneficio, niſi ſibi aſcribi poſ-
ſit dolus, vt dicta l. pen. In gloſ. ſuper verbo, ciuili. ibi, & natura-
12 li &c. † Et bene, quia ex ſtipulatione oritur vtriuſq; obligationis
vinculum, vt patet in l. ſi fideiuſſor. ſ. de condictio. indebi. Ideò
autem forte tex. dixit, iure ciuili vxorem obligatam, nec ſubie-
cit naturali, quia obligata erat ex ſtipulatione, quæ introducta
eſt a iure ciuili, non gentium, vt no. in l. ex hoc iure. Inſtitutio.
de iure natu.

SVMMARIVM

1 *Exceptio non impugnatiua, ſed limitatiua ſententiæ, poſt ſententiam po-
teſt opponi.*
2 *Sententia iudicis in iure errantis non tollit alteri beneficium.*
3 *Error Iuris in iudice, quòd ſententiam irritam non reddit. & uide nume.
5. 6. & 9.*
4 *Exceptio, ne conueniatur ultra quàm facere poſſit, oppoſita per maritum
in iudicio, operatur, quòd poſt ſententiam non poſſit opponi exceptio do-
li generalis, & uide nu. 11.*
7 *Taciti & expreſſi, quod idem non ſit Iudicium, quo ad inualidandum
actum.*
8 *Sententia an ſit certa, uel incerta, recurritur ad acta.*
9 *Error in mente iudicis adeo vitiat ſententiam, quod non licet appellare.*
10 *Error iudicis in ſententia, qui ex actis, ad quæ ſe refert, apparet, an inuali
det ſententiam.*
11 *Maritus an poſt ſententiam opponere poßit exceptionem, ne conueniatur
ultra quàm facere poſſit.*
12 *Exceptio doli generalis, quòd ſubrogetur loco cuiuslibet alterius exce-
ptionis.*
13 *Exceptio ne conueniatur ultra quàm facere poſſit, quòd ſit temporalis.*
15 *Vxor quærens aliquid ex eius induſtria, an quærat uiro.*
16 *Vxor quo ad operas obſequiales & domeſticas, debet eſſe in officio mariti,
non quo ad induſtriales & artificiales.*

LEX XVIII.

L. ex diuerſo. §. ſi in iudicio. Exceptio non im-
pugnatiua ſententiæ, ſed modificatiua executionis, pōt poſt ſen-
tentiā opponi. hoc dicit. Et eſt cōmune ſummariū. vel ſic. Mari
tus etiam poſt ſnīam, eo beneficio, ne cōueniatur &c. tutus eſt.
1 hoc dicit. Nota primo regulam, † ad quam ſemper allegatur ſe
cundū intellectum cōmunē, exceptionē non impugnatiuam,
ſed limitatiuam executionis ſentētiæ poſt ſentētiā opponi poſ-
ſe. Ad idem j. de re iudica. l. Nelennius. §. fina. j. de fideiuſſorib.
l. fideiuſſores. §. fina. Caſus autem, in quibus exceptio poſt ſen-
tentiā opponi pōt, excepti a regula l. peremptorias. C. ſenten.
reſcin. non poſ. habentur per gl. magiſtram in §. temporales.
Inſtitu. de exceptio. & in l. j. C. de iuris & facti ignoran. Nota ſe-
2 cundo, ꝙ † ſententia iudicis in iure errantis beneficiū alteri non
3 tollit. Nota tertio. ꝙ † error Iuris in iudice ſententiā irritam nō
4 reddit. de quo dic. vt dicetur in gloſ. In textu ibi, doli † exceptio.
ne eum vti oportere &c. Supple generali, quæ ſubrogatur in lo
cum exceptionis, ne conueniatur &c. Quod tñ intellige. niſi pē-
dente iudicio per maritum exceptio oppoſita fuerit, & ſuper ea
cognitum: qm̃ tunc eadem opponi non poterit poſt ſententiā;
in qua condemnatus eſt inſolidū, quia tunc eſſet ſententiæ im-
pugnatiua, non aūt modificatiua, & arg. C. de fi. inſtru. l. fina. &
melius ſ. de compenſationib. l. quod in diem §. ſi rationem &
l. ſi autem. § fina ſ. de negotijs geſtis. Et ita tenent hic cōmuni
ter Docto. & bene. In gloſ. ſuper verbo, inſolidum. ibi, expreſſo
5 errore &c. Eſt ergo concluſio † gloſſatoris duplex. Prima. quòd
ſententia lata cōtra ius, iuris errore in eadem expreſſo, nulla eſt.
Et hoc probat l. 2. C. quando prouoca. non eſt neceſ. l. i. §. item
cum contra ſacras. j. quæ ſenten. ſine appella. cap. j. & cap. cū in-
6 ter vos. de re iudica. † Secunda, quòd ſententia lata cōtra ius, iu-
ris errore in eadem non expreſſo, eſt valida, neque citra appella
tionem venit retractanda. Et hoc probatur in l. præſes. j. de re iu
dicata. in l. ſeruo inuito. §. cum prætor. j. ad l rebellianū. & l.
Titius. ſ. quod cum eo. & l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ſupra
de inofficio. teſtamen. l. cum putarem. famil. ercilcun. et hic,
quod tamen hic reprehendit Iaco. de Are. prima ratione, quia
paria ſunt, habere errorem in mente, vel illum exprimere. cū
tacitus intellectus habeatur pro expreſſo, vt l. cum quid. ſ. ſi cer.
peta. l. qui ad ſupra locati. & l. 3. de verbo. obligationib. Sed hoc
7 † reſponde procedere, quo ad colligendam voluntatem partiū
actu exiſtente valido, & ita loquuntur illa iura. Quo autem ad
inducendam eius inualiditatem, taciti & expreſſi non eſt eadē
poteſtas, vt l. nonnunquam. j. de conditio. & demonſtra. & l. ex-
preſſa. j. de regulis Iur. cum ſimilib. Secunda, quia cum qualis
8 † ſit ſententia certa, vel incerta, recurrendum ſit ad acta, vt l. pe-
nul. C. de ſenten. quæ ſine cer. quantita. l. ait prætor. §. ſi iudex.
j. de re iudica. Ad quæ in dubio refertur, vt patet ex no. in l. ſi qs
ad exhibendum. j. de exceptio. rei iudicatæ. in cap. ſi confirma-
tionem. de electionib. lib. 6. & in l. hæ enim cautæ. j. de ſuſpect.
tuto. & patet in cap. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpolia. Ergo con-
ſequenter, vt patere poſſit, an error ſit in iudice, vel non, referen
da eſt ad acta: vnde de verbis ab eo prolatis non eſt curandum,
argumen. j. de re iudica l. iuſiurandum. Ad quod reſponde ſen-
tentiam ad acta referri, vt ex iiſdem eius incertitudo declaret, &
conſequenter ne ex incertitudine reſultet eius inualiditas, Inſti-
tu. de actionib. §. curare. vnde non eſt referenda ad hoc, vt ex ea
dem reſultet inualiditas. vide tex. no. et glo. in ſimili, in cap. 1. vt
lite non conteſta. in glo. in ver. ſeruatur. & in ver. coniugii argu
men. j. de rebus dub. l. quoties. de verbo. ſigniſi. cap. abbate. Ter
9 tia. quia error † in mente iudicis ita ſententiam vitiat, quòd nō
eſt neceſſe appellare, vt patet in dicta l. i. §. 1. in verbo. putauerit:
j. quæ ſenten. ſine appella. Ad quam reſponde, quòd ibi illa nō
fuit nulla ex errore iudicis in mente retento, ſed ex eo, quia con
firmabat ſententiam, ad quam expreſſe ſe referebat, & in qua
erat expreſſus error. Et conſequenter etiam videbatur error ex-
preſſus in ſententia confirmante, ex regula, quæ vult ea contine
ri in ſcriptura, quæ ſe refert ad ea. quę cōtinentur in illa, ad quā
fit relatio, j. de conditio. inſtitu l. inſtitutio talis. j. de hæredi. inſti
tuen. l. aſſe toto. j. de conditio. & demonſtra. l. ſi ita ſcripſero. &
per hoc apparet veriorem eſſe opi. gloſſato. Quid autem ſi ap-
10 pareat † error iudicis in ſententia ex actis, ad quæ ſe expreſſe re-
fert, an tunc ſit ſentētia nulla, puta, quia per A. & B eſt probatū
teneri in centum, vt apparet ex actis, ideo te condemno vide in
hoc Innocen. de probatio. cap. quoniam contra. de re iudica. c.
cum Bertholdus. Bar. in l. j. C. de manumiſſ. Dominos meos in
deciſionibus ſuis, deciſio. 70. & 28. Et ego plene dixi in l. ſi is
ad quem. de acquiren. hæredi. igitur hic non repeto. In eadem
11 ibi, † item no. hic ſpeciale &c. videtur velle glo. quòd ſpeciale
ſit in marito, vt poſt ſentētiam hanc exceptionem poſſit oppo-
nere. Et ratio ſpecialitatis eſt, quia ſi non poteſt renūciare expſ-
ſe huic exceptioni ſibi competenti ratione debitæ reuerentiæ,
vt l. alia. § eleganter ſ eodem. & l. ſi maritus. ſ. de conſtitu. pec.
Pari ratione, nec tacite, non opponendo eam ante ſententiam.
Sed certè idem puto in quacunque alia exceptione per textum
in dicta l. Nelennius. §. fina Et quia ſtat regula per dictam l. ſi fi
deiuſſores. §. vlti. quod omnis exceptio nō peremptiua, ſed mo-
dificatiua qualis eſt hęc, poteſt opponi. Qua ratione idem con
cludunt Docto. hic in exceptione inuentarii non confecti. In gl.
12 ſuper verbo, doli. ibi, quæ † eſt odioſa &c. Hoc falſum, quia im-
mo fauorabilis, cum loquatur tex. de exceptione doli generali,
quæ ſubrogatur loco cuiuslibet, de qua in l. qui ſe debere. ſ. de
condict. ob cauſam. In eadem glo. quę tamen fuit adiectio, dū-
tamen vult, quòd tutus exceptione doli, ſoluens non poſſit re-
petere. an hoc verum ſit, dic. vt plene dixi in l. ſi quis eam aliter.
de verbo. obliga. In ead. ibi, ſecus ſi ſoluerit ante ſententiam, qa
tunc repetit &c. Hanc ſolu. vna cum Dy. diſtinguente reprobat
hic Barto. volens tutum dicta exceptione, ſi ea nō oppoſita ſol-
uat, ſolutum non poſſe repetere, per caſum l. nam & maritus.
ſ. de condi indeb. & idem ſequitur hic Dominus Bald. eo quia
cum l. non infringit debitum per ſuum beneficium, ſed illius
petitionem. eo beneficio oppoſito immutat ſolutum eo nō op
poſito, eſt irrepetibile. vt l. ſi teſtamento. §. i j. de fideiuſſ. Dumta-
13 men † circa hoc, quando concludunt exceptionē, ne quis cōue
niatur &c. eſſe temporalē, non autē perpetuam, prout volebat
Dyn. Adde, quòd illud etiam concludit glo. in dicto §. tempo-
rales. Inſtitu. de exceptio. & no. in l. 2. §. fina. cum l. ſequen. j. de
14 exceptio. Poſtremo extra gloſ. duo † no. Primo ad intelligentiā
tex. ſcilicet, quòd hic iudex non ex toto errauit in iure condem-
nando maritum inſolidum ſi hoc conſiderans, quòd eſt inſoli-
dum obligatus, vt eſt caſus ſ. §. proximo. ſed in alio quo ad hoc
errauit, ꝙ ei non dedit facultatem ſoluendi, quatenus commo-
de poterat, quæ ſibi a iure eſt conceſſa. Bene poſſumus dicere
eum errаſſe in non conceſſione cuiuſdam facultatis ſoluendi a
iure conceſſę, quatenus commodè poteſt ei, qui tamen eſt in-
ſolidum obligatus, & ideo eſt, quòd talis error non vitiat ſentē-
tiam. Et hoc eſt hic de mente Iaco. de Are. Secundo inquantū
15 ſupra dixi, eſſe ſub poteſtate † viri quantum ad exhibitionē ſer-
uitii, per dictam l. ſicut. j. de operis liberto. Adde dubium, an id,
quod ex eius opera ac induſtria mulier acquirit, quærat viro
ſuo. In quo quidem Innocen. de teſtamentis. cap. cum in offi-
ciis. cuius opin. refert dominus Bal. in dicta l. ſi vxorem. & in
cap. 1. §. decedenti. qui feu. dare poſſunt. in vſibus feudorum. Di
xi pro regula viri eſſe, quicquid mulier ex eius opera. ac indu-
ſtria quærit, argumen. dictæ l. ſicut. Contrarium tenuit Pe-
trus de Bellapetti. & recte iudicio meo, quoniam videmus
inter virum, & vxorem eſſe poſſe ſocietatem bonorum om-
nium, vt eſt caſus ſ. proximo §. ibi, ſicut cum ſocio fuerit &c.
Et clarior in l. alimenta. §. fi. j. de alimētis & ciba. leg. ergo quic-
quid tunc ex eius opera ſeu induſtria quærit, ſibi quærit. Quo-

niam ſi marito quæreret,non poſſet inter eos eſſe ſocietas,vt ea
ratione non poteſt eſſe inter patrẽ & filium in profectitijs, vt l.
2.§.de ꝯhen.emptio.Secundo video,ꝙ id,ꝙ vxor & maritus cõ
muniter emunt,pro parte vxori quęritur,non diſtincto, an por
tio pretij ſoluta per mulierẽ ꝑuenerit ex eius induſtria,ſeu ope
ra,an aliunde,vt l.ſcripturæ. in gloſ. C. de fide inſtru. Tertio vi-
deo id,quod ſibi emit mulier,ſibi quærit,non autẽ marito,non
diſtincto,vnde pretium originẽ habuerit,C.ſi quis alteri, vel ſi-
bi.l.j.& l.multum intereſt. & l. ſi inſtrumenta . C. de fi. inſtru.
lib.10.& l.ſi filij.C.de dona.inter virum & licèt dicatur, ꝙ quic
quid quærit mulier,ſi probari non põt,vnde aliunde licite quę
ſiuerit,præſumitur quæſitum ex bonis viri,vt l.etiam.C.de do-
nationib.inter virum. & l. Quintus. ſ. eod. titu. quod plene de-
clarat d.Bal.in l.cum oportet.C.de bon. quæ lib. tñ ex hoc non
ſequitur,ꝙ emptum per mulierem ſibijpſi ex eo,ꝙ quæſiuit,ſit
mariti:poterit etiam tunc maritus habere actionẽ ad repetitio
nẽ quantitatis,quam pro pretio dedit, & res mulieris remane-
bit,C.de rei vendi.l.ſi ex ea.C.commu.vtr.iud.l.ſi patruus.& l.
16 pen.cum ſimil.C.ſi quis alte.vel ſibi.† Nõ ob.d.l.ſicut. quoniã,
quod tex.ibi dicit,ꝙ in officio mariti eſſe mulier debet,cõfiteor
quo ad operas obſequiales & domeſticas, qm̃ in his debet ei ꝑ-
ſtare ſeruitium,vt ibidem,& 33.q.5.eſt ordo rationis. & c. hæc
imago.Quo autem ad operas induſtriales ſeu artificiales,mini
me,quia hoc non reperitur lege cautum,& maxime,quia earũ
exercitium plerunque virile officium eſt,& ab eis mulier repe-
ritur prohibita,ut l.pen.ſ.de eden.& hæc videtur veritas.

SVMMARIVM.

1 *Hæres & filius eiuſdem matrimonij,quòd habeat exceptionem,ne conue-
niatur ultra quàm poſsit, & an in filijs alterius matrimonij ſ remiſ-
ſiue.*
2 *Hæredis appellatione in materia feudali,uenit filius.*
*Clauſula, tibi & tuis hæredibus, in conceſsione feudali, quid compre-
hendat.*
3 *Clauſula tibi & hæredibus quibuſcunque,in conceſſione feudi, quod com-
prehendat etiam non filios.*
4 *Feudum,in quo quis non tenetur præſtare ſeruitium, tranſit in extraneũ,
& etiam in filiam fœminam.*
5 *Fœmina,quòd ſuccedit in feudo exiguo.*
6 *Feudum pro quo ſeruitium reale præſtatur, tranſit ad fœminas, & etiam
ad extraneum.*
7 *Fœmina & etiam extraneus,quòd ſuccedunt in feudo emptitio.*
8 *Feudum ſimpliciter pro ſe, & filijs conceſſum, intelligitur & hæredibus.*
9 *Nepotes quando ueniant appellatione filiorum.*
10 *Emphyteuſis eccleſiaſtica in extraneum hæredem,an tranſeat,& uide nu-
me.14.*
11 *Intellectus ad tex.in §.licentiam.in Auth.de alienatio.& emphy.*
12 *In perpetuum dicitur,quod ſine temporis præfinitione eſt.*
13 *Contrahentes,quòd cenſeantur uoluiſſe agere, ſecundum quod conuenit na
turæ contractus.*
15 *Emphyteuſis priuata ſimpliciter conceſſa,an dicatur perpetua, & ad ex-
traneos hæredes tranſeat.*
16 *Feudum an tranſeat ad deſcendentes in infinitum.*
17 *Emphyteuſis accepta per uirum & uxorem pro ſe,& eorum liberis,an trã
ſeat etiam ad filios alterius matrimonij.*
19 *Fiſcus quòd non habeatur per omnia loco extranei hæredis.*

LEX XVII.

ETiam filios. Beneficium huius exceptio-
nis, ne quis conueniatur &c.
ad filios eiuſdem matrimonij tranſit. h.d. No.quod
1 † licèt huiuſmodi exceptio in hæredẽ non tranſeat,
vt ſ.eod.l.maritum.cum ſimil. tñ tranſit in hæredẽ eiuſdẽ ma-
trimonij filium.In glo.idem dici põt. Et ſi ſint nati ex alio matri
monio &c.In hoc, an filius alterius matrimonij gaudeat bene-
ficio huius exceptionis. glo. quas Bar. hic refert ſunt diſcordes,
Tu autem dic,vt plene dixi in l.maritum.ſ.eod. In ea. ibi, ſic &
2 in feudis &c. vult † igitur glo. hic,& in l.ex facto.§.fina.j.ad Tre
bellianũ,quam cõmuniter Doct.ſequuntur,vt dixi in l.pro hæ
rede.§.ſi quis tñ.j.de acquiren. hęredi. ꝙ appellatione hæredũ
in materia feudali,reſtringatur ad filium, & ſic nõ referatur ad
hæredem extraneum contra regulã l. ſciendũ. cum ſimilib.in-
fra de verbo.ſignifica Pro qua videtur caſus in dicto c.1.§.ſi cliẽ
tulus.de aliena.feu.quod dicit Petrus de Bellaperti.& Iacob.de
Raue.eſſe verum, vt refert hic Bal.quando feudum ſimpliciter
conceditur,puta quia non facta mentione hæredum,vt tunc ad
filios tantum tranſeat,non autem ad hæredes extraneos, ꝑ tex.
dicti c.ſi clientulus.ſecus ſi facta fuerit conceſſio vaſallo, & eius
hæredibus,quoniã tunc illud tranſit etiã ad hæredes extraneos,
arg.dicti cap.ſciendum.Quod dico expreſſe eſſe falſum, & con-
tra caſum apertum in c.Titius.quod eſt finale,ſi de feu.fuer.cõ
trouer.inter domi.& agna.in vſibus feudo.vbi in contractu feu
dali facta fuit expreſſa mentio de hærede,& tamen tex. vult ve-
3 rificari ſolum in filio. vnde ſtat † prædicta regula firma, quam
primo dic fallere, niſi hęredibus additum fuerit, quibuſcun-
que, qm̃ quamuis tunc generaliars eius verbi videatur debere
reſtringi ſm̃ naturam contractus ad filios,arg.j. de damno infe-
cto,l.damni.verſic.& quod in ſtipulatione.ſ.de uſur.l. ſi ſtipu-
latus.j.de leg.j.l. ſi legati ſerui. j. vt legatorum nomine caue.l.j.
§.belliſſime.& §.ſi quis ſub conditione.cum ſimil. Tñ ꝯ eſt, q2
tranſibit tunc feudum in hæredẽ extraneũ, & etiam legatariũ,
vt concludit do.Bal.& recte in l.j.ſ.de rerum diuiſio. & ca.1.de
prohib.feu.aliena.per Federi.arg.l.In conuentionibus.j.de ver-
bo.ſignifi.& l.id tempus.§.in re legata.j.de vſucap. & caſus mi-
hi videtur in cap.1.de feu.non haben.naturam propr.feu.in vſi
4 bus feudo.Secundo fallit, † niſi ſit feudum, pro quo non eſt qs
obligatus ad præſtationem ſeruitij, quoniã tunc credo, ꝙ & in
extraneum tranſibit hæredem. Hoc autem verum eſſe probo,
quia qua ratione in iſto caſu in feudo iſto ſuccedit filia fœmi-
na,quę aliàs ſuccedere prohibetur, vt in c.1.§.hoc autem notã-
dum.qui feu.da.poſſ.& in c.1.de gradib.ſucceſ.in feu. & in c.1.
de feu.fœmi.& in c.1.quemadmo.feu.ad filiam perti. vt eſt ſin
gu.caſus in c.ſi cui.de cap.extraor.Conradi.quem titulum pau
ciſſimi libri habent.Refert tamen do.Bal. in dicto §. decedenti.
Eadem etiam ratione ſuccedit hęres extraneus, qui aliàs repe-
5 ritur prohibitus.Tertio fallit, † niſi ſit feudum exiguum, quo-
niam tunc quemadmodũ, & in eodem ſuccedit filia fœmina,
aliàs prohibita,quod patet ea ratione,quia pro eo non aſtringi-
tur quis ad fidelitatem,& cõſequenter,nec ad ſeruitium, vt eſt
caſus ſingu.de fidelitate.de capit.extraordi.Conra. & refert do.
Bal.in c.1.§.eſt & alia.quæ fue.pri.cau.bñfi.amit.in vſib.feu.ea-
dem ratione ſuccedit hæres extraneus,aliàs prohibitus.Quarto
6 fallit,niſi ſit † tale feudum,pro quo non præſtetur perſonale ſer
uitium,ſed reale:quoniã tunc concludit eleganter Cy. in auth.
ingreſſi.C.de ſacroſan. eccle. hoc non eſſe proprium feudum,
ſed contractum innominatũ,do vt des,cũ ex natura proprij feu
di non aliud veniat,q̃ exhibitio ſeruitij perſonalis, vt patet in c.
1.quali,deb.vaſal.iura.fidel.& in c.1.de for.fideli & in c.in for-
ma.in decretis. & immo tunc illud nõ regulabitur ſecundũ ius
feudorum,ſed ſm̃ ius cõmune, ſecundũ quod datur regula, vt
ius ex contractu quęſitum tranſitoriũ ſit in hæredẽ quẽcunq;,
vt in l.veteris.C.de contrahen.& cõmit.ſtipu.cum ſimi. Quin-
7 to fallit,niſi † ſit feudum emptionis iure quæſitũ:quoniã tunc
qua ratione ſuccedit filia fœmina, aliàs prohibita propter na-
turam contractus emptionis,vt concludit Bal.allegando Odo.
in dicto §.decedẽti.pari ratione ẽt tranſibit in extraneũ. Quod
tamẽ dictum ego non puto verum,nec in fœmina,nec in extra
neo hærede, qm̃ non debet regulari ſm̃ naturam contractus,
ſed contractus ſm̃ naturam rei, dum quæritur de tranſmiſſio-
ne in hæredem faciẽda, vt patet in l.ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.
de verb.obli.vbi caſus, quod q̃uis ſtipulatio de natura ſui ſit in
hæredẽ tranſmiſſibilis, vt d.l.veteris.tñ tunc non tranſmittitur,
cum res in ea deducta non eſt tranſmiſſibilis,vt eſt vſusfructus.
Ad idem in l.ſi quis domum.§.hunc ſubiungi poteſt. ſ. loca.&
l.neceſſario.§.fina.ſ.de peric.& cõmo. rei vendi. Illud autẽ no.
8 ꝙ † feudum ſimpliciter conceſſum pro ſe & filijs, hæredibus cõ
ceſſum intelligitur.No.glo.ordi.in c.1.quibus mo. feu. conſti.
poteſt.in vſi. feu.ea ratione,quia quilibet non ſolum ſibi,ſed ẽt
ſuo hæredi in dubio prouidiſſe videtur, vt eſt doctrina tex. in c.
1.de duobus frat.a capi.inueſti.Ad idem l.ſi pactum.de proba.
& hæc addenda ſunt ad ea, quæ tangunt Cyn. & Bal.in l.liberti
liberteque.C.de ope.lib.& in l.qui ſe patris.C.vnde libe.& no.
quia quotidiana ſunt.In ea.ibi,vt filijs mulieris detur,non extra
9 neo hęredi &c.dicit hic Ang.verbum, † filijs,in hoc caſu nõ in-
cludere nepotes tunc,quia illi non ſunt filij eiuſdem matrimo-
nij,ut iſte tex.deſiderat tunc, quia in priuilegijs a iure cõi exor-
bitantibus appellatione filiorum includuntur nepotes, vt pro-
batur j.de excu.tuto.l.2.§.non ſolum.verſi.hoc autẽ. & l.ſed &
milites.verſic.hoc autẽ.pro quo plenius vide,quod no.Bar.in l.
liberorum.j.de verb.ſigni.& Bal.in l.Gallus.§.inſtituens.j. de li-
be.& poſthu.duntamẽ illud ſcias,ꝙ in priuilegijs appella.libe-
rorum non extenditur vltra pronepotes, vt no.gl. ſing. quã ibi
Bar.valde cõmendat in l.liberorũ.ſ.de ſena.at.l.diuo. C. de q̃ſt.
10 In ea.ibi,ſic † & in eccleſiaſtica empyteuſi, &c. Concludit ergo
hic no.gl.quæ ſemper allegatur, eccleſiaſticã emphyteuſim in
hæredẽ extraneũ non tranſire. Et quia paſſus quotidianus eſt,
& dubitabilis valde, igitur opus eſt inſiſtere. Hunc ergo tetigit
glo.in §.alienationis.in Auth. de non alie.& in rub. C. de alie.
præd.ciui.lib.x.& in Auth.de non alie.& in rub.C.de ſacroſa.ec
cle.Bar.in l.Gallus.§.quidã recte.j.de lib.& poſthu.& l. iuriſiu-
randi.§.ſi liberi.j.de ope.lib.l.ſi tibi. §. ſi pactus.ſ. de pac.& in l.
quod dr̃.j.de verb.obli.& in auth. perpetua. C. de ſanct.epiſco.
Bal.in l.2.C.de ſuis & legi. & in dicta authen. ſi quas ruinas.vbi
etiã Cyn. qui in aliquibus locis tangit in dicta l.liberti. & idem

Bal.

Bal. in addi. quas facit ad Specu. in titu. de loca. Anto. & Ioan. And. in c. in præſentia. de prob. Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 7. & in verſi. 114. & ibi etiam Io. And. in addi. & in verſic. 115. Pro parte autem negatiua, quòd ad hæredes extraneos nõ trãſeat, primo arguitur, quia res emphyteutica prohibetur alienari, vt l. fin. C. de iure emphy. in c. potuit. de loca. Ergo in hæredem extraneum prohibetur transferri, quia quod eſt inalienabile, non eſt in hæredem tranſmiſſibile, vt l. codicillis. §. matre. de legat. 2. & in l. ſi quis prioris. ȷ̃. de ſecund. nuptijs. & quod plene no. Barto. in l. ſi ita quis. §. j. ea. l. ȷ̃. de verbo. obliga. Bal. in l. ea lege. C. de condictio. ob cauſam. & no. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 2. Secũdo probatur, quia fiſcus tenet locum hæredis extranei, vt l. j. C. de bon. lib. in glo. ordi. Sed in fiſcum ex publicatione non transfertur emphyteuſis, vt in cap. fęlici. §. ſi qua vero ſeudi. de pę. lib. 6. & in c. fundamenta. §. quod ſi ſecus. de electio. eodem lib. Et de iure ciuili probatur, quia quod eſt inalienabile, eſt ex confiſcatione in fiſcum intransferibile, vt eſt caſus ſingularis in l. Imperator. ȷ̃. de fideicommiſ. liberta. & plene dixi in l. ſi finita. §. de vectiga. de damno infecto. igitur in hæredẽ extraneum non eſt tranſmiſſibilis. Tertio probatur per textum in Authen. de non alienan. in §. emphyteuſim autem. vbi tex. dicit emphyteuſim eccleſiaſticam non tranſire, niſi in filium, & nepotem accipientis, ſeu eius coniugem, ſi de coniuge expreſſa mentio facta fuerit, ergo ſequitur, ꝙ non in extraneum hęredem. Quarto probatur, quia perpetua emphyteuſis in re eccleſiaſtica eſt prohibita, vt in Authen. de non alien. §. alienationis. & §. ſi non etiam perpetuam. & in c. nulli. §. alienationis. de rebus eccle. non alienan. ergo ſequitur, ꝙ eſt prohibitus eiuſdem in hæredem extraneum tranſitus, quia qua ratione poſſet tranſire in vnum, eadem ratione in quecunque ſucceſſiue, & ſic in infinitum. Et ſi dicis hoc fore correctum per §. licentiam. in Auth. de aliena. & emphy. vbi dicitur emphyteuſim rei eccleſiæ cuicunque non ſolum ad tempus poſſe concedi, ſed etiam
11 ad in perpetuũ. Reſpondetur multipliciter: † quoniã in eius §. intelligentia variant ſcribentes in ſupra poſitis remiſſionibus. Primi enim dixerunt, quòd dictus §. licentiam. corrigit dictum §. emphyteuſim. quo ad numerum vel tempus, nõ autem quo ad qualitatem de facto hęredum, vt ſic ſit ſenſus, ꝙ vbi olim ꝑ §. emphyteuſim, non poterat emphyteuſis eccleſiaſtica tranſitum facere, niſi in filium, nepotem &c. hodie per §. licentiam. tranſibit in quẽcunque deſcendentẽ per lineam directã ab ipſo accipiente. Qui quidem intellectus mihi non placet, quia põderãdum, ꝙ titulus de alienatione emphyteuſis eccleſiæ maioris Conſtantinopolitanæ, non poſſe tranſitũ facere, niſi in duos accipientis perſonæ hæredes. Secundo, §. ſi vero contigerit. volentem, quod ſi aliqua ex cauſa emphyteuſis dictæ maioris eccleſiæ peruenerit ad fiſcum, ſit in electione eccleſiæ prædictæ dicere, an velit emphyteuſim eſſe, an ad ſe redire. Ex quo ſubtiliter intuẽti datur intelligi, ꝙ dictus §. j. dum vult emphyteuſim maioris eccleſiæ tranſitum facere in duos tantũ accipientis hæredes. Primo loquitur de deſcendẽtibus ex eadem linea: qm̃ ſi loqueretur de extraneis, tunc fiſcus, in quem tranſitus fecit ea emphyteuſis, tanquam quilibet alius extraneus hęres, haberet poteſtatem illam retinendi. Quod tamen negat d. §. ſi vero contigerit. cum hoc ponat in eccleſiæ maioris electione: vnde ſequitur, ꝙ tertium ius eiuſdem authenticæ poſitum in dicto §. licẽtiam. loquatur in hæredibus extraneis; non autem de deſcendẽtibus ex linea accipientis. Quia ſi hoc eſſet, nõ foret differentia inter emphyteuſim eccleſię maioris, quæ tranſitum facit ſolũ in deſcendentes, vt ſ̃. probaui, & emphyteuſim alterius eccleſię inferioris, quam d. §. licentiam. vult expreſſe facere. Et hæc eſt ratio quorundã moderniorũ, qui hunc paſſum diſputauerunt, quæ mihi nullo modo placet: quinimo differentia remanebit in hoc, ꝙ vbi emphyteuſis minoris eccleſiæ tranſitũ ſolũ facit in duos deſcendentes accipientis, vt in §. j. emphyteuſis eccleſiæ inferioris tranſitum faciet in deſcendẽtes quoſcunque, vt in §. licentiam. Secundus fuit intellectus dicentium, ꝙ aut q̃ritur, quod emphyteuſis ſimpliciter conceſſa tranſeat ad hæredes, & tunc dicendum, ꝙ ſic, ſed ad duos proxime deſcendentes accipientis tantum, vt in §. emphyteuſim. Aut quæritur, an emphyteuſis eccleſiæ, ſi data ſit pro ſe & ſuis hæredibus quibuſcunque in infinitum, valeat, & tunc dicẽdum ꝙ ſic, vt in §. licentiã. Qui quidem intellectus videtur non eſſe bonus, iſta ratione, qa qua ratione, cum res eccleſiæ ex titulo, cum debita ſolennitate alienatur ſimpliciter, duntamen non mere lucratiuo, cenſetur alienari in perpetuũ, adeo quòd ab hæredibus quibuſcunque etiam extraneis eius, in quem facta eſt alienatio, nõ poteſt auocari, vt patet in authen. hoc ius. C. de ſacroſanctis eccleſijs. canonizata x. q. 2. hoc ius. & in ca. ſine exceptione. 12. q. 2. & in ca. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. pari quoque rõne idem dicendum eſt, ſi cum eadem ſolennitate ſit alienata per viam emphyteuſis ſimpliciter, quod dicere nullo modo mihi placet. Quia igitur ſi per viam alterius contractus oneroſi, quàm emphyteutici res eccleſiaſtica alienatur in quemcunque hæredem in infinitum, illa tranſit abſque facultate auocandi, quia penes alienantes eccleſiam nihil iuris remanſit. Sed igitur ſi alienetur ex contractu emphyteutico ſimpliciter, poteſt auocari per eccleſiam finita linea deſcendentium. Secunda, quia penes eccleſiam remanſit nuda proprietas, ſeu directum dominiũ, vt patet in l. j. §. qui in perpetuum. ſi ager vectigalis. vnde ne illud directum dominiũ ſemper eſſet nudum, quod foret, ſi tranſiret in hæredes quoſcunque in infinitum, igitur noluit lex non tranſire, niſi vſque ad ſecundam perſonam deſcendentem habita conſideratione. Primo videtur facere & voluiſſe tex. in Authen. de non alienan. §. neque illud. Secundo eam probo per id, quod habemus in ſimili, ſcilicet, quòd ideo ſtatutum eſt, ne vſusfructus tranſeat in fructuarij hæredes in infinitum, etiam ſi dictum ſit, ꝙ ad hæredem tranſeat, vt l. antiquitas. de vſufructu. Et ſic dicendo proprietas penes dominũ manens ſemper eſt nuda, non vtilis vt ibi, & in l. 3. §. ne tamen. ſ̃. de uſufructu. Vnde tertius fuit intellectus dicentium, quòd aut conceditur eccleſiaſtica emphyteuſis cum ſolennitate, de qua in dicto §. licentiam. & tunc intelligitur conceſſa in perpetuum, & conſequenter in hęredes quoſcunque, etiam extraneos trãſeat, & ita loquitur §. emphyteuſim, ſcilicet, vt non ad extraneos, ſed ad deſcendentes, dico tranſeat. Sed certe modernioribus hoc non placet, & rationes, vt mihi videtur, quia ſolennitas adinuenta per ius ciuile circa alienationem rei eccleſiaſticæ, hodie non eſt neceſſaria ſeruari, dummodo ſeruetur illa, quę tradita eſt de iure canonico, ut concludit glo. in dicto cap. 1. in verbo, tractatus. in 6. de reb. eccle. non alienan. In partem ergo contrariam, quòd tranſeat ad extraneos, videtur primo probari per dictum §. licẽtiam. in Authen. de aliena. & emphyteu. & in authen. perpetua. C. de ſacroſan. eccle. vbi eſt expreſſum emphyteuſim eccleſiaſticã in perpetuum poſſe concedi, ergo ita, ut in hæredem extraneũ tran-
12 ſeat. Quod probatur dupliciter, quia † in perpetuum illud eſſe dicitur, quod ſine temporis præfinitione eſt, vt l. 3. ȷ̃. de excep. & no. plene glo. in l. j. ſupra pro ſoc. Et probatur ſupra de ſerui. vrba. pręedio. l. eum debere columnam. Secundo, quod dicitur, ꝙ in perpetuum conceditur, cum in omnem hæredem illud tranſit, dumtamen penſionem ſoluat, vt eſt expreſſum in §. adeo. Inſtit. locati. Ex quibus patet, ꝙ iſte paſſus remanet ſatis dubius, quem etiam tractauit do. Bal. in l. fi. C. de hęred. inſtitu. & in authen. defuncto. C. ad Tertullianum. Mihi vero videtur dicendum (ſalua ſemper ſubſtantia veritatis) quod aut quęrimus, an emphyteuſis eccleſiaſtica poſſit concedi in perpetuum, ita vt in quoſcunque hæredes etiam extraneos transferatur, & tunc dico, quòd non, etiam iuris ſolennitate ſeruata. & ad hoc eſt caſus in dicto §. ſi vero etiam perpetuam. & in dicto §. alienationis. Nec obſt. §. licentiam. qui ſolus in hoc facit dubium, quia reſpondeo, ꝙ ille eſt correctus per dictum c. nulli. §. alienationis. vbi Papa poſtquàm dixit alienari rem eccleſiæ, eſſe prohibitũ, ſubmiſit alienationis verbo includi perpetuũ emphyteuſis contractum, & ſic reſuſcitat dictum §. licentiam. Et ſi dicis, ꝙ dictũ cap. nulli loquitur cum alienatur res eccleſiæ ſine ſolennitate, certe reſpondeo, ꝙ tunc ille tex. poneret caſum non dubiũ, contra l. ancillę. & l. quod Labeo cum ſimilib. maxime quia antea ſtatutum erat alienari non poſſe ſine ſolennitate, vt in dicto ca. ſine exceptione. Secundo hoc probo. quia ſi ſpeciale eſt, vt vna eccleſia alteri eccleſiæ cum ſolennitate emphyteuſim perpetuã concedere poſſit, vt eſt caſus no. in Auth. vt de cætero commutationes. §. illud iam quoque. ver. licentia. ergo in alijs caſibus eſt in contrarium ius cõmune. Tertio probo, quia ſi ſpeciale eſt, vt rem in emphyteuſim datam ſterilem, factam poſtea fertilem ei, qui fecit, poſſit eccleſia in perpetuum concedere, & ſic etiã in hæredes extraneos tranſituram, vt eſt caſus in capit. ad aures. de rebus eccle. non alien. & in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccl. ergo in alijs caſibus eſt in contrariũ ius cõmune. Quarto probo per c. 2. de rebus eccl. non alien. lib. 6. vbi tex. dicit rẽ eccleſiæ in emphyteuſim poſſe concedi in forma, & caſibus a iure conceſſis. Modo non eſt dubium, ꝙ forma, quomodo concedi debeat, non eſt iure canonico cauta, ergo recurrendum ad ius ciuile, ar. cap. 1. de noui oper. nun. & 10. diſtin. in adiutoriũ. Modo non recurri debet ad §. licentiam. quia ille correctus, ut ſupra deduxi, ergo ad §. ſi vero etiam perpetuam. & §. emphyteuſim. vbi datur forma, quòd non concedatur perpetuo, ſed in duos tantum deſcendentes accipientis tranſitura. Aut quærimus, an ſi ſit conceſſa ſimpliciter, videatur concedi in perpetuum, uel ut tranſeat in deſcendentes duos ſecundum formam d. §. emphyteuſim. & tunc dic, quod non in perpetuum deſcendentes, ſed quod in duos tantum tranſeat, videtur eſſe conceſſa. Et ita eſt caſus in dicto §. em-
13 phyteuſim. Cenſentur † enim contrahentes voluiſſe agere, ſecundum quod conuenit naturæ contractus, vt l. diuortio. §. ſi

ſundus.ſ̃.eod.& no.glo.in c.1.in verbo,beneficium. de capitu.
14 Conradi.in vſibus feudorũ.Limitauit † tñ hoc alibi ſingulariter
Bar.eſſe verum,niſi conceſſa ſit res ſterilis ei, qui ſuo labore eã-
dem reddidit fertilem & meliorē,quia tunc tranſibit in hæredē
eius extraneum . Ita dixit notabil. in l. quicunque. la 2.de omni
agro deſerto.lib.11.per illum tex.dicentem,ꝙ qui rem patrimo
nialem principis de ſterili fertilem reddidit, illam in perpetuũ
habet,& vt propriam trãſmittit ad hæredem . Quod dictum eſt
certe falſum,quia ſi hoc eſſet, quod ipſo iure propter ſuperue-
nientem fertilitatem facta fuiſſet tranſmiſſibilis in extraneum,
fruſtra Papa in cap.ad aures. de reb. eccle. non alie.conceſſiſſet
facultatem eccleſiæ,vt ibi in perpetuum fundum in emphyteu
ſim concedere poſſit, qui antea eundem ſibi in emphyteuſim
conceſſum & ſterilem reddidit fertilem. Fruſtra enim precibus
imploratur id,quod iure cõi conceditur,C.de theſau.l. j lib.x.
j̃.de acquiren.hæred.l.ei qui ſe. & l. quæ ſub condi.j̃.de condit.
inſtitu.cum ſimil. vnde ibi eſt contra eum caſus iſto modo in-
ductus Nec obſt.d l. quicunque. quia in re principis loquitur,
nec apparet ibi,an emphyteuſis data fuiſſet, & hoc de emphy-
15 teuſi eccleſiæ . Emphyteuſis autem † extranei ſimpliciter con-
ceſſa.perpetua eſt, & in hæredes extraneos quoſcunque tranſi-
toria,ex regula d.l.ſi pactum.& dic.l.veteris.& l. obligationũ ſe
rè.§.placet de act. & obli. Ex quibus patet ius ꝯctus regulariter
in hæredem tranſitoriũ, & tempus non eſſe modum tollendæ
obligationis. Et ita puto in hoc notabili, & quotidiano paſſu.
16 Quid autem † in feudo, an illud tranſeat ad deſcendentes in in-
finitum an vero idem ſit,quod in emphyteuſi? dic, vt j̃.eodem.
§. quod vero Cõradus. & §.hoc quoque ſciendum.qui feud.da
re poſſunt.& in capitu. 1.de ſucceſſ.feu.de alien.a. feu.cap.in feu-
do.& de feu.Marchiæ.cap.1.in prin.& § ſi capitanei. & in ca. 1.
de gradibus ſucce. in feud.& in ca. 1.de natu.ſucceſſ. feud. & in
c.ſatis diſpoſitum.aliàs,ſans bene.de prohibi.feu.alien.per Lo-
tharium.& ad dictum §. ſi cui . quem ſupra allegaui,vide dictũ
17 Bal.in dicta l.quoties. C. de ſuis & legi. Vltimo hæc † glo.dum
dicit filios alterius matrimonij gaudere beneficio exceptionis
huiuſmodi,inducitur per dominum Bal.in rubrica, C. de priui-
leg. dot. ad quæſtionē. ſi maritus & vxor accipiãt in emphyteu
ſim rem pro ſe,& eorum liberis. an illa trãſeat in filium , quem
alter ex coniugibus ſuſcepit ex alio matrimonio , & ſic non cõ-
munem?de quo vide per eum.qui ibi ponit veritatem,allegan-
do Specu.in authen.qui rem.C. de ſacroſan.eccle. & reſponde
18 ad l.cum vir vxori.de condi.& demonſtra. Ad primam † tamen
rationem ſupra pro parte negatiua factam , reſponde, quòd illa
non procedit , quia & multoties res prohibeutr alienari, quæ tñ
ex titulo inſtitutionis olim transfertur in hæredem, vt l.quædã.
ff.de acquirendo rerum dominio.& l.i.de fun. dota. Ad ſecun-
19 dam reſponde,ꝙ non eſt verum,ꝙ † fiſcus per omnia habeatur
loco extranei hæredis, maxime cum alterius bona capit ex deli
cto, vt plene notatur in l.fi. C. ad legem Iuliam de vi. & l.quo-
ties.in fi.j̃.de nouationibus.& l.inter eos.§.fina. de fideiuſſorib.
& j̃.eodem.l.ſi marito publico . in l. ſi conſtante.in fi.ubi dicet.

SVMMARIVM.

1 *Culpa in rebus alienis punitur, & quid in proprijs , & uide nume. 14.
15.& 16.*
2 *In dependentibus ab animo magis inſpicitur intentio,quàm factum.*
3 *Dolus in alium commiſſus magis punitur,quàm culpa.uſque ad num.6.*
4 *Actio legis Aquiliæ , quòd competat marito pro damno in re dotali dato.*
8 *Maritus pro re dotali obligatur de dolo & culpa, & uide nu.13.& ſeq.*
9 *Maritus ob eius culpam.an perdat beneficium exceptionis , ne conuenia-
tur &c.uide nu.11.*
10 *Vſurarius , qui omnia eius bona conſumpſit , ne reſtituere uſuras tenere-
tur,an in foro conſcientiæ teneatur.*
12 *Libertus,qui poſt impetrationem annulorum aureorum negat ſe fuiſſe li-
bertum,amittit ius impetrationis.*

§. Licet in. Beneficium exceptionis huiuſmodi mari-
to conceſſum,competit exceptione doli ab
eo commiſſi in rebus proprijs in damnum vxoris, in dotalibus
vero commiſſi qualitercũque, & ſi maritus obligatur vxori ra-
tione doli,vel culpæ.proprii,non liberatur per ceſſionem actio
nis,ſecus ſi ratione doli, vel culpę.alieni.hoc dicit uſque in finē.
1 Nota primo, † & ita communiter allegatur. quòd in rebus alie
nis culpa punitur,in rebus verò proprijs culpatur ſolum, nõ pu
nitur.Et his verbis loquutus fuit Imperator Papæ , me præſen-
te,& tribuno poſt coronatio nē:Beatiſſime pater, culpa in alie-
nis rebus eſt punienda , in ſuis culpanda , ita dicunt leges meę.
Non tamen aliquid allegauit,niſi in voce. Ludo. Ponta. Ad idē
j̃.eadem l. ſi conſtante.§. ſi maritus. ſ̃. ad legem Aquil.l.legis.la
vltima.C manda.l.in re mandata.ſ̃.de petitio.hæredit.l. ſi qui.l
2 poſſeſſor.§.ſicut.No. magis inſpici intentionem, † quàm factũ
in his, quæ deſcendunt ab animo , de quo dic, ut in l.eum qui.
§.iniuria.& §.cum aliquis.j̃.de iniur. in l.verum.j̃. de fur.& l.di-
uus.j̃.de ſicarijs.vbi plene per Bart.& no.Cy.C. ad leg. Iul.de vi.
l.quoniam multa facinora . Nota tertio , quòd magis obligat
3 † dolus, quàm culpa,qui in alium committitur directe, quàm
qui indirecte & per obliquum.Et ad idem dicto §.cum aliquis.
4 & d.§.ſi iniuria.Nota quarto no. † regulam, ꝙ licet vbi quis in-
cidat in obligationem ex vitio proprio , non liberetur ceſſione
actionis,tamen eadem liberatur, cum in obligationem incidit
5 vitio alieno . Poſſumus etiam & quinto † no. ꝙ qui ideo obli-
gatur,quia habet aduerſus alium actionem, eius ceſſione libe-
6 ratur. Nota marito † competere actionem legis Aquiliæ ratio-
ne damni in re dotali commiſſi . Ad idem C. de iure dotium.l.
in his,& immo conſequenter reſultat, quòd ipſe rei dotalis eſt
dominus,cum illa domino competat,ſ̃.ad legem Aquil.l.item
7 Mela.§. legis . Nota quòd dolus † per maritum in ſubuerſione
patrimonij proprij commiſſus, ob hoc ſigillatim, vt damno eſ-
ſet vxoris,aufert eidem beneficium ſpe dictæ exceptionis . Ad
8 idem C.de rei vxo.actio.l.vnica.§.cum autem.Nota † maritum
ratione rei dotalis obligatum eſſe de dolo , & culpa . Ad idem
ſupra de iure dot.l in rebus.& j̃.eodem.l.ſi filio.§.maritum.de
pact.dota.l.Pomponius. aliàs, Pamphilus. ſupra commoda.l.ſi
vt certo.§.nunc videndum.In tex.ibi , ſi dolo mariti rès dotales
9 interijſſent &c.Quid † autem ſi interueniret eius culpa,an tunc
excludatur beneficio dictæ exceptionis?glo. ſentit , quòd ſic,in
l.verum.§.tempus. ſupra pro ſocio . Et pro illa facit tex. hic in
verſiculo.cum tamen quæritur. ibi , dum dicit , quia in rerum
ipſius adminiſtratione non erat culpa ab eo exigenda &c.Ergo
a contrario ſenſu habenda eſt ratio culpæ in adminiſtratione re
rum dotalium.Sed ſolue, ꝙ hoc ſumi non debet, quia reſultat
in iure abſonus intellectus, vt l.2.cum ſimilibus. C.de condi.in
ſer.Quòd autem reſultet,patet hic in ver.ſilius,in verbo,ſi dolo
mariti.Ex quo datur intelligi , ꝙ non niſi , cum dolo mariti res
dotalis perijt,excluditur idem a dicto beneficio . Pro eadem ta
men glo facit tex.noſter in princip. volens in rebus dotalib.do-
lum atque culpam exigi a marito.Sed reſponde,ꝙ ibi loquitur
quoad vinculum obligationis de dote, nos autem loquimur
quo ad excluſionem dicti beneficij, & ideo verior videtur gloſ.
in dicto §.cum autem.quæ ſentit contrarium In tex.ibi,quan-
quàm enim duntaxat dolum &c. Si ergo maritus dolo dilapida
uit patrimonium ſuum ob hoc,vt non haberet vxori dotem re
ſtituere , ad reſtitutionem compellitur, neque beneficio dictæ
10 exceptionis gaudet. † quod induxit hic Bar.ad quæſtionē uſura
rii.qui vt non haberet vſuras reſtituere, omnia ſua bona con-
ſumpſit,an in foro conſcientiæ teneatur? Cuius deciſionem di-
cit Theologis relinquen. & idem dixit hic Auge. Mod. autem
dicunt hic,ꝙ ſi quærimus quid in foro contentioſo, tunc eſt obli
gatus , quaſi dolo deſierit poſſidere , & conſequenter poteſt in-
carcerari,nec gaudet beneficio ceſſionis,ut l.fina.§. vlti. ſecun-
dum vnum intellectũ,j̃.de his quæ in fraudem credi. Aut in fo-
ro conſcientiæ.& tunc ſi poſt doloſam conſumptionem pęni-
tuit,& confeſſus eſt, liberatur . Quia quacunque hora redierit
peccator,& pœnitentiam atque contritionem habuerit,dimit
tetur ſibi,de pœni.diſtin.i.poteſt idem.Quinimo liberatur , q̃-
uis non poteſt reſtituere,quia Deus non arctat quem ad impoſ
ſibile,argumen.eorum quæ no.de regulis iuris. peccatum. lib.
6.Et hoc mihi placet , quia caſus eſt expreſſus 14.qõ.ulti.ſi res.
Et ad idem quod habetur de vſur.c.cum tu.de rapto.cap.ſuper
eo.de homicid. c. ſicut dignum.§. eos. debebit duplex imponi
pœnitentia,vna propter delictum extorſionis, alia propter do-
loſitatem conſumptionis. Mali enim multiplicatio pœnã non
minuit,ſed auget , vt l.nunquàm plura.cum ſimi.j̃. de priua.de
lict. In tex. ibi , quanquàm eum duntaxat dolum ei nocere pu-
11 tem.† Et ſic beneficium dictæ exceptionis perditur propter do-
loſam patrimonij ſubuerſionem.Perditur etiam propter ipſius
matrimonij negationem . Sed Bal. hic ratione regulæ dicentis,
quòd perdit beneficium,cum id negat , quod eſt beneficij cau-
ſa.vt l.ſi dubitet. §. ita demum.de fideiuſſorib. l. ſed ſi ex parte.
§.interdum.ſupra quod cum eo.l.ſi vnus ex ſociis. in fi.ſupra ꝓ
ſoc.& l.ſed hoc ita.ad fi.infra de re iudic.Quam doctrinam etiã
probat Bald.in authen. contra qui propriam. C. de non nume.
12 pecu.Dum † tamen Barto.circa hoc dicit , quòd libertus ſi poſt
impetrationem annulorum aureorum negauerit ſe fuiſſe li-
bertum, perdit beneficium dictę impetrationis. Et alleg.l.fina.
de iure annul.aureo. Adde, quòd male alleg. quia immo eſt l.
j.& 2.eiuſdem titu.In glo.ſuper uerbo, culpam. ibi , & diligen-
13 tiam, † quam in rebus ſuis adhibet &c.Et ideo tenetur maritus
in re dotali de culpa leuiſſima,ſi in ſuis reb.erat diligētiſſimus,
vt no.gl.in l.in reb.hic allegata , aliàs vero tenetur de dolo,lata,
& leui,ut dicto §.nunc videndũ.cum alijs notabilib.alleg.In gl.
14 ſuper verbo,culpa.† ibi,l.ędiles. §. Pedius. & l. cum autem.§.ſi.
dic,ꝙ ibi de dolo & culpa in rebus proprijs commiſſa,imò quis
coerce-

coercetur, quia quamuis dominiũ pro præſenti adeſſet penes
culpabilẽ, tamen ſpes erat reſolutionis eiuſdẽ propter redhibi-
tionem. Et immo etiã in re dotali habetur ratio culpæ per ma-
ritum cõmiſſæ, vt hic, quia quamuis ſit tunc mariti propria, ta-
men habetur ſpes reſtitutionis eiuſdẽ propter matrimonii diſ-
ſolutionẽ. Et ideo habetur ratio culpæ per hæredẽ cõmiſſę in
hæreditate, cuius eſt reſtitutio facienda, vt in l. mulier. verſi. ſed
ſi quis. j. ad Trebel. In ead. ibi, ſed hæc &c. & bene, quia ibi de
dolo loquitur, nõ de culpa. In ea. ibi, de his qui ſunt ſui vel alie.
iuris. l. i. §. fina. & Inſtit. eod. titu. §. videamus. & §. ſed & maior.
Sed ſolue, ꝙ ibi præſumebatur dolus ex qualitate facti, ſcilicet
ratione exceſſiuę caſtigationis domini in ſeruũ ſine iuſta cau-
ſa. argumen. C. de iniur. l. ſi non conuitij. & de præſump. c. 1. cũ
ſimil. Hic autem aderat ſolum culpa abſque aliquo dolo vero,
vel præſumpto. In glo. ſuper verbo, alium. ibi, l. ait prætor. §. il-
15 lud &c. Triplex † eſt ſolutio. Prima Iaco. de Beluiſ. dicentis, ꝙ
ibi adeſt dolus præſumptus aduerſus alios creditores, & ideo
coercetur dolus reſpectu oĩum, quia præſumitur, ꝙ ſicut frau-
dare volebat emptor illum creditorẽ, quem ſciuit, ita voluiſſet
fraudare alios ſi ſciſſet. Semel enim malus in eodẽ mali genere,
ſemper malus præſumitur, vt in regula, ſemel. in 6. & l. ſi cui. §.
iidem. de accuſa. cum ſimil. Secunda Dy. dicentis, ꝙ hic loqui-
tur in dolo debitoris, qui certat de retinendo, & ideo ſibi faci-
lius ſuccurritur de dolo in re propria commiſſo, vt coerceatur
ſolum ratione eius, aduerſus quem cõmittitur. Ibi de dolo em-
ptoris, qui certat lucrari decipiendo, & ideo ſibi minus ſuccurri
tur, quia coercetur ratione doli quo ad debitores omnes, non
ſolum quo ad eum, aduerſus quem cõmiſit. Tertia fuit Bar. ibi;
ſcilicet, quòd ibi debitor fraudulenter vendens cõmiſit dolum
aduerſus omnes creditores, licet emptor cõmiſerit ſolũ aduer-
ſus vnum quem ſciuit. Vnde attenditur potius generalis debito
ris vendentis, quàm ſpecialis dolus ementis. Vnde ad ſciendũ
cuius culpa, ſeu dolus in re propria commiſſus debeat puniri:
16 † dic. ꝙ aut res eſt ita propria, ꝙ non ſperetur debere ad alium
redire. & tunc culpa in rebus proprijs non punitur. Et ita loqui-
tur hic, & in dicto §. ſi maritus. cum ſimil. ibi no. alleg. Fallit pri-
mo, niſi habeat ſecum dolum præſumptũ reſultantem ex qua-
litate facti, vt d. l. j. §. fina. & d. §. videamus. Fallit ſecundo, niſi
culpa ſit ex eo, quia culpa id ſit in re propria cõmiſſum contra
iuris diſpoſitionẽ. C. de ſal. mo. l. j. §. fina. & d. §. videamus. Fallit
tertio, niſi culpa ſit ex eo, quia culpa id ſit in re propria cõmiſ-
ſum contra iuris diſpoſitionẽ, C. de falſa mone. l. j. C. de theſau.
l. i. lib. 10. & in l. 3. & l. quicunque. C. de hæretic. l. ſi cui. §. Ariſto.
ſ. ſi ſerui. vend. & in cap. 1. de vſur. & ibi habes caſum, quod lo-
cans domum pro exercendis vſuris, eſt excõmunicatus. Dixi in
voce de vſur. lib. 6. Aut res eſt propria, & tamen eſt ſpes, quòd
alteri poſſit eſſe reſtituenda, & tunc in propria cõmiſſa etiam
punitur in vtilitatem illius, cui ſperatur reſtitui, vt l. ędiles. §. Pe
dius. hic in glo. allega. cum alijs ſ. alleg. & hoc quo ad culpam.
Quo autem ad dolum dic, quod aut ille in re propria cõmiſſus
nemini eſt nociuus, & tunc ſolum Deum habet vltorem, vt l.
2. C. de iureiuran. aut in re propria committitur, in improprium
tamẽ alterius, & tunc punitur regulariter ſolum reſpectu illius
aduerſus quem committitur, non autem aliorum. vt hic, & d.
l. Fulcinius. §. quod ſi aduerſus. & alijs hic in gloſ. alleg. & d. §.
ſed ſi meretricem. alleg. hic. In glo. ſuper ver. culpa. fallit in ca-
ſu dictę l. ait prætor. §. illud. quæ in fraudem credi. & ratio ſpe-
cialitatis patet ex triplici ſol. quam ſ. dedi.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio ſuperueniens pendente iudicio excludit ius agentis, quod ab ini tio erat ualidum.*
2 *Dos ex triplici cauſa poteſt conſtante matrimonio uxori reſtitui, & quando maritus cogatur. nu. 21.*
3 *Mulier tenetur alimentare eius parentes & fratres, ſi egeant, uel banniantur. nu. 22. & 23. & ibi quando non.*
4 *Redimere captiuos ab hoſtibus, eſt opus pium. & nu. 6. & 25.*
5 *Dotem etiam ſine patris conſenſu filiæ familias, per maritum ex iuſtis cauſis ſolui poſſe, nec repetitionem eius patri competere.*
7 *Solutum pro captiuo redimendo, uidetur in dubio ſolui animo repetendi.*
8 *Solutio facta pro liberando captiuo, non refert per quem fiat.*
9 *Pater an cogatur in eius uita ad ſoluendum condemnationem pro filio.*
10 *Actio de dote ex parte mulieris eſt bonæ fidei.*
11 *Exceptio peremptoria ſuperueniens quandocunque iudicio pendente prodeſt reo.*
12 *Acta dicuntur facere rem notoriam re pendente.*
13 *Exceptio dilatoria ſuperueniens iudicio pendente, an proſit reo, & num. ſeq. & ſeq. & nu. 19. & 20.*
14 *Factum ſtatim poſt litem conteſtatam, dicitur factum in initio.*
18 *Iudex an poſſit uolenti opponere in litis exordio reſeruare opponendam poſt. & uide nu. 36. in fi.*
24 *Maritus ſoluens dotem uxori in caſu permiſſo, quando conſequatur liberationem.*
26 *Deputatum ad pias cauſas, poteſt pro redemptione captiuorum conuerti.*
27 *Dos quòd ſolui poteſt mulieri matrimonio conſtante pro implendo uotum.*
28 *Diſpoſitio l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccle. an procedat etiam in captiuos ex maleficio.*
29 *Dos mulieris diuertentis, an poſſit poſt reintegrationem matrimonij repeti.*
30 *Maritus expendens dotem in cauſis neceſſarijs pro uxore, ipſa inſcia, an & quando dicatur bene expendiſſe, & quando de eius uoluntate, uel ea ratum habente.*
32 *Intellectus ad legem fina. C. de nego. geſtis. ſcilicet quando expenſum contra uoluntatem alterius repetatur. uſque ad nu. 35.*
36 *Compenſatio quòd etiam fiat in actionibus ſtricti iuris ipſo iure, ſi opponatur.*

L E X XVIII.

SI mulier. Si pendente iudicio deficiat id, q̃d
eſt cauſa concedendæ actionis, iu-
dicium expirat, & ſi conſtãte matrimonio maritus
vxori dotem ſoluat in iuſtas cauſas, vel ipſe pro ea in
eaſdem exponat, eatenus de dote liberatur, quatenus eſt ſolu-
tum. hoc dicit vſque ad l. ſi cum dotem. Ludo. Doc. No in l. ſi
1 mulier, ꝙ exceptio † ſuperueniens pendente iudicio ius agentis
excludit, quod ab initio erat validum, vnde ſequitur pro reo ab
ſolutoria ſententia. Ad idem ſ. de condic. fur. l. ſi ſeruus. ver. j. j.
rer. amo. l. fi. j. eo. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. C. de rei
vxo act. l. vnica. §. & hoc rei. j. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. filio. ſ. ſi
vſusfruc. pe. l. vti frui. §. ſi poſt litem. ſ. de rei ven. l. ſinautem. §.
poſſidere. ſ. ad exhib. l. tigni. poſt prin. Ad cuius declarationem
2 vide Bar. in l. i j. de excep. No. in l. quamuis. † ꝙ ex triplici cau-
ſa poteſt dos conſtante matrimonio vxori reſtitui. Primo ex cã
neceſſitatis; quod eſt quando vult ęs alienum ſibi incumbens
ſoluere. Secundo ex cauſa vtilitatis, quod eſt, quando ex pecu-
nia dotali vult idonea prędia emere. Tertio ex cauſa pietatis &
honeſtatis, quod eſt, quando vult ſibi neceſſarijs indigentibus
in alimentis ſuccurrere, vel eos ab hoſtibus redimere. Et gene-
raliter vbicunque ex dotis ſolutione ſeu alienatione cauſa do-
ris efficitur melior, licita eſt, quamuis matrimonio conſtante
eam vxori ſolui vel alienari non liceat, ſ. de iure dot. l. ſi ita con-
ſtante. & l. fina. ſ. de pact. do. l. ſi mulier. No. ſecundo ex eadem
3 † teneri mulierem ad alimentandum eius fratres, ac parentes
ſi egeant. Ad idem l. j. C. de alen. lib. j. de adminiſtr. tuto. l. tutor.
§. in ſeruendis. l. ſecundũ dignitatem. j. de tute. & ratio. diſtra.
l. i. §. ſed nonnullos. j. vbi pup. edu. deb. j. de libe. agno. l. qui filiũ.
4 & l. ſi quis a liberis. ver. igitur etiam mater. Nota tertio ibi, † q̃a
iuſta & honeſta &c. quod pium opus eſſe videtur captiuos ab
hoſtibus redimere. Ad idem C. de ſacroſanct. eccle. l. ſancimus.
5 12. quæſtio. 2. ſanctorum. † No. ex eadem vltimo, ꝙ filiæfami-
lias etiam ſine patris conſenſu ex iuſtis cauſis dos per maritum
ſolui poteſt, adeo vt nec patri ſuperſit eius repetitio. Ad idem j.
6 eo. l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. † No. in l. ſed & ſi ideo. ibi,
vel vt mulier ex vinculis vindicet &c. pium opus videri quem
7 redimere ex iuſtis carceribus. Nota † ſecundo ibi, reputatur ei
id quod impenſum eſt &c. Quod id, quod ſoluitur pro redem-
ptione captiui, videtur in dubio ſolui animo repetendi, non au
tem donandi. An autem hoc ſit verum, ſi filius redimat patrẽ,
vel pro eo condemnationẽ ſoluat, vel cõtra, & quid in matre,
dic vt C. de captiuis. l. liber captus. Et ponit Guiliel. de Cu. in l.
frater a fratre, de condictio. indebi. Barto. infra de pecul. legato.
l. Stichus. & vide quod idem no. in l. ſi cum filius. infra de dona-
tio. & l. hæredes. §. ſi filius. ſupra famil. erciſcun. & l. ſi filius. C.
de neg. geſtis. & ego plene dixi poſt Bal. in authen. ex teſtamen-
8 to. C. de collatio. Nota ex eadem, † quod non refert, per quem
fiat ſolutio pro liberando captiuum ex vinculis, cum vt hic ap-
paret, quocunque ſoluente debeat relaxari. Ad idem C. de cap
tiuis. l. cum & poſtliminij. ſupra de nego. geſt. An autem pater
9 poſſit † cogi in vita ſua ad ſoluendum condemnationem pro
filio, notat Bal. in l. lex Cornelia. j. de vulgari & pupilla. Vbi ſcri
pſi de ſoluendo, infra de ſolutioni. l. ſolutionem & iudicium. j.
de nouatio. l. Stichum. §. fina. cum ſimil. Nota ex eadem, actio-
10 nem † de dote ex parte mulieris eſſe bonæ fidei. Ad idem C. de
rei vxo. actio. l. vnica. §. ſed ſi non ignoremus. Inſtitu. eodem. §.
fuerat. Quid autem ex parte viri, dictum eſt in l. de diuiſione. ſu
pra eodem. In tex. l. ſi mulier. ibi, expirat iudicium &c. Et ſic
11 † exceptio peremptoria ſuperueniens quandocunque penden
te iudicio ante ſententiam prodeſt reo, & ad idem iura in nota-
bi. allegata. Idem eſt in exceptione declinatoria iudicis, quoniã
& illa quamuis in litis exordio debeat opponi, vt in l. fi. C. de ex-
ceptio. & in l. ſed & ſi ſuſceperit. ſ. de iudic. tñ ſi poſtea ſuperue
nerit, poterit poſt opponi, ſ. de ar. l. nõ diſtinguemus. §. cũ q̃dã.

extra de offic. deleg. c. inſinuante. Quod tamẽ limita, niſi ſuper-
ueniat poſt cõcluſum in cã, quia tunc illa ad impediendã pro-
bationẽ ſcientiæ, opponi non poteſt, vt ſingulariter determinat
Io. And. de ordine cognitio. c. cũ dilectus. Quod ego confirma-
re ſoleo tali ratione, quia non eſt dubium, quod in notorio non
poteſt iudex vt ſuſpectus recuſari, de appellationib. c. ꝓpoſuit.
12 vbi eſt caſus notabilis. Sed poſt † concluſum in cauſa acta iudi-
cij aperta faciunt rem notoriã, vt no. Innoc. de appellationibus,
c. ex inſinuatione. & hr̃ bona glo. c. ſignificauerunt. aliàs incipit,
ſignificauit. in verbo, loquere. de teſtibus. Igitur vr̃, ꝙ poſt cõclu
ſum in cauſa ex ſuſpicione tunc prouueniente non poſſit tũc re-
cuſari, quaſi tunc merita litis & cauſæ ſint notoria. Quid autem
13 in dilatoria † exceptione? dic, ꝙ ius canonicum vtitur his ver-
bis, ſcilicet ꝙ illa debet opponi ante litis ingreſſum, de iudic.
c. inter monaſterium. ius vero ciuile dicit, ꝙ debet opponi intra
litis exordia, C. de probat. l. exceptionẽ. & melius C. de exceptio.
l. pen. Quod Innoc. in c. paſtoralis. de exceptionib. declarauit, id
eſt, ante litis conteſta. in ipſa li. conteſta. vel ſtatim poſt. Quoniã
14 ſatis † dicitur fieri in primordio, quod fit ſtatim poſt litem con-
teſtatam, vt probat tex. no. iuncta glo. ſuper ver. narrationem.
15 in l. 2. circa prin. C. de iura. calum. Fallit † autem regula, primo ſi
errore facti non fuerit oppoſita ante, quoniã tunc opponi pote
rit poſt, vt l. error. quam ita ibi exemplificat glo. C. de iur. & fac.
16 ignorantia. Secundo, niſi † ſit exceptio excõicationis, quoniam
illa poteſt in quacunque parte litis opponi, vt l. exceptionem.
17 de except. & in l. j. ꝭ. eo. tit. Fallit † tertio, niſi ſtatutus fuerit ter-
minus certus ad eas opponendas, quoniã tũc poſt non poteſt
opponi, niſi ſuperuenerit de nouo, vel niſi ſciẽtia antiquitus cõ
petentis nouiter habeatur, vt in d. c. paſtoralis. Ad idẽ c. nulli. &
18 c. vt circa. de elec. in 6. Quid † autẽ ſi iudex volenti opponere in
litis exordio, reſeruet opponendam poſt, an ipſe hoc facere poſ-
ſit, & conſequẽter ille poſſit opponere poſt? dic ꝙ quæſtio pul-
chra eſt & dubia. & apud Legiſtas primo tetigit Butr. in l. ſi fi-
deiuſſor. in prin. ꝭ. qui ſatiſda. cogan. Poſtea vero in diuerſis lo-
cis varians do. Bal. ſcilicet in l. exceptionẽ. & in l. peremptorias.
C. ſen. reſcin. non poſ. & in l. j. & l. criminis. C. qui accuſ. nõ poſ.
apud Canoniſtas Archid. quem do. Bal. allegat, ſed corrupte,
3. q. 6. exceptio. cum ipſe alleget 2. q. 5. mihi vero videtur, ꝙ in-
ualida ſit huiuſmodi iudicis ſententia, ſ. parte appellãte. Quod
quidem primo probo ex doctrina tex. in l. j. in ver. neque omni.
ꝭ. de fer. ibi, dum dicit, neque enim ſententia prætoris iuri publi
co derogare poteſt &c. Secundo videtur mihi caſus expreſſus,
& ad hoc propoſitum notab. de iudic. c. exhibita. vbi Papa ad
inſtantiam partis appellantis irritauit proceſſum eius iudicis,
qui in oppoſitione & cognitione exceptionis iure peruerterat
ordinem. Sin autem pars non appellat, pronunciatio poterit eſ-
ſe valida, tanquã lata ꝯ ius partis iuris errore non expreſſo, vt in
c. cũ inter vos. de re iudi. & in l. j. §. idem cũ ꝯ ſacras. cum ſim. ꝭ.
quæ ſent. ſine app. reſcin. Et ergo tunc poterit pars poſt oppo-
nere. Quod probatur ex doctrina glo. tertiæ ad propoſitũ ſin-
gu. &c. in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. dicentis, ꝙ vbicun-
que ꝑ iniuriam iudicis dilatoriam exceptionẽ ſuo in tempore
non potuit pars opponere, poterit opponere poſtea, ne factũ ꝑ-
toris ipſi parti præiudicet, ꝭ. ex quib. cau. maio. l. ſed & ſi per ꝑto
rem. dico etiã validam eſſe reſeruationem, ſi de conſenſu par-
tis aduerſæ illa facta fuerit. Quoniã licet ſit dubiũ, an conſenſu
partiũ poſſint ſolemnia iudicij omitti, tamen conſenſu earun-
dem poteſt iudicij ordo peruerti, vt no. glo. 2. in c. cum olim. de
cauſa poſſ. & eſt ſingularis, dicens valere examinationẽ teſtiũ
de conſenſu partiũ factã ante litis conteſtationem, vbi ſecundũ
iuris ordinem debet præpoſterari, vt extra vt lite non conteſta.
19 per totum. Fallit † & quarto dicta regula, niſi ipſa exceptio ſup-
uenerit poſt, & ita iuret, quia tunc poterit poſt opponi, vt pro-
batur in l. eleganter. in §. ſi quis poſt. ꝭ. de condi. indeb. & habe-
tur glo. Legiſt. in l. 2. C. de conſor. eiuſdẽ li. & in l. Pomponius.
§. rati. ꝭ. de procur. Quam tñ fallentiam limitauit ſingulariter
Innoc. in d. c. cũ dilectus. de ord. cog. & hic Ang. refert, & in d. §.
rati. & in d. l. 2. niſi illud ius excipiẽdi, quod ſuperuenit poſt, poſ-
ſit deduci per viã actionis in alio iudicio, prout poteſt poni ex-
emplum in exceptione ſpoliationis, iuxta c. fi. de ord. cogni. qm̃
tunc non poterit poſt opponi, ſed aliud iudiciũ per viã exceptio
nis debebit de nouo reſtitui. Quod dictũ non reperitur alibi,
quamuis ipſe Innoc. non ſe clare firmet, nec etiam l. hoc poſſit
bene probari. ſed tene menti, quia eſt magna eius authoritas.
20 Fallit † vltimo in minore, vt in l. minor 25. ann. omiſſam. ꝭ. de
mino. Quod tamen declara per ea, quæ no. Innoc. in cap. co-
ram Fœlicis. de in integ. reſtit. In tex. l. quamuis. ibi, ſed vt libe-
21 ris ex alio viro agentibus &c. Sed † eſt dubitatio, an conſtante
mr̃imonio, ſi nõ vult maritus vxori has iuſtas cauſas dotẽ ſolue
re, poſſit compelli, & dic, ꝙ non. glo. eſt ordina. in l. mutus. §. j.
ꝭ. de iure dot. in verbo, poteſt. Et illam ratione confirmo, quia
tex. ibi huic ſimilis, dicit per maritum ex iſtis cauſis conſtante
matrimonio vxori poſſe ſolui. Certum eſt autẽ, quod ea quæ
ſupponuntur noſtræ poteſtati, non ſubijciuntur iuris neceſſita-
ti, ꝭ. de iudi. l. cum quicquid. C. quomo. & quando iud. In tex.
22 ibi, aut parentibus conſulere, &c. Et ſic ex dote † poteſt vxor
alere parentem inopem, etiam exulẽ, vt dicit tex. in d. l. mutus.
§. j. vnde notandum, ꝙ parenti exuli ſeu bannito tenetur filius
alimenta præſtare. Et ad idem tex. in authen. inceſtas. & in auth.
vnde ſumitur. C. de inceſt. nupt. quod limita dupliciter. Primo,
niſi ſit bannitus propter cauſam pacis fractæ, quoniã tunc etiã
ex patrimonio paterno, quod ad eum peruenit, non tenetur ali
mẽta pręſtare, vt eſt caſus ſing. in c. j. §. ſi quis hominẽ. de pace
23 tenen. in vſib. feud. Secundo fallit, † ſi ſit bannitus, eo quia re
bellis ſuæ ciuitatis. quoniã tunc cum poſſit filius eum occidere,
vt in l. minime. ꝭ. de relig. vbi eſt caſus no. & quod no. Bart. in l.
ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. ꝭ. de adul. Ergo & ſibi ali-
menta denegare, quia hoc agere eſt agẽtẽ occidere, dicit tex.
ꝭ. de lib. agno. & l. necare. In tex. ibi, immo ei recte ſoluitur, &c.
24 Hoc, quod ratione cenſeatur † ſolutum mulieri ex his cauſis
conſtante matrimonio, & ideo conſequatur maritus liberatio-
nem, intellige ſi probat maritus conſentiente muliere in iſtas
cauſas expoſuiſſe, quoniã liberationem non conſequitur ad in-
ſtar creditoris eccleſiæ, ſeu ciuitatis, qui nõ aliter repetit, quàm
ſi probet conuerſum in eccleſiæ ſeu ciuitatis vtilitatem, vt in
authen. hoc ius porrectum. & in l. ciuitas. ꝭ. ſi certum peta. ita
glo. ſing. concludit, ac ſimilitudine no. & ex illo tex. qui bene
probat in l. fi. in ver. creditoribus. ꝭ. de iure dotium. quam val-
de no. ad intellectum eorum iuriũ. In tex. l. ſed & ſi. immo ibi,
25 vt mulier de vinculis vindicet &c. ergo pium † ſm̃ do. Bal. capti
uum ex vinculis redimere, etiã ſi ibi ſit ex iuſta cauſa, etiam ex
maleficio, pro quo venit imponenda pęna pecuniaria, cum iſte
26 tex. indiſtincte loquatur. Item eſt argumẽtum ſecundum † eũ,
ꝙ executores deputati ad diſtribuẽdum ad pias cauſas, poſſunt
diſtribuere in redemptionem captiuorũ, etiam iuſte & ex cau-
27 ſa maleficij. Item eſt ar. ſm̃. Barto. ꝙ † licite conſtante matrimo
nio poſſit mulieri dos ſolui pro implendo votum factum per
ſe, aut per aliquem ex ſuis neceſſarijs, quia ſi licita eſt ſolutio
dotis pro liberatione corporis, vt hic, ergo multo magis pro li-
beratione animæ quæ qualibet re eſt ꝓcioſior, in d. l. ſancimus.
C. de ſacroſan. 12. q. 1. præcipimus. & de pœn. & remiſſ. c. cum
28 infirmitas. Sed ſuccedit † pulchrũ dubium, an diſpoſitio dictæ
legis, ſancimus. volentis in captiuorum redemptionem aliena
ri poſſe res eccleſiæ, locum habeat in captiuis ex maleficio? glo.
in d. c. ſactorum. 12. q. 2. quam hic allegat Bal. ponit dubiũ, ſed
nõ firmat pedes. Mihi vero videtur, ꝙ ſi eccleſia poteſt captiuũ
hunc ita honeſte ac occulte iuuare, ꝙ ipſa non incidat in malã
opin. puta, quia dicatur malorũ auxiliatrix, tũc alienatio in hãc
cauſam poſſit fieri, quia hoc caſu eccleſia reis maleficij poteſt
auxiliũ præſtare, 14. q. vlt. hi qui. 24. q. 5. reos ſanguinis defen-
dit eccleſia. Alias aũt dico, ꝙ non, quoniam malis viris miſeri-
cordiæ opem ſubtrahimus potius, quã impendamus, dicit tex.
pulcher 14. q. vlt. ſi res. & ita mihi videtur. In glo. l. ſi mulier. in
29 fi. &c. In hoc † dos mulieris diuertentis poſt reintegrationem
matrimonij, poſſit peti, dic breuiter, ꝙ aut matrimonij reinte-
gratio eſt ſequuta incontinenti, & tunc dos data eſt irrepetibi-
lis, ſiue per vxorem, ſiue eius patrem, ſiue alium extraneum da-
ta fuerit. Et huius eſt ratio duplex. Prima, quia propter accele-
ratam reintegrationem factam, diuortium calore iracundiæ
præſumatur fuiſſe factum. Et ſic cum pro non facto habeatur,
cenſetur matrimonium ſemper durare, & nunquam diſſolu-
tum fuiſſe. Hoc probatur in l. diuortium non eſt. ꝭ. de diuor. &
in l. quod ſi non diuortiũ. ꝭ. de iure dot. & ex generalitate legis,
quicquid calore. de reg. iur. cũ ſi. Secunda, quia per incontinen-
ti factã reintegrationẽ, cenſetur idẽ matrimoniũ, non diuortiũ,
vt l. pleriq;. de ritu nup. Aut reintegratio eſt ſequuta ex interual
lo, & tunc ſi dotẽ dedit ipſa mulier eſt irrepetibilis. Et huius eſt
rõ, quia dos ꝯſtituta in primo, cenſeẽ tacite repetitã in hoc ſecũ
do, & ita loquiẽ hic. Probatur aũt hoc in l. pen. §. vxor. ꝭ. eo. in l.
dotẽ. & l. poſt diuortiũ. & l. ſi mulier poſt diuortiũ. ꝭ. de iure do.
Aut dos fuit data ꝑ patrẽ, vel extraneũ accedente cõſenſu, dos
eſt irrepetibilis, quia cenſeẽ ẽt ab iiſdẽ ẽt tacite dos reintegrata,
vt probatur in l. cũ maritus. §. j. de pac. do. & l. ſtipulatio. ꝭ. de iu
re do. Aut non acceſſit in reintegratione cõſenſus eorũ, & tunc
dos eſt repetibilis, vt probatur ꝭ. e. l. inſulã. §. fi. C. de nup. l. ſi vt
proponis. In gl. l. ſed & ſi. immo ſuper verbo maxime ibi ſed for
30 te, idẽ ſi nõ habeat ratũ &c. Pro huius declaratione gl. † dic tres
eſſe caſus ſm̃ Bar. primus ꝙ aliqñ maritus exponit ꝯſtante ma-
3 *Pauper uel inops quis dicatur, ubi quòd arbitrio iudicis relinquitur.*
4 *Dos magna uel parua quæ dicatur, relinquitur iudicis arbitrio.*
5 *Teſtis, qui non habet tantum in facultate, quantũ ualet cauſa, dicitur pauper, & ideo ſibi non creditur.*
7 *Mulier in caſu huius legis, an poßit exercere actionem realem aduerſus maritum.*
8 *Verbum, deberi, an præſupponat actionem perſonalem, an realem.*
9 *Diſpoſitio huius legis habeat ne locum in ſocero? Et quid in caſu huius legis, ſi ſocer & maritus ſint obligati pro reſtitutione dotis, mulier vno exiſtente inope, poßit contra alterum agere, nu.10.*
11 *Pater genero inope exiſtente, ita poterit dotem repetere, ſicut mulier.*
12 *Reſignatio dotis facta mulieri propter uiri inopiam, non dicitur proprie reſtitutio.*
Stipulatio, quòd dotis reſtitutio fiat mulieri in omnem caſum, an comprehendat ſolutionem faciendam in caſu huius legis ob uiri inopiam.
13 *Dos ſi uenit reſtituenda extraneo dotanti ob uiri inopiam, an ipſe teneatur ad alimenta.*
14 *§. Illud. in Auth. de æquali. dot. an corrigat hæc iura.*
15 *Maritus conuentus in caſu huius legis, an habeat beneficium exceptionis, ne conueniatur ultra quàm facere poßit.*
16 *Diſpoſitio l. in omnibus. ſupra de iudic. an concurrat cum remedio huius legis.*
17 *Vxor conſtante matrimonio, an poßit a uiro exigere fideiuſſorem dotis reſtituendæ.*
18 *Pignus an præſtetur pro dote conſeruanda ſeu reſtituenda per maritum uxori.*
19 *Duo rei debendi, an conſtitui poſſint pro dote reſtituenda.*
20 *Extraneus dotans, an poſſit pro dote conſeruanda, ſeu reſtituenda ſatiſdationem petere.*
21 *Satiſdatio ſponte præſtita pro dote reſtituenda, an ualeat.*
22 *Renunciari an poſſit titulo, ne fideiuſſores dotium dentur.*
23 *Euidenter conſtare quando dicatur illud, quod conſtat per coniecturas.*
24 *Facultates uiri non ſufficere ad dotis reſtitutionem, qualiter probetur.*
Paupertatis priuilegia, & incommoda. remiſſiue.
25 *Dos conſtante matrimonio, an poſſit repeti ab uxore ſuperueniente banno mariti.*
26 *Dotis repetitio conſtante matrimonio, an cauſetur propter uiri excommunicationem.*
27 *Dos data per mulierem ſcienter uiro inopi, an repeti poſſit.*
28 *Pactum, quod in caſu huius legis dos non repetatur, quod non ualeat.*
29 *Filij poſt mortem mulieris quando poſsint repetere dotem maternam exiſtentem penes patrem inopem.*
30 *Filius an poſsit agere ad dotis repetitionẽ in caſu huius legis, muliere exiſtente excommunicata, uel bannita.*
31 *Excuſsio an requiratur, quando mulier in caſu huius legis agit contra tertios poſſeſſores actione hypothecaria.*
32 *Mulier an in caſu huius legis iure tacitæ hypothecæ poſsit auocare bona feudalia, uel emphyteutica mariti.*
33 *Mulier iure hypothecæ quando poſsit merces penes uirum exiſtentes auocare, licèt non exiſtentes penes extraneos.*
34 *Minor dotem recipiens, an dicatur tacite obligaſſe bona immobilia pro illius reſtitutione.*
35 *Mulier ſe nuptui tradens, an intelligatur omnia bona ſua in dotem dare.*
36 *Libellus, litis conteſtatio, uel ordo iudiciarius, an ſint neceſſarij in cauſa dotis.*
37 *Cauſa dotis tempore feriato in utilitatem hominum agitari poteſt.*
Iudex in cauſa dotis arbitratur dubitationes in ea emergentes.
38 *Minor agens ad dotis repetitionem, quòd de iure canonico admittatur, ſecus de iure ciuili.*
39 *Tertius poſſeſſor conuentus pro dotis reſtitutione in caſu huius legis, an poſsit dotem offerre, & res, quas poſsidet, & auocantur, retinere.*
40 *Mulier in caſu huius legis, an ſit domina dotis recuperatæ.*
41 *Aſsigno, iſtud uerbum quid importet.*
42 *Mulier agens hypothecaria in caſu inopiæ uiri, quòd nõ poſsit poni in poſſeſsione omnium bonorum mariti, ſed eatenus, quatenus ſufficiat ad dotem.*
45 *Iudex an in caſu huius legis poſsit uno decreto dominium eius rei, in qua facta eſt immiſsio occaſione dotis transferre.*
44 *Confeſsio dotis receptæ, quam facit maritus conſtante matrimonio, an creditoribus præiudicet, uel ſibi.*
45 *Fructus ex dote, qui ſatisfactis oneribus matrimonij ſuperſunt, penes quẽ remanere debeant, an penes uirum, an uerò penes uxorem.*
46 *Dos auocata a uiro per mulierem ob eius inopiam, an reddatur uiro diuitias recuperanti.*
47 *Maritus an poſsit in caſu huius legis excludere uxorem offerendo idoneam cautionem.*
48 *Actio ex ſtipulatu ad dotem recuperandam extraneo competens, quòd ſit bonæ fidei.*
49 *Confeſsio facta per debitorem uni ex creditoribus, an alijs præiudicet.*

LEX XXV.

SI conſtante. Si bona mariti nõ ſunt ad dotem ſufficientia, cõſtante matrimonio mulieri competit dotis exactio. h. d. legis
1 principiũ. No. primo, ꝙ † quamuis regulariter actio
non detur, niſi ſoluto matrimonio, neque etiam ſecundũ verã
opi. anno tranſacto, vt patet in l.2. in prin. ĩ de dote prælega. in l.
& ſi alia. in fi. ĩ. de bon. dam. & in l. j. C. de diuor. & dicam plene
ĩ. §. proxi. Hoc tamen fallit propter mariti inopiam. Ob eam. n.
etiam conſtante matrimonio agi poteſt ad dotem. Ad idem ĩ.
2 de manu. l. ſeruum dotalem. titu. gñali. No. ſecundo ex † eo tẽ-
pore propter mariti inopiam, natam vxori actionem pro dote
conſtante matrimonio competere, ex quo euidentiſſime con-
ſtat mariti facultates non ſufficere ad dotis ſolutionem, atque
3 aliorum debitorũ mariti. In tex. ibi, inopiam † mariti &c. Quis
dicatur pauper, vel inops, vario modo loquuntur iura. Quædã
enim volunt pauperẽ eſſe, qui in patrimonio habet minus au-
reis quinquaginta, vt in l. nonnulli. ĩ. de accuſa. & hoc ſequitur
glo. in Auth. de exhi. reis. cum ſimil. ſuper verbo, pauper. Alibi
ille pauper dicitur, qui minus habet aureis centum, vt Inſtit. de
ſucceſ. lib. §. ſed noſtra. Alibi ille pauper dicitur, qui non tantũ
habet, ꝙ iniuncto oneri ſufficere poſſit, vt Inſti. de excuſa. tuto.
§. ſed propter paupertatẽ. & ĩ. eo. tit. l. paupertas. Alibi ille dici-
tur, qui in hoſpitali poſitus, atque proprio corpore laborans, ne
ceſſarium victum ſibi non poteſt quęrere, vt in l. ſi quis ad decli
nandam. C. de epiſ. & cleri. vnde cum varijs modis accipiatur,
dixit glo. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. & ſequitur etiam
hic Bart. iudicis arbitrio relinqui. & vide per eundem Ludo. in
auth. præterea. C. vnde vir & vxor. allegando in fi. c. cupientes. in
verbo, eligentium paucitas. de elec. li. 6. dicens, ꝙ ad ſciendum,
an aliqui ſint pauci uel multi, Iudicis ſtaĩ arbitrio, qui quidem
iudex debebit arbitrari conſideratis congruentibus qualitatib.
ĩ. de an. leg. l. ſi cui annum. ĩ. de ali. & cib. leg. l. cum alimenta. ĩ.
de leg. l. cum filiæ. ſ. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libertus. cũ
ſimil. glo. iñ in l. vbi adhuc. C. de iure dot. voluit de diuitijs, aut
4 paupertate opi. populi ſtari debere relinquendũ, prout † eiuſdẽ
conſiderationi relinquitur, quæ dicatur dos magna vel parua,
quod no. gl. in auth. quod locum. C. de colla. prout etiam relin-
quitur, quæ dicatur lis magna, vel parua, vt no. glo. in auth. niſi
breuiores. C. de ſen. ex peri. reci. prout etiam, qui dicatur ſenex.
Cum verbum hoc varie reperiatur poſitum in iure, vt plene ter
minat Ioan. And. vt li. non conteſt. cap. quoniam frequenter.
in nouella. Prout etiam quis dicatur inimicus, adeo vt ei teſti-
ficati nulla, vel minor fides reddatur, vt idem no. extra de ac-
cu. c. cum oportet. Prout quæ dicatur perſona miſerabilis, vt
5 idem no. de offi. deleg. c. ſignificantibus. Illud † tamen no. ꝙ gl.
ſing. in Auth. de hære. & falcid. §. ſi vero abſunt. ſuper verbo, fa-
cultatem. aliàs, ſubſtãtiam. dicit illum teſtem pauperem adeo,
vt ob paupertatem eius fidei detrahatur, qui tantũ non habet
in bonis quantus eſt valor cauſæ, ſuper qua deponit. In glo. ſup
6 verbo, dotis. ibi, & hypothecariæ pro dote &c. Sentit † ergo gl.
cuius opi. ſequitur hic Bar. in j. q. 4. partis prin. & etiam Bal. in l.
vbi adhuc. C. de iure do. in caſu huius legis conſtante matrimo
nio natam fore non ſolum vxori aduerſus maritum actionem
hypothecariam, ſed etiam perſonalẽ de dote ad ipſius recupe-
rationem. Cuius ꝯrium firmat Iac. de Are. dicens ſolam hypo-
thecariam ſine perſonali natam fore, per d. l. vbi adhuc. Nec eſt
hoc abſurdum, ſm eum, quia & in multis caſibus videmus hy-
pothecariam ſine perſonali ſubſiſtere, ut in l. intelligere. C. de
lui. pign. & in l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. 30. ann. in l. debi-
tor. & l. ſi hęres pecuniam. ĩ. ad Treb. & in l. denique. ĩ de iure fi
ſci. & l. Imperatores. ĩ. de publ. & l. cum pignori. cum ibi no. ſ. fa
mil. erciſcun Sed ad hęc duo iura ante vltimum allegata reſpõ-
de, vt hic in glo. Ad alia vero reſponde, illa loqui hypothecariã
poſſe remanere, ꝗuis ſublata pſonali non nata per prius. In quo
dicendum, ꝙ non, cum in idem tempus vtraque naſcatur, vt l.
cum ſoluendæ. ſ. de diſtra. pig. & l. ſicut. §. ſi paciſcatur. ſ. quibus
mod. pig. vel hypo. ſol. Sed pro opi. Iac. fortiter induco tex. l. ꝗſi
tum. ſ. de pign. vbi eſt expreſſum, ꝙ quamuis nondum venerit
dies penſionis ſoluendæ, & ſic nec ad illam agendi, tñ ex iuſta
cauſa competit ius ad pignus agendi per pẽſionem obligatam,
quod exponit ibi glo. ſi debitor ſuſpectus erat de fuga, vel dila-
pidatione, ita ergo hic ſtare poteſt, ꝙ quamuis orta nõ ſit actio
de dote ad ipſius recuperationem, quia cõſtat adhuc matrimo
nium, cum ex iuſta cauſa orta ſit hypothecaria ad auocãdas res
doti obligatas, & iuſta eſt, cum inopia adeſt mariti, vt hic. Sed
reſponde, ꝙ in caſu d. l. quæſitum. actio perſonalis erat orta, ſed
non ortum eiuſdem exercitium, vt patet, quia ibi loqtur de de-
bito in diem certam, quo caſu ante diem eſt actio nata, licèt in-
terim non in iudicium reducibilis, vt l. cedere diem. de uerb. ſi-
gnifi. & Inſti. de obli. § in diem. cum ſimil. Et ſic uerior eſt opin.
cõmunis, ſ. ꝙ perſonalis ad dotem nata ſit. Quæ quidem proba
tur

tur ex pluribus. Primo ex iſto tex. & l. ſeruum dotalem. ĵ. de ma-
numiſ. qui volunt in caſu inopiæ aduerſus maritum poſſe agi,
ergo actione perſonali, quoniã hæc intra referri ad hypotheca-
riam impoſſibile eſt, cum non Digeſto. ſed Codicis iure tacita
hypotheca fauore dotis fuerit inuenta, vt patet in §. fuerat. Inſti
tu. de act. in l. vna. §. vt plenius. C. de rei vxo. & in l. aſſiduis. C. q
potio. & ita apertiſſime demõſtrant verba literæ hic, exinde do
7 tis actionem competere. Sed dubitatio † eſt, an ſtante matrimo
nio in caſu huius l. poſſit ad dotem mulier exercere actionẽ rea
lem? Bal. & Ang. hic dicunt, ꝙ non, eo quia non niſi ſoluto ma-
trimonio transfertur dñium dotis in vxorem, vt in l. in reb. C.
de iure do. ergo eo conſtante non poteſt realis actio exerceri, q̃
præſupponit dominiũ ex parte agentis, vt l. vnica. C. de aliena.
iudi. l. in rem actio. cum ſimil. ſ̃. de rei ven. Pro qua ſecundo ad-
duci poteſt id idem, quod dicit glo. ſequens, dum vult hanc red
ditionem dotis, quæ fit propter inopiã conſtante matrimonio,
non eſſe verã eiuſdem reſtitutionẽ, vt patet, quia adhuc deſer-
uit oneribus matrimonij, vt d. l. vbi adhuc. & ſic dominiũ rema
8 nere videtur penes virum. Tertio hanc opi. † vehementer cor-
roborat tex. in d. l. ſeruum dotalem. dum dicit, ꝙ adueniente in-
opia conſtante matrimonio dos deberi intelligitur, quod verbũ
deberi, prçſupponit ſolummodo actionem perſonalẽ, non aũt
realem, vt patet, quia proprie loquendo res ſua non dicitur do
mino deberi, vt Inſtitu. de act. §. omnium. & ĵ. de lib. leg. l. Aure
lius. §. Meuia. & l. creditor. §. Titia. per quæ iura ita dicit glo. In-
ſtitu. de actionibus. in prin. ſuper verbo, debetur. Sed contraria
opi. videtur mihi verior, quam ſequitur hic Bar. in d. l. quæſtio-
ne. & ẽt Bald. in d. l. vbi adhuc. per tex. eiuſdem l. qui tñ nihil fa-
cit, cum ſolũmodo loquatur de actione hypothecaria, ſed tex.
vr̃ in d. l. in rebus. §. omnis. C. de iure do. in prin. vbi lex dicit ꝓ
dote competere actionem realem & hypothecariam. Ioã. vero
in d. §. ſubijcit, ꝙ tunc inchoatur facultas præſcribẽdi aduerſus
has actiones, cum incipiunt poſſe moueri. Dicit autẽ tunc mo-
ueri poſſe, cum ſolutum eſt matrimoniũ, vel cum cõſtat, ꝙ vir
ad inopiam deducitur. Et pro hac opin. videtur etiam caſus in
auth. quod locum. C. de col. vbi dicit viro ad inopiam vergente
mulieri ex l. Iuſtiniani competere dotis exactionem, quæ quidẽ
verba ex l. Iuſtiniani non poſſunt referri, niſi ad caſum l. in reb.
§. omnes. qm̃ non ad legem, vbi adhuc. Illa enim loquitur de a-
ctione hypothecæ, non dotis, ſed lex, in rebus. loquitur de actio
ne reali, non perſonali, igitur &c. Et hæc eſt veritas, licèt glo. in
l. doce ancillam. C. de rei ven. ſentiat opi. Bal. & Ang. hic. In gl.
9 ſuper verbo, mariti. ibi, quid in ſocero &c. & opi. † glo. ſequitur
Bar. hic, & Bal. in d. l. vbi adhuc, per tex. l. diuortio. §. interdicta. ſ̃.
eo. & l. rei iudicatæ. §. fi. pur ſ̃. licet fortiter refragetur tex. l. ſi ve-
ro. §. de viro. ĵ. eo. propter quem Bar. hic ad ipſum reſpondet, &
intrat aliqualiter materiam extenſionis, de qua plene dicam in
§. de viro. In eadem ibi, & ideo nõ agit, ut hic, ſed hodie agitur.
10 Firmat ergo † gloſſator, ꝙ marito & ſocero ad dotis reſtitutio-
nem obligatẽ, altero ad inopiam uergente, hodierno iure cõſul-
tum ſit mulieri in dotis repetitione. Bar. autem hic in prima q.
primæ partis dicit, ꝙ aut iſti correi ſunt etiam ſocij, & clarum
eſt, ꝙ inopia unius non ſolum illi, ſed etiam alteri præiudicat, &
ſic ab vtroque poterit dos repeti, vt l. pen. ſm verum intellectũ.
ĵ. de duo. reis. Aut non ſunt ſocij, & tunc licèt regulariter factũ
vnius ex correis non præiudicet alteri, vt in l. mora. verſi. pen. ſ̃.
de vſur. Tamẽ hoc caſu vr̃ idem ſubijciens multas rationes, ma
xime quia videmus, ꝙ paupertas vnius correi alteri in hoc prç
iudicat, ꝙ ei beneficiũ diuiſionis aufert, vt in auth. hoc ita. & in
authen. vnde ſumitur. C. de duo. re. Aut non ſunt correi, vt qa
mulier de mandato ſoceri ſoluit marito contemplatione tamẽ
vtrunque obligandi, ſed ex eis correi non erant, quia vnus obli-
gationẽ ignorabat alterius, & tunc propter inopiam vnius agi
non poſſit aduerſus alium, quia non debet alteri per alterũ ini-
qua inferri condõ, vt in regula iuris, nõ dẽt. ĵ. & ext. eo. li. 6. Bal.
aũt, & Ang. hic probant vltimã rõnem, & dicunt indiſtincte agi
hoc modo poſſe aduerſus inopem, non aũt manentẽ diuitem.
Moder. vero dicunt, ꝙ hodie cum ſtatutũ ſit, ꝙ eo ipſo ꝙ res in-
cipit male geri, agi poſſit ad dotem, vt patet in Auth. de æquali-
tate dotium. §. illud. & in d. auth. quod locum. merito videtur,
ꝙ inopia exiſtente, dirigi poſſit actio nõ ſolum aduerſus illum,
ſed ẽt aduerſus alium. Nam tunc ſimpliciter nõ eſt factũ vnius,
quod nocet alteri, ſed eſt diſpoſitio legis inducta fauore mulie
ris, diſponens dotẽ repeti poſſe, cum dos incipit male geri. Mihi
vero videtur, ꝙ opi. Bar. non ſit in totum vera, dum concludit
ob inopiam vnius agi poſſe etiam aduerſus alium, non ſolũ ad-
uerſus inopem. Conſiderando enim, ꝙ prouiſio huius l. & d. l.
vbi. & §. illud. facta eſt vt conſulatur ſolum indemnitati mulie-
ris, vt in eis apparet. Sed ſatis conſultum eſt, ſi ſoluendo eſt do-
tem vnius inſolidũ obligatus, & diues, poſito ꝙ alter ſit inops,
igitur &c. Præterea conſidera, ꝙ ad hoc, vt competat hæc dotis
recuperatio matrimonio cõſtante, neceſſe eſt ꝙ in obligato ſit
inopia, vel ad illam incipiat vergere, ſed non dicitur inops vnus
ex reis, ſi alter eſt ſoluendo, vt probatur in l. quoties. C. quo qs
ordine conueniatur. lib. 11. igitur &c. Pro hoc facit tex. iuncta
glo. no. in l. ſi plures. ver. præterea. il ſecondo. ĵ. de fideiuſſ. vbi
probatur ſoluendo videri principalẽ, q̃uis inopem, cũ fideiuſſor
eſt. Ad idem auth. ſed hodie. de actio. & obli. authen. hoc ſi de-
bitor. C. de pign. Sicut & ſoluendo videtur fideiuſſor, quamuis
inops, cum eſt ſoluendo debitor principalis, vt eſt caſus no-
tabilis in l. mulier. C. de iure dot. Facit l. ſi quis ſtipulatus fue-
rit. §. fi. ĵ. de verbo. oblig. Et eorum ratio eſt, quia inopia vnius
ſuppletur ex opulentia alterius. Ita igitur in propoſito ſoluendo
videri debet vnus ex correis, q̃uis inops, ſi alter ſoluẽdo eſt. Quia
vnius inopia ſuppletur per diuitias alterius, ꝓdicta iura. Et ita
mihi vr̃ de iuris mente procedere. Cum aũt eſſent obligati non
vt duo rei inſolidũ, ſed quilibet pro virili, tunc inopia vnius ad-
uerſus illum illam actionẽ concederet, per hunc tex. nõ aũt ad-
uerſus alium per dictam regulam iuris, non debet. In ea. ibi, re-
ſpondeo idem, cum & ipſe teneatur eam &c. concludit ergo
11 † glo. ꝙ ita patri mulieris genero inope exiſtente competit do-
tis repetitio, ſicut & ipſi mulieri. Et hoc eſt verum duplici ratio
ne, quia cum in hac actione de dote ſit inter patrem, & ipſam
quædam quaſi ſocietas, ut in l. qui hominẽ. §. ſi gener. ĵ. de ſolu.
merito conſequens eſt, vt ambo in dubio, pari, non autem im-
pari iure cenſeantur, vt Inſtit. pro ſocio. §. & quidem ſi nihil. ſ̃.
in eod. titu. l. ſi non fuerint. C. de diuer. reſcrip. l. i. Præterea hæc
actio dotis vtrique competens eſt vna, vt concludit gl. ſ̃. eo. l. 2.
ver. ſed vtrum. ſuper verbo, admiſſam, ergo non debet inter eos
diuerſo iure cenſeri, ĵ. de vſucap. l. cum qui ędes. de deci. c. cũ in
tua. de priuileg. quia circa. cum ſimil. In ea. ibi, item nec hic eſt
12 caſus reddendę dotis omnino &c. Notabilis eſt hæc gloſ. † vo-
lens, ꝙ reſignatio dotis inopiæ cauſã, ad quam conſtante matri
monio tenetur maritus, nõ ſit ꝓprie reſtitutio, eo quia adhuc
deſeruit oneribus matrimonij. Ex quo Bar. hic in . qõ. 2. partis,
& plenius in l. ſi quis ſic ſtipuletur. ĵ. e. dicit ſtipulationem, qua
cautum eſt mulieri dotem reddi in omnem, caſum reſtituẽdæ
dotis &c. non comprehendere dotis ſolutionem per maritũ fa-
ciendam conſtante matrimonio propter eius vergentiã ad ino
a piam. Ego [a] tamen ꝯtrium conſului in ciuitate Florentiæ, & qa
ita obtentum fuit, igitur pono tibi formaliter rationes, quæ me
tunc induxerunt. Prima, quia ſolutio dotis ob vergentiam viri
ad inopiam veram propriamque cauſam reſtituendi, licèt per
eam dos non eximatur ab oneribus matrimonialibus ſuppor-
tan. hoc autem verum eſſe probatur. Præterea, quia non eſt du
bium ſoluto matrimonio dotis ſolutionẽ mulieri factam verã
parere reſtõnem, C. ſolu. matri. l. j. & 2. ſ̃. eo. l. 2. cum ſi. Et tamẽ
per ipſam ſolutionẽ non eximitur dos ab onere matrimonij in
futurum ꝯhendi, vt patet, quia ipſa eſt inalienabilis propter ſpẽ
ſecũdi, quẽadmodũ ſi duraret matrimoniũ primum, ſ̃. de fun.
do. l. etiam directo. vbi eſt caſus notabilis. Secundo, quia no eſt
dubium ex ſolutione facta patri ſoluto matrimonio ob diuor-
tium iuxta l. vnicam. §. & hoc ex rei. C. de rei vxo. cum ſimil. ve
ram cauſari reſtitutionẽ, & tñ illa ad onera futuri matrimonij
per filiam ꝯhendi deportanda reſeruatur, vt C. de rei vxo. act.
authen. ſed quamuis. Tertio non eſt dubium ob ſolutionẽ do-
tis vxori factam propter bannum exiliumque in mariti perſo-
nam ſecuta, ob quas quidẽ cauſas uxori dos ſoluitur, vt firmat
Bar. hic, & Bal. in l. 2. ſ̃. eo. per tex. l. j. C. de repud. veram cauſari
dotis reſtõnem, vt ex inferioribus probabitur. Et tamen cũ dos
ipſa ſic ſoluta matrimonij onera ſupportare debeat, cum ex ea-
dem banniti viro ſint alimẽta præſtanda, vt l. mulieres. §. j. ſ̃. de
iure do. & dixi ſ̃. e. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. Quarto reſtitue-
re nil aliud eſt, q̃ eum, cui reſtitutio fit, poſſeſſorẽ facere, vtrunq;
perceptorẽ. hæc eſt Iuriſconſulti diffinitio in l. plus. de verb. ſig.
ſed ob hanc ſolutionem, quæ ob vergentiã ad inopiam fit, inci-
pit ipſa mulier poſſidere fructuſque percipere, vt d. l. vbi adhuc.
ver. ita tñ. igitur ex ea vera oritur reſtitutio. Cæterum & prçſup
poſito, ꝙ ſub reſtitutionis verbo hmõi ſolutio non cõprehẽde-
retur, nihilominus certo certius eſt eadem ſub verbo illo, ſoluẽ
dæ, quod cõiter in inſtr̃o dotali apponi ſolet, cõprehendi, cum
& conſtante matrimonio dos mulieri vere ſoluatur, ſ̃. eod. l. q̃-
uis. & ĵ. eo. l. quoties. ad fi. C. ſi dos cõſtante matrimonio. in ru-
bro & nigro, de iure do. l. fi. Item & cadit ſub verbo, reddendæ,
& dandę, cõiter etiam conſuetis apponi, qm̃ conſtante mr̃imo
nio per maritum vxori proprie dos dari dicitur, atque reddi. De
quo primo eſt tex. in Auth. de nup. §. dotes autem. De ſecundo
in d. l. mutus. §. j. de iure dot. & hęc videtur veritas. In ead. ibi, cũ
13 adhuc ſeruiat oneribus matrimonij &c. Sed certe puto, † ꝙ po-
ſito

ADDITIO.

a Ego tamen. Adde, quòd hoc conſilium habes inter eius conſilia ſub nu 392. & incipit, Circa primum propoſitæ conſultationis. in primo dubio.

ſito ꝙ in caſu inopiæ dos extraneo dotanti reſtituenda veniret,
ipſe ad ſupportanda onera matrimonij tenetur, primo per tex.
in l.ſi ſocius pro filia.in ver.quod ſi ſalua. ꝟ. pro ſocio.& authē.
ſed quamuis.C.de rei vxo.actio.cum vult dotem reddi cum ſui
oneris qualitate.Secundo per tex.in l.2.ꝗ.de alimen.& cib.le.vo
lentem ſucceſſorē in his bonis, ex quibus alimenta debentur,
teneri ad alimentationis onus. Ita ergo hic ſuccedens in dote,
ex qua cauſatur ſupportatio onerũ matrimonii, l. pro onerib.
cum ſimil.ad illud idem onus aſtringitur. Tertio ad idem tex.ꝗ.
de libe. agno.in l.ſi liberis.§.item reſcriptũ. volens ſucceſſorem
defuncti in vniuerſo teneri ad onus alimentandi, ad quod præ-
cedens tenebatur. Sed hic extraneus ſucceſſor in dotis retentio
ne,eſt ſucceſſor in vniuerſo, cum dos quid vniuerſum ſit, vt ꝗ.
14 de impen.l.quod dicitur. igitur &c. In gloſ.ſuper verbo, † non
ſufficere.ibi,.hodie vero mox cũ incipit male vti &c. Et ſic ſen-
tit glo.hic,& in l.vbi adhuc.C.de iure dot.ꝙ per §.illud. in Au-
then.de æqualitate dotis.corrigantur hæc iura,vbi enim ſecun-
dum ea antea conſtante matrimonio non poterat ad dotē agi,
ꝗ̃ maritus ita eſſet inops effectus, ꝙ dotis ſolutioni non ſuffice-
ret deducto ęre alieno: hodie per §. illud. poterit agere ſtatim
ꝙ incipit maritus vergete ad inopiam,& hoc ſequitur Iaco. de
Are.vt refert Cyn.in d.l.vbi.Alia vero glo. in d. §.illud.dicit nō
eſſe inductam correctionē, ſed ꝙ alterũ horum iurium decla-
ret,vt ſic ſit ſenſus,ꝙ inchoante viro vergere ad inopiam, ita vt
appareat eius facultates non ſufficere ad dotis ſolutionē, & alio
rum creditorum ſatisfactionē,incipiat cōpetere dotis actio.Bar
to.autē hic in oppoſitione tertia,conſiderat tria tēpora, ſ. Dige-
ſto.Codicis,& Auth. ſm primum prouidebatur partim mulie-
ri plene hoc modo, ſcilicet, ꝙ vbi vir ad talē inopiam deductus
erat,ꝙ ære alieno deducto dotis ſolutioni non ſufficiebat, tunc
cōpetebat dotis actio.Et ita loquitur hic,& in d.l.ſeruum dota-
lem.Per ſm vero prouiſum fuit plenius hoc modo,ꝙ vbi vir ad
talem inopiam deductus erat,ꝙ ea non obſtante, ſufficiebat tñ
ad dotis ſolutionē,& alterius æris alieni,laborat tñ inopia,quia
nobilis erat, & vt videretur honorifice viuere omnia cōſume-
bat,propter quod pars mulieris neceſſitatē patiebatur, tunc cō
petebat dotis actio,& ita loquitur d.l.vbi adhuc.Per tertium ve
ro prouidetur pleniſſime,ſcilicet,ꝙ vbi vir incipit vergere ad in
opiam,eo quia male vtitur ſubſtantia ſua, tunc competit facul
tas dotis exigendi,& ita loquitur §. illud. vnde ſumitur authen.
quod locum.C.de colla. Tu aduerte,quia licet hæc opin.videa-
tur ſatis colorata, nihilominus recte conſideranti ex mente ip-
ſorum iurium nō procedit. Primo, quia ſi recte inſpiciatur ius
Codicis,de quo in l.vbi adhuc.& in l.in rebus. §. omnis.in ver.
cum cōſtante,etiam rarũ,&c.qui ſe refert ad caſum l.vbi tex.il-
li dicunt marito ad inopiam deducto cōpetere mulieri actionē
hypothecariã aduerſus bona mariti, mouit aũt Imperatorē ad
hanc deciſionē faciendam,alius textus ſuus in l.cum per liberã.
C.per quas perſo.nobis acquiritur. ponēs hanc regulam. ꝗ. idē
iuris eſſe debere in hypothecaria,quod eſt in perſonali, cui illa
accedit. Sed conſtante matrimonio viro ad inopiam deducto,
naſcebatur perſonalis actio ad dotē, ergo pari ratione naſci de-
bebat hypothecaria.Et iſta fuit ratio huius deciſionis. Attende
tñ,quia dicta Codicis iura ſolum ponũt maritũ ad inopiam de-
ductum, non autem declarant qualiter deductus intelligatē,me
rito ea iura poſteriora in hoc declarabũtur per hanc priorem.
Ad hoc ꝟ.de legib. l. non eſt nouũ. & l.nam poſteriores. Vnde
ſuper hoc concludo,ꝙ ius Codicis & Digeſto.in hoc ſolo diffe-
runt,quia ius Digeſto. concedit mulieri perſonalē,ius verò Co-
dicis concedit hypothecariam,& hoc foret verum,niſi ſuperue
niſſet declaratio Iuſtiniani in d. §. illud. ad caſum l. vbi adhuc.
dum formaliter ſic dicit: Nos enim ex alijs noſtris legibus iuua
mus cauſam,quia enim mulieribus dedimus electionē ēt con-
ſtante matrimonio, ſi male maritus res gubernat, accipere eas
& gubernare.Et ibi dum dicit pur, inchoãte viro male vti ſub-
ſtantia ſua non percepit, & nō auxiliata eſt ſibi &c. vnde no.ꝙ
cum ſe ad leges ſuas referat.ergo neceſſario ad caſum l. vbi ad-
huc.& l.in rebus. Cum nullæ aliæ de hoc loquantur, & ſic illa
verba,ad inopiam deductus ſit:in eis poſita,vult interpretari,ꝙ
incœperit ſua ſubſtantia male vti. Vnde ſupereſt cōcluſio,ꝙ ex
quo ad concedendam hypothecam ſufficit principiũ vergētiæ
ad inopiam,vt ibi, ita & ſimiliter ad cōcedendam perſonalem
propter rõnis identitatē.Et ita eſt caſus in d.auth.quod locum.
ibi,dum dicit pur,viro ad inopiam vergente dotem, ſm legem
Iuſtiniani non exegerit &c. & hæc eſt veritas, quicquid dicant
15 alij.In ea.ibi,tamen † cum tēperamento &c. & ſic vult iſta glo.
ꝙ maritus in caſu legis noſtræ conuentus habeat beneficiũ ex-
ceptionis,ne conueniatur vltra quàm facere poſſit.Cōtrarium
tamē determinauit in d,l.vbi adhuc.ea ratione,quia non pōt in
caſu iſto maritus dicere ſe egere,cũ vt apparet in d.l.vbi adhuc.
ver.ita tamen. ex fructibus & rebus conſtante matrimonio mu
lieri cōſignatis,debeat ſatisfieri alimonię mariti,atque alijs onę
ribus matrimonij.Bar.autem hic in qõne octauæ partis vltimę
conatur ſua diſtinctione has gloſſatoris diſcordes ſententias ad
cōcordiam reducere,dixit glo.d.l.vbi.locum habere, qñ agitur
hypothecaria,quo caſu,vt ex fine d. l.apparet, omnis prærroga-
tiua ſalua manet viro in caſu matrimonij diſſoluti, & vt etiã ex
dicto verſicu.ita tamen.apparet, interim matrimonio conſtan-
te non pōt agere,cum rerum aſſignatarũ reditus oneribus ma-
trimonij debeant deſeruire. Hæc aũt gloſ.locum habet,qñ per-
ſonali dotis actione peteretur ipſius dotis adiudicatio,cum mu
lier efficaciter adiudicatione do. non eſſet poſtea ſaluum priui-
legium dictæ exceptionis marito ſoluto matrimonio, quia
conueniretur tunc a muliere tanquam dominæ rei uendicatio
ne:rei autem vendicatione conuentus dictæ exceptionis oppo-
nendæ beneficiũ non habet, vt l. Neſennius.§. fundum.ꝗ.de re
iudica.Nec ob.l.ſi filio.la vltima.ꝗ.eo.quia ibi loquitur, dũ con
uenitur maritus actione perſonali. Quod patet, quia tempore
Digeſtorũ non competebat mulieri ſoluto matrimonio ad do
tem actio realis, qm̃ non erat tunc inuenta translatio dominij
dotis in mulierē ipſo iure, cum maneret penes hæredē, donec
fieret redditio,vt patet in l.j.ꝟ.de fun.do.& in l. quædam.de ac-
quiren.re. do. Tu aduerte, quia cum hæc reſtitutio, quæ fit in
caſu huius leg. conſtante matrimonio, intelligatur fieri ſal-
uo omni iure mariti, quod ſibi ſoluto matrimonio compete-
ret, vt videtur probari in d.l. vbi adhuc. in fin. ergo item con-
ſequens, vt indiſtincte dicamus non debere haberi rõnem, ne
maritus egeat,quia conſtante matrimonio nō poteſt egere, cũ
deſeruiat dos alimoniæ ſuæ, vt d. verſicu.ita tamen.Eo uero ſo-
luto remanet ſibi ſaluum ius proueniens ex dicta exceptione.
Et ita videtur hic modernioribus, quod etiam videretur mihi,
ſi finem dictæ legis ibi loquentis, dum agitur hypothecaria,ex-
tendamus ad caſum,dum agitur perſonali.Sed ego hanc extē-
ſionem non reperio,igitur non audeo hoc dicere.Quia conclu-
do,ꝙ cum maritus perſonali conuenitur, debet dictã exceptio-
nem opponere,non ſolum ꝙ poſſit,qm̃ ſi integraliter ſoluit, ea
non oppoſita,vtilitatem dictæ exceptionis perdit,vt in l.nam &
maritus.ꝟ.de condi.indebi.vnde ipſi egenti non tenebitur vxor
ſubminiſtrare alimenta ex capite ſpeciali dicti beneficii, qd nō
opponendo perdidit,ſed ex capite generali, quia particeps eſſe
debet infortunij maritalis, ut in l. ſi cum dotem.§. ſi maritus.ꝟ.
eo.& ſic erit vis in forma libellãdi. Vlterius extra gl. ſciendum,
16 † ꝙ Bar.ſolenniter repetijt,licèt verboſe ſatis iſtam l. dictis autē
ſuis addendo neceſſaria: Primo adde, ꝙ inquantum in quinta
oppoſitione reprehendit Cy.dicentem, ꝙ cum remedio huius
legis occurrit remediũ leg. in omnibus.ꝟ. de iudi.& ea ratione,
quia fideiuſſor nec pro conſeruanda dote dari pōt, vt l.j.& 2.C.
ne fideiuſſo.dotium dētur.Adde,ꝙ ipſe Bar.ꝗ.in hac l.in §. quo
ties.tenuit expreſſe cōtrarium dicens, d.l.j.& 2. ponere regulã.
Sed illa fallit in hoc caſu ſpeciali inopiæ, cum in eo dari poſſit
fideiuſſor ſeruandæ dotis, vt eſt caſus expreſſus de donat. inter
vi.extra,in c.per veſtras. vnde hic loquitur male.Pro pleniori ta
men inueſtigatione huius qõnis eſt primo inueſtigãdũ, nunqd
poſſit vxor conſtante matrimonio a marito exigere fideiuſſorē
dotis reſtituendæ.Secundo, nunquid poſſit exigere pignus.Ter
tio,nunquid poſſint pro reſtituēda dote conſtitui duo rei debē
di.Quarto in extraneo,nunquid ad primorũ duorum alterum
17 poſſit compellere maritum.Circa primum dic, † ꝙ poſt glo.in
d.l.j.C.ne fideiuſſores dotium.fuit prima opin. Dy. in d.§.quo-
ties.quem ſequitur Ioan.And.in addi. Spec.in titu. de dona.in-
ter vi.§.nunc,in additione incipiente, Reaſſumit verba, & for-
mam.cum tribus additionibus ſe.tenentis,ꝙ ſic. Primo per l.fi.
C.de do.cau. vbi patet, ꝙ pro dote reſtituenda poſſunt interue-
nire duo rei,& tamen conſtat,ꝙ vnus vr̃ pro altero fideiubere,
vt plene traditur in l.vir vxori.§.fi.ꝟ.ad Velleia. Sed ad illam re
ſponde, vt ꝗ.in examinatione qõnis tertiæ patebit.Secundo per
l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ꝟ.eo.vbi patet patrem obliga
ri pro dote filii, & tamen hoc caſu non eſt niſi ſicut ipſius filij
fideiuſſor.¦Ad hoc infra. de verborum obligatio. l. cum filius.
C. de decur. l.j.lib. 10.& l.libertus. §.j. infra ad municipal. Ter
tio, quia ſi dari poteſt matrimonio ſoluto, pro dote reſtituen-
da,vt in d.§.quoties.ergo & eodem cōſtante in caſum reſtituē-
dæ dotis ſolu.matri.Qm̃ paria ſunt, quid fieri tempore permiſ-
ſo vel prohibito,& conferri in tempus permiſſum,vt l.in tem-
pus.cũ ſimil.ꝗ.de hære.inſti.Secunda fuit opin.Bar.in d.§.quot.
dicentis ꝯtrarium.Primo,quia non uidetur ratio diuerſitatis in
ter fideiuſſorem dotis reſtituendæ,& fideiuſſorem dotis cōſer-
uandæ,nec poteſt exigi, vt in d.l.j. ergo nec fideiuſſor reſtituen-
dæ.Quod aũt non ſit diuerſitas patet, quia conſeruatio nō ten
dit ad aliud, ꝗ̃ facultatem dotis reſtituendæ inducendã. Secun-
da,quia d.l.2.C. ne fideiuſſ. dotium. veniens ampliatiue ad ca-
ſum l.j.vt in litera eius patet, ſi non intelligeretur prohibere fi-
deiuſſorem dotis reſtituendæ,nihil ad primam adderet,contra
§.quibus.cum ſimil.in prima conſti.C.Bal. autem & Ang.hic,

& Ang.in d.§.quoties.ſequuntur opin.Dy.primo,quia non eſt
verum quod dicit Bar. ꝙ eadem vr̃ ratio in fideiuſſore dotis re-
ſtituendæ & dotis cõſeruandæ. Nam fideiuſſioni dotis reſtituẽ
dæ ineſt conditio,ſi matrimoniũ diſſoluatur, vt patet in l.2.s̄ e.
fideiuſſioni aũt eius cõſeruandæ,non,quia illa refertur ẽt ad tẽ
pus cõſtantis matrimonij : vnde tanq̃ nutriens perfidiam inter
cõiuges,matrimonio conſtante,reprobatur,vt patet ex rõne d.
l.fi.in fi.quæ ratio ceſſat in fideiuſſione dotis reſtituendæ. Secũ
do,quia male dicit Bar.d.l.2.ſi non intelligeretur,prout ipſe di-
cit,nihil adderet ad primam.Quia lex prima ſolum reprobat le
gem municipalem,vel conſuetudinariã actionẽ arctantem ma
ritum ad præſtandum fideiuſſorẽ dotis ſeruandæ,lex vero ſecũ
da ponit rationem prohibitionis, ſubijciẽs, ꝙ nedum fideiuſſor
præſtari debet,ſed nec vlla ſatiſdatio.Tu aduerte,quia q̃uis pro
opi.d.Bar.faciat ea ratione, ꝙ ex quo prohibetur fideiuſſio do-
tis ſeruandæ, videtur etiam prohiberi eiuſdem reſtituendæ, qa
ſi prohibetur antecedens, videtur prohiberi neceſſarium cõſe-
quens,vt s̄.de pac.l.quod dictum.cum ſimil.Item,& quod vna
via eſt prohibitum,non debet per aliam intelligi ꝯceſſum, vt in
regula iuris,cum quid vna via.lib.6.cum ſimil.Sed eſt prohibi-
tum fideiuſſorem præſtari doti ſeruandæ, ergo ne deueniatur
ad hoc,debet intelligi prohibitum præſtari fideiuſſorẽ reſtituẽ-
dæ,cum reſtitutio neceſſario rei reſtituendæ conſeruationẽ prę
ſupponit.Tertio,quia ratio d.l.2.prohibentis præſtare fideiuſſo
rẽ dotis ſeruandæ, quæ ita formaliter dicit, ſcilicet ſi enim cre-
dendam ſeſe,ſuamq; dotẽ mulier patri mariti exiſtimauit:qua
re fideiuſſor vel alius interceſſor exigitur, vt cauſam perfidię in
cõnubio generetur,locum habet in fideiuſſore reſtituendæ, vt
ex ſe patet. Tñ opi. Dy. tot Doc.auctoritatibus cõfirmata forte
in practica ſeruaretur,licèt illa Bar.opi.ſit verior de iure, per p̃-
dicta.Et quia ipſe ad rõnes Dy.reſpondet, igitur ego omitto. Et
prædicta opi.Bar. videtur doctrina l.oratio.s̄.de ſpon. volens,ꝙ
cum quid prohibetur,vr̃ omne id prohiberi,per quod perueni
tur ad illud,ergo videtur prohiberi fideiuſſor dotis reſtituendę,
ex quo intuenti ad faciẽdam dotis reſtitutionẽ perueniri opor-
18 tet ad illius cõſeruationẽ.Quo ad † ſm,in quo quæritur,an prę
ſtetur pro dote conſeruanda ſeu reſtituenda pignorũ cautio?vi
detur prima fronte,ꝙ ſic, per l.q̃uis.quæ alias incipit, Callipo-
dius.j̃.de ſolu.l.quod autem.§.ſi vxor.s̄. de donat.inter virum.
In quibus videtur caſus.Pro quo etiam facit,quia ex quo a iure
fauore dotis eſt introducta tacita pignoris obligatio,vt in l.aſſi-
duis.cum ſimilib.C.qui potiores.merito non videtur referre,ſi
ipſa tacita deducatur in expreſſam,arg.s̄.ſi cer.pet.l.cũ quid.de
verb.oblig.l.triticum. cum ſimilib. contra tamen puto per tex.
d.l.2.C.ne fideiuſſores dotium . vbi tex. vtens ſigno, vel verbo
vniuerſali, dicit nullam ſatiſdationem pro dote a parte mariti
poſſe exigi, ergo ſequitur ꝙ nec pignus, cum & illud ſatiſdat.
verbum adimpleat, vt in l.j.§.iubet.j̃.de col.bo.cum ſimilib.Et
hoc maxime verum credo,quia ratio d.l.2.in fi.quæ ideo prohi
bet ſatiſdationẽ exigi, ne cauſa perfidiæ in coniugio generetur,
ita locum habet in pignore,ſicut & in fideiuſſore . Nec obſtant
iura in contrariũ allegata,quia illa correcta,per d.l.2. Nec ẽt ob
ſtat ratio,quia quamuis a iure ſit fauore dotis introducta hypo-
theca tacita,tñ multũ refert inter eam & expreſſam,vt patet,qa
quamuis mulier præferatur omnibus habentibus hypothecã
ex ſua tacita,tñ non alijs habentibus expreſſam præferretur pro
pter ſolam tacitam; vt concludit gloſ. quam cõiter ſequuntur
Doc.in d.l. aſſiduis. puta cũ mulier petit hypothecã expreſſam
habens tacitam,eſt cauſa maioris perfidiæ generandæ inter cõ-
iuges. Quia ex hoc apparet, ꝙ nedum velit confidere de perſo-
na mariti,ſed nec de prouidentia legis inducentis tacitam,vnde
multo magis militat ratio d.l.2.& hæc de ſecunda . Quo ad ter-
19 tiam, † in qua quæritur, an poſſint conſtitui duo rei, ſciendum
ꝙ hoc tetigit Io.An.in d.additione.& Bar.hic aliqualiter in d.§.
quoties.& cõis opi.eſt,ꝙ duo rei conſtitui poſſunt, ſi ambo ſint
perſonæ cõiunctę,vt pater & filius dotem recipientes. Quoniã
ex hoc non videtur in cõnubio perfidię cauſa generari,ſecus au
tem ſi ſint perſonæ extraneę, quia tunc non videntur conſtitui
poſſe.Cũ enim vnus ex reis videatur pro alio fideiubere, vt ple-
ne traditur in l.vir vxori.in §.fi.merito ſuccedit prohibitio, d.l.j.
& 2.Et pro hoc dicũt eſſe caſum in d.l.fi.C.de do.cauta.Sed cer-
te illa l.in verbo ibi,omnique perſonæ.probat contrariũ.Ius.n.
præmiſerat de patre ad dotem ſe obligante cum filio, & poſtea
ſubiungit de omni perſona quæ ſe cum eodem obligat,& ſic vi
detur velle,ꝙ nedum poſſunt conſtitui duo rei adinuicem con
iuncti,ſed ẽt penitus extranei. Tu aduerte, quia primo oportet
conſiderare,an verum ſit, ꝙ duorũ reorũ vnus videatur fideiu-
bere pro alio.In quo adhærendo doctrinæ Bar.in l.reos.in prin.
j̃.de duo.reis.veritas eſt,ꝙ vnus pro alio non vr̃ fideiubere, niſi
hoc ſit expreſſum,vel niſi ſit color aliquis quæſitus, vt probatur
in l.ſed Iul.§.j.s̄.ad Macedo.Si ergo ſic eſt,ſequitur ꝙ duo rei in-
ſolidum principaliter obligati poſſunt conſtitui, & ita eſt caſus
in d.l.fi.Titulus autem.ne fideiuſſo.dot. loquitur de obligatio-
ne ſecundaria principali acceſſoria.Sed ſi quæras,an pars mulie
ris poſſit ad hoc compellere?certe non,quia hic eſſet color quę
ſitus,qui fieret ad diſpoſitionẽ legis prohibitiuæ fideiuſſorẽ da-
ri,fraudãdam,igitur &ç vt d.l.ſed Iul.§.j. & hæc de tertia. Quo
20 ad quartam dicendũ ab extraneo † dotante poſſe ſatiſdationẽ
peti,vt videtur ratione probari in l.j.s̄.qui po.in pig.hab.Secun
do,quia ratio d.l.2.prohibentis, quæ eſt ne perfidia inter cõiu-
ges generetur,&c. ceſſat hoc caſu,cũ ex eo, ꝙ petat extraneus,
non habeat generari perfidia inter coniuges, & ſic ſuccedit ge-
neralis regula d.l.in omnibus.de iudi.& l.ſi creditores. de priui
leg.cre.cum ſimilib. Et hoc eſt quod tenuit hic Bar. in fi.6.qõ-
nis ſecundę partis principalis,ar.l.vniuerſa. cum ibi no. C.de p̃-
21 ci.Impe.offe.Sed an † ſi ſatiſdatio ſponte ſit præſtita, valeat?glo.
valde dubitauit,quia d.l.j.C. ne fideiuſſo. vetat ſatiſdationem a
marito exigi,& ſic ab inuito extorqueri, vt l.fideicõmiſſa.§.ſi rẽ
de leg.3.non vetat voluntarie poſſe dari,quia ſuccedit doctrina
tex.in l.ſed & ſi quis.iuncta l.j.j.vt in poſſ.lega.l. Gręce.§.a tuto
re.j̃.de fideiuſſo.& quod plene no. in l. ſi patroni.j̃. de dona.vbi
pater ſatiſdationẽ præſtitam ſponte a ſciente ſe ad illam non te
neri,eſſe validam.Secundo,quia tex.in d.l. prohibet ſatiſdatio-
nem,ne generetur cauſa perfidiæ inter coniuges, vt plures di-
xi,ſed ex ſpontanea datione non generatur perfidia cauſæ, igi-
22 tur &c.Et pro hoc † etiam puto,ꝙ gl.d.l.j. quæ ſemper ſolet cõ-
muniter teneri, volens ꝙ prohibitioni præſtandæ ſatiſda. aliàs
exigendę dationis inductæ per dictum titulum, non poſſit ma-
ritus renũciare, eſt falſa,nec eſt vera regula ſua dicens, diſpoſi-
tioni legis prohibitiuæ renunciari non poſſe. Quod probo per
duo.Primo, quia tex.dicit, ne quis libertus patronum vocet in
ius ſine uenia.s̄.de in ius uo.l.4.§.j.cum ſimilib. & tñ patronus
huic renunciare poteſt, etiam tacite patiendo ſe ſine uenia vo-
cari,ut eſt tex.notabilis eo.titu.l.quamuis.Secundo,quia tex.di
cit non debere teſtamentũ fieri ſine filii inſtitutione, uel exhæ-
redatione,& aliàs nullum,ut l.inter cætera. cum ſimil. & tamẽ
ſi ita ſit factum,filius poteſt legi prohibenti teſtamentũ ualere
per ſuum conſenſum derogare, vt in l.filio præterito.j̃.de iniu-
ſto.& per hęc manet declarata materia dicti tituli,ne fideiuſſo-
23 res.& d.§.quoties.Item † inquantum in j. q. primæ partis dicit,
ꝙ vbi uerbum illud, euidenter, ſeu euidẽtiſſime &c. apponitur
iuxta id quod negatiue aſſeritur, tunc illud tale non põt cadere
in notorium.Adde, ꝙ & illud tale ſufficit tunc probari per con-
iecturas, ut euidenter conſtare dicatur, vt eſt expreſſum in l.li-
cet Imperator.j̃.de leg.j.& facit j̃.de manumiſ. teſtamen. l.ſi qs
24 locuples.Item inquantum in j. qõ. † primæ partis dicit ex glo.l.
cum de lege.s̄.de probat.probatum patrimoniũ viri non ſuffi-
cere ad dotis ſolutionem deducto ære alieno, ſi probauerit mu
lier tot eſſe debita,& aſſerat tantum eſſe in mariti bonis . Adde,
ꝙ Iac.But.in l.actor. C. de proba. illam probationem dicit non
concludentẽ,quia non ſequitur, aſſerit mulier tot bona eſſe in
patrimonio mariti,ergo non ſunt plura. Et ad l.cum de lege. re
ſponde, ꝙ ibi inter partes non erat quęſtio, an eſſet plus in bo-
nis,ſed de valore bonorum . Moderniores autem hic dicunt,ꝙ
quantum ad intellectũ illius legis,quæ loquitur in hærede volẽ
re vti Falcidia,ſi hæres fecit inuentarium,præſumptio eſt pro ip
ſo,ꝙ non plura in hæreditate ſint bona, quàm in inuẽtario ſint
aſſerta,ut l.fi.§.licentia.C.de iure deliberan. vnde onus proban
di contrarium tranſuertitur in aduerſariũ, vt in l.ſiue poſſide-
tis.cum ſimilib.C.de probat. ſi autem loquimur ſm iura Dige-
ſto.quorum tempore non erat inuentum beneficium inuenta-
rij,adhuc forte idem, ut aſſertio hæredis probet non eſſe plura,
ex eo,quia ſi occultaret rem aliquam hęreditariam, priuaretur
Falcidia quo ad illam,ut in l.reſcriptum. cum ſimil. de his qui-
bus vt indig.vnde præſumitur,ꝙ non occultet.Sed certe peſſime
loquuntur,ꝙ de iure Digeſto. ſola aſſertio hæredis uolentis uti
Falcidia dicentis tot bona in hæreditate eſſe, non probet præ-
ſumptiue, non eſſe plura . Eſt caſus rotundus in l.maritus.§.fi.
j̃.ad leg. Falcid. vnde quo ad caſum præſuppoſitum dicas aſſer-
tionẽ mulieris dicentis non eſſe plura,non ſufficere,ſed probari
debere vel per vulgi opinionẽ,cum agitur cõtra maritũ, vt ple-
ne declarat hic Bar.uel cum agitur cõtra extraneum hypothe-
caria per vicinorum eſtimationẽ,vt no.glo.in l.2.C.quando fi-
ſcus vel priua.Et probat tex.no.in l.j.§.j.ibi,dum dicit, vel circũ
colentium exiſtimatione &c.j̃.de flumi.uel per factam bonorũ
excuſſionem,argu.l.ſi tamen quibuſdam cum ibi no.j̃.de lega.
2.Et quod plene traditur in l.10.de verb.obliga.Et in auth.hoc
ita.C. de pigno. Item inquantum in ſecunda qõ. primæ partis
principalis ponit,ita probetur paupertas &c. Adde,ꝙ iuxta hoc
ꝯgruũ foret ponere oĩa paupertatis priuilegia & incõmoda . Sed
quia illa pleniſſime & copioſè collegit Archi. cui nihil adderẽ
in canone,pauper. 11.q.3.& in c. ſtatutum. de reſcrip. lib.6.igiẽ
ibi vide.& uide quod idem copioſè ponit 30.diſtin.hęc autem.
vbi etiam collegit ſingula priuilegia & incommoda diuitiarũ.

Item

25 Item inquantum † in quinta q̃ōne primæ partis principalis po
nit ex ſuperuenienti banno mariti, dotem ab vxore repeti poſſe
conſtante matrimonio. Adde, ꝙ idem firmat do. Bald. in l. 2. in
prin. ſ. eo. Et quidem pro eo videtur textus in generalitate ſui
in c. 1. de donatio. inter virum. dum dicit regula, ꝙ ibi mulieres
ex aliqua neceſſaria cauſa a viris proprijs ſeparãtur, tota dos eſt
26 eis reddenda. Item adde, † an propter excõicationẽ ſuperueniẽ
tem in marito conſtante matrimonio cauſari poſſit dotis repe-
titio, quod hoc ponit Ioan. And. in additio. Spe. ſuper dicto ver-
ſi. quid ſi vir. quam in hac q̃ōne allegauit Bar. concludens, & re
cte ob hanc ſolam cauſam locum non eſſe repetitioni, cum vi-
ro etenim excõmunicato mulier etiam habitare tenetur, vt in
c. inter alia. de ſenten. excommu. & 11. q. 3. q̃m multos. Item in-
27 quantum in 7. q. eiuſdem partis concludit, per cap. per veſtras.
ſæpius alleg. locum eſſe repetitioni dotis per hanc legem, ſi mu
lier viro, quem ab initio ſciebat inopem, dotem ſoluerit, & etiã
quia ſi non valeret hoc pactum expreſſum, ſcilicet, ꝙ propter
inopiam non poſſit dos repeti, cum propter illud fieret dotis cõ
ditio deterior, vt l. de die. & l. Attilicinus. ſ. de pact. do. ergo mul
tominus tacitum reſultans ex ſolutione cũ ſcientia inopiæ ma-
ritalis. Adde quòd opi. Dyn. tenentis contrariũ firmauit Ioan.
And. in addi. Specu. eo. titu. de donatio. inter virum. §. fi. verſic.
ſed cum mulier ea ratione, quia ex quo ei inopi ſcienter ſoluit,
eius perſonam & mores approbauit, C. de epiſco audien. l. ſi le-
gibus. C. de ſponſa. l. fi. j. vt in poſſeſ. lega. l. ſi is a quo. in fi. ſ. mã
da. l. inter cauſas. §. abeſſe. j. de fideiuſſo. l. ſi pro ea. j. de damno
inſec. l. qui bona. §. de illo. Bal. autem in dicta authen. quod lo-
cum. tenet opin. Bar. hic. ſed in d. l. vbi adhuc. firmat opinionem
contrariã, ponens notabilem rõnem hanc, ſcilicet, quòd pactũ,
per quod a propria natura dotis non receditur, non dicitur do
tis cõditionẽ facere deteriorem. tex. eſt in l. ſi vnus. §. pactus ne
peteret. verſi. ſed quod in ſpecie dotis. ſ. de pact. Sed per huiuſ-
modi pactum tacitum, quod reſultat ex ſolutione, quam facit
mulier marito, quem ſcit inopem, ſcilicet quòd dotem ab eo
non petet propter inopiam matrimonio conſtante, fit redditus
ad propriam dotis naturam, quæ eſt, vt conſtante matrimonio
ſit dos penes maritum, & in eius dominiũ, vt in l. doce ancillã.
C. de rei vend. cum ſimilib. Eo aũt finito retransferatur in vxo-
rem, vt in l. in rebus. ſ. de iure do. igitur &c. Et per hoc non ob.
d. l. Attilicinus. cum l. de die. & huic rationi non video poſſe re-
ſponſum dari, igitur ſequor Dyn. & Ioan. And. Nec obſt. d. c. p
veſtras. quia ibi non apparet, an dos fuerit promiſſa inopi ſcien
ter vel ignoranter: vnde ſtat regula l. verius. de probatio. ſ. cum
ſimil. Quod præſumatur ignoranter, & ſic parum facit. Item in-
28 quantum in ſecunda † parte principali & q̃ōne 5. Bar. circa in-
tellectum l. ſi cum dotem. in prin. ſ. eo. facit differentiã, an filia
foret præſens, an vero abſens. Adde, ꝙ hoc eſt valde dubitabile,
29 & ideo dic vt plene ibi dixi. Item † inquantum in eadem parte,
& q̃ōne 9. vult ꝙ filij poſt mortem mulieris dotem penes patrẽ
ad inopiam vergentem exiſtentẽ in pecunia, poſſint petere ſibi
reſtitui, arg. l. Imperator. j. ad Treb. & l. fi. C. de ſenten. paſ. ſecus
ſi conſiſteret in re immobili, arg. d. l. verſus finem. C. de bo. ma-
ter. & §. & ita certa. in Auth. de nup. Adde, ꝙ eius opi. vr̃ eſſe du-
bia, q̃m in l. Imperator. loquitur, quando pater doloſè & in frau
dem fideicõmiſſi filijs reſtituendi diſſipabat bona reſtitutioni
ſubiecta. In caſu autem noſtro de fraude ſeu dolo non conſtat.
Item nec d. l. fi. vr̃ facere, quia loquitur, q̃n pater iam perdide-
rat adminiſtrationẽ bonorũ filij propter deportationẽ: vnde ni
mirum ſi facilius impeditur illam reaſſumere propter ſuos ma-
los mores. In caſu aũt noſtro adminiſtrationẽ non perdiderat,
ſed ipſam habebat: vnde q̃ō difficilius aufertur, ar. eius, q̃d dici-
mus, turpius eijcitur, q̃ non admittitur hoſpes. de iureiur. c. quẽ-
admodũ. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. pater furioſo. Nec etiã
refragatur gl. quam alleg. in l. 2. §. j. ver. cæterum. ſ. eo. Ibi enim
ſuccurritur filiæ ſtante inopia patris propter cõionem, quã hẽt
in dote. In caſu autem quãdo filius nullã habet cõionem cum
patre in adminiſtratione, vt in d. l. j. verſus fi. de anna. exce. C. vn
de q̃uis Bal. in d. l. vbi adhuc. ſequatur hanc opinionẽ, tñ Ioan.
An. in addi. in d. titu. de dona. inter vi. §. fi. in vlti. addi. poſt mul
ta dicit ſibi placere, ꝙ poſſit agi, vt reſtitutio fiat filijs aſſecurato
tñ patre de vſufructu. Tu aduerte, quia vr̃ concludi poſſe, ꝙ ſuffi
ciat ad excludendũ agentes filios patrem ſatiſdare, ſi vult, & po
teſt. Hoc idem primo probatur in d. l. Imperator. a cõtrario ſen
ſu tex. dum dicit. Nam quia cautiones interponi non poterant
&c. vbi patet, ꝙ ideo pater dilapidans filijs hæreditatem in tem-
pus reſtituendã, cogitur illis ante tempus reſtituere, quia iure il
lo nõ poterat eſſe obligatio naturalis inter patrem, & filium in
poteſtate, iuxta materiam l. frater a fratre. de condi. inde. Ergo
ſequitur, ꝙ ſi ſtare poſſet obligatio prædicta, pater ratione vitij
dilapidationis non teneretur reddere, & ſic ſe adminiſtratione
priuare. Sed hodie ex cauſa aduentitia, qualis eſt hæc inter pa-
trem & filium in poteſtate conſiſtente, poteſt conſiſtere obliga
tio, vt ꝯcludit in d. l. frater à fratre & in d. l. ſi qs p eo. j. de fideiuſ
ſo. & in authen. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſta. per caſum l. iu-
bemus. C. ad Treb. igitur &c. Secundo iſtud idẽ videtur proba-
ri in d. c. per veſtras. Ibi enim eſt expreſſum, ꝙ quamuis maritus
vergat ad inopiam, tñ poteſt compellere vxorem ad dotem ſibi
ſoluendam, ſi iudici videtur, ꝙ pro dote ſeruanda idoneam præ
ſtet cautionem. Ergo multo magis vxorem agentem aduerſus
eundem, qui dotem receperat, poterit ea cautione præſtita re-
pellere & dotem retinere, quia cui damus actionem, multo ma
gis exceptionem, vt l. j. §. quod ait. de ſuperficiebus. & l. inui-
tus. §. cui damus. de reg. iur. cum ſi. Et infra de hoc dicam. Si igi
tur hoc poteſt maritus agente vxore, ergo pariter agentibus fi-
lijs. Quamuis autẽ hoc motiuũ videatur coloratum, nihilomi-
nus pur magis ſubſiſtit dubitatio, eo quia video, ꝙ quamuis fi-
liusfamilias non habeat tacitam hypothecã in bonis patris rõ-
ne adminiſtrationis per eum reddendæ circa ea, quæ fecit de pe
culio aduentitio, vt in l. cum oportet. §. non aũt. C. de bo. quę li
be. tñ habet eandẽ rõne proprietatis aduẽtitiorũ eiuſdem a pa-
tre reddendæ, adminiſtratione finita, vt l. ſi quis prioris. §. in il-
lo. C. de ſecun. nup. & d. l. cum oportet. §. fi. & d. §. & ita certa. &
ſic eſt ipſi filio ſatiſdatũ. Vnde videbatur rõnibus præmiſſis pa-
trem non repellendum ab adminiſtratione, neque cõpelli do-
tem filio reddere, & tñ pur videmus, quod propter eius malos
mores ab adminiſtratione repellitur, vt in d. l. fi. C. de ſentẽ. paſ.
niſi reſpondeas, ꝙ ibi remouetur a recuperatione adminiſtra-
tionis iam perditæ, non autem remouetur ab adminiſtratio-
ne, quam iam habet, vt illa tradatur filio, vt videtur tex. in d. §. et
ita certa. dum dicit, ꝙ erubeſcit lex caſtigatores filios patribus
adiicere. Secũdo video quod habet mulier pro dote mariti bo-
na hypothecaria, & ſic eſt ſibi ſufficienter ſatiſdatũ, vt in d. l. aſſi
duis, & tñ pur propter malos mores atque malam adminiſtra-
tionẽ mariti, põt illum cõpellere ad dotem reſignandã, cuius
adminiſtrationẽ ipſe ſuſcipiet, vt hic, & d. l. vbi adhuc. cum ſim.
Ita ergo pariter eſt dicendũ in filijs. Sed ad hoc ſi volumus ſe-
qui Bar. põt reſponderi, ꝙ hoc facit l. in fauorem mulieris & fi-
liorum, conſiderans, ꝙ melius eſt rei incumbere, quàm in per-
ſonam agere, vt in regula iuris, vt Inſti. de ob. quæ ex delic. naſc.
§. furti. cum ſimil. Poſſemus etiã, vt prędicta fugiamus, dicere ꝙ
hoc in caſu iudicis officio conſulendũ erit ipſis filijs, vt res ipſa
dotalis ſequeſtretur, maxime ſi pater ſatiſdare non poteſt, ſ. qui
ſatiſda. cogan. l. ſi fideiuſſor. §. ſi. & ſi ſit in pecunia penes aliquẽ
fidum mercatorem aſſignetur, vt in d. c. per veſtras. quoniã tũc
reſultabit, ꝙ vtrique conſultum erit, & patri quod non dilapi-
det, & filio quòd non perdat. Quinimo & ſi alimẽtis indigeat,
ex reditibus ſequeſtratæ dotis illa percipiet. Ad hoc caſus nota-
bilis C. de ordi. cogni. l. fina. & hoc maxime procedit, vbi pater
dilapidaret ſolum ipſam dotem, & in proprijs foret diligẽs. Ad
hoc ſ. eo. l. ſi cum dotem. verſ. ſi vero dotem. Et adde l. fi. iuncta
glo. ſua. j. vt lega. nomine cauea. ſuper verbo, compellendũ. Po-
teſtis tenere, quæ placet, quia ego valde dubito. & ad prædicta
vide quod in ſimili no. Bal. in l. 2. C. ſi in frau. patr. Item inquan
30 tum in ultima q̃ōne huius partis † concludit, muliere exiſtente
excõicata, vel bannita, & ſic impotens ad agendum, filios eius
poſſe agere, & hoc prima ratione, quia quamuis coniuncta per
ſona pro coniuncta non poſſit agere contra eius voluntatem,
vt l. Pomponius. §. fi. ſ. de procura. & l. maritus. C. eo. tamẽ hoc
eſt verum, niſi proſequatur proprium intereſſe, quoniã tũc ea
etiam inuita agit, vt l. j. de liber. cau. j. Adde ad hanc, quòd illa
parum facit, quia loquitur fauore libertatis: vnde meliorẽ alle-
gaſſet caſum expreſſum in ratione ſui, in l. patri. in prin. ſ. de mi
no. Secunda etiam ratione, quia ex quo non poteſt actio exerce
ri per matrem, tamen debet in ſubſidium poſſe exerceri per fi-
lios, argu. l. fina. cum l. ſequen. ſ. de inſtito. l. j. C. de actio. & obli
ga. & l. damni. in fi. j. de dam. inſec. & l. ſancimus. in fi. C. ad Tre-
bel. l. in omnibus. j. de pretorijs ſtipula. Ad hanc adde, ꝙ illa iu-
ra parum faciunt, quia volunt, ꝙ vbi aliqua ex cauſa cedi nõ po
teſt, tamen actio ad quam cedendam quis tenetur, in ſubſidiũ
ſine ceſſione vtilis mihi tribuitur. Sed in caſu noſtro non cogi-
tur mater ad cedendam hanc filijs actionem, licèt eam dotem
exigentem in neceſſitate compellat ad filiorum educationem,
vt in d. verſ. ſi vero dotem. & in d. l. vbi adhuc. vnde ratio prima
cum alijs, quas ad hoc probandum ponit, ſunt iſta meliores.
Poſſet etiam hoc caſu dici, ꝙ ſi egeant ipſi filij, videantque pa-
trem dilapidantem, poterunt a iudice petere ſibi alimẽta decer-
ni. Ex hac enim cauſa poteſt inter patrem atque filium lis conſi
ſtere, j. de liber. agno. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis vel parens. j. de le
ga. j. l. ſeruo alieno. §. j. Et ſi dubitent, ne in poſterum pater poſ-
ſit præſtare propter continuam eius dilapidationẽ, petãt ex offi
cio iudicis prouideri, argumẽ. in d. l. ſi cum dotem. §. ſin autem
in ſequiſſimo. cum & hoc caſu dixerit Bal. in dicta l. 2. C. ſi in frau
dem patroni. filios agere poſſe, vt compellatur pater, vt certos
fundos ad alimenta deſignet, quod eſt notandum. Item inquã-
tum

31 tum in ſecunda † quæſtione tertiæ partis principalis determi.
ſequendo glo.Cyn.& Spec.ꝙ ad hoc,vt mulier agere poſſit hy-
pothecaria contra extraneos bonorum mariti poſſeſſores in ca-
ſu harum legum,neceſſaria eſt per prius excuſſio bonorum vi-
ri.Adde,ꝙ iſtud videtur dubium,quia dotis iudicium ad vtilita
tem publicam pertinere cenſetur, vt ſupra eo.l.j. vbi autem de
publica vtilitate tractatur,res de bono & ęquo agitur.Et omiſ-
ſis alijs diſputationibus de iuris apicibus omittitur, vt dicit tex.
ſingu.in l.ita vulneratus.verſus finem.ʒ.ad legem Aquil.Sed ex
ceptio excuſſionis, tanquam quælibet exceptio continens ordi
nem vnius iudicij ad aliud,eſt de iuris apicibus,vt no.glo.ſingu.
in l.ſi mancipium.§.ſi cõmuni diuidundo.in j.glo.ſupra de eui
ctio.igitur &c.Sed reſponde,quòd dicta glo.eſt fal ſa,licèt de ea
feſtum faciat totus mũdus.Et probo viua ratione,quia certum
eſt,ꝙ fiſcus agens,& ſic cauſa,in qua expreſſim tractatur de pu-
blica vtilitate, repelli poteſt exceptione excuſſionis, vbi illa eſt
neceſſe.Caſus eſt.C.de decur.l.j.lib.11.de iure fiſci.l.Moſchis.j.
ad municipa.l libertus.§.j. ergo ſequitur, ꝙ illa non eſt de iuris
apicibus, quia ſi eſſet, fruſtra opponeretur propter doctrinam
dictæ ſingu.literæ,l.ſi ita vulneratus.& hoc eſt verum,licèt aliás
conſulendo ſecutus fuerim dictam glo. ad hanc rationem non
32 aduertens.Item † inquantum in 3. qõ. eiuſdem partis conclu-
dit iure tacitæ hypothecæ mulierem poſſe auocare bona feuda
lia & emphyteutica mariti,quoniam & iſta cadunt ſub obliga
tione,quamdiu durat ius emphyteuſis & feudi, vt in l.lex vecti
gali. ʒ. de pigno.Adde,ꝙ in hoc errauit vehementer, quia feu-
dum,& pari ratione emphyteuſis,cum non poſſit venire in hy-
potheca ſpeciali expreſſa ſine conſenſu dñi,vt eſt caſus in d.c.1.
de prohibi.feu.alie.in vſi.feu per Fed. ergo multominus neceſ-
ſario poterit in hypotheca generali expreſſa, vel tacita, quia in
generali obligatione ea non veniunt, quæ quis veriſimiliter nõ
eſſet obligaturus in ſpecie,vt in l.in obligatione.ʒ.de pigno.& l.
alumnos.C.quæ res pig.oblig.Et hanc opi.ſequitur Spec.& re-
ctius in titu.de pigno.in §.j.in verſi.ſed nunquid feudum. circa
fi.§.Nec obſt.d.l.lex vectigali.quia illam oportet intelligi,ꝙ in-
teruenerit conſenſus domini propter dictum §.imperialem.de
prohib.feu. alien. Et hanc opin.etiam recte intuenti ponit ipſe
Bar.licèt per hæc iura non fundet in l.codicil.§.inſtituto.j.de le-
33 ga.2.Item inquantum in eadem † concludit mulierem iure hy
pothecæ auocare poſſe merces exiſtẽtes apud maritum,ſed nõ
illas,quæ ſunt trãslatæ in extraneos poſſeſſores, vt dicit eſſe tex.
valde notabilem in l.cum tabernam.in prin.ʒ.de pigno. Adde,
ꝙ licèt hęc videatur cõis opinio,nihilominus non eſt vera.Et vt
hunc quotidianũ paſſum,ſeu an in obligatione veniãt merces,
clarè habeas,dic,ꝙ aut quæris, an poſſint obligari expreſſe, &
tunc dicendum, ꝙ ſic:vnde illę iure talis obligationis poterunt
auocari,quæ tempore quo agitur, exiſtunt penes debitorem,li-
cet nouæ ſint,& hoc duplici ratione.Primo, quia videntur ipſæ
merces conſtituere vnum corpus vniuerſale,igitur nouiter ſup
uenientes ſubrogari cẽſentur loco priorum diſtractarum, ʒ.de
pigno.l.grege. Secundo, quia in ea obligatione veniunt etiam
futuræ, vt in l.fi. C. quæ res pig.hæ tamẽ merces,quæ tempore
obligationis erant penes debitorem,poſt diſtractæ non poterũt
a nouis poſſeſſoribus auocari, quaſi tranſiuerint cum pignoris
onere, ne ſic dicendo videatur merces obligans interdixiſſe ſibi
quodammodo commerciũ cum alijs ꝯhendi ſuper ipſis merci
bus. Et iſte eſt tex.ſin.in d.l.cum tabernã.Aut quæritur, àn mer
ces veniant in obligatione generali expreſſa vel tacita, & tũc di-
cendum,ꝙ non,quia caſus eſt apertus in d.l.debitor.ʒ. de pign.
ꝙ in obligatione generali ea non veniunt, quæ quis habet ani-
mo cõiter in alium transferendi,non autẽ penes ſe continuo re
tinendi.Sed merces ſunt huiuſmodi,igitur &c.Ad hoc j.de hæ
re.inſtitu.l.ex facto.in §. rerum.j. de vſufru.lega.l. generali.§.ſi
vxor.de ſun.inſtru.l.prædia.j.de leg.3. l.ſi fundus legatus.& l.ſi
chorus.§.j.& l.ſi mihi Meuia. §.fi. vbi apparet reb. in aliquo lo-
co conſiſtentibus legatis,ea legata non videri, quæ mercis cau-
ſa ſunt ibi poſita. Hoc autem limitarem verum, niſi ſub ipſa
generali obligatione non poſſent alia includi, quàm merces.
Quoniam tunc illæ veniunt,vt obligatio non remaneat fruſtra
toria.Et ad hoc induco ſñiam gl.ſing.in l.pediculis. §. item cum
quæreretur.j.de auro & argen.leg.ſub verbo,non videri,dicẽs,
legato generali rerum in loco aliquo conſiſtentium,tunc mer-
ces includi,cum ad alia non poteſt legatum trahi.Ita ergo dicẽ-
do in propoſito noſtro propter paritatem rationis, & ad hoc vi
34 de Bal.in l.certi iuris.C.locati.Item † inquantum in 4. q.eiuſdẽ
partis,concludit minorem recipientem dotem nõ cenſeri obli
gare pro eius reſtitutione tacite ſua immobilia,cum non inter-
uenit decretum iudicis,licèt glo.de hoc dubitauerit in l.fi.C.de
legi.tu.Et in ſimili idem decidit in l.item quia.in prin.ʒ.de pac.
Adde,ꝙ Ioan.And.in addi.in d.tit.de donatio. inter virum.ſub
ver.quid ſi mulier.ſequitur opi.ꝯriam, quam hic etiam firmãt
Bal. & Ang. eo quia ſi minor obligatur ex tacita hypotheca illi
accedenti ex diſpoſitione legali, vt eius iuris ſit acceſſorium, cu-
ius principale, iuxta regulam iuris,acceſſorium.cum ſimi.Ad l.
autem,quæ tutores.C.de admini.tuto.& l.prædia.C. de prædi.
mino.& l.fi.§.cum autem.C.ſi maior factus.reſpõdẽt, ꝙ ibi nõ
agitur de hypotheca,vel obligatione neceſſaria, prout eſt hæc,
ſed de obligatione principali, quæ reſultat ex donatione ꝑpter
nuptias.In quibus autem rebus illa tunc conſiſtere debeat, iuſ-
dicentis relinquitur decreto,& hæc quidem opi. videtur de iu-
ris mente procedere,per tex.in l. 2.j. de rebus eorum. ad quam
Bar.non reſpondet.Ibi enim eſt expreſſum, ꝙ ſicut fiſcus ex cõ-
tractu,quem celebrat cum minore,habet eius bona tacite obli-
gata,ita etiam ex ꝯtractu quem celebrat cum minore: vnde eſt
ibi expreſſum, ꝙ tacita hypotheca reſultans ex iuris diſpoſitio-
ne locum habet & in minoris bonis. Hoc idem etiam eſt expſ-
ſum in l.3.eiuſdem tit.vbi dicitur, ꝙ ſicut res empta ex pecunia
pupilli per maiorem,cenſetur ipſi pupillo tacite obligata, vt in
l.idemque.ʒ.qui po.in pig. ha. ita etiam ſi ſit empta ex pecunia
pupilli per alium pupillum.Non obſt.alia ratio Bar. quia certũ
eſt, ꝙ ita oritur tacita hypotheca ex parte dotem promittẽtis,
quemadmodum ex parte dotem recipientis, vt d.l. vnica.in §.
& vt plenius.& tamen nemo dicet, ꝙ ſi mulier minor promiſe
rit dotem cum decreto iudicis, cum dotis conſtitutio requirat
decretum iudicis in immobilibus cõſiſtens, in l. ſiue generalis,
& in l.Titia.cum ibi no.ʒ.de iure do.propter hoc cenſeatur hy-
pothecaſſe bona ſua tacite,quia reſpõdeo, ꝙ hoc dicam eſſe e-
go verum,qui hanc conſequentiã non habeo pro abſurdo.Ca-
ſum enim habeo l. ꝙ decretum iudicis in contractu minoris in
teruenięs in principali ad eiuſdem tacite trahitur acceſſorium.
tex.eſt notabilis.j.de rebus eorum.in l.ſi pupillorum.§. ſi pupil-
lus.Item aduerte,quia ad rationem illam,in qua Bart. magis ſe
fundat,quæ eſt, ꝙ quamuis ipſa dos neceſſario ex iuris diſpoſi-
tione deſideret cõſtitutionẽ donationis propter nuptias ex par-
te viri,vt in authen.dos data.C.de don. ante nup. tamen illa nõ
poterit per minorem conſtitui in re immobili ſine decreto iudi
cis,vt in d.l.fina.§.cum autem . C. ſi maior factus.& ad d.l.quæ
tutores.& d.l.prædia.poteſt dupliciter reſponderi. Primo,quia
ideo in conſtõne donationis propter nuptias requiritur decre-
tum iudicis,non autẽ in hypotheca pro receptione dotis.Quia
maius præiudiciũ affert hypotheca bonorum,quod patet,quia
iuri hypothecę poteſt mulier libere renunciare, vt in l. etiã.&
l.iubemus.C.ad Velleia. donationi autem propter nuptias diffi
cilius,qm̃ non ſufficit renũciatio prima, niſi ſecunda fiat ex in-
teruallo poſt biennium, vt in authen.ſiue a me.C.ad Velleia.cũ
ergo de maiori præiudicio mariti minoris tractetur in donatio
ne ꝑpter nuptias,quàm in tacita hypotheca, merito lex in vna
voluit minori cautius prouidere,quàm in alia,arg.de elect.vbi
periculum.lib.6.j.de Carb.edi.l.j.ver.nam vel magis. Secundo,
ꝙ ideo in donatione propter nuptias voluit requiri decretũ iu-
di.quia non fit in omnibus bonis minoris propter nuptias do-
natio,vt docet conſuetudo.ſed fit bonorũ aliquorũ, & ideo de
bet iudex interuenire,decernẽdo per donationẽ rei minus no-
ciuam minori,j.de rebus eorum.l.magis puto.§. ne paſſim.Ho
rum aũt bonorũ electio non cadit in tacita hypotheca, cum in
ea includantur bona omnia nõ ſolũ præſentia, ſed futura,vt in
d.l.aſſiduis.& ideo non eſt neceſſe, ꝙ iudicis cognitio interue-
niat in decernendo quid,& quale ſit in obligatione. Et iſtæ ſunt
cõcludentes rõnes. Quamuis igitur volũtariã hypothecam in
immobilibus non poſſit minor ꝯhere ſine decreto, vt l. j. in fi.
de reb.eo.& quod habetur in l.j.ʒ.quæ res pigno.obli.poſ.tamẽ
neceſſariã tacite reſultantẽ ex legis diſpoſitione ſic, per d.l. 2.&
35 3.de rebus eorum.in quibus eſt caſus.Item inquantũ † in eadẽ
qõne tãgit an mulier ſimpliciter nupturi ſe tradẽs videatur om-
nia bona dare in dotem.Adde,ꝙ de hoc plene ponam j.e.l.pe.
36 §.vxore.Item inquantũ in 6. q. † eiuſdẽ partis ponit,an libellus
litis conte.vel ordo iudiciarius ſit neceſſarius in cauſa dotis. Ad
de,ꝙ de iure ciuili certum eſt,ꝙ ſic,quia caſus eſt in l.ſi cum do
tem.§.eo autẽ.& in l.ſi cum mulier.ʒ.eo.& in l. ſi cum ea.C.de
do.promiſ.vnde nõ gaudebit dotis cauſa ẽt in hoc, quominus
plenas probationes requirat,C.de rei ven.l.doce.Nec ẽt in hoc,
quominus a ſñia ſuper ea lata poſſit appellari, vt ĩ l.fi. C.de ſen.
quæ ſine cer.quanti.Nec etiam quominus inſtantia eius clau-
datur curſu triennij, ſm̃ l. properandũ. C.de iudi.vt concludit
d.Bal.in rubrica,C.de priuile.dotis. ſed bene hæc duo ſpecialia
37 continebit.Primum,ꝙ poterit † agitari die feriata in vtilitatem
hominum,qm̃ cauſa eius pia eſt, vt in l.cum hi. ʒ. de condi.in-
de.§.ſi mulier.Cauſæ autem pietatem continentes in talibus fe
rijs agitari poſſunt, vt concludit Specu. in titu. de ferijs. §. ſe-
quitur.verſicu.poteſt autem.argumen.l.2.ʒ.de ferijs. Secundo,
ꝙ dubitationes in ea pro iudicis arbitrio poterunt arbitrari, ar-
gu.de arbit.l.nonnunquam.j.de re iudi.l.2. & hoc voluit glo.ʒ.
eo.l. j. De iure vero canonico cauſa dotis ordinem iudiciarium
non deſiderat per textum clemen.diſpendioſam.de iudi. volen
tem

tem cauſas matrimoniales, aut alias illas quoquo modo tangē-
tes, poſſe ſine ordine iudicij tractari. Sed cauſa dotis matrimo-
nium contingit neceſſario, cum ſine illo eſſe non poſſit, vt in l.
j. ſ. de iure dotium. C. de donatio. ante nup. l. fi. igitur, &c. Item
38 inquantum in 7. † quæſtione eiuſdem partis ponit agentem ad
dotis repetitionem debere eſſe ætatis legitimę, & aliàs a limine
iudicij repelli. Adde, ꝙ de iure ciuili hoc eſt verum, quia caſus
eſt in dicta authen. quod locum. & in authen. vnde ſumitur. de
iure vero canonico dico, quòd minor, dumtamen annum de-
cimumquartum perfecerit, legitimā habet perſonam in dotis
iudicio. de hoc allego caſum valde no. de iudic. c. fina. lib. 6. Ibi
enim dicitur, quòd huiuſmodi ætatis perſona legitimam ha-
bet perſonam in iudicio ſtandi in cauſis ſpiritualibus, vel ab eis
dependentibus, ſed dos dependet a ſpecialitate matrimonij, vt
39 ſupra dixi, igitur &c. Item inquantum in eadem † vult allegan-
do notabile dictum Iaco. de Are. & Cy. in l. cum tibi. C. qui po
tio. in pig. hab. ꝙ mulieri conſtante matrimonio, in caſu inopię
mariti agenti hypothecaria non poſſe rerum, ad quas auocan-
das agit, poſſeſſores offerre ſoluendæ dotis, vt eam ab agendo
repellant, quamuis regulariter qualiſcunque poſſeſſor habeat
ius offerendi debitum ad excludendum creditorem agentem
hypothecaria, vt in l. mulier. ſ. qui potio. & in l. Paulus. §. qui pi
gnoris. ſ. quibus modis pign. vel hypo. ſol. Adde, ꝙ iſtud idem
tenuit Ioan. And. in d. titu. de dona. inter virum. §. fi. in additio-
ne, quæ eſt ſub verſi. ſed cum mulier. prout alius creditor conſi
derata cauſa, propter quam auocat bona, quæ eſt, vt ſe maritū
familiamque ex eorum alat fructibus, vt d. l. vbi adhuc. verſicu.
ita tamen. Bal. autem & Ang. hic, & plenius ipſe Bal. in d. authē.
quod locum. firmant opi. ꝯ̄riam, quia quemadmodum exclu-
ſiſſet agentem mulierem ipſe maritus dotis oblatione, vt eſt ex
ſe clarum, ita & pariter alius creditor ab eo cauſam habens. &
ſi dicatur, ſecundū hoc mulier excluſa bonorum reditibus, non
poterit alimenta ſubminiſtrare, iuxta d. l. vbi adhuc. reſpondet,
ꝙ ſubminiſtrabit ex honeſto lucro, quod quæret ex dote ſibi o-
blata & ſoluta penes fidum mercatorem ad honeſtā lucri par-
tem conſignatam, vt probat tex. in d. ca. per veſtras. de donatio.
40 inter vi. & hęc opin. nihil mihi placet. Item † inquantum in 7.
q. 4. partis principalis allegat tex. in d. §. illud. in Auth. de æqua-
li. do. ibi, dum dicit, in collationis rōne habitura res ꝓprias, &c.
ad probandum, ꝙ in caſu huius l. dotis recuperatæ mulier ſit
domina. Adde, ꝙ ille tex. nil facit, quoniam, vt apparet ex eodē
ibi, dum dicit, ex alijs noſtris legibus, &c. refert ſe ad l. j. & in d. l.
vbi adhuc. & d. l. in rebus. Illæ autem non loquuntur, cum ad
dotem, ſed cum agitur hypothecaria ad bona mariti. Et ſi dicas,
quomodo ergo tex. dicit mulierem habituram res proprias, &c.
cum hypothecaria non dominiū, ſed meram poſſeſſionē auo-
cet, vt l. ſi cum venditor. ſ. de euic. reſpōdeo, ꝙ tex. intelligit res
auocatas fore effectas proprias per adiudicationem iudicis, de
eis poſtea factam mulieri ſecundū formam. l. ordo. C. de exec.
41 rei iudi. Item inquantum in eadem, quod plene ponit † de na-
tura verbi, aſſigno. Adde, quòd de eodem plene ponit Bald. in
d. l. vbi. & plenius in c. 1. quid ſit inueſtitura. in vſibus feu. & ha-
betur in c. referentis. & c. inter cætera. de præben. & in l. arbiter.
ſ. de diſtra. pig. Quæ probat, ꝙ verbum, aſſigno, actioni adiectū
a iudice prolatum, denotat ipſius actionis tranſlationem. Dum
autem circa hoc vult, ꝙ per hæc verba, aſſigno tibi dotem, a iu-
dice prolata, in dubio intelligitur in mulierem tranſlatum do-
tis dominium. Adde iſtud notabiliter probari in c. ſi quem. de
ſenten. excom. Cuius tex. dat nobis doctrinam, ſententiæ verba
intelligenda in potiori ſignificatu, niſi ſit ſnīa afflictiua pœnæ tē
42 poralis, j. de pœnis. l. præſes. alias, ſi præſes. Item inquantum † in
tertia q. eiuſdem partis concludit poſt Cyn. in d. l. vbi, ꝙ mulier
in caſu inopiæ agens hypothecaria non poteſt petere ſe immit-
ti in poſſeſſionem omnium bonorū mariti, ſed eatenus, quate-
nus ſufficit doti, & alimentationi mariti, ac familiæ ex reditibus
bonorū, in quæ immiſſio eſt facienda, ar. l. j. in fi. C. cōia de legā.
vbi legatarius hypothecaria agens, non auocat bona oīa, ſed ea-
tenus quatenus ſufficit ad ſatisfactionē legati. Adde, ꝙ licèt hoc
etiam ſequatur Ioan. And. in d. titu. de donatio. inter virum. &
in d. additione, quæ eſt ſub ver. ſed cum mulier. Tn̄ ego hoc nō
credo verum; & moueor per tex. in d. l. vbi adhuc. verſi. ſed ita
eam. dicentis, ꝙ in caſu inopiæ conſtante matrimonio ita poteſt
mulier agere hypothecaria, quemadmodū matrimonio diſſo-
luto, ſed diſſoluto matrimonio agens hypothecaria mulier po-
teſt petere ex primo decreto ſe immitti in bona oīa hypotheca-
ta, cum hoc caſu non fiat immiſſio iuxta mēſuram debiti, quē-
admodū fit, quando agitur perſonali, vt in authen. is qui iurat.
C. de bon. autho. iud poſ. cum ſimil. vt j. probabo. igitur &c. Qđ
autem ita ſit, habetur ſententia glo. in l. eum qui res agit hære-
dum. C. de procu. & in §. ſi vero etiam quidam iurant. in Auth.
de exhib. reis. ibi, volentis immiſſionem, quæ fit de agente actio
ne hypothecaria, non terminati ad menſuram debiti, ſed eſſe
generalem in bonis omnibus, ſicut generalis & hypothecaria
actio. Bene tamē eſt verum in bonis quæſitis per maritum poſt
factam immiſſionē mulieris, creditores alios mariti muliere po
43 tiores fore, vt in d. l. vbi. in finalibus verbis. Circa hoc † quærit,
an in ipſam mulierem iudex vno decreto trāſferre poſſit domi-
nium eius rei, in qua facta eſt immiſſio occaſione dotis, conclu
dens, ꝙ non quia in ſolo principe reperitur, ꝙ vnico decreto ei
debitoris dominiū in creditorem transferre poſſit, vt in l. fin. C.
de iure dom. impetran. Adde, ꝙ hoc eſt verum, quia nō poteſt
factum prætoris iuri derogare, vt in l. j. verſic. neque enim. ſ. de
ſer. ſed de iure eſt, ꝙ non per primum decretum, ſed per ſecun-
dum in creditore rei debitoris dn̄ium transferatur, vt in l. ſi fini-
ta. §. Iul. j. de dam. infec. igitur. Quinimo non poteſt ſtatim poſt
decretum primum procedere ad ſecundū, ſed debet adhiberi
quoddam temporis interuallū iudicis arbitrio relinquendū, ſe
cundū ſententiam glo. in l. cum proponas. C. de bon. auth. iudi.
poſ. Pro qua eſt tex. in d. l. ſi finita. §. non autem. licet Innocen-
in c. dilecto. de verbo. ſignifica. dixerit tempus interualli eſſe ſpa
44 tium anni. Item † inquantum in 4. q. eiuſdem partis allegando
Cyn. in auth. ſed cum. an confeſſio dotis receptæ, quā facit ma-
ritus matrimonio conſtante, præiudicet creditoribus ſeu ſibi.
Adde, ꝙ de ea hoc anno plene dixi in l. ſi diuortio. de verb. obli.
Ibi tamen dictis addo membrum vnum, ſuper quo hodie con-
ſului in ciuitate Caſtelli, ſcilicet ibi per me dicta locum habere,
vbi confeſſionē receptæ dotis nō præcedunt dotalia inſtrumē-
ta dotis promiſſæ, vel aliæ probationes, per quas ipſam promiſ-
ſam efficaciter probari poſſit. Quoniā ſi hę confeſſionē præce-
dant, longa eſt dubitatio, an aduerſus vxorem agentem opponi
poſſit non numeratæ dotis exceptio. Prima enim opi. eſt, ꝙ nō,
quam ſequitur Pe. & Cy. in l. in ꝯ̄tibus. C. de non nume. pecu.
per caſum illius l. in ver. illis etiam ſecuritatibus, quæ poſt cōfe-
ctionem dotalium inſtrōrum, de ſoluta dote exponuntur, nul-
lam exceptionē non numeratæ pecuniæ penitus opponi volu-
mus &c. Rationē aūt huius deciſionis prędict. Doc. eſſe dicunt,
quia maritus, qui habet aliquem obligatū ad dotem præſtādā,
& probare pōt eum obligatū efficaciter, pōt agere ꝯ̄ eū, & non
habet neceſſe ꝯfiteri de ſolu. dotis, vt vxorem reperiat facilius,
& vt ex eo, quia videatur liberalis, ex quo cōfitetur recepiſſe an
tequàm receperit, moueatur quis ad ſibi ſoluendū. Vnde ſi cō-
fitetur poſtq̄ eam vxorē habet, & probare pōt dotem promiſ-
ſam, veriſimile eſt, ꝙ ſibi ſolutū ſit, & ideo ab hac ſolutione ex-
ceptionis oppoſitione repellitur. At vbi cōfitetur anteq̄ videat
vxorē, & probare poſſit dotem promiſſam, præſumitur ꝯfiteri,
vt eam facilius habeat, quàm affectat, & vt ex eo, quia videatur
liberalis, ex quo non ꝯfitetur recepiſſe anteq̄ receperit, moueat
quis ad ſibi ſoluendū, vnde ſi non eſt ſolutū exceptio opponit,
& ita loquitur l. fi. & authen. ibi poſita. C. de do. cauta. Secunda
fuit opi. glo. dicentis illum tex. debere intelligi, vbi emanat con
feſſio de recepto geminata, vt tunc non poſſit opponi non nu-
meratæ dotis exceptio. Mouetur per l. ſi mulier. C. ad Velleia. q̄
quidem non facit, ſed potius ꝯ̄, qm̄ vt per geminatā interceſſio
nē excludat exceptionē Velleia. requirit Velleianū bienniū in-
ter vtranque interceſſionē lapſum. Mouetur ſecundo per tex. l.
vnicæ. C. de plus per. ſed illa facit minus, qm̄ non aliud vult, niſi
ꝙ exceptio doli, quæ obſtaret confeſſioni primæ de recepto ex-
tortæ dolo creditoris, non obſtat confeſſioni ſecundæ emanan
ti ſine dolo. Et huius eſt ratio, quia prima confeſſio, cui cauſam
non dedit dolus, purgat dolum primæ, argu. ꝙ metus cauſa. ſu-
pra de condi. ob turp. cau. l. ſi ob turpem. Mouetur tertio per il-
lam l. cum fidem. C. de non nu. pecu. ſed etiam facit minus, qm̄
dicit, quod ſolutio partis eius integri, quod eſt in confeſſatum,
excludit exceptionem non nu. pecu. in reſiduo. Et huius eſt ra-
tio, quia approbauit ſoluens confeſſionē præcedentē de recep-
to facto, quod plus eſt, quàm approbare per ſecundā confeſſio
nē verbalē. Qua enim ratione, vt facilius reperiat creditorē mu-
tuantē, inductus eſt ad confitendū ſemel ſe recepiſſe, ſic re-
cipiat, eadem inducetur & iterato, ar. j. de noua. l. doli. ver. diuer
ſum. Vnde tertia eſt opi. ꝙ poſſit opponi exceptio intra dies 30.
ultra autē non. & hoc dicunt probari ex d. l. in ꝯ̄tibus. in fi. & ex
eadem in uer. ſuper cæteris. ſed licet iura non probant, quoniā
finis d. l. vt aliquid addat præcedentibus intelligo in vxore, dum
confitetur ſe recepiſſe dotem a marito, vel eius hærede. dictus
autē ver. ſuper cæteris. loquens de exceptione opponēda intra
dies 30. vt patet ex illo verbo. cæteris, excludit caſum confeſſio-
nis factę per maritū de dote recepta poſt cōfectionē dotalis in-
ſtrumēti, quę proxime ante poſuerat: vnde prima opi. magis mi
hi placet per aſſignatā in ea rationē. Quam etiam ſequitur Ioā.
And. in addi. in d. tit. de dona. inter vi. in rub. circa fi. & hunc paſ-
ſum tene menti, quia quotidianus, & male tactus per Doct. Itē
45 inquantum † in 7. q. eiuſdem partis concludit, ꝙ fructus ex do-
te, qui ſatisfacto oneribus matrimonij, ſuperſunt, non penes
vxorem, ſed marito reddi debent, eo quia fructus dotis debēt
eſſe

eſſe mariti, vt l.dotis fructus.ſ.de iure dotium.& l.pro one.C.e.
titu.Aliàs enim eſſet eius reſidui, quod ſupereſt, donatio, quæ
etiam in redditibus dotis inter coniuges eſt prohibita,ſi abſolu-
te fiat,vt l.ſi inter virum.& l.ſi conuenerit.ſ.de pact.do.l.ſi quis
per vxorem.§.fin.ſ.de dona.inter virum.Adde,ꝙ iſtud videtur
eſſe dubium,quoniam cenſetur in poteſtate ipſius mulieris fo-
re,omnes dotis redditus conſumere in onera matrimonij,vt di-
cta l.vbi adhuc. verſi.ita tamen.in verbo, abutatur. quod gloſ.
exponit,id eſt in totum conſumat. Et conſequenter videtur nō
poſſe conſtante matrimonio ſuperexiſtentium poſt peracta ma
trimonij onera reddituum fieri repetitio,quia licèt illi non ſint
conſumpti totaliter anno vno,tamen quod ſupereſt mulier cō
ſumere poterit in oneribus anni alterius. Præterea pro hac po-
teſt allegari caſus notabilis in l.creditor.§.ſi inter.ſ.man.volens
id, qđ ex redditibus dotis poſt peracta matrimonij onera ſuper-
eſt marito, non debere reddi patri vxoris. Ita ergo in propoſito
id,quod poſt peracta matrimonij onera ex redditibus dotis pro
pter inopiam mariti aſſignatis vxori ſupereſt, non debet reddi
ipſi marito, vt vtriuſque æqualis ſit conditio. Pro Bart. tamen
facit tex.no.iuncta gloſ.fi.in l.ex anno.in princi.ſ.de dona. inter
virum.dicens,quòd cum maritus teneatur alere vxorem ſecū-
dum dotis quantitatem, vt in l.ſi cum dotem. §.ſi autem in ſæ-
uiſſimo. ſ.eo. merito ſi vxori aſſignat in alimenta redditus ali-
cuius fundi,id quod ſupereſt ex eis poſt peracta onera mr̄imo-
nij maritus repetit, quia in illo pluri aſſignatio eſt inualida. Ita
ergo in propoſito cum dos in caſu inopię mariti aſſignetur mu
lieri ad duplicem cauſam. Prima,vt ſit in dote ſua ſecura.Secun
da,vt ex eius redditib.ſe familiamq; alat. Igitur eſt conſequens,
vt id quod ſupereſt ex redditib. poſt peractam alimētationem,
reddatur marito, quaſi in hoc pluri non procedat aſſignatio ip-
ſius dotis,per d.l.ex anno.quæ ad hoc eſt notabilis. Facit etiam
l.Lucius.§.a te peto.j.de lega.2. Ibi enim eſt expreſſum, ꝙ ſi eſt
aſſignata alicui certa quantitas in certam cauſam conſumēda,
ea tamen ad finem reducta,ſi aliquid ex aſſignata quantitate ſu
perſit,eſt reddendum.ita hic,cum ipſa percipiat dotis redditus
in hāc cām,vt matrimonij onera ſupportet,quod eo peracto ſu
pereſt, reddi debet. Et quia ad vtranq; partem fortiter ſtringūt
rationes,igitur pro nunc me non aliter determino,ſed cogitan-
dum relinquo. Cum tamen ex redditibus rerum a muliere auo
catarū iure hypothecæ poſt peracta onera matrimonij aliquid
ſupereſt, quod illud marito reddatur, videtur probari notabili-
ter in l.is cui.§.quæri poterit.in verſic.quinimo.j.vt in poſ.leg.
Sed in cōtrarium fortiſſime ſtringit d.l.vbi.in verbo, abutatur.
quod quidem ſignificat non ſolum conſumptionem redditūū
iuxta expediētiam boni viri arbitrio faciendam,ſed etiam iuxta
ipſius mulieris volūtatem pleniſſimam,vt l.plenum.§. prætor.
46 ſ.de vſu,& habita. Item inquantum † in nona quæſtione eiuſ-
dem partis determinat,quòd marito recuperanti diuitias, non
debeat dos reddi, quæ per vxorem ab eo propter inopiam fue-
rat auocata,& hoc duplici ratione. Prima,quia vbi caſus ſuper-
ueniens,qui ab initio exiſtēs impediuiſſet actum geri, rendit ad
eundem finem cum actu geſto, nō debet ex eo induci eiuſdem
actus retractatio,vt l.verbis.j.ad leg.Falci.& Inſti.de leg.in §.ex
contrario.& quod no.Dy.in c.factum legitime.de reg.iu. lib.6.
& quod habetur in l.pluribus.§.& ſi placet.de verb.obliga.Sed
diuitiæ ſuperuenientes tendunt ad eundem effectum cum actu
geſto,ſcilicet aſſignatio dotis,quia ad mulieris aſſecurationem,
igitur &c.Secunda per tex.in l.ſciendum.§.fi.ſ.qui ſatiſda.cog.
vbi eſt expreſſum,ꝙ cautio,ad quam præſtandam quē aſtrinxit
ſua inopia,nō retractatē propter ſuperuenientē locupletationē.
Adde,ꝙ q̄uis iſtæ rationes videantē coloratę,& pro eadē opi.fa-
cere regulam legis, ſancimus.C.de admi.tut. & l.non enim.ađ
nec enim j.de iti.actuq; priua.nihilominus Bal.& Ange.deter-
minant hic contrarium ea ratione,quia reſolui debet ipſa reſti
tutio,cuius cauſa quæ fuit mariti inopia,reducta eſt ad non cau
ſam.Ad hoc ſ.de cōdi.ſine cauſa.l.ſi fullo.Quod imo Io. And.
in titu.de dona.inter virum.§.fi.in additione, quæ eſt ſub verſi.
quid ſi mulier referat.aliàs,quid ſi vir.refert opin.dicentium,ꝙ
ſuperuenientibus diuitijs ipſo iure ad maritum redeat dotis do-
minium,eo quia cum eſt ſublata cauſa,quæ dominium ſibi ab
ſtulit,debet reintegrari in domino ipſo iure,ar.l.cum loca.ſ.de
reli.& l.intantum.§.fi.cum l.ſeq.ſ.de re.diui.Et hęc opi.videtur
mihi verior,per tex.l.fi.C.de ſen.paſ.& meliorem in l.j. verſi.&
tandiu.j.de cur.furio.Ibi enim eſt expreſſum,quòd adminiſtra-
tio ſui patrimonij,quam quis perdidit propter malos mores,re
cuperatur ipſo iure propter ſuperuenientiam bonorum.Ita igi-
tur in propoſito adminiſtratio,quam trāſlatam in vxorem per-
didit maritus propter eius malos mores in conſumendo prodi-
galiter patrimonium, recuperatur ab eodem per ſuperuenien-
tes in eo bonos mores circa conſeruandas diuitias, quas quæſi-
uit. Non obſt.tex.in d.l.verbis.& d.§.ex contrario.quoniam ra-
tio illorum tex. non eſt illa, quam dicit Bar.ſed ea conditio ſu-
peruenīēs,cum ſuperueniat in fauorem agētis,vt ibi patet,ideo
non debet inducere eius odium & detrimentum.C.de leg.l.qđ
fauore.cum ſuis ſimi.Et ſic in propoſito diuitiæ,quæ tēdunt ad
fauorem & commodum mariti,debent pro eo fauorem opera
ri circa dotis recuperationem, non autem detrimentum in de-
negando ſibi illam.& ita ad illa iura reſpondet Bal.in l.ad com-
parandas.C.man.Non obſt.tex.in d.§.fi.l.ſciendum.quia ibi ſo
lum tractatur de retractatione cautionis propter ſuperuenien-
tes diuitias,hic aūt tractatur etiam de recuperatione perditę ad
miniſtrationis, quod debet recuperari propter ſuperuenientes
bonos mores & diuitias,vt in d.l.j.ver.& tandiu.de cuius ver.de
claratione per Bart.in l.is cui bonis.de verbo. obliga.& ibi dixi.
47 Item aduerte,quia ſtat †dubium,nunquid vxori in caſu inopię
agenti ad dotem recuperandam, poſſit ad eam excludendā ma
ritus offerre idoneam cautionem? Cōmunis enim Legiſtarum
opinio eſt ꝙ non, eo quia non dēt arctari poſſe mulier, vt in re,
quæ ſibi eſt tam grauis præiudicij,ſubijciat ſe fragilitati cautio-
nis.j.ad Trebel.l.qui ita.§.j.Miror tamen,quia tex.in d.c.per ve
ſtras.videtur dicere, ꝙ maritus agens, ſi ei obijciatur exceptio
inopiæ,poteſt illam repellere præſtando cautionem idoneam,
vel quam poteſt,aut mulierem arctare,vt dotem conſignet pe-
nes mercatorē ad licitam lucri partem. Vnde notandum, ꝙ vbi
eſt alternatiua iuris,huius electio in caſu dubij committitur ius
dicentis arbitrio,vt no.gloſ.de vita & honeſta.cleri.c.a crapula.
Et plene no.in l.quicunq;.& l.ſi fugitiui.C de ſer.fugi.l.j.§.expi
latores.j.de effracto.& expilato.per Bar. Qui quidem iudex ſm
Doct.ibi,debet, cum cautio offertur, tunc facere, vt mercatori
conſignetur.Sicut ergo vult tex.ꝙ maritus agens,eius intentio-
nē iuuare poſſit oblata cautione idonea, ergo multomagis per
48 hanc viam iuuare poterit dotis penes ſe retentionem. † Vltimo
inquantum in 5.q.2.partis principalis concludit actionem, ſcili
cet ex ſtipulatu ad dotem recuperandam competentem extra-
neo eſſe bonę fidei,per tex.in l.vnica.§.& vt plenius.iūcto §.ſed
ſi nō ignoremus.C. de rei vxo.hoc modo, qa in §.& vt plenius.
dixerat actionem ex ſtipulatu competentem ad dotem, compe
tere,ſiue mulier dotē det, ſiue pater, ſiue alia pro ea perſona, &
ſic extranea.& poſtea in §.ſed & ſi nō ignoremus.dicit eā actio-
nem,de qua in §.& vt plenius. dixerat eſſe bonæ fidei. Adde, ꝙ
in hoc errauit terribiliter, quia ille §. & vt plenius. loquitur de
actione deſcendente ex ficta ſtipulatione, quam tamen in fauo
rem extranei dotantis non fingit lex interceſſiſſe, vt in ea.l.§.ac-
cedit.vnde non poteſt loqui de actione ex ſtipulatu competen-
ti extraneo,& ſic loquitur ſolum de illa, quæ competit mulieri.
& dum dicit tex. vel alia pro ea perſona,&c. neceſſe eſt propter
prædictam rationē intelligi de alia perſona,quę dotem pro mu
liere dat, eam ſibi donando expreſſe vel tacite, quod eſt eoipſo,
quod ſibi non ſtipulatur reddi, vt in d.§.accedit.vnde verior eſt
opinio,quam tenebimus in l.2.& l.de diuiſione.ſ.eo.actionem
competentem extraneo eſſe ſtricti iuris.dic vt hic per Bar.Item
49 inquantum † circa finem quartæ quæſtionis principalis ipſe cō
cludit per l.Seia.in princ.ſ.ad Velleia.quòd confeſſio facta per
debitorem vni ex creditoribus in præiudicium alterius credito
ris,non probat. Adde, quòd idem determinat Specu.in titu.de
oblig. & ſolu. §.j.in verſi.ſed quid ecce.argu.l.in graui. §.j.j.ad
Sillan.l.reſcripta.ſ. de fi. inſtru.l.fi.ſ.de interrog.act.& c.ſicut.
de teſtib.quod eſt notandum,quia quotidianum.

S V M M A R I V M.

1 *Inopia viri cauſata ex exhæredatione paterna, an operetur in caſu huius legis dotis repetitionem,antequàm hæreditas adeatur.*
2 *Creditores hæreditarij quòd nō poſſunt agere aduerſus hæredes,antequàm hæreditas adeatur.& nu.3.& 5.*
Exhæredatio filiorum confirmatur ex ſubſequenti aditione.
4 *Iudex creditore inſtante poteſt terminum præfigere hæredi ad adeundum.*
6 *Intellectus Rogerij placet Bar.& ab omnibus tenetur.*
7 *Hæreditas iacēs an poſſit inchoare præſcriptionem rerum incorporalium, & præſcribere contra creditores hæreditarios.*
8 *Creditores hæreditarij quòd non poſſint agere aduerſus hæreditatem iacentem.*
9 *Actio de dote,an naſcatur cōſtante matrimonio,quamuis inefficax?& nu.11.& ſequen.*
10 *Actio tutelæ eſt actio generalis.*

§. Si exhæredato. Inopia eueniens ex exhęreda-
tione, dicitur eſſe euidens ex
die aditæ hæreditatis, ſecundum intellectum, quem ſequitur
1 Barto.Nota in §.ſi exhæredato.† primo ſecundum intellectum
Rogerij & communem, inopiam mariti ortum habentem ex
exhæredatione paterna,non dici euidentem,adeo vt ex ea con-
ſtante matrimonio cauſetur dotis recuperatio,antequàm adea
tur patris hæreditas. Et huius eſt ratio,quia exhæredatio confir-
mationem ſumit ex ſubſequenti aditione,qua nō ſecuta, irrita-
tur,vt l.filium.ver.ſed ſi exhæredatio.j.de ꝯtab.& l.ſi patronus.

§.ſi ex teſtamento.ĩ de bo.lib.cum ſimilib.No.ex eodem ſecun
2 dum alium † intellectum aduerſus hæredes non poſſe per hæreditarios creditores actionem inſtitui, antequàm adeatur patris hæreditas. Et huius eſt ratio, quia exhæredatio cõfirmationem ſumit ex ſubſequenti aditione, qua non ſecuta, irritatur, vt l. filium.ver.ſed ſi exhæredatio.ĩ. de contratabu.& l.ſi patronus.§. ſi ex teſtamento.ĩ de bo.libe.cum ſimi. No. ex eodem ſecundũ
3 alium † intellectum, aduerſus hæredes non poſſe per hæreditarios creditores actiones inſtitui, anteq̃ adeatur hæreditas. Hæreditatis etenim aditio illa eſt, quæ hæredes obligat hæreditarijs creditoribus, vt l.apud Iulianum.in fi.ĩ.ex quibus cauſis in poſ. ĩ.de act.& oblig.l.ex maleficijs.§.hæres.& Inſtitu.de oblig.quæ
4 ex quaſi contractu.§.hæres.cum ſimi.In tex.ex die aditæ † hæreditatis incipiat dotis exactio &c. Quod ſi nimium hæres adire differat, poſtulante creditore, prætor ſibi ad adeundum terminum præfiget, vt ſupplet hic Dyn. argu.ĩ. de hæredib.inſtit.l.ſi quis inſtituatur, la grande.ĩ.de cur.bo.dan.l j. & l.j.ĩ. de ſucceſ. edic. cum ſimilibus. In gloſ. ſuper verbo, de dote ibi, ante ta-
5 mẽ quàm † adiretur hæreditas, ſolutum eſt matrimonium &c. Et propter hoc reprobat hic iſtum intellectum gloſ. quia ſi ante aditam hæreditatem ſolutum eſſet matrimonium, tunc dotis actio ortum caperet ex die ſoluti matrimonij.ſupra eodem l. 2.cum ſimilibus nõ autem ex die aditæ hæreditatis ſoceri, cuius contrarium vult hæc litera. Sed tu defende gloſſam, quia tex.nõ dicit actionem produci ex die hæreditatis aditæ, ſed dotis exactione, vnde propter hoc intellectus gloſ. poteſt eſſe bonus. Secundus vero intellectus gloſ. fuit ad iſtum textum in l.pater. Infra de dote prælegata.dicentis, quòd hic conſtante matrimonio agebatur per nurum ad dotem cõtra hæredes ſoceri, quoniam contra illos nurui etiam cõſtante matrimonio ad dotem actio nata eſt cum effectu exigẽdi, vt probatur in dicta l.pater.In vet. ſed ſi prius, quàm legatum. Sed certè ille non obſtat, quoniam poteſt intelligi, primo ſecundum Azonem, quòd ibi recuperauit nurus conſtante matrimonio dotem de facto, vel melius, quòd recuperauit ex iuſtis cauſis, quæ habentur in l.quàmuis. cum ſequen.ſupra eodem. Allego ſecundo text.l.ſed ſi pro dote. verſi.ſed cum conſtante matrimonio.ĩ. de lega. præſtandis. Sed certe nec ille obſt. quia text. ille loquitur conditionaliter, dicens, ſed cum cõſtante matrimonio dabitur actio, puta in caſu inopiæ, vt in prin. huius legis. Quòd autem de dote actio cũ effectu exigendi nurui conſtante matrimonio contra hæredes ſoceri non ſit nata, eſt expreſſum in l. 2. in princi.ĩ. de dote prælegata. Vnde tertius intellectus ad §. fuit gloſ. in proxi. allegata l. 2. in princi. volentis, hic nurui aduerſus ſoceri, pro dote, hæredes competere actiones ex teſtamento, puta, quia ipſa dos ſibi prælegata erat, & ideo expectatur hæreditatis aditio. Sed iſte ſimiliter non bonus, quia tex. præſupponit mulierem hic agere actione de dote, non actione ex teſtamento, ſecundum Barto. Poteſt tamen defenſari, quia quamuis dicat, mulier agat de dote &c. Non tamen dicit actione de dote, ſed agi de dote, id eſt ad ipſam dotem actione ex teſtamento. vnde vides, quòd primus intellectus & tertius omiſſo ſecundo ſatis procedere poſ-
6 ſunt. In eadem ibi, quod non placet &c. quamuis dicat † Gloſſator hunc intellectum Rogerij non placere ſibi, tamen Barto. placet, & communiter tenetur, & illum declara, prout dixi in notabilibus. In eadem ibi, non ergo ante currit contra eam præ
7 ſcriptio &c. Firmat † ergo notabiliter gloſ. quòd quemadmodum hæreditas iacens non poteſt inchoare præſcriptionem rerum incorporalium, vnde non præſcribitur in perſonalibus, cõtra creditores hæreditarios. Bald. autem tenet hic contrarium per tex.in l.ſi ſeruus hæreditarius.ĩ.de diuer.& tempo. præſcri. vbi ſecundum eum non videtur expreſſum.& ad hanc gloſ. reſpondebat, quòd hoc contingit propter exhæredationem filij, de qua in litera, qua pendente non poſſunt aduerſus inſtitutos per hæreditarios creditores iudicia inſtitui, aliàs inchoari, vt l.ſi quis libertatem.ſ.de petitio.hæredi. Sed certe gloſ. dicit verius, & forte in lectionum diſcurſu Bal. non aliter aduertit, quoniam dicta l. ſi ſeruus. loquitur in caſu contrario, ſcilicet, an aduerſus hæreditatem iacentem poſſit præſcribi, de quo ibi, & in l.ſi ſeruus hæreditarius.ĩ.de ſtipu. ſeruo.& in l.ea quæ. C.de tempo.in integrum reſti. Quod autem glo. verum dicat, patet, quia impedito agere non currit longiſſimi temporis præſcriptio, vt l. j.ad finem.C.de anna. excep.& l.cum notiſſimi.§.illud.allegata in glo.& l.j.ad finẽ.C.de bon.mater.& l. 2.§.in omnibus.ſ.de
8 iud.cum ſim. Sed hæreditate † iacente impediuntur creditores agere, quia aduerſus eam non poteſt iudicium inſtitui, niſi quo ad interpoſitionẽ primi decreti, vt regula patet in l. 4.§. toties.ĩ. de damno infec.in l.ſi cui.§.ceſſatum.ĩ.vt in poſſeſ.lega.& exce
9 ptio.in l.cum debitoris.C.de iudi.igitur &c.In ea.quando † autem naſcatur actio de dote &c.glo.hic,& in l.ex placito.C.de rerum permu.& Inſti.de act.§.fuerat.& in dicta l.cum notiſſimi. §.illud.& in l.ſi rem.§.omnis.ſ. de pig.act. & in l.iuriſgentium.

ver. vt puta.& ver.item Marcellus.ſ.de pact.& in l.auia.C.de iure do.& in d l.pater.de do.præleg.& in l.& ſi alia.ĩ. de bo.dam. variauit in hoc dubio, an actio de dote conſtante matrimonio naſcatur, quàmuis ſine effectu exigẽdi. & quidem pro parte negatiua, quam ſequitur hic Barto. videtur tex.in illa l. 2.ĩ. de do. præleg.dum dicit, quòd ius actionis de dote cõſtante matrimonio nullius momẽti eſt, & ideo nullum legatum iure eius actionis tali tempore per ſocerum nurui factum. Sed reſpõde, quòd ibi vult nullum eſſe ius huius actionis quo ad effectum exigendi, & ita ſentit ibi glo.dum allega l.j.C. ſi dos conſtan.matrimo. & ſic non negat, quominus actio ſit nata. Secũdo facit, quia videmus actionem tutelæ non naſci, niſi tutela finita, & tamẽ eſt certũ eam finiri debere. Et huius eſt ratio ſm Ray. de Forliuio, quia cũ ex multis capitibus naſci poſſit, quia ex multis modis tutor obligatur, ideo ante non naſcitur, quia incertum eſſet, ex quo capite naſceretur. Ita probat in l. niſi finita. & l.ſi tutor reipublicæ.§.fin.cum l.ſeq.ĩ.de tute.& ratio.diſtrahen. Ita ergo in propoſito actio de dote nõ naſcitur niſi ſoluto matrimonio, q̃uis certum eſt eum ſolui debere. Quoniam cum ex multis capitibus naſci poſſit, ſi interim naſceretur, incerti eſſemus, ex quo capite. Sed certe ad hoc rñdetur, quòd allegata ratio non cõcludit ad caſum l.niſi. & d.l.ſi tutor reipublicæ. quia non refert, ex quo capite naſcatur, duntamen æquipolleant ipſa plura capita, vt l.quod ſi dubitet.ĩ.de acqui.hære.& l.Gallus.§. & ſi quid tũc. cum ſi.ĩ.de lib.& poſthu. Præterea ſm hoc ſequeretur, q̃ durante cura furioſi, non naſceretur actio contra furioſi curatorem, quia cum naſci poſſit ex capitibus pluribus, incertũ eſt interim ex quo capite naſcatur. Sed hoc eſt falſum, vt in d.l. niſi finita.§. cum furioſi.igitur &c. Vnde ratio dictæ l.niſi.& d.l. ſi tutor.eſt,
10 quia † actio tutelæ eſt actio generalis, vt l.pro ſocio. & plurium cõplexiua, vnde voluit lex naſci tutela finita, ad hoc vt ipſa vna & generalis omnia malæ adminiſtrationis complectatur, nõ autem naſci ea conſtante, quia cum tunc in ſingulas res malæ adminiſtrationis tutor obligetur, vt l.tutorem, qui tutelam.ĩ. de admi niſt.tuto.in ſingulas cauſas naſceretur, & ſic voluit lex aufugere pluralitatem natiuitatis. Tertiò ad idem, quia videmus actionem pro ſocio non naſci, niſi ſocietate finita, vt concludit gloſ. in l.tandiu.C.pro ſoc.& tamen eſt certum ſocietatem debere finiri, quia nulla ſocietatis in æternũ coitio eſt, vt ſ.pro ſoc.l.nulla. Ita ergo actio pro dote nõ naſcitur, niſi ſoluto matrimonio, q̃uis certũ ſit matrimonium debere diſſolui. Sed ad hanc rñde, prout ſ.dixi ad caſum l.niſi.& l.ſi tutor.q̃m ita generalis eſt hec
11 actio, ſicut & illa, vt d.l.pro ſocio. In partem vero † affirmatiuã videtur primo tex.cui non eſt dare reſũm, in l.& ſi alia.ĩ. de bo. dam.dicẽs, quia humanitatis intuitu ſoluto matrimonio naſcitur actio pro dote mulieri, cum illa deportata fuit eo cõſtante, & humanitas legis conſiſtit in hoc, quia ſi tempore deportationis actio fuiſſet nata, & illa fuiſſet publicata, prout cætera mulieris bona, vt in l.deportatorum.C.de pœ.cum ſi.vnde lex piè mulieri fauens vult, q̃ naſcatur poſt deportationem ſoluto matrimonio, quia tunc illa ex deportatione non publicatur ex regula habente, q̃ publicatio bonorum non trahit ad poſt quæſita, vt l.ſi tibi mandauero.§.is cuius bona.ſ.manda.& ita declaro illa verba illius legis, quorum intellectum gl.ibi ignorauit. Si ergo ſpeciale eſt hoc caſu propter præmiſſam rationem, q̃ hæc actio naſcatur ſoluto matrimonio, ergo in cõrium rẽ eſt ius cõe. Scdo, quia pendentia conditionis omnimodo extituræ non ſuſpendit natiuitatem actionis, vt l.ſi pupillus.§. ſi ſub cõditione.ĩ. de noua. Sed hæc conditio, quam in ſe tacite habet actio de dote, ſcilicet ſi matrimonium ſoluatur, eſt omnino extitura, vt ex ſe patet, igitur. Et licèt ad hanc rationem nitantur rñdere Dy.& Bar. dicentes, q̃ imo incertum eſt, an ſit oĩo extitura, quia poterit mulier cõmittere adulterium, & ſic dotem perdere, vt l.ex cõ ſenſu.cum ſi.C.de repu. Rñde, quia hęc adulterij cõmiſſio non impedit natiuitatem de dote actionis, ſed eam inſtitutam repellit ope exceptionis, vt l.rei iudicatæ.§.j.ſ.eo. Tertio ad idem tex. in l.nam ſi eum moriar.& l.quod ſi ea.ſ.de cõdi.indeb. vbi cõdõ, quam certum eſt euenturam, ſed incertũ, q̃n euentura eſt, æquiparatur alteri conditioni, quæ eſt omnino extitura, ſed alia conditio omnino extitura non impedit actionis natiuitatem, vt ſ.§. qui ſub conditione. ergo nec hæc cõditio, quæ ineſt doti, quam certum eſt extituram, licèt incertum quando, habet impedire. Quarto ad idem text.l. Iulianus.in 2.& 3. reſponſo.ſ. de condi. indeb. vbi illud ſolutum, quod certum eſt futurum eſſe debitũ, licèt incertum ſit ex qua cauſa ſit futurum debitum non impeditur retineri ex incertitudine, quæ extitit tempore ſolutionis, quia ſufficit, q̃ in alteram cauſam certum ſit futurum illum debitum. Ita ergo pari ratione in propoſito non impeditur actionis natiuitas, quàmuis interim incertum ſit, qua ex cauſa in futurum inſtitui poſſit, duntamen certum ſit, q̃ ex alia cauſa in futurum inſtituetur. Quinto ad idem generalitas legis, hęc actio. ĩ. eodem. Sed aduerſus hanc concluſionem fortiter reſragatur

con-

concluſio Bart.in l.ita ſtipulatus.la grande.ỷ. de verb. oblig. volentis pendentiam diei ſeu conditionis certæ,an:ſed incertæ qñ impedire natiuitatem obligationis & actionis, per glo.l.in omnibus.ỷ.de reg.iur. quæ firmat hanc concluſionem, pro qua dicit eſſe caſum in l. vnica.C.vt act.ab hær.vbi ex promiſſione decem poſt mortẽ meam, vel ſi moriar, vel cũ moriar,incipit naſci obligatio & actio ꝯ hæredes promittentis.ergo tempore pẽdentiæ eius cõdictionis vel diei,actio ſeu obligatio non erat nata,ſed dies ſeu ꝯdictio,quæ ineſt doti, eſt huiuſmodi, igitur &c. Sed reſpondeo ad prædicta,opi.hæc falſa eſt,& cõtra caſum expreſſum in l.ſi quis ſpopõderit.C.de cõtrahen.& cõmit.vbi eſt expreſſum ex promiſſione habente diem vel cõdictionẽ hmõi, incipere obligationem & actionem in perſona ipſius promittẽtis morientis,vt patet ibi,dum dicit,& in perſona morientis obligationem incipere &c.vnde tex.in d.l.vnica.C.vt act.ab here. debet intelligi actionem incipere naſci cõtra perſonas hæredũ cum effectu exigendi,qm̃ ipſo iure nata erat in perſona promittentis,per d.l.ſi quis ſpoponderit.quę expreſſe venit ad declarationem d.l. vnicæ. Nec dicas differre, an promiſſio fiat per verbum poſt mortem, vel ſi moriar, vel cum moriar,quoniam oĩa hæc eiuſdem ſunt effectus,vt patet C.de cõtrah.& cõmit.l.ſcrupuloſam.Inſti.de inuti.ſtip.§.poſt mortem.& in l.quodcũq;.§. non ſolum.ỷ.de ver.oblig.licet Cy.aliter erronee dixerit.Et hęc eſt veritas in hoc ſubtili paſſu,quicquid dixit Bald.in l.vnica.C. vt act.ab hæred.Hęc autem opi.ꝙ actio pro dote conſtante matrimonio naſcatur,vr̃ eſſe de mente tex.in l.cum notiſſimi. §.illud.C.de præſcri.30.an.dum dicit actionem de dote nõ preſcribi, niſi poſt tempus, quo dotis redditio peti poſſit. Notandum enim,ꝙ non dicit,niſi poſt tẽpus quo actio de dote nata ſit,qua ſi tacite velit actionem pro dote ꝯſtante matrimonio naſci, ſed ad iſtam exigendam non poſſe,niſi ſoluto mattimonio inſtitui. & iiſdem verbis vtiř gl.in l.j.C. de repu.dum dicit, ꝙ dotis exactio conſtante matrimonio ipſo iure nõ competit,vnde vult tacite innuere,ꝙ actio ſit ipſo iure nata.Et ad idem tex.in d.l.in rebus.§.oĩs.ibi,dum dicit,ex quo mouere actiones poterit &c.vnde innuit,, ꝙ tempus ſoluti mattimonij vel inopiæ,non eſt præfixum actionis natiuitati,ſed eius exercitio.Et ad id quod de hæreditate iacente dixi,vide in l.ſi quis inſtituatur.la grande.de hære.inſti.& quod no.Bal. in l.fi.C.de teſta.manu.

S V M M A R I V M.

1 *Satiſdatio de dote reſtituenda ſoluto matrimonio præſtari poteſt.*
2 *Dilationem a lege qui habet miſerationis cauſa,ſatiſdare tenetur,& talis dilatio denegatur ſatiſdationem præſtare deneganti.& nu.3.*
4 *Dilatio inducta miſerationis cauſa, licet denegetur ſatiſdationem præſtare non valenti,operatur tamen,quòd cõdemnatur deducto interuſurio medij temporis,& qualiter ſit deductio.nu.16.& ſeq.*
5 *Limitatio ad regulam l.eum qui.ſupra de iureiur.*
6 *Donatio facta inter coniuges de ſeruo,vt manumittatur, valet.*
7 *Cautio,quam quis præſtat de alterius hæreditate reddenda, valet.*
8 *Maritus cogitur præſtare vxori cautionem de reddendo, quod conſequetur de bonis dotalibus ſerui non manumiſſi.*
9 *Culpa in alienis coercenda eſt,licet in proprijs culpanda.*
10 *Maritus debet ita verſari in rebus dotalibus,ſicut in ſuis,ſi bene agat.*
11 *Laudem aut vituperationem ab ijs,quæ a natura inſunt,non meremur.*
12 *Compenſatio quando habeat locum in dotis iudicio, remiſſiue.*
13 *Doloſo non conceditur beneficium dilationis ad rem, in quam doloſe verſatus eſt.*
15 *Res reſtituenda,ſi non apparet,ſi obligatus ad reſtitutionem nõ ſit in dolo, non ſuccedit ſtatim obligatio ad æſtimationem. & vide nu.31.*
17 *Redditus annui quod computentur inter immobilia.*
18 *Interuſurium medij temporis quod cauſet ius retinendi rem debitam.*
19 *Lucrum ceſſans ſeu interuſurium medij temporis, quãdo cauſet actionem. & nu.20.& ſeq. & ponit vndecim concluſiones.*
Et quando cauſet actionem ad repetendum. & nu.ſeq.
29 *Maritus obligans generaliter bona ſua,in tali obligatione an veniant bona dotalia.*
30 *Locatio facta per maritum de omnibus bonis ſuis, an comprehendat bona vxoris.*
Ius vtilis dominij quod transferatur ex locatione longi temporis.
32 *Libellus in materia huius §.qualiter formetur.*
33 *Termino ſubrogato a partibus loco termini legalis, pendente,poteſt creditor a debitore exigere cautionem idoneam de ſoluendo.*
34 *Vxor conſtante matrimonio an poſſit exigere a marito ſatiſdationem dotis reſtituendæ.& vide nu. 37.*
35 *Sententia ſi ad cuiuſpiam petitionem formata, num poteſt is ab illa recedere.*
39 *Pœna,quæ non poteſt imponi delinquenti tempore delicti commiſſi, an ea ceſſante poſſit poſtea imponi.*
40 *Scientia mariti abſque contradictione,an inducat tacitum conſenſum eiuſdem inhabilitando mulierem ad commodandum rem ipſius mariti.*
41 *Tempus modicum quale dicatur.*
42 *Verbum hoc,caueat,in materia huius §.qualiter accipiatur,remiſſiue.*

§.Quoties. Si maritus propter impotentiam, ſatiſdationem ſoluendæ dotis non præſtat vxori,
interim condemnatur ad reſtitutionem, deducto cõmodo medij temporis.Fallit in trib.caſib.ſ.in piſcatore,venatore,& aucupatore,vt poſui in ſingu.631.quod incipit,Tu habuiſti.in l.ſi cõſtante. quòd ſi cum ſatiſdare poteſt, cõtumaciter hoc deneget, interim condemnatur inſolidum,non habita ratione interuſurij,ſi verò ſatiſdet, abſoluitur, & maritus cauere debet minime ſe reſtituturum.quicquid ad eum ex bonis liberi peruenerit,niſi etiam eius ſerui ad manumittendum facta fuerit donatio. Et dum maritus circa ſui patrimonij adminiſtrationẽ eſt diligens, ſufficit eum talem eſſe in dotalibus,qualis eſt in ſuis,dum verò contra, non. Et qui tenetur ad reſtitutionem ratione doli, dilationis,beneficium non conſequitur hoc dicit vſque ad §.fi.No
1 ta primo,ꝙ† quàmuis dubium ſit,an cõſtante matrimonio poſſit vxor à marito exigere ſatiſdationem dotis reddendę,vt plene
dixi in princ.l. tamen matrimonio ſoluto clarum eſt illam poſ
2 ſe peti.Nota ſecundo,quòd habenti † dilationem a lege miſera
tionis cauſa conceſſam,iniungitur onus ſatiſdationis præſtãdæ.
Ad idem ſ̃.de iudi.l.ſi debitori.C.de rei vxo.l. vnica.§.cum aũt.
C.de precib.Impe.offe.l.vniuerſa.de ſolu.c.Odoardus. & dic vt
3 plene dixi ſ̃.eo.l.2.in 3.char.in prin.No.† ex eo.3.ꝙ dilatio mi-
ſerationis cauſa à lege conceſſa,denegatur ſatiſdationem cõtu-
maciter præſtari nolenti,qm̃ condemnatur ad ſoluendum dila
tione nõ expectata,nec fit deductio interuſurij. & in hoc eſt iſte
4 tex.no.No.†ex eodem,4.dilationem ꝯceſſam miſerationis cau-
ſa denegari debitori, propter impotentiam ſatiſdationem non
præſtanti,ſed in hoc ſibi ſuccurritur, vt ad ſoluendum debitum
non expectata dilatione cõdemnetur,deducto tamen interuſu
5 rio medij temporis.No.in §.ſiue autẽ mariti.† dotem legitimo
tempore reddi debere,etiam ſi penes maritum ſit vxoris pericu
lo.Vnde regula l.eum qui.ſ̃.de iureiu. volens in vno releuatum
in alio grauati,nõ habet locum ſi quæratur de hoc grauamine,
ꝙ perdat releuatus in alio dilationem a lege miſerationis cauſa
cõceſſam.vnde ad limitationem in hoc d.l.reddo iſtum tex.no.
6 Nota in §.ſi vir voluntatis.†ꝙ valida eſt donatio inter coniuges
facta de ſeruo, vt manumittař.Ad idem ſ̃.de do.inter vi.l.quod
autem.§.fi.cum duobus ſeq.ỷ.eo.l.dotalem. Et huius eſt ratio,
quia non redditur cõiunx donatarius ex ea donatione locuple-
tior,vt dicitur ỷ. de regu.iur.l. nemo prædo.§. locupletior. ſ̃.de
præſcrip.ver.l.naturalis.§.fi.ỷ.de lega.j.l.plane. la 2.in §.ſi. Nota
7 ſecundo † ex eodem,ꝙ valida eſt cautio, quam quis præſtat de
alterius reddenda hæreditate, cum illa cautio ortum habet ex
neceſſitate ꝯctus præambuli.Ad idem ſ̃.de ac.emp.l.ſi quis ſer
uũ.& dixi in l.ſtipulatio hoc modo.ỷ.de ver.obli.No.ex eodem
8 tertio† maritum cogi ad cautionem vxori præſtandam de oĩ eo
reddendo,quod ex bonis dotalibus ſerui manumiſſi & ſibi nõ
donati maritus ꝯſequař.Ad idem ſ̃.eo.l.ſi vero.§. itẽ quicquid.
9 No.in §.† ſi maritus.id,ad quod ſemper allegatur,ꝙ in proprijs
culpa ſolũmodo eſt culpanda, in alienis vero etiam coercenda.
Ad idem ſ̃.eo.l.etiam.§.licet.& ibi hoc declaraui. No.ex eodẽ,
10 †ꝙ tunc ſufficit maritum talem ſe reddere in rebus dotalibus,
qualem ſe reddit in ſuis,cum circa ſuas bene verſatur. Quoniã
ſi male,non ſufficit.& ad hoc continue allegamus.No.ex eodẽ
11 ibi,eſt naturalis &c.ꝙ† regula volens,ꝙ in naturalibus non me
reamur,neq; demereamur, vt l. fluminum.§.vitium. cum ſi.ỷ.
de damno infec.non habet locum in delictis,quoniã illa etiam
ſi a natura dicantur procedere,nihilominus demerentur, quia
12 puniuntur.& in hoc eſt iſte tex.no.No.in §.ſi vxor viri.†ꝙ locus
eſt compenſationi in dotis iudicio, de quo dic vt plene dixi in l.
13 rei iudicatæ.§.j.ſ̃.eo.No.ex eodem,2.† ꝙ doloſo beneficium di
lationis ad rem illam,in qua doloſe verſatus eſt inueſtigãdam,
vt eam repertam poſſit reddere,non conceditur, qm̃ ſtatim ad
æſtimationem condemnatur, vel eius,cum alio debito fit ꝯpen
14 ſatio.& in hoc reputo hũc tex.valde no.No.ex eodem,3.†quòd
quẽadmodum in obligatione rem reſtitui,re perempta, ſucce-
dit obligatio ad æſtimationem,ita pariter & re reſtituenda non
15 reperta ſtante obligatione.No.ex eodem,4.ꝙ† reſtituenda non
apparẽte,ſi obligatus ad reſtitutionem non ſit in dolo,non ſuc-
cedit ſtatim obligatio ad æſtimationẽ,ſed indulgetur dilatio ad
illius perquiſitionem. Et in his tribus nota.hunc tex. neſcio ali-
bi, qui valde not. eſt ad materiam l. ſtipulationes non diuidun-
tur.de verb.obli.in paſſu illo,an in obligatione rem reſtitui ſuc
cedat obligatio ad æſtimationem,nec recolo an ibi fecerim hu-
16 ius mentionem.In textu ibi.† tunc deducto commodo tempo-
ris &c.Sed quomodo fit deductio,cum maritus vxori ad fructus
ex dotalibus mobilib. perceptos etiam intra dilationem ex mi-
ſeratione conceſſam,reddere teneatur, vt in illa l. vnica.§.exa-
ctio.verſi.ſimilique modo. Soluit Barto. hic,& Bal.ſ̃. eodem.l.
diuortio.§.non ſolum.ꝙ acceſſiones prouenientes ex re mobili
dotali mere ciuiles, & in totũ extra naturales,maritus intra an-
nũ lucrař,vt ſunt vſuræ,quę proueniũt ex pecunia,vel lucri ſiho

neſtum,quod ex ea per mercatorē redditur,ſ. de verb. ſignifi.l.
vſura pecuniæ.ſ.de rei vendic.l.ſi nauis. Acceſſiones vero natu-
rales,vt ſunt fœtus pecudum,vel nō mere ciuiles, vt penſiones
domorū,vxori redduntur,vt in dicto verſic.ſimili. Sed aduerte,
quia quis hoc tenuerim in dicto §.nō ſolū. nihilominus primo
membro refragatur tex.in dicto verſi.ſimili.ibi,dum dicit,quæ
ſtum ciuilium annonarū &c.vbi patet, quòd ſi ſint ciuiles an-
nonæ,vel panes ciuiles in dotem datę, quæſtum ex illis ſoluto
matrimonio perceptū maritus vxori reſtituit,ergo lucrū,quod
ex pecunia annuorū reddituum publicorū percipit ſine indu-
ſtria,debet reddere. Quoniā quæſtus non aliud eſt,ꝙ lucrum,
quod ex alicuius induſtria quæritur,C.pro ſoc.l.quæſtus.Con-
17 trarium difficile eſt, nec video, niſi † hanc ſolutionē,ſcilicet ꝙ
cum reditus annui computentur in immobilibus,vt in cle.exi-
ui de paradiſo.§.cumque annui.de verb.ſig.In Auth. de nō alie
nan.§.hoc igitur.& in l.iubemus.la 2. in glo C. de ſacroſan.ec-
cle.merito eſt,ꝙ quemadmodū fructus ex dotalibus immobi-
libus percepti ſoluto matrimonio ſunt vxori reſtituendi, vt in.
d.§.exactio. ita quęſtus factus ex his annuis reditibus,quāuis cū
18 hominis induſtria.In tex. † ibi, tunc deducto cōmodo tempo-
ris &c.Per interuſuriū ergo medij temporis per debitorē ex de-
bito deducitur,cum debiti ſolutio repręſentatur,id eſt ante pfi-
xum terminum fit,& ita hanc generalē doctrinā ex hoc tex.Bar
to.tradidit in l.j.C.de condi. ex l. cauſat ergo interuſurium me-
dij temporis retentionē, vt patet hic, & in l.ſed & ſi damnum.
§.Marcellus.ſ.de pecu.& in l.ſi tibi mandauero.la grande.§.idē
tractatum.ſ.manda.Item cauſat quartæ Falcidiæ,vel Trebellia
nicæ limitatam detractionē,ſ.ad leg. Falc.l.in lege Falcidia non
habetur.ſ. ad Trebellia. l.in fideicommiſſis.Sed dubitabile eſt
19 † an & quando ipſum lucrum ceſſans,ſeu medii temporis inter
uſurium,cauſet actionem? & hoc vt plenam diſcuſſionem acci
piat,diſtinguatur in membra duo.Primū,an illud cauſet actio-
nem,& hoc quidem vt plenam diſcuſſionē accipiat diſtingua-
tur,aut ad petendum debitum, quod ad creditorem peruenit
ante tempus.Circa primum quamuis Bart. in l.j.ſ.de condi.in-
deb.& in l.ſi ſocer.§.Lucius.ſ.eo.& in l.j.C.ſi dos conſtan.matri
mo.leuiter pertranſeat,tu pro clariori declaratione forma has
20 concluſiones. † Prima, ꝙ interuſurium medij tēporis non cau-
ſat actionem ad quærendū quid intra tempus, quod illi,qui pe-
tere vult,conceſſum eſt miſerationis cauſa ad ſoluendum ſi ha-
bet,quod vult petere,tex.eſt in d. §. Lucius.in fi. in l. ſi donatu-
rus.§.fi. ſ.de condi.ob cau.& in l.nupta.§.fina.ſ.eo. Secunda,ꝙ
interuſurium medij temporis cauſat actionem ex teſtamento
creditori,cui ſi quod in diem debebatur,pure legatum eſt,& ſic
facit valere legatum,quod alias foret inualidum,ſ.ad leg. Falci.
l. verbis.ſ.de dote prælega.l.j.& de leg. 1.l.ſi creditori.cum ſimi.
Tertia concluſio,ꝙ lucrum ceſſans, quod contingit poſt rē ip-
ſam, vt eſt minoritas pretij circa rem, cauſat contra moroſum
actionem,vt l.vinum.§.ſicut.in l.3.§ in hac.ſ.cōmoda.l.in hac.
& l.fi.ſ.de tritica.l ideo.in §.ſi per venditorem. ſ. de act.emp.l.
fundū Cornelianū.ſ.de noua.& l.cum quis.ſ.de actio. & oblig.
21 † Quid autem ceſſante lucro, quod contingit ex re,non tango,
quia non eſt materia propria.Quarta cōcluſio,lucrum ceſſans
contingens extra rem,ſi contingeret cum alterius iniuria, vt eſt
vſucapio,non parit actionem cōtra auferentem rem vſucaptā,
quaſi ante oblationem multi dies ad vſucapionem complendā
ſupererant.Allegatur glo.in l.j.§.qui autem. ſ. de vi & vi arma.
& l.ſi quis vxori.§.pen.ſ.de fur.Probatur in l.ſi is,cui.in fi.in eo.
tit.& in l.ſciendum, cum ſeq. ſ. ex quib.cau.maio. Quinta cō
cluſio,lucrum ceſſans,quod cōtingeret extra rem,cum alterius
tamē iniuria, vt eſt vſucapio contra auferentem rem, quæ vſu-
capiebatur,parit actionem, ſi tempore ablationis pauci dies ad
vſucapionem complendam ſupererant.Ita tenent Dy.& Bar.in
l.qui fundum.§.ſi bona.ſ.de vſucap.pro emp.argu.l.rerum mi-
ſtura.§.Labeo.ſ.de vſucap. & quod ita debet intelligi quod no.
Cy.C.vnde vi.l.ſi in poſſeſſione.Sexta cōcluſio,lucrum ceſſans,
quod contingit extra rem,& ſine alterius iniuria, ſi concomita-
tur rem ipſam penes quemcunque tranſeat, parit actionem ſi-
ue in iudicijs bonæfidei,ſiue ſtricti iuris.Ita probatur in l.penul.
C.de his quib.vt indig. in l. venditor.ſ. de euict.in l.Inde Nera-
tius.ſ.ad legem Aquil.in princ.& in l.ſi condicatur.ſ.de cond.
fur.Septima,lucrum ceſſans contingens extra rem, & quod rē
non comitatur ad quęcunque tranſeat, & in quo magis opera-
tur natura rei,q̃ hominis induſtria,vt eſt fructus,qui percipitur
ex re locata,parit actionem,vt in l.ſi in lege.§.colonus. & l.fun
dum.verſi.nam & ſi colonus.ſ.loca.Octaua, lucrum ceſſans cō
tingens extra rem, & quod illam non concomitatur ad quem-
cunque tranſeat,& in quo vt plurimum operatur hominis in-
duſtria,vt eſt lucrum,quod prouenit ex pecunia, parit actionē
ſi agere velit ille,qui conſueuit negotiari.tex.eſt no.in l.2. vel 3.
l.non vtique.§.fi.ſ. de eo quod cer. loco. Nona concluſio,prę-
dictum lucrum non parit actionem ei,qui non conſueuit nego
tiari,vt in l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem. ſ. de actio. emp.&
ita debet intelligi l.pen.C.de iure do. dum vult, ꝙ maritus con-
tra vxorem moroſam in dote ſoluenda,agere poſſit ad intereſ-
ſe lucri ceſſantis,vt patet in tex.ibi, dum dicit, panis ciuilis quæ-
ſtum &c. Decima, lucrum temporis ceſſantis non parit actio-
nem ad intereſſe contra eum, qui ita egit, quod tenetur actio-
ne minori tēpore duratura,qui ſi aliter egiſſet, teneretur actio-
ne duratura tēpore maiori.tex.eſt in l.pater qui caſtrenſe.in fi.ſ.
de caſtren.pecu.quam ſpecifice ad hoc ponderauit Bar.in l.qui
bis idem.de verbo.oblig.Has autem cōcluſiones in aliquali par
te ſumpſi ex his quæ ſcribit Bar.in l.vnica.C.de ſent.quæ ꝓ eo,
quod inhæreſt, qui minus imperfecte loquutus eſt, vt ex his di-
ctis videre poteris, & per hoc ſit expeditum membrum primū.
22 Circa ſecundū Bar. † in d.l.ſi ſocer.§. Lucius. & in d.l.j.C.ſi dos
conſtan.dixit,ꝙ interuſurium medij temporis conceſſi alicui ꝓ
termino ſoluendi,etiā miſerationis cauſa,cauſat actionem ad re
petendum,quòd ante terminum ad creditorem peruenit. Al-
legat tex.in dicta l.j.ſi dos conſtan.& in l.ſi mulierem. §. rerum.
& in l.ob eſ.ſ.rerum amota.Et huius rationē dicit eſſe,quia ma-
gis fauen.repetitioni debitoris,quàm aduentitio lucro credito-
ris,vt in l.non debet §.in re obſcura.ſ.de regu.iu. Sed ipſe idem
in l.ita ſtipulatus.la grande.de verbo.oblig. dicit, ꝙ in dicta l.ſi
mulier.§.rerum. ratio ſpecialitatis eſt delictum ipſius conuen-
ti:vnde videtur velle alio in caſu in contrariū fore ius cōmune.
Tu aduerte,quia hæc materia dubitatiſſima redditur ex tex.l.in
diem.& l.nam ſi cum moriar.& l.quod ſi ea.ſ.de condi.indeb.
& l.fideiuſſor quamuis.ſ.manda quę volunt,ꝙ debitum in diē
ſolutum ante diem, etiam per errorem non poſſit repeti ratio-
ne interuſurij medij temporis. vnde Barto.volens ſoluere in l.j.
ſ.de condi.indebi. cuius doctrinā quidam ſequuntur in l.cum
quis.C.de iur.& fac.igno.dicit,ꝙ ratio interuſurij medii tempo
ris nunq̃ cauſat exercitiū actionis, quæ inducitur ex proteſtatio
ne legis, vt eſt condictio indebiti,& ita loquitur d.l. in diem.cū
ſuis ſimil.licèt bene introducat exercitiū actionis, quæ inducit
ex diſpoſitione teſtatoris vel contrahentis, vt in dicto §. ex con-
trario.Inſtitu.de leg. cum ſuperius allegatis. Sed certe magnus
error eſt iſte,quia contra caſum in dicta l.j.C. ſi dos conſtan.ſe-
cundū primam lecturam approbatam. Ibi enim loquitur tex.
de actione,quæ introducitur ex poteſtate legis, qa de condictio
ne indebiti,& tñ vult illam in exercitiū poſſe deduci propter in-
teruſurium.Præterea eſt cōtra l.2.§.fi.ſ.de eo,quod cer.lo.ꝑal-
legatam, vbi loquitur ſimiliter de actione ex poteſtate legis in-
troducta,tñ illa cōceditur propter tale interuſurium: vnde ego
pro declaranda materia formo iſtas tres ſubtiles concluſiones.
23 Prima, quòd aliquando † debitor interuſurio ſibi conceſſo ad
ſoluendum miſerationis cauſa vel aliter, id quod eſt iam debi-
tum, vult repetere, quod ante dictum terminum ſoluit,& eo tē
pore quo ſolutum,nullo iure cedat debitum,& tunc cōceditur
ſibi repetitio propter medij temporis interuſurium. Iſte eſt ca-
ſus in d.l.j.C.ſi dos conſtan.ſecundū approbatum intellectum.
Ibi enim maritus vxori ſoluerat dotem cōſtante matrimonio,
& ſic eo tēpore,quo nulla erat debita,vt patet,quia tex.ibi & in
§.dotes.& in Auth.de nup.dicit,ꝙ talis ſolutio eſt donatio,ſi ali
quo iure foret debitū,vt in l.hoc iure.§.ſi quis ſeruo.ſ. de dona.
poſtmodū ſubdit, ꝙ ſi vult poſtea eā repetere mr̃imonio ſolu-
to intra annū,qui ſibi ɔcedit miſerationis cā ad dotē ſoluendā,
ſi dos in immobilib. ɔſiſtat,ad hoc vt intra dictum tempus gau
deat dotis commoditate, poteſt. Et huius eſt ratio, quia fuit fa
cta ſolutio eo tempore, quo ſolutum nullo iure erat debitum,
vnde non eſt mirum,ſi de facili conceditur repetitio propter di-
ctum interuſurium.Nec obſtat,ſi dicas nunc,cum ſit repetitio,
illud eſt penes cōuentum omni iure debitum,quoniam termi-
nus miſerationis cauſa conceſſus nō ſuſpendit natiuitatē debi-
ti,vt in l.ſi cum militi.§.j.ſ.de compenſa.quia reſpondeo,ꝙ nō
attenditur ratio iuſta tenendæ poſſeſſionis vel ſolutæ nunc, cū
petitur,orta,ſed origo ipſius poſſeſſionis,quæ fuit iniuſta, quo-
niam eo tempore quæſita,quo nullo iure ſolutum debebatur,
eſt attendenda.Ad hoc tex.no.in l.clam poſſidere.in princ.ſ. de
acquir.poſſeſ.ibi,dum dicit, quia non ratio iuſta tenēdæ poſſeſ-
ſionis,ſed origo iuſta eiuſdem intuenda eſt. Secunda, ſolutum
24 per debitorem † erronee,cum tunc eſt omni iure debitum, licet
intra terminū adiectum ſolutioni miſerationis cauſa, vel habē
tem diſpenſare,nō pōt repeti ratione interuſurij. Iſte eſt tex. in
d.l.in diem.& in d.l.quod ſi ea.& in l.nā ſi cum moriar. & d.l.fi
deiuſſor quāuis.Et huius eſt ratio,quia ex quo tūc, cū fuit facta
ſolutio,ſolutū licet erronee,ante terminū erat omni iure debi-
tū,merito ratio ſolius tēporis medij non pōt cauſare actionē ad
illud repetēdū,vt ꝓbat ſingularis regula tex.in d.l.pr̃.qui caſtrē-
ſe.in fi.quæ vult,ꝙ ſolum intereſſe medij tēporis non eſſet ipſi
læſo propter tempus, quo perdit actionem. Vltima concluſio,
25 vbi † id quod erat ſoluendum intra certum terminū, quamuis
omni iure debitum iniuſte,& non volūtate debitoris peruenit
ad

ad creditorem, poteſt intra eundẽ terminum repeti ratione in-
terusurii. Ad hoc d.l.ſi mulier. §.cũ rerum. Et ratio, quia cum
tunc debitor contra creditorem agere poſſit poſſeſſorio adipi-
ſcendæ, merito ſibi non poteſt opponi exceptio, dolo facis, pete
re quod es poſtea reſtituturus, de qua in l. in cõdemnatione.§.
dolo.ĵ.de regu.iuris.in l.dolo.ĵ.de dol.excep. & in regula, dolo.
de reg.iur.in 6.& in d.§.Lucius. In poſſeſſorijs enim iudicijs illa
exceptio opponi non põt, vt in l.j.§. rediguntᷣ.ĵ.quorum lega. Et
hᷣ glo.Cano.de reſti.ſpolia.c.in literis.& hæc eſt noua & ſubti-
lis ꝯſideratio, per quã plene declaro hanc materiam, & ea quæ
26 no.ſuper hoc Cano.de vſur.c.conqueſtus. In tex.ibi, † tunc de-
ducto quo modo tẽporis &c.Notãda & hęc litera ſm Bal.ad ſal
uandas ſententias iudicum, qui condemnant delinquẽtem in
integra pęna pecuniaria, poſtmodum autem ſubijciunt, dedu-
cta tamen parte ex beneficio cõfeſſionis, propter quam minoratᷣ
pœna, ſm quod in Italiã cõiter ſunt ſtatuta. In tex.ibi, & in ſuos
27 eſt naturalis &c. Ex natura ſcimus † vitia, igitur quamuis haben
ti ortum a natura non parcitur, vt dixi in not.& concord.l.ſi ſer-
uus ſeruum.§.ſi fornicarius.C.ad l.Aquil.& §. vnum.in Auth.
28 de reſti.& ea quæ parit. In tex.ibi, † coercenda eſt in alienis &c.
ſupple dotalibus, vnde notãdum, ꝙ res dotales non mariti, ſed
vxoris ſunt, quod declara, vt no.glo.ſuper ea.l.diuortio.§.ſi fun
29 dum.& ibi dixi. Et ex hoc tamen tex. † arguit Bal. ad duas quæ-
ſtiones facti. Prima, ꝙ quamuis maritus obliget generaliter om
nia bona ſua, non cẽſetur obligare rem dotalem, ex quo illa nõ
ſua, ſed aliena eſt. Res aũt aliena in obligatione venire non põt.
a Mirum eſt, quõ tantus Doctor a recurrit ad debiles argumenta-
tiones, cum habeat caſum legis volentis, ꝙ nec cum ꝯſenſu vxo
ris, nec ſine poſſit maritus rem dotalem pignori obligare, vt in
l.vna.§.& cum lex.C.de rei vxo.act.Inſtit.qui alie.licet. in prin.
& in authenti. ſiue a me.C.ad Velleia. Si ergo non poteſt dos
venire in obligatione ſpeciali, non cenſetur venire in obligatio-
ne generali, ex duobus. Primo ex l.obligatione.ſupra de pigno.
& l. alumnos.C. quæ res pigno. & regula iuris, in generali. Se-
cundo, quia generalis alterius diſpoſitio ad ea non extenditur,
in quibus non poſſet loquens diſponere ſpecialiter, ſi vellet, vt
l.quamquam.ſ̃.de ritu nup.& l.Lucius.§.Imperatores.ĵ.ad mu
nici. Et ad hoc vide tex.eiuſdem l.in §.idem rñdit cõſtante ma-
30 trimonio. Scdm, ꝙ generalis † locatio mariti de oĩb. bonis ſuis
non trahiᷣ ad bona dotalia. Tu aduerte, quia nimis leuiter per-
tranſit, aut enim eſt locatio in longum tempus, & tunc ad bona
dotalia illa non extenditur. Quod probo, quia tunc hæc locatio
ſapit alienationem, quę in dote eſt prohibita, vt d.§.& cum lex.
Locationem autem longi ſeu longiſſimi temporis alienationẽ
fore, licèt contradixerit glo.in l.codicillis.§. inſtituto.de lega.2.
primo probaᷣ, quia illa conſtituit in re locata ius vtilis dominij
conductori, vt l.j.§.quod aũt.ĵ.de ſuperfic.& no.in l.j.§.fi. cum
l.ſeq.ſ̃.ſi ager vectig.& in l.j.ĵ.de loco publi.fruen.& in l.inde.§.
vti videamur.ĵ.de iti.act.pri.& in l.j. C.de iu.emphi. Scdo, quia
videmus feudatarium alienare prohibitum cẽteri etiam prohi-
bitum locare in perpetuum, quia alienationẽ ſapit, vt c.j.§.do
nare.quali.olim feu.alie.po.in vſib.feud. Tertio, quia videmus
rem eccleſiæ alienari prohibitam, locari in longiſſimum tẽpus,
vel aliàs in perpetuum, non ex alio, quia vt dixi alienationem ſa
pit, vt in Auth.de alie.& emphy.§.locationes.& in Auth.de nõ
alie.§.alienationis.& c.nulli.de reb.eccle.non alie. Quinimo ẽt
prohibetur locari in tempus lõgum ratione prędicta, vt in cle.j.
de reb.eccl.non alie. Quarto, & fuit ſñia gl.recte intuenti in l.fi.
C.de pac.pig.& Io.And.in c.fi.de eccl.ædifi.in no. quam refert
do.Bal.in c.j.qui feu.dare poſ.in vſib.feud. Aut eſt facta locatio
in tempus non longum, & tunc dicendum, ꝙ dos in ea generali
includaᷣ, quia maritus illam locare poteſt in ſpecie, vt l.diuor-
tio.ſ̃.eo.& ĵ.l.proxi.§.fi. Id autem operatur generalis locatio rꝭ
in qualibet ſui ſpecie, quod operaᷣ ſpecialis in ſpecie expreſſa.
ĵ.de leg.3.l.ſi chorus.& de admi.tut.l.ſi duo.ad fi.cũ ſi. Et quia
tunc ex ea locatione alienatio non introduciᷣ, vt patet in d.§.in
31 ſtituto.& l.non ſolet.ſ̃.loc. In tex.ibi, † modicum tempus indul
geri &c.obligato igitur ad rem reſtituendam, ſi illa abſq; ſui cul
pa non reperitur, onus non iniungitur ſtatim æſtimationem ſol
uendi, ſed terminus præficitur ad eam perquirẽdam. Secus ve-
ro ſi adſit ſuus dolus, qm̃ tunc ſtatim cõdemnatur. Et ad idem
ĵ.de leg.1.l.cũ res.ver.itaq;.& Inſti.de offi.iudi.ver.ſed & ſi præ-
ſenti.& Inſti.de di.ſtip.§.iudiciales. Ad huius autem declaratio
nem vide no.l.ſi a bonæ fidei.cum duabus ſequen.ſ̃. de rei ven-
di.licèt vt in not.dixi, iſte tex. bene clare non reperiatur alibi. In
32 tex.ibi, ſatiſdare poſſet, & nollet &c.vnde dicit Bar. † poſſe in ma
teria huius §.formari libellum hoc modo, peto te condemnari
ad ſatiſdationem præſtandam, & ſi illã contumaciter denegaue
ris, peto te condemnari ad ſolidum reſtituendum, non facta de-
ductione interuſurij. Alleg.l.conductores.C.loc. & l.non ab re.
C.vnde vi. Tu pro hoc adde gl.no.in c.Raynaldus.in ver. ſi ꝯ ip
ſum.de teſta. In glo.ſuper verbo, de ſolutione.ibi, vel dic pacto
33 contrahentium &c.no. † eſt hæc particula, quòd ſicut penden
te dilatione ad ſoluendum debitoris a lege conceſſa miſeratio-
nis cauſa, poteſt creditor indiſtincte ab eo exigere cautionem
idoneam de ſoluendo, ita & pendente termino loco termini le
gis ſubrogato a contrahẽtibus.& hoc ex regula, vt ſubrogatum
ſortiatur naturam &c. vt l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ſi quis cau.
de baptiſm.c.maiores. vt lite penden.c.eccleſia.cum ſimi. In ea-
34 dem ibi, ſed hic ſoluto matrimonio &c. Firmat † ergo glo. quòd
conſtante matrimonio non poteſt a marito exigi ſatiſdatio do-
tis reſtituẽdæ.de quo dic, vt plenè dixi in prin.l.j. Ibi dictis adde,
quòd quamuis dixerim legem, quod aũc.§.ſi vxor.ſ̃. de dona.
inter vi.& l.res hypothecæ.ſ̃.de pig.cum ſi.ibi allega.eſſe corre-
ctas per l.2.C. ne fideiuſſo.do. illud poteſt procedere, ſi ea iura
velis intelligere de ſatiſdatione neceſſaria, ſi autem de ea, quam
ſui voluntate maritus præſtat, ſecus, vt ex ibidem dictis patet.
Cũ ergo valida ſit ſatiſdatio, quam vxor marito pręſtat de dote
ſoluenda, ſ̃.de iure do.l.cum dotis. In glo. ſuper verbo, ferẽda.
35 ibi, non ergo poteſt mutare voluntatem &c. Notanda eſt † hæc
glo.ſecundũ Bal. ꝙ is, ad cuius poſtulationem eſt formata ſentẽ
tia, non poteſt ab illa recedere, nec pœnitentiam agere in præiu
dicium aliorum. Ad idem ĵ. de leg.j. l. ſi ſeruus plurium.in §.j.
Quod intellige, niſi fauor alienus reſultaret ex ſentẽtia lata pro
aliquo propter eius beneficium ſpeciale, vt l.ſi iudex circunuẽ-
36 to.ſupra de mino. Sententiæ † autem latæ mere in fauorem ſuũ
poteſt quis renunciare, vt l.in ſeruitute.§.ſi petierit.ĵ. de bo.lib.
37 vbi eſt expreſſum. Quantum autem † ad text. noſtri declaratio-
nem, dic ꝙ tres ſunt caſus. Primus, ſi maritus mulieri ſatiſdatio-
nem non poſtulanti, nec agenti offerat dotis ſolutionem dedu-
cto interuſurio medij temporis, eo quia ſatiſdare non poteſt. &
hoc ſibi denegatur, argu.dictæ l. ſi tibi mandauero. §. item tra-
ctatur. Secundus cum mulier poſtulata ſatiſdatione oblationẽ
factam per maritum de ſolutione dotis, deducto interuſurio,
eo quia ſatiſdare non poteſt, recuſat recipere, dicens potius vel-
le dilationem pati in reſtitutione, quàm deductionem in ſortis
ſolutione.& hoc ſecundũ Bart. non poteſt, quia eo ipſo, ꝙ mu-
lier ſatiſdationem petit, cenſetur lex dare facultatem marito do
tem ſoluendi deducto interuſurio, ſi ſatiſdare non poteſt, per
iſtum text. vnde non poteſt mulier poſtulatæ ſatiſdationis agere
pœnitentiam in mariti præiudicium, & hoc mihi placet, argu.
regulæ, nemo poteſt.ĵ.de regu.iuris.& regula, mutare.eod.titu.
lib.6.& c.ab eo.de elec.cod.lib.& auth.qui ſemel.C.quomo.&
quan.iud. Tertius, cum facta cõdemnatione mariti ad dotis ſo-
lutionem cum deductione interuſurij, vxor illã ita oblatam re-
cuſat recipere, & hoc ẽt nõ poteſt per dicta in prin.glo. In glo.§.
ſi maritus.ſuper verbo, culpanda.ibi, ſed tutius eſt, vt omnis le-
38 uis culpa veniat &c. de qua † culpa pro dote maritus teneatur
vxori, dic, vt dictum fuit in l.ſi mora.& l.etiam.§.licet.ſ̃. eod. In
39 glo.§.ſi vxor. † ſuper verbo, fieri.ibi, Hugolinus dixit venire ſim
plum tantum &c. Et hæc vera, quia ex quo non fuit furti actio
nata a principio propter matrimonium conſtans, nõ potuit na
ſci eo diſſoluto ſine contractione, vt infra ter.amo.l.3. vnde no
tanda eſt hæc glo.ſecũdum Bald. ꝙ pœna, quæ non poteſt im-
poni delinquenti tempore commiſſi delicti certa de cauſa, non
poterit etiam imponi illa poſtea ceſſante. Initium enim ſpectã-
dum eſt, ſ̃.de infam.l.quid ergo.cum ſi. vnde ſi interficiẽs ban-
nitum nõ poteſt interfectionis tempore puniri, quia illum im-
pune liceat occidere ex forma conſtitutionis, non poterit poſt,
quis eo liberato a bãno. In glo. ſuper verbo, ſi vero non prohi-
40 buit.ibi, & per conſequens conceſſit &c. vult † ergo gloſſator, ꝙ
ſcientia mariti abſque contradictione inducat tacitum conſen-
ſum eiuſdem inhabilitando vxorem ad commodandam mari
ti rem, & in hoc bene. Quia inter coniunctos ſcientia abſq; con
tradictione inducit cõſenſum tacitum, vt in l.ſi ſeruus commu-
nis.ſ̃.de dona.inter vir. vnde Bart.arguit hic, quòd ſi vir & vxor
in eodẽ inſtrumento eccleſiæ donent rem mariti tantum, quã-
uis hæc donatio pro parte cõcernat quemlibet, vt l.reos.§.cum
in tabulis.ſ̃.de duob.reis.tamẽ tacitus conſenſus mariti, qui re-
ſultat ex eo, quod ſimul ambo donãt, vt l.Lucius Titius.ſ̃.qui b.
mo.pig.vel hypo.ſol.ſupplet defectum do.in perſonam vxoris,
quinimo a marito cenſetur tota donatio proficiſci. Et ita ſecun
dum cum conſuluit Bar. hoc autem videᷣ mihi probari optimè
ex l.cum liqueat.2.reſpon.C.de inoffi.dona.& ex l.cum vxor vi
41 rum.ſ̃.de iure do. In gl.ſuper ver. † tempus.ibi, initio arbitrio iu
dicis &c. No.ergo concluſionem glo.ex iſto tex. quòd cum mo-
dicum tempus, quantum ſit de iure reperiatur, ſecundum varie
tatem caſuum varie declaratum, merito quando non declara-
tur eius declaratio conſiſtit in ius dicentis arbitrio. Et ad idẽ vi-
42 de glo.in dicta l.j.§.quod autem.ĵ.de ſuperfic. † In gloſ.§.ſi vir.
ſuper ver.caueat.in prin. &c.vbi non declarat gl.quomodo ver
bum

ADDITIO.

a Vide omnino.D.meũ in repe.rub.de reb.eccle.non alie.in 12.char.ver.12 limita

bum hoc caueat, in caſu huius §. debeat intelligi, an de nuda
cautione, an verò de idonea, vnde tu hoc declara ex his quæ ple
ne dixi ſ. eo. l. diuortio. §. interdum. & ibi dictis de cautione ſuf-
ficienti & idonea. Adde glo. in c. ex publico. de conuerſione cō-
iuga. & in c. Felicis. de pœ. lib. 5. Et etiam adde, quod not. Bal. in
authen. cui relictum: C. de indic. vidui.

SVMMARIVM.

1 *Vitium litigioſi quam alienationem non impediat.*
2 *Sententia lata ſuper parte eius, quod eſt petitum, quādo valeat. & n. 11.*
3 *Defectus iuris in actore ſuperueniens etiam poſt litem conteſtatam, indu cit ipſius iudicij annullationem.*
4 *Fiſcus, in quem ex confiſcatione bona delinquentis tranſeunt, an per omnia habeatur loco hæredis.*
Inſtantia non tranſit in fiſcum ſuccedentem ex delicto, & in ſummario. & vide nume. 13.
5 *Iura, actiones, & nomina debitorum, quòd veniant in publicatione bonorum. & nu. 8. 9. & 10.*
6 *Lex puniens maleficium, ita intelligitur punire in fœmina, ſicut in viro.*
7 *Dos ex omni delicto matrimonio ſoluto publicatur. & vide nu. 12.*
10 *Reditus annui computantur inter immobilia.*
14 *Clericus ſuccedens hæres laico in eo, quod hæreditatem concernit, an poterit coram laico conueniri, & inſtantia inchoata cum authore tranſeat in illum.*
15 *Priuilegium fori competens fiſco, vel clerico, an tranſeat in ceſſionarium.*
16 *Minor an cedere poſſit ſine iudicis decreto actionem ſibi competentem, remiſſiue.*

§. Si bona. Inſtantia non trāſit in fiſcum ex delicto ſuc
cedentem. ſi pars rei, ſuper qua iudiciū pen
det, pendente iudicio ab agentis bonis procedat, ſuper reliqua
parte iudicium finem accepit in eius initio ius agēdi habere,
ſi eo pendente illud in eo deficiat. hoc dicit. & non eſt alibi ſecū
1 dum Ioan. Paglia. & Bal. No. primo, quòd † vitium litigioſi nō
impedit alienationem litigioſæ rei, quæ prouenit ex bonorum
publicatione, ſic nec etiam impedit illam, quæ prouenit ex titu
2 lo hæreditario, vt l. fina. C. de litigio † Nota ex eodem ſecundo,
quòd quamuis regulariter non valeat ſententia ſimpliciter lata
ſuper parte eius, quod eſt petitum, vt l. in hoc iudicio. ſ. fami. er-
ciſcun. & l. qualem. §. dicere. ſ. de arbit. & quod plenè not. extra
glo. C. ſi aduer. rem iudi. & in c. cum inter vos. de re iudi. tamen
hoc fallit, niſi reſpectu eius partis, ſuper qua ſententia lata non
eſt, iudicium extinctum ſit, vel ſuſpenſum aliquo modo, quo-
niam tūc in alia parte rei petitæ bene valet Ita eſt caſus not. hic.
Et ad idem l. j. C. ſi reus vel accu. mortuus fue. & l. non idcirco.
3 ſ. de iudi. No. ex eodem, † quòd defectus iuris in actore ſuperue
niens etiam poſt litem conteſtatam, ipſius iudicij annullationē
inducit, adeo vt ex eo ſententia ferri non poſſit. Ad idem ſ. de
condi. fur. l. ſi ſeruus. ſ. co. l. mulier. & ibi concord. alleg. No. ex
4 eodem † ſecundum communem intellectum, quòd fiſcus exi-
ſtens bonorum ſucceſſor ex delicto, non per omnia fingitur vi-
ce hæredis, quoniam in eum non transfertur inſtātia inchoata
per delinquētem, cuius bona in eum transferuntur, licèt in hæ
redem ſic, vt l. ſi cum hominem. ſ. de fideiuſſo. & l. ſi is qui Ro-
mæ. & l. petitor. ſ. de iudi. l. 2. §. fi. j. de prætor. ſtipul. cum ſimilib.
5 No. ex eodem, † quod publicatis bonis intelliguntur publicari iura
& actiones atq; debitorum nomina, quando publicatio bono-
6 rum includit publicationem actionum. Nota ex eodem † iun-
cta glo. j. ſecundum Bal. quòd lex puniens maleficium violen-
tiæ priuatæ, vel aliud, intelligitur illud pariter punire tam in ma
7 re, quàm in fœmina. Nota vltimo † ex eodem ſecūdum verum
intellectum, quòd quàmuis conſtante matrimonio dos publi-
cari non poſſit ex delicto mulieris, niſi in caſibus no. in l. quinq;
legibus. j. de bo. dam. tamē matrimonio ſoluto publicari poteſt
ex omni delicto, ex quo inſurgit bonorū publicatio. In tex. ibi, ſu
8 pereſt mulieri reliquæ partis dotis exactio &c. Eſt ergo † hoc ex
preſſum, quod publicatio bonorū includet publicationem iuriū,
actionum, ſeu nominum debitorum, & hoc eſt clarum, vbi ver
bum, bona, profertur neutraliter, cū adiecto ſibi aliquo verbo
ſubſtantiuo bonorum, cum ſimplex appellatio etiam actiones
includit, vt l. bonorum. §. in bonis. j. de verb. ſig. Idem ſi ſibi adij
ciatur ſubſtantiuum generis generaliſſimi, puta mea, tua, ſua, &
ſic de ſingulis, quoniam & dicto caſu iura & actiones ac debito
rum nomina includentur, ſi cum dictis pronominibus adiiciatē
ſubſtantiuum aliud generis generaliſſimi, vt puta verbum, res,
vel bona, vt hic patet in l. meorum. j. de ver. ſig. in l. vxori. la j. &
la vlt. j. de vſusfru. leg. in l. Caius. in prin. j de leg. 2. in l. nā quod.
§. fi. cum l. ſeq. & prin. l. ſi legatus. §. ſi quis bona j. ad Trebel. Se-
cus autem ſi ipſis pronominibus adijciatur ſubſtantiuum gene
ris ſubalternatiui, vt puta dono, vel lego tibi ſeruos meos, vel bo
ues meos, quoniam tunc ea ſolum includentur, ad quæ ipſe di-
ſponens habet rei vendicationem, vt l. ſuos. j. de leg. 3. & l. Quin-
tus. §. argento. & l. ſcribit Quintus. j. de auro & argen. lega. Et
ad hoc quod no. Barto. in d. §. argento. & gloſ. in l. hæredem C.
de hære. act. quicquid dixerint Guiliel. de Cun. & Bal. in l. j. ſ. de
9 ſtatu homi. Quid tamen ſi fiat † publicatio mobilium vel im-
mobilium, an tunc veniant iura & actiones? in hoc videndum,
an eadem inter mobilia vel immobilia computentur, an verò
ſit tertium genus de per ſe & in hoc glo. in l. fi. C. in quibus cau.
in integ. reſtitu. non eſt neceſ. videtur computare ipſas actiones
inter immobilia, arg. l. ait prætor. §. j. j. de iu. deliberan. ſed tex.
l. vnicæ. §. exactio. C. de rei vxo. act. in l. 2. in ver. mobiles. C. quā-
do & quib. quarta pars deb. lib. 10. videtur illa computare inter
mobilia. Alibi vero tex. in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ſ. de
pecu. & in l. à diuo. §. in traditione. j. de re iudic. videtur eadem
ponere tanquam tertiam ſpeciē de per ſe. glo. in l. mouentium.
j. de verborum ſignifi. de hoc dubitat, ſed in l. j. C. ſi aduer. tran-
ſac. & in Authen. de non alie. §. hoc ergo. diſtinguit notabiliter,
quòd aut competit actio ad rem mobilē, & tunc illa inter mo-
bilia computatur. Aut ad rem immobilem, & tunc inter immo
bilia. Ad quod tex. Inſtitu. de vſucapio. circa princi. verſi. & ideo
conſtitutionem. vbi vult actionem realem competentem ad rē
mobilem præſcribi triennio, prout ipſa res mobilis in triennio
vſucapitur, competentem verò ad rem immobilem, vult præ-
ſcribi viginti annis, prout præſcribitur res immobilis. Spec. mo
uet, & nihil clarè determinat in tit. de fructibus & intereſſe. §. j.
verſic. ſecundo quæritur. & verſi. ſed quid ſi debeo. Tu autem
dis, quod aut volumus conſiderare actionem reſpectu ſuimet-
ipſius, & tunc illa non eſt mobilis neq; immobilis eſſentialiter.
Quod patet, quia eſt res incorporalis, quæ nec tangi, nec palpa-
ri poteſt, vt Inſtitu. de rebus corporalibus & incorporalib. §. in-
corporales. & quia etiam certo loco non clauditur, nec determi
natur, vt l. fin. C. de præſcrip. lon. tempo. l. ſi fideicommiſſum.
§. tractatum. ſ. de iudic. & l. vxorem. §. legauerat. j. de lega. 3. C.
de vſufruc. l. corruptionem. Et ita loquitur tex. dicti §. in pecu-
lio. Aut volumus illa conſiderare reſpectu eius, ad quod com-
petit, & tunc eſt mobilis, vel immobilis, prout eſt illa res, & ita
loquitur glo. d. l. j. & d. §. hoc ergo. quas ſequuntur Dyn. & Bart.
in l. poteſt. ſ. de autho. tuto. & alij in l. iubemus. la 2. C. de ſacro-
ſanc. eccle. Illas tamen ſingulariter limitauit Lap. in allega. ſuis,
allega. 91. dicens eam diſtinctionem procedere in his actioni-
bus, quæ competunt ad certam ſpeciem, quoniam ſi competāt
ad quantitatem in genere, tunc nec conſideratæ per ſemetip-
ſas, nec per reſpectum ad res, ad quas competunt, computa-
buntur inter mobilia, vel immobilia, ſed facient tertiam ſpeciē.
Quod probat, quia ipſa actio de per ſe non eſt res mobilis, vel
immobilis eſſentialiter, quia nec tangi, palpari &c. vt dicto §. in-
corporales. Nec etiam iſtud genus, ad quod competit, res mo-
bilis, vel immobilis eſt eſſentialiter. Genera enim in intellectu
conſiſtunt, non in ſenſu, tangere enim non potes genus huma-
num, vel genus pecuniæ, vel ſeruorum. & hoc tene menti, quia
non reperio ab alio fore dictum. Quid autem de annuis redditi-
10 bus? † tex in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecundis nup. ponit
illos inter immobilia, & etiam tex. in d. §. hoc ergo. in Authen.
de non alie. quem allegat gl. in d. l. iubemus. & etiam tex. in cle.
exiui. §. cumque annuis. de verbo. ſigni. Quod quidem Fed. de
Sen. in ſuis conſi. conſi. 74. quem refert do. Bal. licèt cōſilij quo-
tam non poſuerit, in c. j. de feu. cog. In vſib. feu. dixit verū fore,
vbi ipſe redditus annuus eſt perpetuus, vel duraturus in lōgum
tempus, quoniam ſi foret paruo tempore duraturus, inter im-
mobilia non debet computari. Ad quod allegat Ioan. Pagliarē-
ſem, quem ipſe Feder. in hoc conſuluit. l. ſi cum præfinitione. j.
quā. dies lega. ced. Sed tex. ille, vt ex te clare videbis, nihil facit.
Diſtinctio tamē vera eſt, & notabilis. Vnde primum eius mem-
brum probatē in l. querelā. de elec. vbi datur poſſeſſorium inter-
dictum pro annuo redditu perpetuo recuperando, prout daret
pro alia re immobili, quicquid dixerit Cy. in l. ſi certis annis. in
q. fi. C. de pact. Secundū vero membrum probatur ex l. fi. j. quo
11 rum bo. In tex. ibi, † ſufficiet arbitrium iudicis ad partis condem
nationem faciendam &c. vbi ergo iudicium eſt extinctū in par-
te, eo quia pars rei, ſuper qua pendet, eo pendente in alium lici
te eſt tranſlata, procedit ſententia in alia parte condemnatoria,
licèt abſolutoria non feratur in parte pro qua eſt extinctum. Et
ſupplet hic Bart. ex quo dicit, quòd vbi partim rei pendente iu-
dicio reus conuentus abſq; ſuo facto deſijt poſſidere, ſufficit quod
ſequatur ſententia declaratoria dominij in parte remanentis, ēt
ſi de parte alia non fuerit habita mētio in illa de ſoluēdo reum.
Et hoc ex eo, quia pro parte ea, qua dolo deſijt poſſidere, iudi-
cium eſt extinctum, vt l. vnica. C. de aliena. iud. mutan. cau. fac.
Sed certè puto, quòd potius abſolutio in parte, quam deſijt poſ
ſidere, etiam ſequi debeat, per tex. l. ſin autem. §. poſſidere. ſ. de
rei vend. & l. tigni. §. ſi quis iudicij. ſ. ad exhibend. vbi hoc vide-
tur expreſſum. Quæ quidem abſolutio nō pariet exceptionem
rei iudicatæ, ſi abſolutus poſtmodum illam reincœperit poſſide
re, vt l. ſi a te. in princi. & §. j. ſm vnam lecturam. j. de excep. rei
iudi.

12 ludica.In tex.ibi,quod ſi tota dos publicata ſit &c.Eſt† ergo hic
caſus ſecũdum communem intellectum, quòd quamuis dotis
alienatio in ſoluto matrimonio prohibeatur, vt l. etiã directo.
ſ.de fun.do.tamen in publicatione bonorum venit, vnde non
eſt vera doctrina,quam Bar.tradit per l.Imperator.j̃.de fideicõ.
lib. quod res alienari prohibita in bonorum publicatione non
venit, ille & enim tex. hoc non probat, quoniam ibi ſeruus, de
quo grauatus fuerat hæres, ꝙ alij ſeruire non deberet, non ve-
nit in publicatione bonorum hæredis penes fiſcum perpetuo
manſurus, quia teſtator per illa verba videtur tacitè voluiſſe, ꝙ
eoipſo,quòd in alium ſeruus tranſlatus eſt, conſequatur liber-
tatem, vt l.rogo.& l.generaliter.§.ſi petitum.eodem titu.In tex.
13 ibi,expirabit iudicium &c. vult ergo litera, † quod inſtantia in-
choata per delinquentem non tranſeat in fiſcum ſucceſſorem
bonorum ex publicatione ſecũdum communem intellectum,
cui fortiter refragatur d. l. ſi cum hominem. & d.l.ſi petitor. &
d.l.is qui Romæ.& l.j.C.ſi pen.appel.cum ſimi. volens inſtan-
tiam inchoatam cum defuncto trãſire ad hæredem, ergo & ad
fiſcum, qui hoc caſu vt plurimum loco extranei hæredis eſt.C.
ad leg.Iuliam de vi.l.2.j̃. de fideiuſ.l.inter eos.§.fi.& no.gl.in l.
non intelligitur.§.cum ex cauſa.j̃.de iure fiſ.& l.j.C.de bo.libe.
Vnde datur ſolutio prima ad text.hoc expirabit iudiciũ &c. de-
bet ſuppleri quo ad perſonam ipſius delinquẽtis, qui pro mor-
tuo habeẽ, vt l.actione.§.publicatione.ſ.pro ſocio. & in l.j.in fi.
j̃.de contratabul.non autem quo ad fiſcum.Sed certe ſecundũ
Doct.intellectus iſte nimis videtur literam violare,vnde ſoluũt
alij ſecundo,quòd inſtantia trãſit in ſucceſſorem bonorum,qui
eſt hæres, & ita loquuntur dicta iura, nõ autem in ſucceſſorem
bonorum non habentem titulum hęreditarium,vt eſt fiſcus ve
niens ex publicatione.& ita loquiẽ hic.Sed hoc impugnat Bart.
per tex.l.tam ex contractibus. ſ.de iudi. vnde dicit ipſe tertio,ꝙ
iſte tex.ponit ſpecialitatem in fiſco,ſcilicet vt in ipſum non trã-
ſeat inſtãtia,eo quia proprios habet iudices. Quam ſolutionem
repræhendunt hic Bal. & Ange.eo quia ſequeretur ex eodem,
quòd ſi fiſcus eſſet ſucceſſor vniuerſalis bonorum. quia hæres,
non tranſiret etiam in eum tunc inſtãtia. quod eſt falſum,quia
contra regulam l.hæredem.& l.in his.§.nõ debeo.j̃. de reg.iur.
Et quia ſi fiſcus inſtituatur hæres, eo iure regulariter vtiẽ, quo
& alius priuatus, vt l.filiusfamilias.§.qui teſtamento.j̃.de leg.j.
& l.ſi legatarius.§.ſi Princeps.j̃.ad Trebel.Vnde dicũt ipſi quar
to,quòd interdum quæritur de ſucceſſore bonorum,& nõ per-
ſonæ, vt quia illa eſt annihilata, & ſic repræſentari non poteſt.
quod eſt eo caſu,quo bona publicanẽ, quia delinquẽs pro mor
tuo habetur, vt d.§.publicatione.& tunc ad illum non tranſit in
ſtantia, vt hic. Aut loquimur de ſucceſſore bonorũ & perſonæ,
vt accidit in hærede,qui repræſentat perſonã defuncti,vt in Au-
thẽ.de iureiu.à moriente præſti.circa prin.& tunc loquitur d.l.
ſi cum hominẽ.cum ꝯcord.ſcilicet, vt inſtantia tranſeat.Sed cer
tè hæc cõſideratio non eſt bona,ſecundum Moder.hic, & mihi
placet,eo quia primum membrum ſuum eſt cõtra ſecundũ re-
ſponſum §.vbi patet, quòd ſtatus perſonæ, cuius bona in parte
ſunt publicata, non eſt annihilatus, quoniam cõdemnata fuit,
quia ꝯmittens priuatam violẽtiam in tertia parte bonorum, vt
l.fi.j̃.ad leg. Iuliam de vi priua. Et ſic retinet ciuitatem & liber-
tatem, vt l.relegati.& l.relegatorum.§.hęc eſt differẽtia.j̃.de in-
terdi.& releg.& tamẽ pur inſtantia non tranſit. Vnde dicunt ip
ſi quarto vel quinto,quòd hic conſiderandum,quòd obligatio
in perſona eius, cuius ſunt bona publicata, fuit totaliẽ extincta,
vt l.ſi debitori deportato.j̃.de fideiuſ.& plene no.in l.fi.j̃.de duo
bus reis.licèt in fiſcum tranſlata, vt l.2. de alimen.leg.cum ſi. Et
ideo nimirum perempta obligatione, cui vt principali, accede-
bat inſtantia, ſit peremptum etiam ius inſtantiæ tãquam acceſ-
ſorium,arg.C.de leg.l.non dubium.j̃.de pecu.leg.l.2.cum ſimi
lib.Sed certe hoc nihil eſt dicere, quia etiam in perſona defun-
cti propter mortem extinguitur omnis obligatio, vt in Authen.
de nuptijs.§.deinceps.& tamen pur inſtantia tranſit in hæredẽ,
vt dicta l.ſi cum hominem.cum ſimilib. Præterea ex quo tranſ-
ferẽ in fiſcum obligatio,quã ipſi volũt eſſe quid principale,ergo
& pariter trãsferet inſtãtia illi accedẽs, vt l.vẽditor actionis.ſ. de
hæred.vel act.vẽd.& in l.qui in ſolutũ.de act.& oblig.Vnde di-
cunt 6. quòd ratio tex. eſt, quia ſententia debet conformis eſſe
petitioni, vt l.vt fundus.commu.diuidun.l.fin.C. de fideicom-
miſ.act. de ſimonia.c. licèt.el 2. Cum ergo agens in caſu huius
§.petierit conuentum ſibi condemnari, & hoc ſequi non poſ-
ſit,ex quo inſtantia quo ad agentem eſt perempta,nec etiam ſe
qui poſſit in perſona fiſci, tãquam repræſentatiua perſonæ agẽ
tis,cum non repræſentet, vt dixi,meritò non eſt abſurdum,ſi in
ſtantia totaliter periit,neq; transfertur.Qua ratione ijdem con
cludunt ex parte rei conuenti, vt bonis eius publicatis, inſtantia
cum illo inchoata non tranſeat in fiſcum. Et ſi dicatur, quòd
ex hoc delictum rei afferet actori iniquam conditionem, quia
habebit opus nouam inchoare inſtantiam, contra regulam l.
non debet.de regulis iuris.Reſponde,quòd hoc toleratur,quia
venit in conſequentiam vt afferat commoditatem delinquen-
ti, vt l.de cætero.j̃.de ſuſpec.tuto. cum regulariter vtilitatem af-
ferre non debeat, vt l.2.§.nemo.ſ.de capi.dimi. & l.relegatorũ.
ad finem.j̃.de interdic.& relega.Tu aduerte,quia cum fiſcus re
periatur regulariter tenere locũ hæredis, vt in dicta l. inter eos.
§.fina. Si teneamus opinio. quòd inſtantia inchoata in fiſcum
tranſeat, poterimus dicere, quòd ſi ipſe in locum rei iam mor-
tui ſucceſſerit,condemnetur nomine ipſius olim viuentis. Sin-
autem ſuccedat agenti, cõdemnetur conuentus fiſco nomine
ipſius olim agentis.Quoniam ita debet formari ſentẽtia in per-
ſona hæredis, in quem tranſlata eſt inſtantia cum defuncto in-
choata.Iſte eſt caſus ſingularis in d.l. ſeruus.ibi, dũ dicit, quòd
non ſuo nomine condemnatus eſt &c.ſ.de infam.Nec ob.ſi di-
catur formam ſententiæ nullã,quia lata in perſona defuncti, vt
in l.pen.j̃.quæ ſen.ſine app.& l.in ſumma.in fi.j̃.de re iudi.quia
non in perſona defuncti directo, vt illa iura loquuntur,lata eſt,
& in perſona hæredis defuncti nomine,& conſequenter cum li
te per procuratorem inſtituta pendente,moritur dominus, vali
da erit illa forma ſententiæ cõdemno, vel abſoluo procuratorẽ
procuratorio noĩe olim talis &c. per d.l. ſeruus. quæ eſt ad hoc
valde not.cum per illam ſolam difficultatẽ hanc,quam Bar.re-
liquit indeciſam.C.de proc.l.nulla.nõ ergo poteſt negari, quo-
minus iſte paſſus ſit dubius.Alias autem memini dixiſſe, quod
aut quæritur,an extinguatur inſtantia, & in fiſcum non tranſ-
eat,cum ille ex publicatione capit bona agentis,& tunc nõ tran
ſit,ita eſt tex.hic.Et huius eſt ratio,quia intereſt conuenti,quod
ad fiſcum nõ tranſeat,quoniã tunc fiſcus nõ inchoatam proſe-
qui,ſed nouam inchoare debebit.Aut quæriẽ,an tranſeat in fi-
ſcum inſtantia partis cõuentæ,& tunc dicẽdum ꝙ ſic, arg.d.l.ſi
is qui Romæ.ſ.de iudi.aliàs ſequeretur,ꝙ delictum ꝯuenti,pro
pter quod bona eius capiẽ fiſcus, noceret agenti,cũ haberet pro
vno inſtantiam inchoare contra dictam regulam, non debet al
teri.cum ſimi. Nunc verò ſubtilius conſiderans dico ſic, ꝙ aut
quæritur,an in fiſcum tranſeat inſtantia inchoata,& tunc dicẽ
dum ꝙ ſic. Quod probo,quia fiſcus in ius priuati ſuccedẽs iure
priuati vtitur in ante geſtis,& in poſt gerendo,ſi illa cõmode ab
ante geſtis ſeparari nõ poſſunt, vt primum probatur in l. fiſcus.
j̃.de iur.fiſ.& in l.cum quid.§.fiſcus.& §. ſi debitores.j̃. de vſur.
Secundum probo ex multis ſimilibus.Primo ex regula,quæ ha
bet,quòd ante geſti,& poſt gerendi,cum illud ab ante geſto cõ
mode ſeparari non poteſt,idem eſt iudicium.ſ.de nego.geſtis.l.
cum actum.j̃.de adminiſt.tuto.l.tutorem,qui tutelam. verſi.ſic
enim.j̃.de tute. & ratio.diſtra. l.ſi poſt pubertatem. cum ibi no.
Secundo,quia videmus in ſimili,quòd quàmuis tutela,aut cu-
ra completa non teneatur tutor vel curator regulariter admini-
ſtrare, vt l.fi.C.de ſuſpec.tuto.& l.de cætero.j̃.eodem titu.tamẽ
ante litem cęptam tenetur proſequi,& finire, ſi nondum ratio-
nes reddiderit,& litis inſtrumenta. & hoc non alia ratione, niſi
quia non commode eiuſdem inſtantię continentia ſeparari po
teſt, vt j̃.dicam. Ita probatur in l.ita autem.§.fina.j̃.de adminiſt.
tutorum.l.negotiorum.§.fin. & l.tutor. j̃.de appella. & l.vnica.
C.vt tute.aliàs vt cau.poſt pubert.adſit tutor.& l.tutor poſt pu-
bertatem.cum ibi plenè no.C. arbit.tute.Secundo, quia video,
quòd quàmuis negotiorũ geſtor mortuo eo, cuius gerebat ne-
gotia,ad nil noui gerendum aſtringitur,tamen ante geſtis cohæ
rentia ſeu connexa explicare tenetur.ſ. de nego. geſtis.l.nam &
Seruius.§.ſi viuo.Tertium ſimile, quòd quàmuis ad hæredem
ſocietas in nouiter agendis non tranſeat, vt l.nemo poteſt. cum
ſimilibus.ſ. pro ſocio. tamen explicare tenetur cohærentia ſeu
connexa ante geſtis per defunctum, vt eodem titu.l.hæres ſocij.
Tertio hoc idẽ video in hærede tutoris, licèt enim ad illum tu-
telæ non transferaẽ officium in nouiter agendis, vt l.furti.§.non
tamen. ſ.de infam. tamen transfertur neceſſitas explicandi co-
hærentia,ſeu connexa ante geſtis per defunctum.j̃.de fideiuſſo.
l.quàmuis.quæ eſt l.j.Quarto video,quòd licèt clericus coram
ſæculari non poſſit nouiter in ius vocari, tamen coram eodem
litem ante clericatum cęptam tenetur proſequi, de foro cõpet.
c.propoſuiſti.ſ.de iudi.l.ſi quis poſteaquam.ſ. de iuriſdi. oĩum
iudic.l.cum quædam puella.Cum igitur ipſius inſtantiæ conti-
nentia non recipiat commodam ſeparationem. C.de iud.l.nul
li.eo quia vbi cęptum iudicium eſt, ibi finem accipere debet.ſ.
de iudi.l.vbi cęptum.& idem iudex debeat iudicare de ea re, in
qua incepit cognoſcere.ſ.de iudic.l.de qua re.de cauſa poſſeſ.
c. cum ſuper. igitur eſt conſequens, vt in fiſcum tranſitum fa-
ciat inſtantia inchoata. Nec obſtat iſte text. quia debet intelligi
ſecundum primam ſolutionem.argu.l.item ſi vnus. in princip.
ſupra de arbitris.Aut quæritur, an fiſcus ſuccedens ex confiſca-
tione,vel vt hæres,debet conueniri coram iudice eius,cuius ha-
bet bona in inſtantia inchoanda, an verò coram iudicibus pro-
prijs,& ſic gaudeat priuilegio fori.& tũc dicẽdum quod priuile
gio gaudet. Hoc dico per tex.l. de eo.ſ. de iudic.vbi enim tex. ꝙ

legatus, qui habet priuilegium fori propter rem publicam, gau
det etiam illo tanq̃ hæres, quia declinare poterit locum iuriſdi-
ctio. defuncti in inſtantia inchoanda, ergo multomagis idem di
cere dẽmus in fiſco, ſeu republica. Scđo moueor per d.l. fiſcus.
& d. §. fiſcus. vbi fiſcus q̃uis priuato ſuccedens in nouiter geren
dis, vtitur iure proprio, non priuati. Nec ob. tex. l. hæres abſens.
in prin. ſ. de iudi. vbi ponit regulam hanc, hæredem ibi ꝯuenien
dum fore, vbi defunctus nullo priuilegio proprio obſiſtẽre q̃m
vt ibi notabimus dicit glo. l. 2. §. legatis. eo. tit. & in auth. qua in
prouincia. C. vbi de cri. agi opor. illa verba excludunt priuilegiũ
iuris corpore non clauſum, nõ aũt clauſum, prout eſt hoc fiſci,
14 quod proprium iudicem habeat. Et † per hoc determinat̃ quo-
tidiana q̃ö, ſ. an clericus hæres laici in eo, quod hæreditatẽ con-
cernat, poſſit coram iudice laico conueniri. Item an in eum trã-
ſeat ius inſtantia inchoata coram ſeculari iudice per defunctũ.
Iſtam quæſtionem breuiſſimè mouit glo. 11. q. j. clericũ nullus.
ał's incipit, nullus clericũ. & Cy. poſt Pet. in auth. quas actiones.
in 5. q. C. de ſacroſan. eccl. Et circa primum veritas eſt, ꝙ ipſe in
inſtantia inchoãda fori priuilegio gaudet, quod probo per hãc
rłam, quia q̃uis priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, non
vtatur ſuo priuilegio, cum illud eſt ſibi conceſſum principaliter
ratione perſonæ propriæ. ſ. de mino. l. Emilius Largianus. C. ſi
aduer. vendi. pig. l. 2. tñ illo vti poteſt, cũ eſt ſibi conceſſum prin
cipaliter ratione vtilitatis publicæ, vt eſt tex. in d. l. fiſcus. Sed pri
uilegium, quod non poſſit trahi clericus coram ſæculari, nõ eſt
ſibi conceſſum principaliter ratione perſonæ ſuæ, ſed ratione to
tius vniuerſalis eccleſiæ, vt dicit tex. de fo. compet. c. ſi diligenti.
igitur &c. Nec ob. tex. in d. l. heres abſens. quia r̃nde, vt ſ. dixi, vel
etiam potes hoc caſu aliter r̃ndere, ꝙ tex. ibi vult hæredem non
poſſe vti priuilegio proprij fori. Sed hoc conceſſum clerico nõ
eſt proprium, ſed magis cõe totius eccleſiæ, vt d. c. ſi diligẽti. Cir-
ca ſcđm dic inſtantiam inchoatam trãſire in eum per rationes.
ſ. poſitas in fiſco. & hoc tene menti, quia quotidiana, nec alibi re-
15 peries ita perfectè tacta. An aũt priuilegium fori † competẽs fi-
ſco, vel clerico, tranſeat in eius ceſſionarium: dic vt no. Butri. &
Bal. in l. cum eorum. C. de ſen. Et per hoc apparet, an verum ſit,
quod dicit hic Bal. an inſtantia tranſeat in ſucceſſionem bono-
rum damnati ſm formam auth. bona damnatorum. C. de bo.
16 proſcri. † Item inquantum. ſ. diſcuſſi, an actiones & noĩa debito
rum computentur inter mobilia vel immobilia. Adde, ꝙ ex il-
lo deciditur queſtio, an minor ſine decreto iudicis poſſit facere
ceſſionẽ actionis ſine decreto? De quo dic vt no. Spec. de ceſ. act.
ver. ſi quid minor. in §. j. & per Dy. & Barr. in d. l. põt. & l. j. §. fuit
quæſitum. j. ad Trebel. & l. ſi ſic legatum. §. fi. de leg. j. Pro cuius
deciſione addo ibi notabilem l. ſi debeas. ſ. de compen. & no. C.
de pręd. mino. l. ſi ad reſoluendam. Et ad idem quod dixi, an an
nui redditus inter mobilia computentur. Adde Cyn. tenentem
quod ſic in l. ſciendum. ſ. qui ſatiſda. cog. in lect.

SVMMARIVM.

1 *Pater obligatur tantum de peculio, dote filio in poteſtate ſoluta, ſine eius conſenſu.*
2 *Nomina debitorum quòd dicantur etiam eſſe in peculio.*
3 *Compenſatio nem quod poſſit facere vxor ad ſui vtilitatem, etiam quando agit ad dotem. & vide nu. 11.*
4 *Res debitoris mariti fauore dotis poteſt per vxorem retineri, quouſque dos ſibi fuerit ſoluta.*
5 *Cautio de dolo & lata culpa præſtari debet mulieri agenti ad dotis reſtitutionem. & vide nu. 8.*
6 *Iurare in litem aduerſus maritum dotem non reſtituentem, quòd poſſit vxor.*
7 *Maritus poſt moram in reſtitutione dotis tenetur de caſu fortuito. & vide nume. 18.*
9 *Res debitoris, quæ peruenit ad creditorem, quãdo poſſit inuito debitore pro alio credito retineri. & nu. 12. & 13.*
10 *Scriptor pro ſuo ſalario poteſt quinternos retinere.*
Compenſatio hodie in dote reſtituenda num locum habeat. nu. 14.
15 *Seruitus debita fundo dotali, an perdatur per non vſum mariti.*
16 *Actiones arbitrariæ quòd includant genus actionum ſtricti iuris.*
17 *Dominium rei dotalis ſoluto matrimonio hodie in mulierem ipſo iure trãſfertur, licèt de iure Digeſtorum ſecus.*

LEX XXVI.

SI filiofamilias. In peculio etiam cenſetur
eſſe id, ĩ quo filiusfamilias
aduerſus vxorem habet actionem, ergo iſtud pote-
rit compẽſari. Et maritus in reſtitutione dotis tenet̃
cauere de dolo & culpa aduerſarij, quo non reſtituente iuratur
in litem, & tenetur maritus poſt moram in reſtituendo factam
de caſu contingẽte in re dotali. Similiter tenetur ſuis ſumptib.
proſequi ſeruos dotales ſui culpa fugitiuos factos. h. d. vſque ad
1 fi. §. No. j. patrem † obligari ad dotem tantum de peculio, cum
illa filio in poteſtate ſoluitur ſine ſui voluntate. Ad idem ſ. eo. l.
2 ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſ. eo. l. ſi filio. No. ſcđo id † eſſe
in peculio, quod eſt in debitorum peculiarium nominibus. Ad
tur.Hoc enim primo probat triplex regula. Prima,quod ex ſui
delicto nemo põt eius conditionem reddere meliorẽ j. de reg.
iur. l.non fraudantur. §.nemo. cum ſim. Secunda, ꝙ nemo ſuo
beneficio,facto illud concedentis, debet decipi ſeu fraudari,de
commod.c.vnico.ſ.eod.ut l.in commodato.§.ſicut. Tertia, ne
ſit in poteſtate ipſius fideiuſſoris inimicitiam ſua culpa captan-
do a fideiuſſione petere poſſe ſe liberari,argu. ſ.de arbit. l.ne in
poteſtate. & l.ſi quis rem.de diuor. cap.quanto. Secundo pro-
bat deciſio tex.ſingularis in ſimili in l.j. §.cum quis. j.de quæſt.
volentis ſuperuenientem inimicitiam culpa eius,aduerſus quẽ
teſtis citatur ad deponendum, non omnino ipſum teſtem a te-
ſtificatione remouere. Ad cuius intellectũ vide Bal. in l.ſed &
ſi quis.ſ.ſi quis cau. Tertio ad idẽ tex.l.cũ tabulis. §.j. de his qb.
30 vt indig. Illud tñ præcipue † tene menti. ꝙ in tutore ſecus eſt,
quia ſuperueniens in eo inimicitia cauſat eius excuſationem a
tutela non inſpecto eius culpa ſuperuenit. gloſ. habes ſingula-
rem in l.athletæ. §.dat remiſſionem. j.de excuſa.tutorũ. & hęc
ad materiam dictæ l.Lucius. no. præcipue,quia non tangũt ſcri
bentes.In tex,l.Imperator. ibi, experiatur de dote &c. Supplent
31 Doc.† vt reddatur lex iſta notabilior, ẽt cũ priuilegijs ipſius do-
tis exactioni conceſſis. Intereſt enim mulieris, quamuis ſecũdo
nupta ſit, dotem ſaluam eſſe, vt nubere poſſit tertio deficiente
matrimonio ſecundo.ſ.de iure dot. l.2. j.de priuile.credi .l.3.j.
de leg.j.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.de condit. & demon. l.Titio
32 centum.§.Titio genero. Nec obſtat,† ꝙ ſecundum hoc expecta
tur triſtis euentus.in perſona mariti ſecundi,quod eſt reproba-
tum, vt in l.inter ſtipulantem. §.ſacram. de verbo.obligatio. &
l.cum tale.cum ſim. j.de condit. & demonſt. in c.ne captandæ
eum ſi.de conceſſ.præb.in 6.quia reſpondeo, ꝙ hoc tolerat̃ fa-
uore dotis,prout etiam toleratur fauore libertatis.vt l.generali-
ter. §.ſi homini libero. j.de fideicom. licet alias dicat glo.quòd
lætantur plerumque mulieres de morte maritorum, in l.pater
Seuerinam.§.ſocerũ.de conditio.& demon. In glo.l.ſemel mo-
ra. ſuper verbo,deceſſerit.ibi,ſine dolo & culpa mariti &c. Sup
33 ple † lata,quoniam a culpa leui excuſatur maritus per oblatio-
nem,ſ.eo.l.eum mora.cum ibi plene notatis. In glo.l.facere.ſu
34 per verbo,poteſt.ibi, & de facto &c.immo idem † & ſi nõ de fa
cto in caſu huius legis, quia debitor quantumcunque egenus
ſibiipſi ſemp ſoluendo ſore dr̃,j.ad legem Falc.l.Neſennius. cir
ca fi.& l.quærebatur.j.de don.cau.mor.l.mortis cauſa capitur.
in fi.In glo.eiuſdem legis, & fin.ibi,ſecus ſi pure. de hoc dic, vt
plene no. in l. ſi quis mandato. ſ. de nego.geſt.hic allegata. In
35 glo. in l. quoties. ibi, † tempore traditionis dotis &c. Pro plena
concluſione dic,ꝙ cum dotem ſoluit pater,ſi ante matrimoniũ
incontinenti dicitur ſtipulari, quandocunq; ante matrimoniũ
ſtipulatur illam ſibi reddi.Caſus eſt hic in ver.plane.ſi vero poſt
matrimoniũ, tunc aut præcedit promiſſio dotis ſoluendæ, &
tunc incontinenti dicitur ſtipulari,ſi tempore promiſſionis ſti-
puletur,non aliàs, vt in l.ex morte.C.de pac.conuen.ſi vero nul
la præcedat promiſſio,tunc incontinenti ſtipulari dr̃, ſed ſi tũc,
cum ſoluit ſtipulatur, vt hic in prin l ſecundũ declarationẽ hu-
ius glo.cum vero dotẽ ſoluit extraneus, tũc aut præcedit aliqua
promiſſio, & incontinenti dr̃ ſtipulari, ſi tunc ſtipuletur, cum
promittitur,& nõ alias, vt in d.l.ex morte.ſi vero promiſſio nul
la præcedat,dicitur ſtipulari incontinenti, ſi ſtipulatur tũc cum
tradit, vt l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.act.non habita in perſo
na extranei ea diſtinctione, quæ hr̃ in perſona patris, ſcilicet, ſi
ante matrimoniũ tradita fuerit dos, non poſt. Rationem autẽ
diuerſitatis ponit gl.ſuper verbo, ſtipulari,dicens illã eſſe, quia
ante matrimonium ꝯtractum dos non eſt, vt l.3. de iure do. & ſic
eo tempore mulieri quæſita dici poteſt,ſi tunc ſtipulatio de red
dendo ſoluenti nũquam fiat, vr̃ facta in præiudicium mulieris.
Sed certe hæc ratio non eſt bona, quia pariter cõcludit & in ex-
traneo,quoniam & dos ab eo conſtituta intelligitur tacitã ha-
bere conditionem, ſi matrimonium ſequatur. Aliàs enim mu-
lieri actio non quæritur, ſ. de condi.ob cauſam. l. ſi extraneus.
ſ.de iure do.l.ſtipulationẽ & l.promittẽdo.in gñalitate ſui. Vn-
de ſubtiliter hic dixit Bar.ꝙ ratio eſt,quia pater ante matrimo-
nium ꝯtractum poteſt ſponſalia annullare,& ꝯtracta diſſoluere, vt l.
adoptiuum.§.j.ſ.de iure do.& ſic in eius poteſtate etiam eſt do
tem ſtipulari, ſed in poteſtate extranei non eſt dirimere ſponſa-
lia, vnde eodem modo nec ſtipulari dotem ex interuallo. Poſt
contractum autem matrimonium ideo æquiparantur, quia in
neutrius poteſtate eſt illud diſſoluere regulariter, vt l. diſſentiẽ-
tis. C.de repudijs.vnde puto, ꝙ de iure canonico cum pater nõ
poſſit ſponſalia dirimere, de ſpon. c.veniens. ita non poterit ex
interuallo, ſcilicet poſt promiſſionem, vel traditionem, inuita
36 filia ſtipulari.& in omnibus his bene dicit. In ead.ibi, † & eſt ra
tio, vt in Lauia no &c. Tu ꝓ ratione diuerſitatis recurre ad ea,
quæ plene dixi in l.ſi cum dotem.in prin.ſ.eod.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus tanquam ſucceſſor tenetur creditoribus delinquẽtis, cuius bona in pœnam delicti ſunt confiſcata.*
2 *Portio bonorum deuoluta in fiſcum in pœnam, quòd intelligitur cum onere æris alieni. & nu.19*
3 *Vxor ꝙ non poſſit impedire incorporationem bonorum mariti in fiſcum.*
4 *Socer quòd non repetat dotem ſoluto matrimonio, ſi pacto ipſam remiſit.*
5 *Pactum perſonale quod intelligatur facere ille, qui facit pactum de non petendo alicui adiuncto verbo executiuo.*
6 *Actio orta ex ſententia lata ſuper iudicio dotis, mortuo patre, etiam in filiam conſolidatur.*
7 *Actio primo inſtituta ſi non eſt ad hæredes tranſitoria, ita nec actio ex ſententia ſuper dicta prima actione lata.*
8 *Cohæredes hæredis conditionalis quòd non poſſunt condictione pendente conueniri.*
9 *Iudicium idem quod ſit de dotis acceſſorio, quod eſt de dote.*
10 *Actio dotis quòd etiam competat pro recuperatione fructuum dotalium.*
11 *Recipiens partem ſibi debitam non cenſetur reſiduum remittere.*
12 *Acceſſiones rei petitæ quòd poterunt peti principaliter, etiam finito iudicio ſuper principali, quando pro eis actio competit.*
13 *Litis conteſtatio quòd etiam requiritur in iudicio dotis per p.t ẽ inſtituto.*
14 *Obligatio tacita quòd talis eſt in termino referẽte, qualis eſt in termino, ad quem fit relatio. & nu.15.*
16 *Qualitas quæ eſt in antecedenti, eadem dicitur eſſe in relatiuo.*
17 *Bona quando intelligantur ære alieno deducto.*
18 *Monaſterium, cui quis offert bona ſua, an teneatur ad debita ante oblationem contracta.*
21 *Actio actiua & paſſiua competens contra delinquentẽ, an confiſcatis eius bonis, tranſeat in fiſcum? quòd ſic.*

Obliga-

22 *Obligatio conditionalis actiua quòd tranſeat in fiſcum, & an. Et idem eſſe in obligatione paßiua conditionali. nu. 24.*
25 *Ius legati vel fideicommißi conditionalis, an tranſeat in fiſcum.*
26 *Fiſcus quando teneatur ad ſolutionem legatorum vel fideicommiſſorum. & nume. 27.*
28 *Quictatio debiti facta debitori, an probet ſolutionem debiti præceßiſſe.*
29 *Sententia lata ſuper dote pro parte patris, quòd non impediat ius conſolidationis in filiam.*
30 *Actio ad acceſſiones dotis quòd competat mulieri, licet dotis principalis ſolutio facta fuerit.*
31 *Actio ad petendas acceſſiones dotis an competat marito, ſi poſt moram ſoluta fuit dos.*
32 *Reſtitutio ad gratiam an cenſeantur reſtituta bona.*
33 *Lazarus reſuſcitatus bona non recuperauit.*
34 *Reſtitutio deportatis facta ad bona, an trahatur ad bona per fiſcum alienata.*
35 *Deportatus an liberetur ab vtraque obligatione.*
39 *Creditor, qui conſenſit debitori, quòd vendat pignus, quod videtur conſenſiſſe etiam eius hæredi.*
40 *Fructus ex dote percepti non ſunt dos, licet dotem augeant.*
41 *Partus ancillæ venit appellatione redditus, non tamen fructus, & ibi quando veniat.*
42 *Actio ex empto quando tranſeat in fiſcum.*

LEX XXXII.

SI marito. Pro qua parte mariti bona confiſcãtur, pro eadem tenetur fiſcus ad dotem. Et dotem pacto remiſſam ſocer ſoluto matrimonio non exigit, & actio iudicati mortuo patre cõſolidatur in filiam, prout actio dotis. Et pro qua parte vxor ab hæredibus ſoceri dotem exigit, pro eadem maritus aduerſus illos actionem non habet. Et pro dotis fructibus, vt pro dote, mulieri dotis actio competit. Et maritus primus dotẽ ſecundo promittens non condemnatur vltra quàm facere poſſit. hoc dicit
1 vſque ad l. quæ dotis. Nota in l. ſi marito, † quòd fiſcus tanq̃ ſucceſſor tenetur creditoribus delinquentis, cuius bona in pœnam delicti ſibi applicata, ſcilicet fiſco ſunt ꝓ rata applicationis. No-
2 ta ex eadem ſecundo, † quòd portio bonorum, quæ deuoluitur in fiſcum in pœnam delicti, intelligitur deuolui cum onere ſoluendi æs alienum delinquentis. Ad idem j. de iure fiſci. l. non
3 poſſunt. Nota ex eadem tertio, quòd vxor † nedum. quòd non poſſit impedire incorporationem bonorum mariti delinquentis in fiſcum, ſi debeãt incorporari omnia, ſed nec impedire poterit, cum incorporari debet pars certa. Et huius eſt ratio, quia incorporationem fiſcalem duo impediũt, ſcilicet dominium, vel poſſeſſio penes alium exiſtens, q̃ delinquentem. C. de bo. vacan. l. fi. lib. 10. Sed penes vxorẽ non eſt dñium, ſeu poſſeſſio rerum mariti, igĩ &c. Et ſi dicas ꝙ penes eam eſt hypotheca generalis bonorum mariti, certe nec propter hoc impeditur bonorum ꝯfiſcatio, q̃uis in fiſcum tranſeant cum onere hypothecæ, vt eſt tex. no. j. de iure fiſ. l. res quæ. ver. res aũt. No. in §. ſi pater,
4 † ꝙ dotem pacto remiſſam ſocero ſoluto matrimonio, ſocer ipſe repetit, quoniam dotem non promiſſio facit, ſed numeratio, vt l. j. C. de do. cau. non nume. Pro limitatione huius legis vide
5 j. in l. in his. in §. mancipia. in 2. colum. Nota ex eadem ibi. † ne amplius quàm centum a ſe peterentur. iuncto fi. §. quòd perſona eius, cui fit pactũ de non petendo, adiuncta verbo executiuo, intelligĩ facere pactum perſonale, & ideo ad hæredes non tranſitorium. de quo dic vt plene habetur in l. qui in futurum. §. ſi ex altera. & l. iuriſgentium. §. pactorum. ſ. de pac. & l. ſi ſic. de verb.
6 oblig. † No. in §. ſi voluntate. ꝙ quemadmodum actio pro dote mortuo patre integraliter conſolidatur in filiam, vt l. ſi ſocer. & l. in inſulam. j. eo. l. vnica. C. de rei vxo. actio. §. videamus. & §. & hoc ex rei. Ita etiam & actio orta ex ſententia lata ſuper iudicio dotis mortuo patre, non facit trãſitum in hæredes, ſed in ſolam filiam conſolidatur, vnde notandum eſt valde. Secundo, quòd
7 vbi actio † inſtituta primo non eſt ad hæredes inſtituentis tranſitoria, ita nec etiam actio orta ex ſententia ſuper ea actione prolata. Et hoc intelligendum, vbi ſententia non variat debitum, quoniam ſi variaret, puta quia egit teſtator ad operas, quarum exactio ad hæredes non tranſit, & iudex condemnauit ad operarum æſtimationem, tunc actio ex ſententia orta competens ad æſtimationem, & ſic ad aliud, q̃ ad id, ad quod fuit directa actio prima, in hæredes tranſitum facit j. de ope. lib. l. qui libertinus.
8 ver. ſed ſi ratio. No. in §. cum pater. ꝙ † cohæredes hæredis conditionaliter non poſſunt conditione illius inſtitutioni adiecta pendente, conueniri, niſi pro portionibus hæreditarijs, & ſic nõ pro portione conditionaliter inſtituti. quod videtur determinare q. gloſ. in l. 2. ſ. ſi pars hæred. peta. de qua per Bart. j. de lega. j. l. ſi coniunctim. & etiam habetur j. ad Trebellia. l. j. in §. ſed &
9 quoties. Nota in §. ſi fundum. † quòd idem eſt iudicium de acceſſorio dotis, quod eſt de ipſa dote. & ita ſemper allegatur. No-
10 ta ex eodem ſecundo, † quòd actio dotis ita competit ad recuperationem fructuum dotalium, ſicut ad ipſam dotem. Nota
11 ex eodem, quòd recipiens † ſimpliciter partem ſibi debiti, non videtur remittere ipſius debiti reſiduum. quod eſt notandum ad ea quæ habentur in l. ſi quidem. C. de tranſac. & per Bart. in l. ſi cum dos. j. rerum amo. Nota ex eodem, quòd cum acceſſio-
12 nes † rei principalis petitæ peti poſſint iure actio. peti poterunt etiam peracto iudicio ſuper petitione rei principalis, ſecus autem ſi peti poſſent ſolum iudicis officio mercenario, quoniam tunc lite terminata ſuper principali, eorum petitio denegatur. C. depoſiti. l. 4. j. de excep. rei iudi. l. ſi in iudicio. C. de fruc. & litis
13 expen. l. terminato. Nota in §. ſi voluntate. quòd † in iudicio dotis, etiam cum illud inſtituitur, per patrem mulieris lis conteſtatur, & ſic apparet, quod eſt iudicium ordinariũ, de quo dic, vt plene dixi in l. ſi conſtante. ſ. eodem. Nota in l. ſi prætor. ſecũ-
14 dum do. Bal. † quòd tanta & talis obligatio eſt in termino referente, quanta & qualis in termino, ad quem ſit relatio. Nota ſe-
15 cundo † ſecundum eundem alium modum allegandi, quòd termini referẽtis, & ad quem ſit relatio, par eſt veritas & poteſtas. Ad idem j. de hæredi. inſti. l. inſtitutio talis. j. de cõdi. & demon.
16 l. ſi ita ſcripſero. No. tertio alium allegandi † modum, quòd ea qualitas intelligitur eſſe in relatiuo, quæ eſt in eius antecedenti. Ad idem j. de hæredib. inſtitu. l. Iulianus quoque. in princi. & quod ibi no. In tex. l. ſi marito. in prin. ibi, pars aliqua bonorum
17 eius publicetur &c. † ſic ergo eſt hic expreſſum, quòd bona non intelliguntur ære alieno deducto, vt patet, quia in fiſcum ſucceſſorem bonorũ onus æris alieni ſoluendi transfertur, nõ autem ab eo deducitur. Pro cuius plena declaratione dic, ꝙ interdum verbum, bonorum, profertur à lege inanimata, & tunc aut profertur per modum cauſandi alterius ſucceſſionem in illis, & intelliguntur ære alieno non deducto, j. de bon. poſ. l. j. & 2. tit. generali. Aut proferuntur alia in materia, & tunc intelligunĩ ære alieno deducto, vt l. ſubſignatum. §. bona. j. de verb. ſign. & hoc ex eius vocabuli propria ſignificatione. Dicũtur. n. bona a beando, quia beatos homines faciunt, vt l. bonorum. de ver. ſigni. vnde dicit Iuriſconſultus ea bona non poſſe proprie dici, quæ magis incommodum, quàm commodum habent. eo. titu. l. proprie. interdum vero proferuntur a lege animata, & tunc intelliguntur ære alieno non deducto, vt eo. tit. l. Princeps bona. interdum proferunĩ à ꝯhentibus, & tunc intelligitur ære alieno deducto. ſ. de iure do. l. mulier bona. C. de pact. l. 2. C. de hære. vel act. ven. l. 2. Fallit fauore fiſci, vt j. de iu. fiſ. l. eum qui. C. de hære. vel act. ven. l. j. Interdũ proferĩ a teſtatore, & tũc aut proferĩ ſub nomine vniuerſalitatis, & intelligitur ære alieno non deducto, vt l. cogi. iuncta glo. præcedenti & fi. ſeq. & l. ſi legatus. §. ſi quis bona. j. ad Trebel. & l. quoties. §. fi. ſ. de vſufruc. leg. Aut profertur per modum quotæ, & tunc intelligitur ære alieno deducto. j. de leg. 2. l. ſi quis ſeruum. §. fi. cum l. ſeq. j. de vſufru. leg. l. multum intereſt. & l. generali. §. fi. &c. Et ex hic deciditur quæſtio,
18 † an monaſterium ſeu eccleſia, cui quis offert bona ſua, teneaĩ ad debita ante oblationem contracta per offerẽtem, & ſic intelligitur oblatio facta ære alieno non deducto, an verò ꝯ? Iſta quæſtio non reperitur tacta, niſi apud glo. cõiter tamẽ reprobatam, vt ibi no. in l. ſi peculium. §. ſed & ſi dominus. j. de peti. hæredi. tamen effectualiter cõcludendo dico, ꝙ aut quis offert ſe eccleſiæ ſæculari ſimpliciter, & tunc nõ perdat bona, nec ſit aſtrictus ad caſtitatem, vt no. glo. 27. q. j. vt lex continentiæ. non eſt dubiũ locum, cui facta eſt oblatio, debitoribus non teneri. Aut offert ſe quis, & ſua bona præſentia, & futura, & tũc ſiue velimus hũc æquiparare monacho, prout æquiparat tex. in c. non dubium. de paroch. & c. de tenore. de ſenten. excommu. & quod de his no. in c. vt priuilegia. de priuileg. & in clem. j. ad fi. de deci. Siue velimus æquiparare arrogato vel capite minuto, dicendum eſt locum, cui facta eſt oblatio, poſſe cõueniri. Quod enim monaſterium cõueniri poſſit ad ſolutionem debitorum monachi ante ingreſſum cõtractorum, cõcluditur per Inno. & alios de proba. c. in præſentia. & Spec. in tit. de ſta. mo. §. qualiter. ver. ſi autẽ ꝯxit, & glo. & alios in auth. ingreſſi. de ſacroſan. eccle. & in auth. cauſa. C. de epiſ. & cle. Item & ꝙ arrogato nomine arrogati pro debitis ante ꝯctis ꝯueniri poſſit, & ſi defendere voluerit, miſſionẽ in poſſeſſionẽ bonorũ, quæ ex arrogatione habuerit patiaĩ, patet Inſtitu. de acquiſi. per arroga. §. vlti. ſ. de capi. di. l. tutelas. §. ſi libertatis. & no. eod. titu. l. 2. ſ. de adoptio. l. onera. ſ. de pecu. §. in arrogationem. Aut ſe & ſua ſimpliciter, & tunc videtur offerre illa, quæ habet tunc temporis, nec per hoc intelligitur vouere paupertatem, vel bonis in futurũ quærendis renũciare, vnde & matrimonium cõtrahere poteſt & bonis vti poſtea quæſitis, vt no. Archid. in d. c. vt lex. & do. Anto. in d. c. in præſentia. In illa enim ſimplici oblatione bona futura non veniunt, arg. j. de auro & arg. leg. l. ſi ita. ſ. man. l. ſi tibi mandauero. §. is cuius bona. C. quæ res pig. oblig. poſ. in cle. fi. in glo. ordi. vnde tunc ipſe oblatus per creditores cõueniri debet, q̃ñ perſonalis actio res
oblatas,

oblatas, vel earum ſucceſſorem nō ſequitur.j. ad Trebel.l.j.§.ſi
is.C.de dona.l.alieni æris.C.de here.act.l.creditores.ſ.de iudi.l.
ſi fideicōmiſſum. §.tractatum. Sinautem quis ſe offert eccleſiæ
regulari capaci acquiſitionis bonorum, ſe & ſua ſimpliciter, ēt
videtur vouere paupertatem pro oī tempore,& ēt caſtitatem,
quia ſic eſt de natura ipſius religionis. Cum in dubio verba of-
ferentis ꝯuenire cenſentur, vt no.gl.in d.c.vt lex.arg.l & ſi ſuſce
perit.§ ſi libertis.ſ.de iudi.j.de iniuſto teſt.l.ſi quis exhæredato.
§.ſi quis.j.de teſta.mili.l.ex militari.de maio.& obe.c. ſolitæ.&
in c.ei cui.de præb.in 6.& ideo tali caſu locus, cui fit oblatio, cre
ditorib.oblati tenebitur, per ea quæ ſ.dixi, in eo qui offert ſe &
ſua præſentia & futura eccleſię ſęculari, Aut offert quis ſe eccle
ſiæ regulari ſimpliciter, de cuius religionis natura eſt non habe
re proprium in particulari, ſed ſic in cōi,& tunc ēt bona obtuliſ
ſe cenſebit, vt intentio offerētis ꝯueniat naturæ religionis, cui ſe
offert. Hæc enim eſt doctrina Innoc.de dona.c.paſtoralis. Quod
quidē in donatione ſimplici veniat, ꝯiecturat ex perſona donan
tis,& eius cui fit donatio. Et ideo tali caſu locus religionis tene-
bit, per ea quæ ſ.dixi in ſe offerente, cum præſentibus & futuris
eccleſiæ ſæculari. Aut ſe offert quis religioni, cui habere non li-
cet propriū nec in particulari, nec in cōi, & tunc ex quo illa eſt
natura religionis, cenſetur oblatus bona non obtuliſſe, arg d.§.
ſi libertis.& d.l.plenſi.§.equitij.ſ.de vſu & habita. ꝙ no. Innoc.
in d.c.paſtoralis. & ideo religioſus locus nō erit aſtrictus. & per
hoc reducta eſt ad cōplementum hæc materia. Quod ho.quia
19 quotidiana & in ea ſæpe conſului. In tex.eiuſdem † ibi, fiſcus cre
ditorib. eius ſatisfacere &c.fiſcus ergo, cui applicantur bona ex
delicto, tenetur ſatisfacere pro rata bonorum, quæ ſibi applicā-
tur delinquentis debitorib. Ad idem ſ.eo.l.ſi maritus.C.ad leg.
Iul.de vi.l.2.C.de fideiuſſo.l.j.& l.ſnīa.j.in eo.tit.l.inter eos.§.fi.
& l.ſi debitori deportato.j.de duo.re.l.vlti.cum ſimi. Cuius gra
tia videnda ſunt aliqua per Docto. partim nihil, partim male
20 declarata. Primum eſt, an obligatio actiua † & paſſiua tranſeat
in fiſcum capientem bona ex delicto. Secūdum, an in eundem
tranſeat obligatio actiua cōditionalis. Tertium, an in eundem
tranſeat obligatio patris paſſiua. Quartum, an in eundem tran-
ſeat obligatio paſſiua conditionalis. Quintum, an in eundem
tranſeat ius legati vel fideicommiſſi cōditionalis. Vltimo, an ip-
ſe ad onera legatorum & fideicōmiſſorum ſoluenda teneatur,
cum hæreditatem capit, tanq̃ bona vacantia, vel ex cauſa cadu-
ci, hoc eſt, quia nemo inſtitutus vel ꝯiunctus illā vult adire. Cir-
21 ca primū breuiter dic, ꝙ ſic, quia caſus eſt expreſſus ſ.eo.l.ſi cō
22 ſtante.§.fi. Circa ſecundum ſimiliter dicas, † ꝙ ſic. Caſus eſt no-
tabilis in l.inter ſocerum.§.fi.de pac.do.& ſic no. ꝙ queādmo-
dum ius conditionale deſcendens ex contractu trāſmittitur in
hæredem ꝯhentis decedentis pendente conditione, vt Inſtit.de
verb.obli.§.ex conditionali.& l.ſi decem cum petiero.cum ibi
no.plene.de verb.obli.ita ēt tranſmittitur & in fiſcum.quod eſt
23 notabile. Circa † tertium dic ſimiliter, ꝙ ſic, vt caſus eſt hic cum
alijs ſ.alleg.& in d.l.non poſſunt.& l.res quæ. ver.res autem.de
24 iure fiſci. Circa quartū longa eſt † dubitatio, & eius deciſio pen
det ab intellectu l.quoties.§.fi.j.de noua. Cuius §.duplex eſt in-
tellectus. Primus, ꝙ ibi ideo obligatio ꝯdōnalis paſſiua nō affi-
cit fiſcū, quia ꝯdō ſibi adiecta extitit ante bona delinquētis per
fiſcum agnita, & ſic non erat perſona, quæ poſſet ex obligatio-
ne conditione euentente obligari. Non enim delinquens, quia
erat deportatus, qui quidem pro mortuo habetur, vt l.j. ad fi.j.
de contratab.l.actione.§.publicatione.ſ.pro ſocio. Item non fi-
ſcus, quia nondum bona comprehenderat, quia dies obligatio-
nis ceſſit inutiliter, arg.j.de ſtip.ſer.l.vſusfructus. Succedit enim
notabilis regula l.poſtq̃.j.vt leg.nomine caue.dicens, ꝙ ſi cōdi-
tio ſtipulationis exiſtat tempore, quo non eſt perſona principa-
lis vere vel interpretatiue, ſtipulatio illa non ꝯmittitur. Secus ſi
extitiſſet ꝯdō bonis per fiſcum agnitis. Nō enim debet ex perſo-
na ſucceſſoris fiſci mutari natura obligationis in eo, qđ eſt ante
geſtum.j.de iure fiſci.l.fiſcus.ſ.de vſu.l.cum quidam.§.fiſcus.j.
de ꝯdi.& demon.l.cui fundus.j.de verb.obli.l.2.§.ex his.cum ſi.
Sed natura obligationis ꝯdōnalis eſt, vt trāſeat in hæredem tan-
q̃ repræſentantem perſonam defuncti, adeo vt impleta ꝯdōne
cōmittatur obligatio, vt l.2.C.de pact.inter emptorem.& l.no-
uatio.j.de noua. Igit̄ ita dicendū & in fiſco, qui tenet vicem hæ-
redis, vt in d.l.inter eos.§.fi. Et hunc intellectum ita per me ſor
tificatum ſequebatur Ray.de Forli. Secundus intellectus eſt, ꝙ
ſiue ſint agnita bona per fiſcum, ſiue non, cōditionalis obliga-
tio paſſiua non trāsfertur in ipſum, & hunc intellectum ſequit̄
Bar. ſimpliciter ita intelligens d.§.fi. Et huius intellectus ea po-
teſt eſſe ratio, licèt aliter non declaret, quia non debet quid in-
cipere eo caſu, vel tempore, quo debet finē aſſumere.ſ. de vſu-
fru.l.Titio cum morietur.j.de vſufru.leg.l.vſumfructum cum
moriar.& in obligatione probatur ſ.de iu.do.l.Iulia. Sed ſi tem
pore deportationis dies obligationis cępiſſet, obligatio ipſa fuiſ
ſet extincta in perſona deportati, quoniam per deportationem
obligatio in eius perſona extinguitur, vt d l.ſi debitori deporta-
to.& d.l.fi.de duo.re.& l.tutelas.§.fi.de capi.di. Ergo eo tempo-
re nō debet in eius perſona initium accipere, adeo vt ab eadem
transferatur in fiſcum. Tertius intellectus fuit Bal. in l.fi. C. de
contrahen.emp.dicentis, ꝙ aut eſt obligatio conditionalis con-
ditione poteſtatiua, & indiſtincte non transfertur in fiſcum du-
plici ratione. Prima hęc conditio exiſtens non fingit retro, adeo
vt videatur extitiſſe eo tempore, quo obligatio fuit contracta, &
ſic tanq̃ obligatio purificata ſit ante confiſcationem, in fiſcum
transferatur, vt l.potior. & l.qui balneum.ſ.qui poti. in pig.ha.
Secunda, quia ſecundum hoc eſſet in poteſtate conditionē im-
ponens poſt confiſcationem in fiſcum factam, fiſci cōditionem
facere deteriorem, quia eū noua obligatione grauaret, ꝯ regu-
lam l.non debet alteri.de reg.iu.cum ſi.& ita loquitur tex. §.fi.
ſm eum. Aut loquimur in obligatione condōnali, condōne ca
ſuali, & tunc illa transfertur in fiſcum, eo quia illa exiſtēs retro
trahitur, & habetur pro ſpecificata ante ꝯfiſcationem ipſa obli-
gatio, vt d.l.potior.& d.l.qui balneum. Et pro hoc vr̄ caſus in l.
Statius Florus.§. Cornelio Felici. j. de iure fiſci. Et ſi dicas qūo
cedit dies obligationis non ſubſiſtente perſona, quæ valeat obli
gari: reſpondet ipſe, ſuccedit defuncto debitore ſine hærede, vt
l.Stichum.ver.ſane.j.de ſolu.& l.j.§.idem Pompo.ver.plane.ſ.
depoſiti.& l.ſi ſine.j.de admi.tut. Nec ob.d.l.poſtq̃.& ibi loqui-
tur in ſeruo hoſtium, in quem nō cadit obligatio, quia interim
nulla bona hēt, nec ipſe, nec eius noīe alter, vt j.de vulg. & pup.
l.lex Cornelia. quapropter corpus bonorum eſt interim ſine iu-
ris intellectu, ſecus in bonis cōfiſcatis. Licèt enim fiſcus non ſit
proprie hæres, eſt tn̄ iuris ſucceſſor, vt d.l.2.C. ad leg.Iul.de vi.
Ego teneo pro veriſſimo intellectū Rayn. quem probo primo,
quia ſicut in fiſcum tranſit obligatio conditionalis actiua quo
ad ꝯmodum, vt eſt expreſſum in d.l.inter ſocerū.§.fi.ita ēt quo
ad incōmodum tranſeat obligatio cōditionalis paſſiua, vt ſicut
æquiparat̄ hęredi vero quo ad tranſlationem actiue, ita & quo
ad tranſlationem paſſiue. Secundo, quia video in patrem, qui
ab inteſtato iure Digeſto.caſtrenſe peculiū filij non capit vt hæ
res, ſed vt vniuerſalis ſucceſſor iure peculij.l.2.j.de caſtren.pec.
Tertio video hoc eſſe in arrogatore, in quem bona viuentis ar-
rogati transferuntur, vt in ſucceſſorem vniuerſalem, non vt hæ
redem, qm̄ & in eum transfertur ꝯditionalis obligatio paſſiua,
vt probat generalitas l. onera.ſ.de adopti.& l.ſed & ſi quis.§.ſi
25 operas.ſ.de vſufru.& hæc de hoc ſufficiant. Quo † ad quintum
quicquid dixit glo.in l.non ad ea.j.de cōdi.& demon.dic, ꝙ aut
quæritur, an tranſeat ius legati vel fideicom.conditionalis paſ-
ſiue, & tunc dicendum, ꝙ ſic. Caſus eſt in d.§.Cornelio Fælici.
Aut quæritur ius legati ꝯdōnalis actiue, & tunc aut eſt ꝯdōnalē
ꝯdōne diſſimili, & certum eſt, ꝙ non. Caſus eſt ſingularis in l.in
tercidit.in 2.reſponſo, de condi. & demon. Aut eſt conditiona-
le conditione caſuali, & certum eſt ꝙ non. Caſus eſt ſingularis
in l.intercidit. in rn̄ſo 2 de ꝯdi.& demon. Aut eſt ꝯdōnale ꝯdō-
ne poteſtatiua, & tunc tranſit. Caſus eſt ſingularis ſm verum in-
tellectum glo.in l.in facto §.fiſcus.de cōdi.& demon. Onus au-
tem ſolutionis legatorum, vel fideicommiſſorum pure, non eſt
dubium transferri, vt l.cū & fiſco.j.ad Silla.l.2.j. de alimen.leg.
& l.2.j.ſi quis aliquem teſtari prohib.& l.ſi ſeruus plurium.§.ſi
quis ante.j.de leg.j.& hoc niſi teſtm̄ dicatur irritum propter dā
natam memoriam teſtatoris, qm̄ tunc onus irritorum legatorū
non transfertur in eum.j.de leg.2.l.cum filius.§.fi. Quo ad vlti
26 mum, licèt † magna videatur dubitatio, tamen firmiter teneo
fiſcum ad onus ex teſtō dependentium aſtringi, cum ipſe hęre
ditatem capit ex cauſa caduci, hoc eſt, tanq̃ bona vacantia, quia
per omnes ſuccedere potentes repudiata. Et quidē de hoc vide
tur mihi primo caſus apertus in Auth.de hæred.& Falci.in §.ſi
quis autem non implens.ver.ſi vero inſtitutio.ibi, dum dicit, &
qui extra ſunt, & fiſcus, ſm a nobis datam obſeruationē ea quæ
auferunt, capiēt &c.vbi patet, ꝙ cum fiſcus capit hæreditatem,
eo quia nullus adire potentium adire vult, capit ſm obſeruatio
nem a lege datam. Quæ obſeruatio in illo §.ponitur.ſ.vt capiēs
impleat per omnia teſtatoris volūtatem. Et ꝙ ille tex.loquatur
hæreditate teſtatoris deſtituta aditione, & ſic cum fiſcus illam
capit vt bona vacantia, patet in eo.§.ibi, dum dicit, ſi vero nullus
horum, de quib. in teſtō memoria facta eſt, adire voluerit &c.
Secundo pro eadem concluſione videtur caſus ſecūdum intel-
lectum verum glo.in l.vnica. ver.tantum enim.C.de cadu.tol.
dum ſic dicit, tantum enim nobis clementiæ ſupereſt, ꝙ ſcien-
tes fiſcum vltimum ad caducorum vendicationem vocari, nec
illi pepercimus, nec Auguſtum priuilegium damus &c. In hoc
enim Imperator non pepercit tunc fiſco, quia vult eum tunc,
cum vocatur ad hęreditatem caducam, teneri ad onus aliquod
implendi volūtatem teſtatoris, prout tenetur quilibet alius pri
uatus, ad quem eadem venirent, vt in eadē l.§.pro ſecundo. Eſt
enim iuſtum, vt prædicta verba, nec ei pepercimus &c. intelli-
gantur ſecundum materiam legis, in qua ſunt ſituata, quæ eſt,

an

an tranſlatio caducorum fiat cum ſuo onere, vt d.§. pro ſecun-
do. Tertio videtur caſus in l.dicitur.ĵ. de iure fiſ. ibi dũ dicit, ex
quibuſlibet cauſis fiſco vendicatis hæreditatib. & libertates &
legata maneant. cum ergo illa verba ſint vniuerſalia, ꝯñs eſt vt
includant caſum, cum ad fiſcum hæreditas deuoluitur tanq̃ va
cãs. Quarto vr̃ caſus in l.quidam teſtõ.§.quoties.de leg.j. intel-
ligendo, ꝙ lex Iulia, de qua ibi facit mentionem, dicit bonorum
caducorum fiſcum eſſe ſucceſſorem vltimum, attento, ꝙ ibi lo-
quitur de bonis vacantibus, & hæc vacãtia ſunt, & etiã attento,
ꝙ non declarat, de qua l. Iulia loquatur. Qinto pro eodem videt̃
caſus apertus in l.proxi. ſm verum intellectum. ĵ. de his quæ in
teſtamento delen. Ibi enim dicit tex. bona teſtatoris caduca, eo
quia teſtator in inſtitutione abſtulerat facultatem adeũdi, cum
eorum nomina ex teſtamento cancellaſſet, & etiã quia venien-
tes ab inteſtato non adibant, transferri in fiſcum cum onere le-
gatorum. Sexto vr̃ tex. in l.Marcellus.§.fi.ĵ.ad Treb. ibi dum di-
cit, vel ex alia cauſa hæreditas fiſco vendicata eſt, æquè ꝯñs eſt
cõmodum ad fiſcum pertinere, dodrans verò fideicõmiſ. reſti-
tuere &c. & ſic cum illa verba ex alia cauſa, quodãmodo gene-
ralia ſint compræhendunt etiam caſum, cum fiſco deferuntur,
vt vacantia, quia qui omne dicit, nihil excludit &c. Vltimo vide
tur pro eodem tex. in l.recuſare.§.ſi fiſco. in eo. tit. dum dicit, ſi
fiſco vacantia bona deferuntur, nec illa velit agnoſcere, & fidei-
cõmiſſa reſtituere, æquiſſimum erit, quaſi vẽdicauerit, ſic fiſcũ
reſtitutionẽ facere, ſ. quaſi fiſcus eorum dñs & poſſeſſor factus
fuerit, pro ipſorum appręhẽſione tenetur onus fideicommiſſi
ſubire, vel ſi hæres vendicauerit, prout vr̃ habuiſſe in tex. Gloſſa
tor, tũc dic aliter quàm ipſe, ſ. ꝙ iſte tex. vult facere æquiparatio
nem hanc, ꝙ ſicut cum in fiſcum deuoluuntur bona, quæ auſe
runtur ab hærede indigno, eo quia non vindicauit necem teſta
toris, teneatur fiſcus ad onus ſolutionis legatorum perinde, ac
ſi eſſet hęres qui vindicaſſet necem defuncti, vt d.l.cum & fiſco.
ĵ.ad Sillan. ita etiam tenetur ad onus fideicõmiſſorum vel lega-
torum, cum ad eum deuoluunt̃ bona vacãtia. Duo ſolum ſunt
tex. per quos videt̃ poſſe contrariam partem determinari, vnus
in l.4.§.eadem.ĵ.de fideicom.liberta. alius in l. quod diuo Mar-
co. ĵ. de manumiſ. teſta. Et vt ad illos reſpondeas, præmittere
oportet formalia verba tex. quæ ſunt hæc, ſcilicet.§.eadem. Ea-
dem conſtitutio proſpexit, vt ſi fiſcus bona admiſerit, æque li-
bertates competant, ergo ſiue vacent bona fiſco ſpernente, ſiue
agnouerit, ꝯſtitutio locum habet. Cæterum ſi alia ratione agno
uerit, apparet ceſſare debere ꝯſtitutionẽ. Quare & ſi caducis le-
gionis bona delata ſunt, idem erit probandũ. Lex autem, quod
diuo Marco. dicit ſic, ꝙ diuo Marco pro conſeruandis libertati-
bus placuit, locum habet irrito teſtamento facto, ſi bona vendi
ta ſint, alioquin vacantibus bonis fiſco vendicatis non habere lo
cum cõſtitutionem aperte cauetur. vnde, vt hæc iura intelligas,
eſt neceſſe ſcire conſtitutionem dinumerari poſitam in l.2.ĵ.de
fideicõmiſ.lib. volentem fauore conſeruandarum libertatum,
quòd ſi nemo ſit, qui hæreditatem adire velit, teſtatoris hære-
ditas adijci poſſit alteri, qui bonis hæreditarijs appręhẽſis liber-
tatem ſeruis conſtituat, quibus illa per teſtatorem relicta eſt, dũ
modo idonee caueat ſe ſatisfacturum hæreditarijs creditorib.
Nunc ad propoſitum dicta duo iura volunt, quòd vbi fiſco ad-
ijcitur hæreditas ex hac ſpeciali cauſa, vt libertates conſeruen-
tur, ita ſit neceſſe eum idonee creditoribus ſe ſatisfacturum ca-
uere, ſicut quemlibet alium priuatum. Aut vbi ſibi non defer-
tur hęreditas gratia libertatum conſeruandarum ſolummodo,
ſed ex regula iuris cõis, quæ vult ꝙ vnoquoq; repudiante hære-
ditatem fiſco ſit locus appręhendẽdi, ſi ipſe illam capit, tunc nõ
compellatur ipſe ad præſtandam hanc cautionem idoneam. Et
hoc ex regula cõmuni, quæ habet, quòd fiſcus ex hæreditate ca
piens, vel legato non tenetur capere prout alij legatarij, vel hæ-
redes, & ſic ſuo ſpeciali priuilegio ab onere cautionis præſtãdæ
eximitur, vt eſt caſus in l.5.§.item ſciẽdum. ſi cui plus quàm per
legem Falcid. & l.j.§.ſi ad fiſcum.ĵ.vt leg.nomine cauea. Et iſte
eſt verus intellectus illorum iurium, & eſt mirum, quòd Doct.
27 ad eum non perpenderint. Vnus tamen eſt † caſus indubitatus,
in quo fiſcus, cui bona vacantia deſerũtur, tenetur ad onus ſolu
tionis legatorum, ſcilicet cum teſtator ſciens ad eum bona ſua
tanquam vacantia peruentura, in illo onere grauauit eundem.
Caſus notabilis eſt in l.filius.§.qui in teſtamento.de leg.j. & per
28 hęc ad complementum deducta eſt materia. In tex. †§.ſi pater.
ibi, nec intelliguntur dotis eſſe &c. Supple igitur nec actione de
dote ea centum, quæ promiſſa fuerunt, & poſtmodum remiſſa
per quietationem vel pactum de non petendo, poterunt repe-
ti, vnde arguit hic Bal. tex. eſſe hic notabilem, quòd quietatio fa
cta debitori non probat ſolutionem debiti præceſſiſſe, eo quia
potuit illa fieri ex cauſa etiam donationis quod ego non admit
to indiſtincte. Quoniam hic igitur non probatur neceſſario ſo-
lutio, quia fuit facta quietatio inter perſonas coniunctas, inter
quas facilius præſumi poteſt donatio, quàm inter extraneos, vt
l.ſi ſeruus communis.s̃.de donatio.inter virum.l.Campanus.ĵ.
de oper.libe. & l.Procula.s̃.de proba. At cum illa fit inter extra-
neos, præſumit̃ magis facta gratia ſolutionis, quàm facta dona
tionis, quia cũ in ipſa quietatione poſſit capi duplex cauſa, ſci-
licet ſolutionis, & donationis. ergo præſumptio donationis ceſ-
ſat.ĵ.de ſolu.l. ſi cum aurum. Nemo enim præſumitur liberalis
maximè in neceſſitatibus, de probationibus.l.cum de indebito.
ĵ.de adimen.lega.l.rem leg. de renun.c. ſuper hoc. In textu.§.ſi
29 voluntate. ibi, iudicati † actionem filiæ potius &c. & ſic ſenten-
tia ſuper dote pro parte patris prolata, non impedit ius conſoli-
dationis in filia. Et ad hoc eſt iſte tex. notabi. An autem ipſa con
ſolidatio impediatur, ſi ſuperueniens dotem exegerit, caſum ha
beo in fi.l.C.cõmunia vtriuſq; iudi. & dicam.ĵ.e.l.poſt dotem.
In tex.§.ſi fundum. ibi, nihilominus de do. agere poteſt. Et ſic ip
30 ſi † mulieri ſupereſt actio ad acceſſiones dotis repetẽdas, quàm
uis dotis principalis ſolutio iam fuerit facta. Et huius eſt ratio,
quia vt in notabilibus dixi, ipſæ acceſſiones peti poſſunt per viã
actionis, vt hic. Secus autem ſi peti poſſunt ſolum officio iudi-
cis mercenario, quia tũc finito negotio principali, illud in exer-
citiũ petendi deduci nõ poſſet, vt in l. qui per colluſionẽ.§. pre-
tij forte. cum ſimilibus allegatis. s̃.de actio. empti. Fallit tamen
hoc ſecundum Ange. in caſu ſingulari l.ſecundæ, aliàs tertiæ.§.
item Iul.s̃.de eo, quod cer.lo. vbi principali ſtipulatori compe-
tit iudicis officium ad petendum, quod ſua intereſt ſolutionem
eſſe factam adiecto alio loco, quàm in illo, in quo ſecũdum for
mam cõtractus debebat ſolutio facta fuiſſe, cum poſtea eidem
ius petendi intereſſe non competeret, vt l.centum Capuæ. & l.
fi. in eo. tit. Et huius eſt ratio ſecundũ eum, ne debitor cum alie
na iactura locupletetur abſq; facto ipſius principalis creditoris.
Sed certe alia ratio melior eſt, ſcilicet, quia ex facto adiecti non
poteſt deterior effici ꝯditio domini, quia non potuit in eius prę
iudicium mutare locum ad ſolutionem deputatum.ĵ.de verb.
oblig.l.qui Romæ.§. Callimachus. & ibi ſecundum verum in-
tellectum non petitur. (No. quod eſt longior §.qui fit in iure) ta
li caſu principali intereſſe, ſed ipſa quãtitas ſoluta adiecto, non
vt agens quantitatem ſolutam conſequatur, ſed vt intereſſe ſibi
ſoluatur, quod vt dixi, reſultat, ex quo alio loco, quàm conuẽto,
ſolutio facta fuit, & ſic vnum eſt in petitione, aliud in ſolone. Si
mile in l.etiam.ĵ.de ſolu. & l.Iul.§.j.de ver.oblig.cum ſimi. Sed
31 ſuccedit iuxta materiam. †§.dubitatio. nunquid ſicut hic vxori
repetenti, quamuis dote ſoluta, ſupereſt actio ad petendas dotis
acceſſiones, ita & econuerſo marito, quamuis dote ſoluta poſt
morã mulieris ſuperſit actio ad petendas actiones dotis ſibi de-
bitas. Quod quidem tractat do. Bal. in l.fi.§.præterea.C.de iure
do. referens opi. Per. dicẽtis, ꝙ non ea ratione, quia ſublato prin-
cipali iſta incremẽta & acceſſiones peti non pñt, quæ veniunt
officio iudicis, ſuper quo non poteſt fundari iudiciũ, vt d.§.pre-
tij forte. & d.l.ſi iudicio. cum ſimi. Nec obſtat l. ſi dicas, quòd ex
parte mariti iſtæ acceſſiones dotis, quæ ſibi debent̃ propter mo
ram in ſoluenda dote ex parte mulieris commiſſæ, poſſunt pe-
ti condictione ex d.§.j. eo quia cum lex nouam diſpoſitionem
introducit, prout eſt d.§. nec aliter de ſpeciali actione, quo pro
habendo effectu illius diſpoſitionis prouidet, oritur cõdictio ex
l. vt l.vnica.s̃.de condictio.ex l. Quia illa lex fallit, quando lex no
uiter diſponeret circa acceſſoria in caſu noſtro, quoniam tunc
non intelligitur inducere obligationem, & conſequenter nec
condictionem ex l. ſed iudicis officium, vt eſt caſus in l.j. iuncta
dicta l.centum Capuæ. in fi. de eo quod certo loco. Nec etiam
obſtat iſte text. quia hic loquitur in naturalibus acceſſionibus,
vt in fructu & partu, qui ſicut ante matrimonium percepti do-
tem augent, vt l.dotis fructus.§.j.s̃.de iure dotium.l. videamus.
§.an matrimonium.s̃.de vſu.s̃.eo.l.ſi ante nuptias.s̃.de iure do-
tium.l.ſi ſerui. ita & ſi percipiatur poſt, vt hic. Sed certe contra-
ria opinio videtur mihi verior, per textum in d.§. præterea. ibi,
dum dicit, etiam ſi nõ fuerint adhuc res principales traditę. vult
enim quòd poſt moram ex parte vxoris cõmiſſam, poſſint peti
per maritum dotis incrementa, etiam ſi adhuc non fuerint res
principales traditæ, ſcilicet, ipſa dos. Ergo ſequitur, quòd ex illa
dictione, etiã, cuius natura eſt, vt implicet terminos oppoſitos
expreſſis, vt in iuribus vulgaribus, vult Legiſlator quòd poſſint
hæc incrementa peti, quamuis dote tradita. Præterea ratio, qua-
re ex parte vxoris poſſint dotis quantitate ſoluta peti fructus, eſt
duplex. Prima, quia dos eſt quid vniuerſale, vt l.quod dicitur.ĵ.
de impenſis. & in vniuerſalib. fructus petunt̃ iure actionis, non
officio iudicis, vt l.non eſt.C.fam.ercif. & d.l.item veniũt.§.fru-
ctus. Sed ipſa dos ita eſt quid vniuerſale ex parte mariti, prout ex
parte vxoris, vt in d.l.quod dicitur. igitur &c. Secunda ratio põt
eſſe fauor dotis, ſed doti ita fauor præſtat̃, cum per maritum pe
titur, ſicut cum per vxorẽ repetitur, vt eſt expreſſum in l. vnica.
§.2. & plenius de rei vxo. act. igitur. Præterea ſentit Bal. ꝙ d.§.lo-
quatur. ſolum in acceſſionibus ciuilibus, quod nõ eſt verum, vt
in illo tex. expreſſe patet. Quid autẽ in alimentis & vſuris dotis,
an

ān illa poſt dotem ſolutam poſſint peti?dicam in l. inſulam. §.
vſuras.j.eo.In glo.l.ſi marito.ſuper verbo,neceſſe ibi, ipſo autē
32 damnato &c. Quid autē ſit, † ſi fuerit in exilium damnatus, &
graria ſit reuerſus, an reuiuiſcant aduerſus eum priſtinæ actio-
nes?dixit hic Ang. ꝙ non, quia quemadmodū nudus exulauit,
vt l.tutelas.in fi.ſupra de capi.di.ita & nudus reuerſus eſt. Gra-
tia enim reuerſionis non inducit recuperationē bonorū, vt in l.
2.& 3.j.de ſenten.paſſis.& l. 2.C.eo. titu. niſi princeps vſus fue-
rit verbo,reſtituo:quoniā tunc per illud denotatur plena in ius
priſtinum repoſitio, ergo bona recuperat & creditoribus tene-
33 bitur,vt in dictis iuribus,& l.j.C.eo.titu.vnde infert, † quòd La
zarus per reſuſcitationē non recuperauerit bona, cum ex gra-
tia recuperauerit ſolum vitam. De quo tu dic plene per gloſ.&
Doc.ſ.de leg.l.in his.j.de ac.& ob.l.ſeruus effectus.j.de reg.iur.
l.ea quę rato. plene diſputat Ioan. And. in c.fraternitatis.de fri.
in nouella.Et eſt melior glo.iuris 32.q.7. in c.2. vbi ponit,an re-
cuperauerit ordines& vxorem. Pro quorum vltimo habes ca-
ſum in l.cum die.& l.non nuda.j. de captiuis. Tangit autē poſt
34 hoc † incidēter, an reſtitutio deportati ad bona,trahatur ad an-
rea per fiſcum alienata?de quo dic vt plene no.de liberis & po
ſthu l.Gallus.§.& quid ſi tantum.C.de ſenten.paſſ.l. fina.plene
diſputant Iac.de Belui.& Bald.in c. 1.hic finitur lex Conradi.in
vſi.feu.& idem in tit.de pa.Conſtan. 10.col.in glo.ſuper verbo,
priuilegia omnia,& ſuper verbo,in ciuitate.Ponunt Canoniſtę
de reſcriptis.q̄uis.lib.6.vbi eſt tex.optimus.In ea.ibi,in ea parte
35 non tenetur &c.Concludit † ergo glo.deportatum ab obligatio
ne tam ciuili,quam naturali liberari. De quo licèt dubitetur in
l.vbicunque.j.de fideiuſſo.in l.fi.j.de duob.re. nihilominus qđ
hic dicitur,eſt veritas, quia caſus eſt in l. ſi debitori deportato.j.
de fideiuſ.vbi eſt expreſſum, ꝙ ratione debiti anterioris,nō po-
teſt pro deportato intercedere fideiuſſor,quaſi tota obligatio in
fiſcum tranſlata ſit,licèt pro fiſco ſit, vt in dicta l. fi. de duobus
re. ergo ſequitur deportatum non remanſiſſe naturaliter obli-
gatum,quoniam tunc valuiſſet fideiuſſoris interceſſio,vt l.fide
iuſſor obligari.§.fideiuſſor.cum ſimilib.de fideiuſſo. Nec refra-
gatur,ꝙ per deportationem non perduntur ea, quæ iuriſgentiū
ſeu naturalis ſunt,vt l.quidam.j.de pœn. ergo vt naturalis obli-
gatio ſubmouetur in deportato,quia verum eſt, ꝙ nō perdit ea
deportatus in poſterum,vt ibi, & l. ſi tibi mandauero.§.is cuius
bona.ſ.manda. Ea autem quę iuregentium antea quæſiuerat,
bene perdit,vt patet,quia per deportationem perdit ſuarum re
rum dominiū,C.de pœnis.l.deportatorū. Illud autem iuriſgē.
36 † eſt,vt l.ex hoc iure.cum ſimilib.ſ.de iuſti. & iure. Et hoc etiā
placet Bal.in l.tam mandatori.C.de non numera. pecu.In gloſ.
37 in §.ſi pater.ſuper † verbo,cœpit.in princip. &c. Primum intel-
lectum tenet Dy.licèt pro ſecundo faciat l.ſi donaturus.ad fi.ſ.
38 de condictione ob cauſam. In gloſ. §. ſi voluntate. ſuper † ver-
bo,iudicata.ibi,ſecus in iudicio operarum facta condemnatio-
ne &c.Et huius eſt ratio, quia in caſu illo deueniatur ad pecu-
niariam ęſtimationem, quæ eſt tranſmiſſibilis ad hæredem. Et
quia actio ad operas ſolo patrono competit,vnde ad eius hære
dem tranſmittitur facilius, hæc autem actio de dote competit
patri & filiæ,ideo ne filiæ afferatur incommodum,in hęredem
patris non ita tranſmittitur.In ead.ibi,l.ſicut. §.debitori &c.vbi
39 eſt † expreſſum, ꝙ creditor debitori conſentiens, ꝙ pignus ven-
dat,intelligitur conſenſiſſe eius hæredi,ita ergo filia hic conſen
tiens patri,ꝙ ad dotem agat,intelligitur conſenſiſſe ēt patris hę
redi.Sed reſponde,ꝙ ibi ex parte cōſentientis conſenſus fuit vo
luntarius,& ideo ſibi præiudicatur magis.Hic aūt ex parte con-
ſentiētis cōſenſus fuerit neceſſarius,cum teneatur filiafa. regu-
lariter ꝯſentire patri ad dotem agere volenti, & ideo ſibi p̄iudi-
catur minus,arg.ſ.qui ſatiſda. cogan.l. ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſa-
ria.j.de damno infec.l.eum poſtulaſſem.ad fi.In glo.§.ſi fundū.
40 † ſuper verbo,de dote. ibi, licet non ſit dos &c. Et hæc eſt vera
ſm Bar.& bene.Fructus enim ex dote percepti, dos nō ſunt,ſed
dotē augent & efficiunt, vt patet hic in tex.& ſ.eo.l.ſi ante nup-
tias.in fi.j.ea.l.dotalē.ſ.de iure do.l.dotis fructus.§.j.& d.l.videa
mus.§.ante matrimoniū.cum ſimil.Et eſt ſimile in eo,qđ dici-
mus,ꝙ res cōſiſtētes in hæreditate, quamuis ſint corporales,q̄
poſſent palpari,tn̄ faciunt ipſam hæreditatē, quæ conſiderata,
vt ius,eſt quid incorporale,ſ.de peti. hære.l. hæreditas.ſ.de re.
di.l.j.§.incorporales.Inſti.de rebus corpo.§. incorporales. In gl.
41 ſuper † verbo,ancillarū. ibi, partus ancillæ.quamuis contineat̄
appellatione reditus, vt l.Paulus reſpondit.§.j. ſ. de vſur.tn̄ non
ꝯtinetur appellatione fructus, vt l.vetus. ſ. de vſufr.& l.in pecu
dum.Inſti.de re.di.§. in pecudum. & habent Canoniſtæ gloſ.in
c.generali.de elec.lib.6.Hoc tamen ſm fallit primo in bonæ fi-
dei bonorū poſſeſſore, in quo ad vtilem in rem actionem par-
tus ancillæ venit appellatione fructus, ſ. de public. l.ſi ego.§.pa-
ctus. Item fallit ſecundo in hærede, cuius reſpectu ipſe partus
fructus appellatione includitur ad hunc effectum, vt illud ſibi
imputet in quartam,vt j.ad leg. Falcid. l. Paulus reſpondit. §.j.
Fallit tertio & in hærede,cuius ratione fructus appellatione cō
tinetur quo ad hoc;ut illum poſt moram reſtitutionis reſtitue-
re teneatur fideicommiſſario, infra ad Trebellia. l. deducta.§.
hæreditatem.ſecundum verum intellectum. In glo. ſuper ver-
bo,poſt diuortium.ibi, contemplatione tamen mulieris &c. In
dubio autem relictum ſeruo dotali cenſetur relictum contem-
platione mulieris fauore ipſius & dotis,vt no.glo. ſupra de iure
do.l.ſi legato.In glo.l.ſi prior.quæ eſt finalis.ibi,ſolutio,hic pro
miſit prior vir ſecundo per hæc verba &c. Non eſt ergo, quòd
primus vir teneatur ſecundo marito creditori, quatenus facere
poteſt, eo reſpectu, quòd beneficium exceptionis huiuſmodi
contra creditorem extendatur ex natura verborum, & in rela-
tione ad quod,infra de lega. 1.l.Meuio.§.auiæ. ſecundum intel-
lectum verum.& infra de do.præle.l.cum quis.ver.quod ſi ne-
42 ceſſe. Vltimo inquantum ſupra dixi, † actiones eius, cui bona
ſunt confiſcata,in fiſcum transferri paſſiue regulariter. Adde il
lud eſt verum, niſi loquamur de actione ex empto, quoniam il-
la confiſcatione bonorum creditoris emergente re nondum
tradita, non transfertur in fiſcum. Caſus eſt ſecundum vnum
intellectum in l.ſi fundus,quem mihi locaueras. verſi.nam etſi
vendideris.ſupra locati.Sed quia hęc fallentia non habet ratio-
nem, melius eſt dicere, quòd ibi non loquitur de publicatione
generali bonorum, ſed fundi venditi ſpeciali,quem fiſcus ven-
ditori abſtulit,vt in litibus aſſignaret, vt in caſu l. Lucius.ſupra
de euict. Eo enim caſu non transfertur tunc actio in fiſcum,
quia ea tanquam perſonalis non ſequitur ſingularem fundi ſuc
ceſſorem, vt d.l.j.§. ſi hæres. cum ſimilibus alleg.& hunc puto
veriorem intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus reſtituit dotem,etiam fictè numeratam.*
2 *Hæres de iure Digeſto. tenetur ſatisfacere creditoribus hæreditarijs, etiā hæreditate ſoluendo non exiſtente.*
3 *Aditio hæreditatis debitoris facta per creditorem inſtitutum hæredem, habet vim compenſationis.*
4 *Adhibitus per mulierem ad ſtipulandum dotem, quando dicatur adhibitus,vt nudus miniſter,vel animo donandi,nu.5.*
7 *Donatio in caſu dubio,an præſumatur donatio cauſa mortis,& nu.8.et 9.*
10 *Diuturnitas temporis quando inducat præſumptionem donationis, & nume.24.*
11 *Ratio ſanguinis quando inducat præſumptionem donationis.*
12 *Pater ſtipulans filio,quando videatur ſtipulaſſe animo donandi,& nu.13. 15.& 16.& ſeq.& nu.23.& 57.*
14 *Datio inſtrumenti debiti, quod inducat donationem eius, quod in eo continetur.*
18 *Filius,qui ſtipulatur patri,quando cenſeatur animo donandi.*
19 *Mater ſtipulans filio,quando cenſeatur animo donandi.*
20 *Maritus quando ſtipulatur uxori, quando dicatur animo donandi feciſſe, & nu. 58.& ſeq.*
21 *Frater ſtipulans fratri,uel ſorori, quando cenſeatur ſtipulaſſe animo donandi.*
22 *Tutor uel curator,qui ſtipulatur pupillo,uel adulto, quando dicatur hoc feciſſe animo donandi.*
25 *Donatio quòd facilius præſumatur cum eo qui ſtipulatur alij, quando cū diuitijs concurrit nobilitas.*
26 *Donatio quòd præſumatur ratione debitæ renunciationis.*
27 *Actio competens marito ad dotem promiſſam exigendum,an tollatur iure ſolutionis uel confeſſionis,& quòd ob hoc non tenebitur ultra quàm facere poſſit.*
28 *Inuentarium in caſu huius legis per maritum factum,quòd operetur, quòd non teneatur ultra uires hæreditarias iure Codic.inſpecto.*
30 *Conſenſus præſtitus uendenti rem meam ut ſuam,quando mihi præiudicet, & nu.61.*
31 *Conſentiens leganti rem ſuam,an ſibi præiudicet.*
32 *Taciturnitas quando inducat conſenſum,& nume. 34.35.& 36.& ſeq. & nume.40.*
33 *Tacens per contumacem habetur pro confitente,uel negante, prout eſt ſibi magis præiudiciale.*
37 *Compromiſſum factum in præſentem,& tacentem, an uideatur acceptatum,& nu.64.*
38 *Electus in executorem teſtamenti in præſentia,& tacens,an uideatur acceptaſſe.*
39 *Filius illegitimus præſens & tacens,legitimationi de ſe factæ per patrem, an intelligatur conſenſire.*
41 *Taciturnitas an inducat conſenſum illius, cuius conſenſus pro ſolennitate actus requirebatur,& nume.62.& quid in conſenſu tertij, nu. 42. & nu.63.*
43 *Conſentire an uideatur, qui præſens & tacens uidet aliquem mandato carentem pro eo in iudicio comparere.*
44 *Si unus ex pluribus habentibus cauſam communem, alijs intelligentibus, & non contradicentibus conſtituat procuratorem in cauſa nomine omnium,quòd poterit cauſam nomine omnium proſequi.*

45 *Epiſcopus ſolus an poſſit facere conſtitutionem ſuper interdicto.*
Scientia cum patientia illius, qui contradicendo poterat actum impedire, quòd inducat eius ualiditatem, & intellige vt nume. 46. & nume. 65. & 66.
47 *Patiens aliquem intrare ſuam poſſeſſionem, quando dicatur conſentire, & nume. 48.*
49 *Conſentire actui quando dicatur ille, qui illi ſe ſubſcribit ut teſtis.*
50 *Conſenſum præſtare quando dicatur ſigillans ſilenter.*
51 *Taciturnitas an inducat conſenſum quo ad alterius excuſationem, & numero 55.*
52 *Taciturnitas mea quando inducat conſenſum quo ad mei obligationem. Et quid quo ad iuris mei diminutionem. nu. 53. Et itidem quid quo ad factum alterius non reuocandum.*
56 *Reſpondens alteri ex duobus quæſitis, an in eo, in quo tacet, uideatur affirmatiue, uel negatiue reſpondere.*
57 *Donatio an præſumatur inter amicum paternum, & eius filium.*

LEX XXXIIII.

QVæ dotis. Adhibitus ad ſtipulandam partē dotis, animo donādi cenſetur adhibitus, ergo ad eam ſibi reddendam maritus tenetur, cum eſt vxoris hęres, quamuis hæreditas ſoluē-
do non ſit, nec ipſa dos vere numerata fuerit. hoc dicit, ſecun-
dū Bar. vel ſic ſecundū Bal. Maritus vxoris hæres, dotem quam-
uis ſibi non numeratam, eiuſdem dotis ſtipulatori, & donata-
1 rio tenetur reſtituere. hoc dicit. No. primo † maritū teneri ad
reſtitutionē dotis, non ſolum verè numeratæ, ſed fictē. Ad idē
2 C. de dote cau. non numerata. l. j. cum glo. ſua. No. ſecundo † de
iure Digeſtorum hæredem teneri creditoribus hæreditariis de
proprio ſatisfacere, cum ipſa hæreditas ſoluendo nō eſt. Ad idē
3 ꝯ. de acquiren. hæredi. l. more. cum ſimil. No. tertio, ꝙ † aditio
hæreditatis debitoris facta per creditorē inſtitutum, habet vim
compenſationis, & conſequenter inducit confuſionē actionis.
de quo C. de pac. l. debitori. ꝯ. de fideiuſſ. l. ſi debitor creditori. &
l. Neratius. & l. hæres a debitore. ꝯ. de ſolu. l. Stichum. §. aditio. &
plene habetur C. de iure deliber. l. fina. §. & ſi præfatā. ad finem.
4 In glo. j. ibi, † animo donandi. intelligit ergo glo. tex. noſtrū hic
adhibitos fuiſſe ad ſtipulandū dotem quoſdā per mulierē ani-
mo eis donandi. Alias enim in dubio præſumentur adhibiti, vt
vt nudi miniſtri. Bart. vero dicens hanc eſſe diuinationē, diſtin-
guit, ꝙ aut adhibetur quis ad ſtipulandū partem dotis, & tunc
præſumitur adhibitus animo donandi. ex quo non poteſt cade-
re alia coniectura, quàm donationis. Nō enim poteſt dici, ꝙ ad-
hibuerit mulier tertiū ad ſtipulandū dotis partē cauſa honeſta-
tis cōſeruandę, ſ. ne nomē ſuū in inſtrō ꝯſcriberet, & apud cœ-
tum hominū præſens foret, quoniā ſicut remota hac cauſa ho-
neſtatis ſtipulata fuit ſibi vnā partem. ita etiam ſtipulari potuiſ-
ſet per eundem, puta ſi partem aliam non ſtipulando eundem
neminem permittit in diſpoſitione iuris communis, ita & po-
tuiſſet permittere remanere hanc. Et ita eſt caſus in hac l. Aut
adhibetur quis ad ſtipulandum dotem totā in omnem caſum
ſoluti matrimonij, & tunc videatur adhibitus, vt nudus mini-
ſter. Ad hoc ſupra de iure do. l. mulier bona. §. fin. qui alias eſt
tex. ſ. mandati. l. idemq;. §. ſi cui. vet. & Papinianus. de leg. 3. l.
cū quis decedens. §. nupta. Et huius eſt ratio, quia hoc caſu po-
teſt cadere alia præſumptio, quàm donationis, ſcilicet, ea vt ho-
neſtatē in hoc ſeruare voluerit, ꝙ nomen ſuum non aſcribatur
in inſtrumento publico, & vt in conſpectu hominū non inter-
ſit. Plerunque enim honeſtiores non patiuntur nomina ſua in-
ſcribi in inſtrumētis, dicit tex. in l. pupillus. ſ. de autho. tuto. & in
l. optimam. C. de contrahē. & cōmit. Aut adhibitus eſt quis ad
ſtipulādum dotem totam in caſum vnum ſoluti matrimonij,
& tunc præſumatur adhibitus animo donandi. tex. eſt in l. cum
maritus. § fi. ſ. de pac. do. Et huius eſt ratio, quia non poteſt ca-
dere alia coniectura, quàm donationis, per ea quæ dixi in pri-
mo membro diſtinctionis. Quæ quidē diſtinctio, quamuis ſub-
tilis, de iuris mente non videtur procedere. Primo, etenim eius
primo membro refragatur potenter tex. in l. 2. C. de iure do. ibi,
dum dicit. ꝙ mater noſtra donandi animo paſſa eſt portionem
dotis poſt obitum matris filiam ſtipulari. vnde patet, ꝙ ibi aſcē-
dens adhibuit deſcendentē ad ſtipulandam dotis portionem,
& tamen legiſlator ſingulariter notat ipſam deſcendentē adhi-
bitam fuiſſe donandi animo, quaſi velit, ꝙ etiam hoc caſu do-
nandi auctoritas non præſumatur in dubio, per regulam l. cum
de indebito. de probatio. & c. ſuper hoc. Præterea aduertendū,
quia in caſu l. noſtræ ſtipulatus fuit hic tertius partem dotis ſo-
luto matrimonio, & ſic in omnem caſum matrimonij diſſolu-
ti, vt l. ſi quis ſic ſtipuletur. ꝯ. de verbo. obliga. & de uerbo. ſigni.
l. cum quærebatur. ergo in caſu, quo matrimonium ſolueretur
morte viri, muliere ſuperſtite. ſed in hunc caſum nō poteſt hic
tertius cenſeri adhibitus animo donandi ex regula l. j. ꝯ. de do.
præleg. ergo vt res potius valeat, quàm pereat, & vt eadem ſti-
pulatio diuerſo iure non cenſeatur, & vt eadem determinatio
determinet æqualiter præcedentes caſus determinantes, debe-
mus dicere maxime propter fauorem dotis & mulieris, ꝙ cen-
ſeatur adhibitus, vt nudus miniſter, non autē ut donatarius, ſu-
pra de iure dot. l. in ambiguis. cum ſimilib. & ſic remanebit ve-
ra doctrina glo. quam ſequitur hic Bal. & omnes moderni. Se-
cundum membrum ſimiliter videtur dubium iure hodierno
conſiderato, quo matrimonia legitime contracta, & carnali co-
pula conſummata, non poſſunt diſſolui, niſi morte alterius ex
cōiugibus, quoniā eo iure diuortio non eſt locus, vt l. diuortio.
in glo. ſupra de neg. geſt. Merito igitur, ſi quis adhibitus ſtipule-
tur dotem in omnem caſum ſoluti matrimonij, non obſtante
generalitate ſermonis, cenſetur ſolum ſtipulatus in omnem ca-
ſum, ſcilicet quo matrimonium mulieris morte ſoluatur. Al-
ter enim ſcilicet, ꝙ ſoluatur morte viri, non videtur ſtipulatio-
ne includi, per caſum expreſſum in l. 2. C. de pac. do. & ſic nō vi-
detur debere adhiberi diſtinctionem, an ſtipuletur quis in om-
nem caſum, an in vnum caſum. Quia poſito, ꝙ in omnē, videt
ſtipulatus in vnum, per d. l. 2. Et ideo in his ambobus ſuccedit
generaliter doctrina, ꝙ videatur ſtipulator adhibitus in dubio,
vt procura. per tex. dicti ver. & Papinianus. & d. l. mulier. §. fi. &
5 dicti §. nupta. Tertium membrū videtur ſimiliter † falſum per
tex. expreſſum ſecūdū lec. Dy. quæ cōmuniter tenetur in l. poſt
dotem. ꝯ. e. Ibi enim deſcendens adhibuit aſcendentē ad ſtipu-
landū dotem in vnum caſum ſoluti matrimonii, ſcilicet per di-
uortium, tn̄ non cenſetur adhibitus animo donandi, ſed tanq̄
miniſter ſm lec. illam. Nō ob. tex. in d. l. cum maritus. §. fi. quia
q̄uis do. Bal. & Modernio. ſequātur quo ad illum tex. intellectū
glo. dicentis, ꝙ ibi expreſſum apparet de animo donandi, tamē
ego puto, ꝙ ratione coniunctionis, quæ ibi aderat inter mulie-
rem & ſtipulatorē, ibi præſumatur donatio reſpectu capitus pri-
mi, ſcilicet, dum mulier pacta fuit ſoluto m̄rimonio morte ſui,
dotem reddi fratri, ar. ſ. depoſiti. l. Publia. & l. donationes in con-
cubinā. §. ſpecies. & l. fi. in fi. ꝯ. de donat. Non autem quo ad ca-
put ſm, ſcilicet dum ipſe frater id conuenit per ſtipulationē, ꝙ
ſoror cōuenerat per pactum, nec quidem ipſa ſtipulatio appo-
ſita ad ius fratris fortificādum debet eiuſdem diminutionē in-
ducere. de leg. i. l. legata inutiliter. de verbo. ſignifi. c. tranſmiſſę.
cum ſimil. Et ſic ſtat concluſio, ꝙ adhibitus per mulierē ad ſti-
pulandum, ſiue dotem integrā, ſiue portionē eiuſdē, ſiue in om-
nem caſum matrimonij ſoluti, ſiue in vnū, præſumatur in du-
bio adhibitus, vt nudus miniſter. Fallit, niſi cōcurrant hæc duo,
ſcilicet, ratio ſanguinis, & præcedes conuentio mulieris, in qua
caueatur illud idem, quod in ſtipulatione coniuncti adhibiti, &
poſtmodum tn̄. Quoniam tunc pręſumatur donatio, vt ex cō-
iunctione prima. non habita conſideratione de ſecunda. Et iſte
eſt caſus ſing. in d. l. ſi maritus. §. fi. vnum tamen circa hoc ſub-
dit hic Bar. ex mente Cy. & Petri, ꝙ vbi aſcendens ad ſtipulan-
dum adhiberet deſcendentem ratione ſanguinis, præſumeret
in dubio adhibuiſſe animo donandi, non vt miniſtrum, ar. d. l.
Publia. & d. l. donationes in cōcubinā. §. eiuſmodi. cum ibi no.
Quod quidem etiam videtur fore falſum, ſiue fuerit adhibitus
ad ſtipulandū in vnum caſum, per tex. expreſſum in d. l. 2. C. de
iure do. eo modo, quo ſ. induxi contra primum membrū diſtin-
ctionis Bart. ſiue in omnē caſum, per tex. expreſſum in d. §. nu-
pta. conſiderato vt dixi, ꝙ hodie ſtipulari in omnē caſum, & in-
definite, & in vnū caſum, ſunt paria attento, ꝙ nō niſi in caſum
ſoluti matrimonij morte mulieris p̄t hodie iure valido fieri ſti-
pulatio, per d. l. 2. de pac. do. Nec ob. d. l. Publia. qm̄ illa loquit̄,
quando ipſamet aſcendens deſcēdenti ſtipulatur, vel paciſcitur
in re aſcendentis, vt ab ea adhibitis, eo caſu quo poſſit cadere
alia præſumptio, quàm donationis, ſcilicet honeſtatis conſer-
uandæ, vt ſupra dixi, merito illa ceſſat, ꝯ. de ſolu. l. ſi cum aurum.
6 de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos. In ea. ibi, † de donatione
inter virum. l. ſi ſtipulata. & concor. ſ. ad Velleia. l. ſi ego. in fi. C.
7 de dona. ante nup. l. ſi a ſponſa. In ea. ibi, † in dubio præſumitur
cauſa mortis &c. vult ergo gl. ꝙ donatio in caſu dubij pręſuma-
tur mortis cauſa donatio, in quo quidem glo. loquuntur variè.
Nam in l. fi. C. de don. cau. mor. & l. fi. C. de pac. reliquit hoc ſub
dubio. Sed in l. apud Celſum. §. Iul. ꝯ. de do. excep. & in l. Seia. ꝯ.
de dote præle. diſtinxit, ꝙ aut eſt facta mentio mortis, & præſu-
mitur donatio cauſa mortis, arg. d. l. Seia. de do. præleg. & d. l. 2.
C. de iure do. Aut non eſt facta mentio mortis, & tunc etiam ſi
ſit facta incontinenti tempore mortis, præſumitur donatio in-
ter viuos, per d. l. Seia. in fi. de do. cau. mor. Bar. dicit verum vno
addito, etiam ſi fuit mentio mortis, ſi tamen interuenerint duo
caſus promiſcui, ratione vinculi geminati pręſumetur donatio
inter viuos. dicit huius eſſe caſum in d. l. cum maritus. §. fin. de
pac. do. Ibi enim in conuentione de reddendo dotem fratri, in-
teruenit mentio mortis mulieris, & tamen quia interuenerunt
duo actus obligati, ſcilicet, conuentio mulieris, & ſtipulatio fra-
tris, pręſumitur donatio inter viuos, igit̄ irreuocabilis. Qd̄ qui-
dem

dem non placet hic Modernioribus duplici ratione, vna, quia
cũ ſtipulatio fuerit, qui eſt ſecundus actus, ſic corroboratio con
uentionis primæ mulieris marito non debet operari præſum-
ptionem donationis inter virum, quam non operatur actus pri
mus conuentionis, argu. optimum de præben. clem. j. Secunda,
quia quando cõiunguntur duo, quorum neutrum de per ſe po
ſitum aliquid operatur, ea etiam ſimul iuncta nihil operantur,
vt l. ſpadonem. §. quoniam multa iura. j̃. de excu. tu. Sed in hoc
caſu nullus ex his actibus de per ſe conſideratis attento, quod
& habita eſt mentio mortis, operaretur præſumptam donatio-
nem inter viuos, ergo nec id inducit vterque ſimul iunctus. vn-
8 de tenent indiſtincte opi. tertiam ſupra relatam. Tu autem, † vt
perfectius habeas hanc materiam, pone hæc membra, ſcilicet,
quòd aliquando quamuis etiam fiat mentio mortis, tamen cõ
uenit nullo caſu poſſe donationem reuocari, & tunc illa dona-
tio erit inter viuos, j̃. de donatio. cauſa mortis. l. vbi ita donatur.
Aliquando conuenit, quòd poſſit reuocari indefinite, non ha-
bita mortis mentione, & tunc illa intelligitur donatio inter vi-
uos. & hæc eſt doctrina Iuriſconſulti in l. filiusfam. in verſic. ſi
enim. j̃. de dona. dicentis, quòd quàmuis verbum, donatio, in-
definite prolatum à lege includat genus quodcunque donatio
nis, vt l. alienatum. §. donationis. j̃. de verborum ſignific. tamen
prolatum indefinite ab homine, in dubio includit donationẽ
cauſa mortis. Aliquando cõuenit, quòd poſſit reuocari aliquo
caſu etiam mortis mentione non habita, & tunc aut conuenit,
quòd poſſit reuocari aliquo ex tribus capitibus, ex quibus de iu
re communi reuocatur donatio cauſa mortis, & tunc præſumi
tur donatio cauſa mortis. Caſus eſt in l. Seia. in princi. de dona.
cauſa mortis. Aut conuenit quòd poſſit reuocari altero ex capi
te, præter illa, & tunc cenſebitur donatio inter viuos, per d. l. fi-
lius. ver. ſed enim. Aliquãdo fit donatio ſimpliciter, & tunc aut
fit mẽtio mortis per modum cauſæ finalis, hoc eſt, quaſi mors
inducat ad donationem, & tunc cẽſebitur donatio cauſa mor-
tis. Caſus eſt in dicta l. Seia. de do. præleg. Et in dubio præſumi-
tur, quòd per modum cauſæ finalis ſit mortis mentio facta, vt
ibi, & in dicta l. Seia. in princi. de dona. cauſa mor. Aut eſt facta
mẽtio mortis per modum cuiuſdam dilationis, & tunc erit do-
natio inter viuos. s̃. de condict. indebi. l. nam & ſi cum moriar.
j̃. de bo. autho. iudi. poſ. l. hæreditarium. Inſtitu. de inuti. ſtipu. §.
poſt mortem. C. vt actiones ab hære. l. vnica. & l. ſcrupuloſam.
& l. ſi quis ſpoponderit. C. de cotrahen. & committen. Aut non
eſt facta mentio mortis, & tunc præſumiť donatio inter viuos,
etiam ſi ſit facta imminente tempore mortalis periculi. Caſus
eſt valde notabilis in d. l. Seia. in fi. de dona. cauſa mortis. Fallit,
niſi in infirmitate poſitus, & ſic tempore imminentis periculi,
det quis vni, cum hoc, quòd illud peruenire faciat ad aliũ. Quo-
niam tunc in dubio erit donatio cauſa mortis, & hoc quando il
le alius, ad quem peruenire debet, eſt vxor dantis, quia tunc nõ
magis intereſt donatoris vel donatarij, quòd ſit donatio cauſa
mortis, quàm donatio inter viuos, & econtra, quia omnimodo
donatio eſt inualida. & igitur lex vult illam eſſe inualidam ex ca
pite magis debili. Et de hoc do caſum ſingularem in d. l. apud
Celſum. §. Iul. de doli excep. Qui ex ratione prædicta idem deci
dit, ſi donatio fiat per virum langueſcentem immediate vxori,
quoniam in dubio cẽlebitur cauſa mortis, per illum tex. ad hoc
valde notabilem. vnde regula d. l. Seia. in fi. volens donationem
ſimplicem, quamuis ab infirmo factam, cenſeri inter viuos, fal
lit niſi ſit donatio inter coniuges, per d. §. Iul. quod ſumme no.
Et per hoc habes hunc articulum perfecte expeditum, quẽ tra-
ctant Docto. & Cy. & Bal. in d. l. 2. C. de iure do. & idem Bal. in l.
ſi mortis. & l. in donationibus. C. ad leg. Falci. Illud tamen ſcias,
9 † quòd conuentio dationis bonorum poſt mortem inter com
militones viciſſim collata, vim vltimæ voluntatis in genere ob-
tinere cenſetur, non dona. cauſa mor. licèt inter paganos facta
ſit nulla. C. de pact. l. licet. vbi eſt caſus. In eadem ibi, niſi ratio tẽ
10 poris &c. † concludit ergo glo. per l. Procula. s̃. de proba. ꝙ tem
poris diuturnitas præſumptionem tacitæ donationis inducit.
Quod quidem d. l. non probat, quoniam ibi non ſolum adfuit
temporis diuturnitas, ſed multiplicata calculatio rationis, & ſo
lutio debiti calculationem ſequens. Item & ius ſanguinis, quæ
tria faciunt ibi præſumi inter coniunctos donationem fideicõ-
miſſi, de quo vnquam nec in computo rationum, nec in ſolutio
ne habita fuerat mentio, & ita illam legem declarat glo. ordi. in
l. libertis, quos. §. manumiſſis. j̃. de ali. lega. Quantum tamen ad
decla. glo. videtur, dic, ꝙ aut quęritur, an ſola temporis diuturni
tas ad præſcriptionem non ſufficiens in petẽdo debitum, indu-
cat eius donationem? & tunc dicẽdum, quòd non. Caſus eſt in
d. §. manumiſſis. Fallit in debito ſeu lucro odioſo & pœnali, vt
vſurario, vel dotis, quam vir lucratur propter diſſolutionẽ ma-
trimonij contingẽtem culpa mulieris, vt de primo eſt caſus in
l. cum quidam. §. diuus. s̃. de vſur. de ſecundo in l. cum poſt. in
prin. s̃. de iu. do. Aut an diuturnitas tẽporis coniuncta cum præ
ſtatione ſummæ minoris debita, quàm fuiſſet conuentum, do-
nationem tacitam inducat in ſumma reſidua, & tunc aut eſt de
bitum odioſum, & dicẽdum, ꝙ ſic, vt l. qui ſemiſſes. in ptin. s̃. de
vſu. l. aduerſus. C. eo. tit. aut eſt debitum fauorabile ſeu indiffe-
rens, & tunc dicendum, ꝙ non, vt no. Spe. in tit. de cenſi. §. fi. ad
fi. Quamuis enim receperit minorem, non præſumitur renun-
ciare reſiduo, vt l. ſi marito. §. fi. s̃. eo. & l. ſi quidem. cum ibi no.
C. de tranſa. & quod no. Bar. j̃. re. amo. l. ſi cum dos. Aut an diu-
turnitas tẽporis ꝯiuncta cum patiẽtia vſus, quam ad vtendum
video alium habere in re mea, inducat præſumptionẽ donatio
nis, & dicẽdum, ꝙ nõ, etiam ſi inter patientẽ & vtentẽ ſit cõiun
ctio. Eſt caſus notabilis in l. mortis ſuæ cauſa. in §. fi. s̃. de dona.
inter virum. Et hęc ſufficiant quo ad ſm mẽbrum. In ea. ibi, vel
11 ſanguinis. ibi, &c. † Cõcludit ergo glo. ꝙ ratio ſanguinis inducit
præſumptionẽ donationis, per l. ſi ſeruus cõmunis. s̃. de dona.
inter virum. quam Bart. dicit rectius per Gloſſatorẽ allegati de-
buiſſe, hoc modo ſcilicet, ꝙ inducit cõſenſum corroborantem
donationẽ, quam de re in ea ꝯiunctus facit. Quantum tamẽ ad
dictam glo. pertinet plura vidẽda ſunt. Aut enim quærimus, an
præſumatur donatio inter patrẽ & filium? Et hoc eſt diſtinguen
dum in tria mẽbra. Primum, ꝙ aliquãdo pater pro filio exercet
actum traditiuum, aliquando exercet actum mandatiuum, pu-
ta ꝙ filio mandat, quod ſtipuletur ſuper re ſua, vel ſibi patri de-
bita. Circa primum dic, ꝙ aut pater pro filio ſoluit ex neceſſita-
te ſui obligatione præcedẽte, & tali caſu cẽſetur ſoluere nõ ani-
mo donandi. Quod probatur per caſum ꝯtrarium, quia cum fi-
lius ex neceſſitate obligationis pro patre ſoluit, animo donandi
ſoluere nõ præſumitur. s̃. fami. erciſ. l. hæredes. §. ſi filius. j̃. de fi-
deiuſſo. l. ſi dubiteť. §. filius. s̃. de in rem verſo, l. ſi pro patre. Aut
ſoluit ex voluntate, puta quia neceſſitate obligationis nõ pręce
dente, & tunc eſt diſtinguẽdum ex modo & genere impẽſę, arg.
de dona. inter virum & vxo. l. vtrũ. Si enim ſoluit pro filio in mi
ſeria conſtituto, puta quia captiuo apud hoſtes, cẽſetur ſoluere
aĩo donandi. C. de cap. l. liber captus. Si verò ſoluit extra dictum
caſum, tunc in ſumma modica præſumatur donatio, nõ autem
in magna, arg. d. l. vtrum. Et quod no. gl. in matre ſoluente pro
filio, in l. j. & l. alimenta. C. de nego. geſt. Si enim in matre ibi ſit
hęc diſtinctio, multo magis in patre, in quo cẽſetur adeſſe auari
tia minor, vt in l. ſed ſi ego. & l. ſed ſi ſtipulata. alleg. in glo. & ita
intelligen. ꝙ no. Bart. in l. Stichus. de pecu. leg. j̃. & quod dixi de
patre ſoluẽte cõdemnationẽ pro filio, vide plene in auth. ex te-
ſtamẽto. C. de col. Aliqñ verò pater tradit quid filio, & tunc aut
præceſſit cõtractus aliquis, in quo nomine filij illud eſt ſtipula-
tus, & tunc dicẽdum, ꝙ præſumať donatio, & ideo ſecuta mors
patris, vel filij emancipatio illam confirmat. C. ſi quis alteri vel
ſibi. l. 2. C. de do. l. ſiue emãcipatis. j̃. de dona. l. donationes in cõ-
cubinam. §. pen. C. fami. erciſc. l. filię, cuius ſm intellectum Ri-
char. Mal. & Bart. qui eſt cõis. pro quo facit tex. in l. ſi filij. C. de
dona. inter vi. & in l. cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi. quos
j̃. allegabo. Aliquando pater qui tradit filio, nullo præcedẽte cõ
tractu nomine filij celebrato ſuper eo, ꝙ eſt traditum, & tali ca
ſu voluit Bal. in auth. ex teſtamento, ꝙ pręſumatur nõ donatio,
ſed in peculium conceſſio, per l. 3. C. ne vxor pro mari. quæ ni-
hil facit. vnde verius videtur dicendum ſic, quòd aut id tradit,
ad quod tradendum tenebatur, & tunc non cenſetur hęc in pe
culium conceſſio ex neceſſitate. Hoc primo probat doctrina Iu
riſconſulti in l. peculium naſcitur. s̃. de pecu. volentis id exiſtẽs
penes ſeruum, ad quod tradendum dominus de neceſſitate te-
netur, non cenſeri eſſe peculium. Item nec cenſebitur donatio,
ob regulam cõem, quæ habet in neceſſitatibus neminem libe-
ralem pręſumi, vt j̃. de ali. leg. l. rem legatam. Aut quis tradit, ad
ꝙ tradendũ moueť ex volũtate, & tunc ꝯſiderato numero filio-
rũ aliorũ, & q̃titate, quæ eſt magna ex qualitate patrimonij, cen
ſebiť in peculium ꝯceſſio. Ad hoc tex. j̃. l. peculiũ eſt. s̃. de pecu.
tradens in ſimili id, ꝙ dñs ſeruo tradendum a ſuis rationibus ſe
gregauit, in dubio cẽſeri peculium. Ad idem etiam d. l. vtrum.
de dona. inter vi. quæ probat in quantitate cõiter parua præſu-
mi donationẽ. Et hæc locum obtinent in filio in ptãte. in eman
cipato aũt, cum in eo nõ cadat peculij nomen, vt l. fi. ad fi. C. de
inoffi. teſt. cẽlebiť donatio, vel cõceſſio ad adminiſtrationem &
vſum, ꝯſiderata q̃titate rei traditæ, & paterni patrimonij. ar. d. l.
12 vtrum. Quo ad ſecũdum mẽbrum, qñ exercet pater actum † ſti-
pulatiuum, dixit hic Bart. ꝙ quamuis cum ſtipulatur quis rem
ſuam, vel ſibi debitam extraneo, vt adiecto ad ſolutionem cen-
ſeatur ſtipulatus non animo donandi, vt in l. Iul. §. j. de ver. obli.
& Inſti. de inuti. ſtip. in §. ſi quis alij. Tamẽ cum ſtipulatur ſilio,
cenſetur ſtipulatus animo donandi, vt l. Publia. in prin. s̃. depoſi
ti. & quod habetur in l. eum qui ita. §. qui ſibi. j̃. de verbo. oblig.
& l. donationes in concubinam. §. eiuſmodi. j̃. de dona. Omittit
13 † aũt caſum, quando ſtipulatur vel aliter ꝯhit nomine filij prin-
cipaliter, & in hoc dic, ꝙ aut eſt filius in poteſtate, & tũc cenſeť
ſtipulari tanq̃ ſibi velit in peculium cõcedere, vt l. ſi. j̃. de pecu.

le.& l.j.C.de caſtren.pecu.lib.12. Aut eſt emancipatus ſui iuris,
cum in eum non cadat in peculium conceſſio, vt d.l. fi. C.de in-
offic.teſtamẽ.igitur recurrendum ad l.ad eum.§.alia.j.de dona.
quæ ſecundũ cõmunem intellectũ vult, ꝙ cum aſcendens non
habens deſcendentẽ in poteſtate, illi ſtipulatur illa ſtipulatio-
ne,ex qua ſibi actio quæritur, cẽſetur ſtipulari animo donandi.
Sed certe ſi ad literam ibi, dum dicit, & inſtrumẽta in eius hæ-
reditate reperta ſunt:ſuppleatur,ſcilicet,nepotis,tunc ille intel-
lectus nõ erit verus,quia donatio ibi nõ reſultabit ex ſola auię
ſtipulatione,ſed ex inſtrumẽtorum datione cõtinentium ſtipu-
14 lationẽ per auiam nepoti factam.Datio enim † inſtrumenti in-
ducit donationẽ eius,quod cõtinetur in eodem, vt in l.j. C.de
dona.& l.ſeruũ filij.§.cum qui chirographũ.de leg.1.cum ſimi
lib. vnde reducerẽ me ad præſumendũ donationẽ ex numero
aliorũ filiorum,arg.de leg.3.l.ſi filiæ. & ex quantitate patrimo-
nij,& rei ſtipulatione deductæ,arg.d.l.vtrum.Et notabilius pro
batur in l.quæſitũ.§.ſed ipſe Papinianus. j. de fun. inſtruc.Quo
15 ad membrũ tertiũ,quando † pater exercet in filium actum mã
datiuũ ſtipulationis,dixit Bar.in l.ſi pater.in prin.j.de dona.refe
rendo Iaco.de Are.ꝙ ex numero filiorũ quantitate rei in ſtipu-
lationẽ deductę,& paterni patrimonij pręſumetur donatio,vel
nõ donatio,ar.d.l.vtrum.& d.l.ſi filiæ. licèt quando adhibetur
extraneus ad ſtipulandũ,nunquam in dubio præſumatur dona
tio,vt eſt tex.notabilis in l.ſi mãdato Titij Calphurnius.in prin.
ſ.man. Sed certe ſi conſideretur tex.in d.l.cum quis.§.nupta.&
d.l.2.C.de iure do.quæ loquuntur,quã aſcendens ſexus fœminini
nũ adhibuit deſcẽdentem ad ſtipulandũ: dicemus, ꝙ in dubio
non præſumetur donatio,quia hoc volũt illa iura,niſi dicamus
ꝙ aliud eſt in aſcendentibus ſexus fœminini, quàm maſculini,
ꝓpter minorẽ præſumptionẽ aſcendẽtis auaritiæ, vt d.l.ſi ſtipu-
lata. & d.l. ſi a ſponſo. verius tamẽ puto, ꝙ dicto caſu exiſtente
quantitate paterna, pręſumeretur donatio per dictam legem,
vtrum.Et hæc ſufficiant quo ad pręſumendã,vel non pręſumẽ
dam donationẽ de patre in filium.Quod etiam tetigit Bart.in l.
j.§.nec caſtrenſe.de col.bo.& Bal.in l.cum virum.de fideicom-
16 miſ.Aduerte tamẽ,† quia in caſibus,in quibus ſupra dixi in mẽ
bro illo,quãdo pater in filium exercet actum traditiuũ, vel ſo-
lutiuum, præſumi donationem, illud procedit niſi pater admi-
niſtret bona filij,quia tunc de bonis filij præſumitur ſoluere, vel
de ſuis cenſetur habere animum repetẽdi,vt probatur in l. Ne-
ſennius.ſ.de negotijs geſt.& l.fi.ſ.de peti. hæredi. Quid autem
17 ſi pater filio,†qui ſui iuris efficitur, peculium nõ auferat,quod
ſibi exiſtenti in poteſtate conceſſit,an pręſumatur donatio?dic
ꝙ aut conſequitur libertatẽ ex actu emãcipationis inter viuos,
& tunc ad inſtar ſerui peculium non adempti ſibi donatũ pręſ
ſumetur,C.de pec.eius qui libertatẽ.l.vnica. Aut ꝓſequitur liber-
tatẽ ex obitu prĩs, & tũc nõ pręſumetur donatio,ſed illud nõ
veniret cum alijs fratribus conferendũ, C. fami. erciſcun.l.cer-
18 tum.Eſt ſm membrum † principale, ſcilicet quid ecõtrario de
filio in patrem?& in hoc dic,ꝙ aliqñ filius in patrẽ exercet actũ
mandatiuũ,& tunc donatio non præſumitur, ſed potius cenſe-
tur pater electus tanq̃ merus miniſter,ſeu procurator ad cõtra-
hendũ pro filio.Caſus eſt in d.l.idemque.§.ſi cui. ver. & Pam-
philus.arguendo propter identitatẽ rationis de caſu,cum filius
adhibet matrem, ad caſum cum adhibet patrem.Ad idem d.l.
mulier bona.§.fi.qui aliàs eſt l.incipiens,fingatur de ſuo. Aliqñ
exercet filius in patrem actum ſolutiuũ, & tũc dixit Bar. in l. 2.
j.de dona.ꝙ aut ſoluit ex neceſſitate præcedentis obligationis,
& tunc repetẽdi animus adeſſe præſumitur, vt d.l. ſi pro patre.
& d.l.ſi dubitet.§.filius.& d. l.hæredes. §. ſi filius. Aliqñ ſoluit
ex mera voluntate,& tunc cenſetur adeſſe animus donandi, vt
in l.ſi filius.C.de neg.geſt. Sed in hoc vltimo non bene loquit̃,
quia immo d.l.ſi filius.probat contrariũ, quoniã in prima eius
parte dicit,ꝙ ſi filius donãdi animo pro patre quid ſoluerit, ius
repetitionis non habebit.Poſtmodum in ſecunda particula ſub
dit,ꝙ ſi paternum negotium gerens quid ſoluerit,ius repetitio-
nis ſibi competet per actionem negotiorum geſtorum,& ſic pa
tet,ꝙ in hac ſecunda particula loquitur, quãdo ſoluit ſimplici-
ter animo donandi, vel repetendi non apparenter, & tamen
ſibi conceditur repetendi facultas; quaſi non præſumatur do-
natio: vnde ibi tex. eſt contra eum. Cuius tamen dictum ſal-
uari poteſt eo caſu quo filius foret diues,& quãtitas ſoluta pau-
ca,quoniã tunc in modicis ratione diuitiarum vel opulẽtiæ ſol
uentis,donatio præſumitur,vt d.l.vtrum. & l.omnino.j.de im-
19 penſis.Eſt tertium membrum, † an præſumatur donatio inter
matrem & filium?in hoc dic, ꝙ aliquãdo exercet mater in filiũ
actum ſolutiuũ,& tunc aut circa alimenta ſuæ perſonę in caſu,
quo pater tenetur ipſum alimentare,& tali caſu non præſume-
tur donatio, ſed facultas repetendi aduerſus patrem concede-
tur,vt l.ſi quis a liberis.§.ſi alimenta matri.j. de libe. agno.Aut
ſoluit pro alimentis eo caſu, quo filius ſe alere debet, & tunc
ea alimenta cenſebuntur facta materna pietate atque affectio-
ne domeſtica,& igitur donatio præſumetur,& repetendi facul-
tas denegabitur,C.de nego.geſt.l. alimenta. primo reſpon. Fal-
lit, niſi alimentorum expenſas mater libro ſuarum rationum
ſubſcripſerit,vel ſubſtantiæ filij ſit adminiſtratrix, vt in d.l. Ne-
ſennius.de neg.geſt.Aliquando vero exercet pro filio actum ſo-
lutiuum circa petitionem tutoris filio decernendi, ſeu iam de-
creti, vt ſuſpecti remouendi, & tunc an præſumatur donandi
animus, vel repetendi, dic vt in l.j. C. de nego. geſt. Aliquan-
do exercet actum ſolutiuum circa liberationem filij in miſera
captiuitate conſtituti, & tunc materna pietas eam mouens do-
nationis præſumptionem inducit,vt l. liber captus. C.de capti.
Aliquando exercet actum ſolutiuum pro re alia filij, & tunc in
dubio præſumitur animus repetendi, vt. in d. l. alimenta. in
reſponſo.fi.ſecundũ intellectum verum, niſi aliquid ſupra do-
tem tradat marito pro filia ſua, quoniam tunc præſumetur do
natio, quia ad eam traditionem faciendam, cenſetur eam cõ-
mouiſſe materna pietas eo reſpectu, vt per maritum melius tra
ctetur. Tex.eſt ſingul.infra de donatio. l.donationes in concu-
binam. §. ſpecies. Aliquando vero exercet mater in filium a-
ctum mandatiuum, & tunc donandi animus non præſumitur,
ſed potius vt nudus miniſter ad ſtipulandũ electus cẽſetur,vt d.
l.cũ quis decedẽs.§. nupta. & d.l.2. C. de iu.dot. Aliqñ exercet
eundem actũ ſtipulatiuũ,& tunc recurre ad l.fi.§.auia.j.de do-
na.Cuius intellectũ in primo mẽbro materię.ſ.declaraui.Et ex
his apparet deciſio, quid dici debeat de auia ad nepotem. Eſt
20 quartum membrum † principale, quid pręſumendum ſit in-
ter vxorem & maritum, in quo dic, ꝙ aliquando exercet ma-
ritus in vxorem actum ſtipulatiuum,& tunc aut quamuis ſtipu
latio ſit facta vxori per maritum, tamen traditio rei deuenien-
tis in pactu non ſibi ſed fit,ſed ſtipulatori, & tũc donatio non p̃-
ſumitur, ſed nomen coniugis honoris gratia ſtipulationi, vel
contractui cenſetur inſertum. Aut traditio ſequẽs fit ei, in quẽ
confertur ſtipulatio, & tunc præſumitur donatio, vt hęc probã
tur notabiliter in l.ſi filij. C.de donatio.inter vi.& in l. cum pro
pria. C.ſi quis alteri, vel ſibi, ſecundũ intellectũ cõmunẽ. Ali-
quando exercet alter in alterum actum ſolutiuum, & tunc ex
modo & genere impenſę pręſumetur donatio, vel non dona-
tio, vt in d.l.vtrum. de dona. inter vtrum. & in d.l.omnino. de
impen. Aliquando exercet actum traditiuũ, & tunc aut mari-
tus percepit dotem,& nõ pręſumitur donatio, ſed potius depo
ſitio ſeu adminiſtrationis cõceſſio, vt l.de his. C. de dona.inter
vi.l.ſi ego.§.dot.& l.fi. C.de pac. conuen. Aut non pręceſſit do-
tis titulus, & tunc an pręſumatur donatio, vel in dotem datio,
tangit glo.in d.l.mulier bona.& habetur no.tex.in l.quod autẽ.
in eo.titu.Bar.autem hoc plene tractat in ſolenni diſputatione
ſua incipiente. Mulier quędam habens amplum patrimoniũ,
& poſt eum Bald.in l.nulla. C.de iure do.Ego tractabo in l.j.§.
21 vxor. j. eo. Eſt membrum quintum, † quod pręſumatur inter
fratrem & fratrem, vel fratrem & ſororem, & in hoc dic, ꝙ ali-
quãdo frater in fratrem vel ſororem exercet actum, vt ita dixe-
rim, tractatiuum, puta quia ſciẽs a fratre donari rem cõmunẽ,
tacet,& tunc inducit ipſa taciturnitas pręſumptionẽ conſenſus
cadentis in donationem.Caſus eſt notabilis in l.ſi ſeruus cõmu-
nis.de dona.inter virum. Aliquando alter in alterum exercet a-
ctum expenſiuũ,& tunc dicit tex.in l.ſi negotiũ.C.de nego.geſt.
pręſumi animũ repetendi, ergo cõpetit actio negotiorũ geſto-
rũ.Quod tamẽ procedit,niſi expenſa ſit pauca, ar. dictę l. vtrũ.
& d.l.omnino.Aliquando exercet alter in alterum actum ſtipu
latiuũ,& tunc tex.in l.cum maritus.§.fi.de pac.do.niſi aliter de
ſtruatur,videtur velle pręſumi donationẽ. Sed quia cõmunis
intellectus eſt,ꝙ vbi expreſſe cõſtabat de animo donandi,ideo
forte hoc caſu dicendũ, vt ſ. dixi in primo membro principali,
cum pater exercet actum ſtipulatiuũ in filium emancipatũ.Eſt
22 membrum † vltimum, cũ tutor ſiue curator exercet actum in
perſonã pupilli, & tũc ſemper in dubio vr̃ exercere tutorio no-
mine,& conſequenter animo repetendi, vt l.fi.& l. poſt mor-
tem,§.tutor.j.quãdo ex facto tuto.& qđ habetur in l. vlti.j.ſi qs
caut.Et idem in perſona procuratoris per reſpectum ad domi-
nium,vt in l.qui in proprio.ſ.de procur.& l.etiam.cum ibi ple-
23 ne no.C. manda. Inquantum tamẽ ſ. † dixi patrem cum admi-
niſtrat bona filij, pro filio ſoluentem præſumi ſolueret, vt ad-
miniſtratorem, non vt patrem. Adde, quòd illud fallit in ſolu-
tione dotis & donationis propter nuptias, quoniam earum ſo-
lutionem reſpectu paterni, non autem adminiſtratoris officij,
præſumitur feciſſe,vt l.fi. C.de do.promiſ. & l.cum pater cura-
24 tor.ſ.de iure do. Item dum ſupra dixi, † ꝙ diuturnitas tempo-
ris coniuncta cum ſolutione annuæ ſummę minoris,quàm cõ-
uentæ, non inducit præſumptionem donationis in reſiduo,
quando debitum eſt fauorabile, vel indifferens,allegando Spe-
cu. Adde, ꝙ quamuis idem etiam teneat Specu. in tit. de præ-
ſcrip.§.j.ver.quid ſi cũ deberem.& in tit.de loca.§.nunc aliqua.
verſ.42. Nihilominus & primo videt̃ fuiſſe ſententia gl. ord.in
l.cum

l.cum notiſſimi.§.in his.C.de præſcrip.30.ann.Et probatur hec
opi.ex duobus textibus,ſcilicet ex l.vna eſt via.de ſeruitu.ruſtic.
prædio.& l.qui vſumfruc.habet.ff.quib.mod.vſuſfruc.amit.Fa
cit C.de non numerata pec.l.cum fidem.tractat etiam hoc ple
ne Bar.ff.de aqua plu.arcen.l.ſi prius.in princ.& Canoniſtæ ha
bent videre glo.in c.auditis.de præſcrip.in verbo, ius epiſcopa-
25 le. Vltimo ad prædicta adde, † q ſi cum diuinis cōcurrat nobi-
litas,multo fortius , facilius quàm in alijs præſumitur donatio.
dicit glo.ordi.in l.vxori ſuæ.§.fi.de qua ff.de dona.l. filius.co.ti.
26 cap.1.In eadem ibi, illis † viciſſim factæ donationis . Et ſic con-
cludit glo.q ratione debitæ remunerationis propter obligatio-
nem ad antidora,præſumatur facta donatio. Ad idem j.de fide
iuſſo.l.ſi teſtamento.§.j.de oper.liber.l.Campanus. Fallit tamē
hoc fauore dotis. Poſito enim q mater donauerit dotem filiæ,
non tamen præſumitur donatio remuneratiua,ex eo quod filia
poſtea matrem adhibuerit ad dotem ſtipulādam. Caſus eſt no-
tabilis in d.l.idemque.in §.cui.& d.verſicu. & Papinianus.licèt
fauore mulieris etiam ſi extraneus ſit dotans præſumatur aſſi-
gnatæ dotis facta donatio, vt in l.vnica.§. accedit.C.de rei vxo.
act.In glo.ſuper verbo,compenſando. In princip. &c. Et ſic vult
27 † glo.ex iuribus quæ allegat,q actio competens marito ad dotē
promiſſam exigēdam,ſecuta mariti aditione, tollatur iure ſolu
tionis.Barto.autem dicit hoc rectius dici,illam tolli iure confeſ-
ſionis per l.debitori.C.de pac. In quo non multum inſto , quia
non eſt magna vis,qua ex dictis vijs tollatur , vt patet ex notatis
in l.ſi debitori creditor.ff.de fideiuſſo.Quoniam, & ſi iure fictæ
ſolutionis tollatur,non tamen tenebitur vltra quàm facere po-
tuit,quemadmodum hæc tenentur,ſi ſublata fuiſſet actio ex ſo
lutione vera,vt l.ſi maritus.& l. ſi poſt. in hoc titu.cum ſim.In
28 gl.ſuper verbo, † cæteris.ibi, niſi fecerit inuentarium &c. Et ſic
vult gl. quòd confectio inuentarij in caſu l. noſtræ operetur ma
ritum non teneri vltra vires hęreditarias iure Codicis inſpecto.
Quod non videtur bene dictum, quia illud procedit, vbi mari-
tus conueniretur tanquam hæres,vt dicta l.fi.C.de iure delibe-
ran.hic autem conuenitur ex obligatione propria , ſcilicet, ſti-
pulatione, per quam promiſit dotem extraneo reddere : vnde
non videtur ſibi patrocinari beneficium inuentarij . Sed ſolue,
quod immo patrocinatur, quia hic non conuenitur vir ex obli
gatione ſua , ſed etiam tanquam hæres vxoris,vt patet,quia im
mo etiam ad dotem ſoluendam teneatur, quia hæreditatē vxo
ris adiuit,ex qua aditione fingitur ſibi dos ſoluta. vnde gloſ.iſta
relata ad tex.in hoc eſt ſing.ſecundū Bal.quod quamuis vbi hæ
res conuenitur ex obligatione propria, ſibi non patrocinetur
inuentarium,quominus teneatur inſolidum,tamen patrocina
tur vbi conuenitur ex cauſa mixta,ſcilicet partim reſpectu pro-
priæ obligationis,& partim vt hæres.In gloſ.ſuper verbo,tenea-
29 tur. † ibi,quis inquantum facere poteſt. Quod intellige inſpe-
cta forma verborum ipſius promiſſionis,vt diſtinguit glo.in l.ſi
prætor.ſupra eo. Vlterius extra glo. plura addenda ſunt Bart.in
hac l.aliqua quotidiana ſolenniter declarata.Et primo inquan-
30 tum examinat,an † conſenſus, quem ego præſto vendenti rem
meam vt ſuam, mihi præiudicet. Adde, quod generaliter vide-
tur dici debere,q vbi conſentio vendenti rem meam vt ſuam,
nedum vt mihi præiudicem in facultate retractandæ venditio-
nis,ſed etiam in petitione pretij.Et hoc per tex, in l.codicillis.§.
inſulam.de lega.2.& l.nihil.§.j.ff. de lega.1. quia loquitur,dum
libertus in alienatione rei ſibi per patronum legatæ conſentit
ipſius patroni hæredi,quo caſu ratione perſonæ liberti facilius
præſumitur donatio pretij , tanquam cenſeatur velle remu-
nerare ipſum hæredem ob aſſecutam libertatem , vt in d.l.
Campanus.& d.§.Papinia.Quoniam tex.ille hoc non conſide-
rat,ſed ſolum illud, quod ipſe conſentiens,cum non reſeruaue
rit ſibi ius agendi ad pretium,videtur propter conſenſum inde-
finite præſtitum in eodem ſibi præiudicaſſe, vbi ſi reſeruaſſet,
agere potuiſſet.Et hunc intellectum ſequitur glo. de lega. 1.l.ſi
fundum per fideicommiſſum, & eſt de mente Pet. & Cyn. in l.
mater.In j.qō.C. de rei ven. Cum ex ipſo conſenſu præſtito per
dominum vendenti non poſſit reſultare alia coniectura, quam
donationis,merito præſumetur donatio , vt in d. l. Campanus.
& l.j.ff.de condi.inde.& l.cuius per errorem.de reg. iur. cum ſi-
31 mil.Secundo adde membrum,† quod hic omittit,ſcilicet q de
conſentiente leganti rem ſuam, an conſenſus ipſe ſibi præiudi-
cet,hoc ipſe explicat in l.cum quis decedens.j.de lega.3.in prin
cip. Et breuiter veritas eſt , q ſic, quia legatum donatio quædā
eſt,de leg.2.l.legatum.Sed conſenſus, quem ego præſto donan
ti rem meam, mihi præiudicat, ſiue ſit expreſſus ſiue præſum-
ptus,vt l.in ædibus.§.quod filius.ff. de donat. inter virum,ergo
pariter conſenſus præiudicialis eſt, quem præſto leganti , licèt
ſola præſentia domini,cuius res legatur,præiudicium non affer
ret, vt l. Caius.de pigno.act.de legat.2.l.Titia.§. Lucia. Tertio
32 examinat hic † plene,an taciturnitas cōſenſum inducat.In quo
quidem primo adde generaliter remiſſiones, vbi hæc materia
ponitur,& q Cyn. late tractat ipſam in l.inuitus.C.de procura.
Bald.in d. §. Lucia. & plene in notab. referendo dicta Nico. de
Matth.in l.ſi fine.C.ad Velleia.alii in l.filiusfami.§.inuitus.ff.de
procura.& ipſe Bar.in dicta diſputatione ſua , quæ incipit, Mu-
lier habens amplum patrimonium. gloſ. & Canoniſtæ,de prę-
ſumptio.c.nonne.de ſponſa.c.odit.qui mat accuſa.poſ.c.inſup.
de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu capi.c. cōtinebatur.de
regu.iur.c.qui tacet.& c.is qui tacet.li.6.glo. plena. 27. diſtin.c.
33 1.& 2.q.7.plerique.aliàs,plerunque. † Secundo adde, q inquā
tum concludit tacentem per contumaciam haberi pro confitē
te,vel negante,prout ſibi eſt magis præiudiciale, allegando l.de
ętate.§.qui tacuit.& §. nihil. de interrogat.actio.Adde etiā hoc
probari de confeſſ.c.ſi poſt prętitum. lib.6. & in l.fi.§.ſed quia
quidam.C.de iure deliberan.& dicitur in l. quandiu.la. vltima.
34 j.de acquiren.hæredi.†Item inquantum dicit,q in his, quæ re-
ſpiciunt tacentis vtilitatem,tacens habetur pro cōſentiente, vt
patet in l.ſi remunerandi.§.ſi paſſus.& l.qui patitur. ff. manda.
Adde,q hoc eſt verum nedum ſi apparet vtilitas vera , ſed etiā
prçſumpta; vt patet in l. ſed quę patris.ff.de ſpon.Ibi enim filia
patri non contradicens, cenſetur conſentire . Et ratio eſt,quia
ob paternam affectionem pręſumit lex patrem ea pro filia ge-
rere,quod ad ſui vtilitatem tendat . Pietas enim paterni nomi-
nis plerunque rectum conſilium pro liberis capit, j. de adult.l.
35 nec in ea. Item adde,†quod hoc fallit,niſi tacens ſaltē ſignis ſeu
geſtibus demonſtret contradictionem,quia tunc geſtus corpo-
rei conſenſui contrarij excludunt conſenſus pręſumptionem.
glo.eſt ſingularis.74.diſtin.ca. 1.& vera. Vt enim facto ſic geſtu
datur voluntas intelligi conſenſum indicans, C. de inſtitu.l.re-
pręhendenda.C.de ędilitio edicto.l. ſi tamen. §. et qui. 32. quę-
ſtio. 5.nec ſolo, puta ſi quis annuat capite aut humeris , vt no.
glo.ff.de pac.l.item quia.& l.j.§.ſi quis ita.de verbo.oblig.Ita &
econtra corporei geſtus vel apparentia ſigna contradictioni cō
formes,excludunt pręſumptionē conſenſus . & hoc no. Quar-
36 to inquantum dicit, q tacens † non habetur pro conſentiente,
dum tractatur de pręiudicio ſui circa ius perſonę,vt puta de one-
re procuratoris in ſe aſſumendo,ut in l.filiusfami.§.inuitus,prę
allega. Adde,q hoc eſt verum , niſi tacens ſit perſona cōiuncta,
quoniam ratio coniunctionis in tacente pręſumptionem con-
ſenſus inducit, vt d.l.ſi ſeruus cōmunis.& in l.in ſponſalibus. la
37 j.ff. de ſponſa. Vnde ex hoc dicto ſuo † cum limitatione iſta de-
ciduntur duæ quęſtiones.Prima, an tacens dum in ſe compro-
mittitur, vt in arbitrum, vel arbitratorem, videtur conſentire in
acceptatione oneris arbitrandi, cum nemo inuitus cogitur in
ſe arbitrium aſſumere,vt in l.3.§. tam etſi. ff. de arbit. & in hoc
Specu.in titu.de arbit.§ ſequitur. verſicu. ſed nunquid arbitra-
tor. aliàs verſicu. ſuſcepiſſe. tenet quòd ſic, per d.§.ſi paſſus.&
d.l.qui patitur.Quę nihil faciunt, quia loquuntur in tacēte,dū
ea geruntur, quę cōmoditati ſuę expediunt, hic autem loqui-
mur in tacente,dum id geritur,quod infert ſibi onus. Vnde Io.
And.ibi in addi.determinat contrarium per tex.in dicto §.inui-
tus.vbi patet tacentem non intelligi conſentire oneri aſſumen-
dę procurationis,ita igitur per identitatem rationis non intelli-
gitur tacens conſentire oneri arbitrij aſſumendi . Ego autem
Specu.ſententiam duobus caſibus dico defendi poſſe.Primus,
niſi vna cum taciturnitate ſeu patientia concurrat actus poſiti-
uus, puta acceptatio inſtrumenti , per quod patet de electione
arbitri facta ſimpliciter per ipſum arbitrum , quoniam tunc ex
hoc conſenſus arguitur, vt in ſimili decidit tex. ad acceptilatio-
nem literarum ſimplicem,cum taciturnitate coniunctam con-
ſenſum inducere acceptantis circa id, quod literę demonſtrāt,
ſupra ad Macedonia.l.ſi filiusfamilias abſentis. de procura.cle-
men.j.Secundus, niſi in arbitro ſit coniunctio ſanguinis , quia
ſimiliter & illa taciturnitati coniuncta pręſumptum conſen-
ſum inducit, vt d.l.in ſponſalibus . & d.l. ſi ſeruus communis.
38 Deciditur & † ſecunda quęſtio, ſcilicet nunquid taciturnitas
in actu,quo quis eligitur executor vltimę voluntatis,inducit cō
ſenſum acceptatiuum? Iſtam quęſtionem ponit Ioan.And.in
cap. Ioannes. de teſta.in nouella. tenens, quòd non per d.§.in-
uitus. Tu autem huic dicto per eadem iura adijcias formaliter
duas fallentias, quas adieci negatiuę deciſioni pręcedentis qō.
39 Deciditur & quęſtio tertia , ſcilicet nunquid † filius illegitimus
ex taciturnitate quam pręſtat ſuę legitimationi per patrem im
petratę a Papa,intelligatur pręſtare conſenſum,cum nemo,ni-
ſi conſentiat legitimare poſſit, vt in Authen. quib.mod. natur.
effic legit. §.generalis.In quo quidem videtur dicendum, quòd
non. Primo, quia tacens non intelligitur conſentire. dum actus
geritur iuri perſonę ſuę pręiudicatiuus, ut d §.inuitus. Sed hic
iuri perſonę pręiudicaretur, cum per legitimationem reduce-
tur in patriam poteſtatem,& ſic perdat ius libertatis. cuius eſti-
matio infinita eſt,igitur &c.Secundo , quia taciturnitas in per-
ſona, quam rubor verecundię ſeu ius reuerentię impediunt
contradicere., non inducit pręſumptum conſenſum , ut l.

penul. ȷ̃.de fur.& l.j. §. quę onerandæ. quarum rerum act.non
detur.ȷ̃.Sed ita eſt in filio per reſpectum ad patrem, igitur &c.
Sententia tñ glo ſing. eſt in contrariũ in l.in adoptionibus.ſ̃.de
adoptio.quæ, hoc dicit,dum alleg.d.§.generaliter.& puto verũ
ſæpe allegata ratione, quia coniunctio perſonæ inducit pſum-
ptionem conſenſus, vt in d. l. ſed quæ patris.& in d.l. ſi ſeruus
cõmunis.Secundo, quia non obſtat quod ſupra dixi de tacitur-
nitate propter ius ruboris & reuerentiæ, quoniam vbi tracta-
tur de modico præiudicio filii, conſenſus eius non poteſt dici
meticuloſus, eo quia præſumatur conſentire ad metum vere-
cundiæ & reuerentiæ.Ita allego tex.no.in fideiuſſor.§.pater Se-
ij.ſ̃.de pigno.qui eſt nouus modus allegandi illum tex. Ita ergo
& conſequenter taciturnitas filii circa actum paternum,qui tẽ
dit ad ſui paruum præiudicium, non poteſt dici ratione rubo-
ris & reuerentiæ magis tendere in contradictionẽ, quàm con-
ſenſum.Ita probatur in d.l. in adoptionibus. vbi de hoc allego
caſum ſin.Ibi enim dicitur quòd filius tacens, dum pater eum
alteri in adoptionem dat,præſumitur conſentire,& ideo valida
adoptio,non autem contradicere.Et huius eſt ratio. quia actus
ille adoptionis tendit ad eius minimum præiudiciũ. Et ad id d.
l.ſed quæ patris. Ita igitur in propoſito taciturnitas filij circa pe-
titam legitimationẽ a patre, inducit tacitum conſenſum, quia
quamuis filius perdat libertatem, & ſic in hoc ſibi præiudicet,
tamen recuperat ius natalium,& legitimorũ,vnde hoc cõſide-
40 rato perditio libertatis nõ affert notabile præiudicium.† Quin-
to inquantum dicit,quòd taciturnitas eius,;ad quem bona alte
rius pertinent, cura etiam & ſolicitudine, non inducit præſta-
tionem conſenſus,dum actus geritur circa illius rem.ſeu perſo-
nam,cuius bona ad eum tacentem dicto modo pertinet, allegã
do glo.ordi.in l. 3.ȷ̃.de aucto.tuto. Adde,ꝙ illa in effectu volunt
quòd taciturnitas eius,qui ad actus validitudinem habet interpo
nere auctoritatem,præſtationem auctoritatis non inducit, quo
niam auctoritas viua neceſſario requirit verborum expreſſio-
nem.Et pro hoc ego allego caſum ſing.ȷ̃. de tutel.l.j.§. inuitus.
41 Sed dubitatio † eſt,nunquid cum ad actus ſolennitatẽ ſeu om-
nimodam firmitatem, qui per vnum geritur alterius conſen-
ſus requiritur, eiuſdem taciturnitas præſumptum conſenſum
inducat?In quo videretur prima fronte dicendum, quòd non,
ad inſtar eius,quod dictum eſt de auctoritate. Contrarium ta-
men videtur primo per d.l.in adoptionibus.& l. ſi pater natura
lis.eo.titu.vbi conſenſus, qui requiritur in patre legitimo ad va
lidandam adoptionem,quæ fit de eius filio, non ſolum verbo-
rum expreſſione,ſed ex taciturnitate,ſeu ſignis inducitur. Secũ-
do per l.ſi tamen ſciente.& l.ſi inter.§.quanquàm. ſ̃. ad Mace-
donia.vbi ad validandum firmiter contractũ mutui celebratũ
per filiusfamil.adeo vt infringi nõ poſſit mutuantis petitio Ma
cedoniani exceptione, patris taciturnitas præſumptionem con
ſenſus inducit. Tertio per c.cõtinebatur.de his quæ fiunt a prę-
la.ſine conſenſu capituli.vbi conſenſus capituli requiſitus ad va
liditatem alienationis rerum eccleſiæ factæ per prælatũ ex eiuſ-
dem capituli taciturnitate reſultare præſumitur. Quarto per
tex.in c.1.& cap.puella.20.qõ.2.vbi conſenſus parentum, qui
requiritur ad affinitatem corroborandum, ingreſſum filij de-
ſcendentis,in religionem, ſi ille fiat ante annos 12. intelligitur
reſultare ex eorum parentum ſcientia & taciturnitate. In con-
trarium tamen mihi videtur in l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum.ȷ̃.
de acquiren. hæredi. vbi iuſſus paternus requiſitus ad ſolenni-
zandum actionem hæreditatis faciendam per filiumfamil. re-
quirit verborum expreſſionem: vnde remanet quæſtio dubia.
Dicendum tamen, quòd quo ad alienationem eccleſiæ rerum
validandam,an taciturnitas capituli inducit conſenſum?reperi-
tur deciſum,quod aut fit alienatio perpetua, & requiritur con-
ſenſus expreſſus,nec ſufficit tacitus. Ad hoc 62. quæſtio. 2. ſine
exceptione. & in cap. 1.de his quæ fiunt a prælat. Aut fit aliena
tio temporalis ratione minoritatis præiudicij, & ſufficit cõſen-
ſus ex taciturnitate reſultans,& ita tenet glo.in dicto cap. conti
nebatur. Sic intelligo illum tex.& ſequitur etiam glo. in cap.du
dum.in verbo,perpetuis.de reb.eccle.non alien.li. 6. Quorum
ſententiam ſequitur Fed.de Sen.in conſi.ſuis conſi. 51. quod ta
men notabiliter declarat Ioan.And.in addi.Spec. in titu. de re-
bus eccle.non alien. ad fi. vbi fieret alienatio temporalis rei ec-
cleſiaſticę tenuis,ar. 12.q.2.terrulas.vbi.n.fieret alienatio tpalis
eccleſiaſticę magnæ rei,tunc dicit requiri conſenſum expreſſum,
argumen.cap.nulli.de reb.eccl.& 10.quęſtio. 2.perpetua. Quid
42 autem † in alijs,ad quorum ſolennitatem requiritur conſenſus
tertij, nõ reperio manifeſte deciſum. Poſſet tamen abſque prę-
iudicio veritatis dici ſic,quòd aut requiritur conſenſus tertij ad
perfectionem contractus per alium celebrati, ex quo conſenſu
ſi foret præſtitus conſenſus, expreſſus præiudicaretur ipſi con-
ſentienti in iure rei, ſuper qua contrahitur, & tunc aut ipſe ta-
cens contradicendo non poſſet actum impedire,& tunc tacitur
nitas conſenſum non inducit, vt l.Caius.de pigno. actio. ſecun-
dum vnum intellectum l.ſępe.infra de re iudica.eo.titu.c. quã-
uis. Fallit, niſi aliud inducat ratio coniunctionis ſeu ſanguinis,
vt l.ſi ſeruus communis. præallega. Aut tacens contradicendo
actum potuiſſet impedire,& tunc ex taciturnitate conſenſus re
ſultat, vt l. fideiuſſor.§.pater Seij de pigno. Aliquando ad ſolen-
nizandum alterius actum requiritur conſenſus tertij, ex quo ta
men præſtito ipſi non præiudicatur,& tunc videtur debere ſuf-
ficere tacitus reſultans ex ipſa taciturnitate, ſi concurrat curſus
longi temporis, vt l. ſi filius. C. de petitione hæredi. & l.qui in
aliena.ver.ſed ſi non adierit.infra de acquiren.hæredi.& in ca.
ea noſcitur. de his quæ fiunt a prælat. vel ſi vna cum patientia
concurrat actus poſitiuus, puta quia conſentire habens vna cũ
eo contrahat, vni conſenſum præſtare debet, vbi ex contractu
cum illo celebrato quid recipiat. Ad hoc ſupra quib. mod. pig.
vel hypo.ſol.l.Lucius Titius.ſupra de euic. l. quidam ex parte.
& quod no Bar.infra de lega.2.l.cum pater.§. libertis. & ita in-
tellige quod breuiter tetigi in l. 2.ſupra eod.§.fi. Item inquantũ
ipſe dicit,quod taciturnitas eius, qui contradicens actum, quĩ
geritur potuiſſet impedire,inducit conſenſum, vt in d.l. ſæpe.&
d.cap.quamuis.& d.l.fideiuſſor.§.patre.adeo vt ipſi tacenti prę
iudicetur in iure rei ſuæ dominii, vel quaſi vſus fructus &c. Ad-
de, quod ex hoc videtur decidi quæſtio quotidiana, ſcilicet an
ſciens aliquem mandato carentem, vt procuratorem ſuo nomi
ne in iudicio eſſe, & non contradicens, videatur conſentire in
eo,vt procuratore ſuo conſtituendo, adeo vt per illum geſta in
domini fauorem, vel præiudicium valeant?In quo quidem pri-
ma fuit ſingularis opi.Innocen.in cap. ex parte decani.de reſcri.
in c.in noſtra.de procura.& in c.cum in iure. de offic. deleg.di-
centis,ꝙ ſic,eo quia videmus,ꝙ tacitus conſenſus ex patientia
reſultans mandatum inducit, vt in l qui patitur.§. ſi paſſus.præ-
alleg.ſ̃.eo.tit.l.qui fidem,cum ſimil.Et hanc opin. ſequitur Ar-
chi.in c.qui ad agendum.de procu.lib. 6.Cy. vero in l.pecuniã.
C.de nego.geſt.& Bar.eo non allegato in l. ſæpe. ȷ̃. de re iudica.
ſequitur opin.contrariam ea ratione, quia tunc tacens habetur
pro conſentiente,& conſequenter mandante, quando ex actu,
cui conſentire præſumitur,euidenter reſultat eius vtilitas. Et ita
loquuntur iura Innocen.Sed vbi ex eo actu, cui præſtat tacitur
nitatem, non euidenter reſultat vtilitas neque certitudinarie,
vt eſt,cum patitur alium nomine ſuo liti adeſſe, cuius dubius
eſt euentus,de pec.l.quod debetur. Certe tunc ipſa taciturnitas
conſenſum non inducit. Et ad hoc nihil allegant, poteſt tamen
allegari theorica Inno.de elec.c.in Geneſi dicentis,ꝙ taciturni-
tas quamuis metu concupiſcibili, & honorabili inducat cõſen
ſum,tamen non inducit in actu oneroſo ſeu damnoſo, vt in d.
§.inuitus.Sed actus litis, qui exercetur per alium falſo procura-
torio nomine,inducere põt damnũ ratione dubij euẽtus, vt di-
cta l.quod debetur.igitur &c. Bal.vero in l. 2.§.fi.ſ̃.eod.& in l.2.
ad fi.C.ſi ex fal. inſtru. videtur in effectu ſequi ſententiã Innoc.
quem etiam videntur ſequi Domini in deciſionibus deciſ. 13.
& deciſio. 103.Sed Bal.in l.licet.C.de procu. & in authẽ. qua in
prouincia.C.vbi de cri.agi opor. & in l.ſi tutor. C. ex quib.cau.
reſti.non eſt neceſſa. diſtinxit inter procuratorẽ actoris & rei,
vt primo caſu ſciens & patiens videatur tacite conſentire,& ſic
procuratorẽ facere,ſi ſit talis perſona, quę agere non poſſit ſine
mandato,puta quia non coniuncta, per iura Inno. Secundo ca-
ſu non inducatur ex patientia conſenſus tacitus.Et huius eſt ra
tio quia inuito reo, & ſine mãdato poteſt alter eius defenſionẽ
aſſumere, vt in l.exigendi.C.de proc.ȷ̃.de ſolu.l.ſolutionẽ & iu-
dicium.cum ſimil.ergo patientia non inducit conſenſum ob re
gulam,quæ vult,ꝙ patientia præſtita per eum,qui contradicẽs
non poſſet actum impedire,conſenſum nõ inducit, vt in d.l.Ca
ius.& l.Titia.§.Lucia.cum ibi no.de leg.2.& d.l.ſępe. Sed certe
iſta diſtinctio non placet in primo membro, quia immo ma-
gis in coniuncta perſona propter rationem ſanguinis patientia
debet conſenſum inducere, vt d.l.ſi ſeruus cõmunis. Nec etiam
placet ſecundũ membrum,quia verum eſt,ꝙ reus ꝯdicens non
poſſet impedire cõparentem pro eo, quo minus defendat de-
fenſorio nomine. Et ita loquitur d.l.ſolutionẽ.ſed bene impedi
re poteſt, quominus defendat nomine procuratorio, vt volunt
vulgaria iura. Ego vero indiſtincte ſemper & pluries iudicando
ſequutus fui ſententiã Innocen.pluribus rationibus. Prima, qa
vt dicit glo.ordi.in l.quo enim.§.i.ȷ̃.rem rat.hab.non contradi-
cere ratihabitioni,par eſt ſecundũ Hugo.Sed ratihabitione ge-
ſta falſi procuratoris confirmantur, vt l.licet.ſ̃. de iudi.l. inciui-
le poſt princip.de procura. & quod plene no.gloſ. & Bald.aliàs
Barto.in l.ſi mater.§.hoc iure.de exceptio.rei iudi. & plene no.
in d.l. ſi tutor. igitur conſequens eſt, vt ita validentur non
contradictione. Secundo adducere ſolitus fui vna cum Do-
minis meis caſum pro hoc expreſſum in capitu. 1. in fi. vt lite
non conteſta.& in capitu.fina. de iureiuran.lib. 6. hoc modo,
procurator generaliter conſtitutus non cenſetur habere man-
datum ad delinquendum ſeu obligandum ad pœnam, vt in
l.3.

l.3.§.ſi procur.ſupra ꝙ quiſque iur. l.j. §. ſi procur. ſ. ſi quis ius
dicen.& l.ſi procura.cum ſimil.ſ. de iudi. Sed taciturnitas vna
cum ſcientia domini notitiam habentis, procu. in iudicio delin
quere, vel quid agere, ex quo veniat pœna inferēda, ipſum ma-
le actum procuratoris validũ reddit in præiudiciũ dñi, vt eſt ca-
ſus in d. c. 1.& d. c. ſi. Ergo ſequit̃, ꝙ ibi eſt caſus, ꝙ ſcientia dñi,
cum non ꝯdictione, inducit tacitũ mandatum, & actus firmita
tem in eo, quod procur. gerit vltra formam mandati, vt patet,
quia non ex mandato primo, quia dñs ad pœnam ex male ge-
ſto in iudicio procuratoris obligatur, quia vt dixi illud non da-
bat procu. poteſtatē delinquendi in præiudiciũ domini, nec ali-
quid agendi, ex quo dñs in pœnam incideret, vt d. §. ſi procura-
tor. ergo neceſſario ſequitur, ꝙ ad pœnã obligatur ex ſciētia cũ
patientia ſimul iunctis, quaſi illa duo inducant ratificationē in
ipſius dñi præiudicium circa id, quod delinquendo iudicialis
fecit procurator. Et ſic ſubtiliter conſideranti eſt caſus qõnis in
illis capitulis. Tertio probatur dicta opin. ex regula d.l. ſæpe.&
d.c. quamuis. quæ hoc vult, ꝙ patiētia præſtita a ſciente, quem
in iudicio eſſe ſuper ea re, cuius actio vel defenſio primo loco
ſibi patienti competit, hoc operatur, ꝙ poſtmodum ſcientia ip-
ſi ſcienter patienti præiudicat. Sed ita eſt in propoſito, quia pati
tur quis eum, vt procuratorē in iudicio eſſe ſuper ea re, ſuper
qua iudicij inſtitutio primum ad eum pertinet, igitur &c. Quar
to de ꝯctibus ad quaſi contractus prout ſunt iudicia, in quibus
quaſi contrahitur, vt l. 3. §. idem ſcribit. de pecu. procedit argu-
mentũ, vt in l. ſi ex duobus. ſ. de nego. geſt. Sed caſum habeo, ꝙ
ſcientia cum patientia dñi circa contractus inducit mandatum
generale, ex quo propter multitudinem negotiorum, quæ inci-
dunt in eo, ita poteſt domino prẹiudicare, ſicut & commodum
afferre, vt eſt caſus in l.j. §. magiſtrum autem. ſ. de exer. in l. ſed
& ſi pupillus. in princ. ſ. de inſti. & ll. ſi. ſ. quod cum eo. ergo ita
dicamus in propoſito, ꝙ quamuis ex iudicio nomine falſo pro-
curatorio agitato, propter dubium eius euentum ita poſſit re-
ſultare incommodũ, ſicut cõmodum, nihilominus ſciētia cum
patientia inducat tacitum mandatum ſeu ratihabitionē. Quin-
to videtur caſus a ꝯrio ſenſu in verbis illis, protinus cõtradixit,
in c. cum olim abbas. de offi. deleg. Sexto ad idem theorica Bar.
volentis, ꝙ ſcientia abſque ꝯdictione eius qui contradicendo
actum impedire poteſt, inducit tacitum conſenſum præiudica-
tiuum, vt in d.l. fideiuſſor. §. pater. & d.l. ſæpe. Sed in propoſito
caſu contradictio domini impediuiſſet ꝓceſſum cum falſo pro
44 curatore, vt eſt per ſe notum, igitur &c. Deducitur † & ſecundo
principaliter ex dicta theorica quæſtio, quam ponunt Domini
mei in deciſionibus eorum deciſio. 393. ſcilicet, quid ſi vnus ex
pluribus habentibus cauſam cõmunem, illis intelligentibus, &
non cõtradicentibus conſtituat ad cauſam procuratorē nomi-
ne omniũ, an is nomine eorundē cauſam poſſit proſequi. Et ve
ritas eſt, ꝙ ſic, ſm eos, quia ex quo ꝯdictio illorum intelligent.
potuiſſet conſtitutionē procuratoris eorum nomine factam im
pedire, igitur eorundē taciturnitas conſenſum inducit, per d. §.
45 pater. & d.l. ſæpe. Deciditur, † & tertio verum eſſe id, quod ſin-
gulariter determinat Inno. de loca. c. noſtra. quod ſequitur Ar-
chi. de conſe. diſt. 3. c. 1. & Fed. de Sen. in conſi. ſuis in conſi. 17.
& Io. And. in d. c. ſi. de appe. lib. 6. in nouella. volens, ꝙ ꝗuis epi
ſcopus cum capitulo ſuper iuriſdõne ſua facere poſſit conſtitu
tionē, tñ ſolus non poteſt, niſi hi, quorum intereſt, conſentiant,
vel ſaltem ſint præſentes, & non contradicentes, arg. c. ſi. de ma
io. & obed. c. vlti. de his, quæ fiunt a maio. par. ca. Scientia ergo
cum patientia eius, qui contradicendo potuiſſet conſtitutionis
actum impedire, inducit eius validitatē ratione reſultantis taci-
ti conſenſus, arg. d. §. pater. & d.l. ſæpe. quod eſt ſingulariter no-
46 tand. Dictam † tamen theoricam ſingulariter limita, niſi ſciens
& patiens ad taciturnitatē inducatur ratione vitandi ſcandali,
quod ex contradictione inſurgeret, qm̃ tunc patientia illa taci-
tum conſenſum præiudicatiuũ non inducit. caſus eſt notabilis
47 de præſcriptio. c. nihil. Item inquantum † ipſe concludit, ꝙ pa
tiens quem intrare poſſeſſionem ſuam, ſi præcedit contractus,
cuius ratione aſtringebatur ad illam ipſi intranti tradendã, præ-
ſumitur tacite conſentire, allegando l. 2. C. de acquiren. poſſ. Ad
de, ꝙ illud idem voluit glo. in l. quædam mulier. ſ. de rei vendi.
48 Item inquantum ipſe vult, quod præſtans † ſcienter patientiam
intranti poſſeſſionem rei ſuæ, non præcedente contractu, cuius
vigore ipſe foret aſtrictus ad illam tradendam, cenſetur tacite
conſentire, ſi tractatur de paruo præiudicio ſuo, vt l. quam Tu-
beronis. §. cum quidam. ſ. de pecu. l. qui bona. §. ſi quis iuſta. j.
de dam. infec. l. Labeo. j. de aqua pluu. arcen. l. ſi prius. ſupra de
mort. inferen. Secus ſi de magno, vt no. in d.l. 2. C. de acquiren.
poſſeſ. & patet in l. pen. j. de fur. Adde, ꝙ etiam primum mem-
brum optime probatur ſ. de pec. l. non ſolum. Secundum in d.
l. quam Tuberonis. §. alia. iuncto d. §. ſunt qui. Item inquantum
49 concludit, ꝙ quis † ſe ſubſcribit actui, vt teſtis, non cenſetur illi
tacite conſentire in ſui præiudicium, vt d.l. Caius. de pign. actio.
& d.l. Titia. §. Lucia. ſecus ſi ſe ſubſcribit aliter, quoniam tunc,
cum ſe ſubſcribit, conſentire intelligitur, ſecus ſi ignorat, vt pri-
mum patet in d.l. fideiuſſor. §. pater Seii. & in l. Sticho. §. ſeruus.
j. de ſtatulibe. & in c. innotuit. de elect. & 12. q. 2. c. ſine exceptio
ne. & c. cum redemptor. Secundũ probatur in l. ſi. C. plus vale.
quod agitur. Adde, quod de hac ſubſcriptione, an ex ea induca
tur tacitus ſubſcribentis ꝯſenſus, habentur apud Canoniſt. duæ
notabi. glo. vna in c. ex literis. de tranſactio. alia in c. ſi quis pre-
sbyterorũ. de reb. eccle. non alie. Et licet quoad ſecundũ mem
brum Bart. bene loquatur, tñ quo ad primũ opus eſt diſtinctio-
ne tali, l. ꝙ aut ſe ſubſcribēs, ut teſtis, ignorat id, cui ſe ſubſcribit,
vel circa idem errat, & tũc non intelligitur præſtare conſensũ,
vt in d.l. ſi. C. plus vale. quod agitur. C. de donatio. l. nec ignorãs.
C. de iuriſdi. om. iudi. l. ſi per errorem. & l. ſed hoc ita. cum ſimi.
j. de aqua plu. arcē. Et idem eſt, ſi ſciat, ſed ex ſui ꝯdictione actũ
cui ſe ſubſcribit, impedire non poſſit, vt in d.l. Caius. & d. §. licē-
tia. Aut teſtis ſcribens ſcit quid eſt id, cui ſe ſubſcribit, & tunc ſi
contradicendo poteſt actum impedire, ſubſcriptio conſenſum
inducit & prẹiudicatiuũ, vt in d. §. pater. Et hoc vbi tractatur, an
ex ſubſcriptione ſubſcribenti præiudicetur reſpectu iuris, quod
habet de præſenti. Dum autē quæritur, an ſibi præiudicetur re-
ſpectu iuris, quod poſtea hēt in futurũ, puta ſi quis poſt pigno-
rationē rei, in qua ſubſcripſit ſe vt teſtis, illam eandē emat, an in
hoc ſibi præiudicet, vt volens allegare non poſſit pignorationē
inualidam: debes dicere, ꝙ aut hic ille ſe ſubſcribens fuit media
tor illius contractus pignoratitij, & tunc hoc, ꝙ fuerit auctor cõ
tractus cum ſubſcriptione teſtimoniali ſibi prẹiudicat. hic eſt
caſus ſecundũ lec. Innocen. in c. ex literis. præallega. Aut ſe ſub
ſcribens non fuit contractus author, & tunc reſpectu talis iu-
ris non præiudicat, quia ſubſcriptio teſtis intelligitur referri ſo-
lum ad ea, quæ concernunt allegationē facti, non aũt iuris. Ad
50 hoc 3. q. 9. teſtes. Item inquantum † concludit, ꝙ ſigillans ſcien-
ter intelligitur præſtare conſenſum ei, quod continetur in ſcri-
ptura ſigillata, per d.l. 2. C. de reb. alien. non alien. & d. §. pater.
Adde, ꝙ de materia ſigilli plene tradit Inno. in c. 1. & 2. de fi. in-
ſtru. plenius omnibus Spec. in tit. de proba. §. videndũ. ver. x. vſ-
que ad 19. et tradunt Legiſtę ſ. de procu. ſi procuratorē abſen-
tem. & j. de iniuſ. teſta. l. ſi binę tabulę, & hęc ſufficiant pro addi
tionibus ad Bar. Cæterum ut materia plenius habeatur in his, q̃
in præmiſſis additionibus non ſunt tacta, refero pleriſque addi-
tis verba do. Bal. in d.l. ſi fine. & quidem formo qõnes quatuor.
51 Primo, an mea † taciturnitas habeatur pro conſenſu quo ad al-
terius delinquentis excuſationē? & in hoc dic regulariter, ꝙ nõ,
vt eſt tex. in d.l. pen. de fur. fallit, niſi aliud ſuadeat ratio cõiun-
ctionis ſeu ſanguinis, qm̃ illa ex parte tacentis inducit tacitum
conſenſum, vt d.l. ſi ſeruus cõmunis. Ex parte vero illius, qui rē
meam accipit, inducit præſumptionē ceſſantis doli, vt in l. j. C.
ad leg. Corne. de ſicar. vna cum gl. Ad idem j. de fur. l. inter om
nes. §. ratione. & Inſti. de obli. quæ ex delic. §. placuit. Secunda,
52 an mea † taciturnitas habeatur pro conſenſu quo ad me obligã
dum? & in hoc dic regulariter, ꝙ non, vt d.l. filiusfamil. §. inui-
tus. Fallit primo fauore reipublicæ, vt in l. 2. j. ad municip. l. ho-
nores. §. ſi. j. de decur. l. j. C. de infa. lib. 10. Fallit ſecundo fauore
pupilli, vt j. de fideiuſ. tut. l. cum oſtendimus. §. ſi. Fallit tertio ꝓ-
pter dominicã poteſtatem, ſeu prælationē, vt l. 2. & 3. ſ. de no-
xal. Fallit quarto propter prẹcedentis actus continuationem,
vt l. item quẹritur. §. qui impleto. ſ. loc. C. eo. titu. l. legem. Fallit
quinto, ſi cum ipſa taciturnitate concurrat actus alicuius facti
poſitiuus, vt l. quidam ex parte. ſ. de euict. l. ſi filiusfamil. abſen-
te. ſ. ad Maced. de procu. clem. j. qui matri. accu. poſſ. eſt enim
53 inſuper de ſpon. c. ad id. Tertia, an taciturnitas † mea habeatur
pro conſenſu quo ad mei iuris diminutionem, ſeu actionis mi-
hi competentis, vel alterius iuris ſublationem? Et dic regulariter
ꝙ non, vt in l. inuitum. ſ. de ſerui. vrb. præd. l. ſicut. §. non vide-
tur. ſ. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. in eo. §. penul. ſ. de ritu nup.
Fallit primo fauore libertatis, C. de remiſ. pig. l. j. Fallit ſecundo
in alienatione, quam facit fiſcus, & hoc eius fauore, C. eo. titu. l.
ſi hypothecas. Fallit tertio in alienatione pignoris, quam facit
vnus ex creditoribus cum ſolennitate proclamatum, quoniam
alijs creditoribus per proclama vocatis & tacentibus, taciturni-
tas præiudicat, C. eo. titu. l. ſi eo tempore. Fallit quarto, niſi ta-
cens ſtudioſè, ſeu doloſè taceat, hoc eſt, ad decipiendum illum,
qui ſuper re ſua contrahit, C. de Lat. lib. tol. auth. ad hoc. C. ſi
res alie. pig. l. 2. C. de diſtr. pig. l. mulier. & d.l. ſi fine. Fallit quin-
to ratione ſanguinis ſeu coniunctionis, vt d.l. ſi ſeruus commu-
nis. Fallit vltimo, ſi patior alium eſſe in alio iudicio, cuius primo
loco competit executio, vt d.l. ſæpe. & d. §. quamuis. eodem ti-
54 tulo. † Quarta quęſtio, an taciturnitas inducat conſenſum quo
ad factum alterius non reuocandum, quod impediret con-
tradictio, & in hoc dic quòd ſic, vt d.l. ſi quis iuſta. & d.l. La-
beo. & authen. qui aliter. ver. aut clam. licèt non inducat con-
ſenſum, quominus tacens poſſit petere ſibi reſarciri damnum,

quod ex facto in ſuo, vel iuxta ſuum ſibi infertur, vt l. Sabinus.
55 ſ. commu. diui. † Et ad id quod dixit taciturnitatẽ non inducere
regulariter conſenſum. quo ad alterius delinquentis excuſatio
56 nem. Adde l. qui vas. §. vetare. ĵ. de fur. An † autẽ is, a quo quæ-
runtur duo, reſpondens in vno, & tacens in alio, videatur in eo
ſuper quo tacet reſpondere affirmatiue vel negatiue dic regu-
lariter, ꝙ in eo, in quo tacet videtur reſpondiſſe ſe contrariẽ ad
reſponſionem præcedentem expreſſam. vt d. cap. nonne. de pᷓ-
ſump. & in c. poſtulaſti. in glo. de reſcri. & in l. ſi ſine. §. ſed quod
Papinianus. ſ. de minorib. Fallit, niſi ea ratio, quæ dedit reſpon
ſionem vni ex quæſitis, concludat etiam in alio, cuius reſpõſio
fuit tacita, quoniã tunc identitas rationis inducit identitatẽ re-
ſponſionis. Hæc eſt gloo. ord. in l. ſi res. C. ad exhib. & in l. cõſilio.
ſuper verbo, & ex. ĵ. de cur. furio. & aliàs in hoc paſſu notant tex.
cum glo. in l. eius qui in prouincia. ſ. ſi cert. peta. Cætera dic, vt
per Docto. in locis præallega. & in l. qui tacet. ĵ. de regulis iuris.
& per Ioan. And. in dicta regula, qui tacet. in mercur. Item ad
57 id, quod † ſupra dixi de patre exercente in filium actum ſtipu-
latiuum. Adde, quòd vbi pater ſtipulatur ſibi, aut filio, cenſetur
filius adiectus ad ſolutionem, non autem ad obligationẽ, & cõ-
ſequenter non habet ſtipulatio illã vim donationis, cum ſolu-
tum ab eo repeti poſſit actione mandati, vt a quocunque alio
adiecto Ita regulariter probatur in dicta l. eum qui ita. §. qui ſi-
bi. & l. Stichum. §. quæſitum. ĵ. de ſolutionibus. Fallit duob. ca-
ſibus. Primus, ſi pater ſtipuletur ſibi ſolui, aut filio poſt mortem
ſuam. quoniam tunc cenſetur ille adiectus eſſe ad electionem,
vt eſt caſus ſupra de pactis dot. l. pater cum filiæ. Secundus, ſi ſti
puletur dotem ſibi, aut filiæ reddi, quare etiam tunc non ſolũ
ad ſolutionem, ſed etiam ad obligationem adiecta intelligitur
filia ĵ. de leg. 3. l. vxorem. §. teſtamento. iuncta glo. in verbo, re-
cuperauerat. Et hoc inducit duplex ratio. Prima ius conſolida-
tionis, quod in dote habere poteſt filia, vt l. ſi ſocer. & l. inſulã.
ĵ. eo. Secũda neceſſitas dotandi, quæ patri ineſt, vt l. qui liberos.
de ritu nuptiarum. cum ſimilib. ad hoc ĵ. eod. l. Caius. Item, in-
58 quantum ſupra dixi, an † inter coniuges donatio præſumatur,
vel repetendi animus. Adde, quòd habetur in l. quod in vxorẽ.
59 C. de neg. geſt. Item † adde, an præſumatur donatio inter vitri-
cum & priuignum, quod plene no. C. eod. titu. l. ſi patrono. Itẽ,
60 an præſumatur † donatio inter amicum paternum & eius filiũ:
vide quod habetur ſupra de neg. geſt. l. ſi is, qui amicitia pater-
na. Et adde generaliter, quòd concurſus amicitiæ cum modici-
tate pecuniæ, facit præſumi donationem. vt dicit glo. ordin. ſ. ſi
cer. peta. l. cum quid. Item inquantum ſupra tenui, quòd cõſen
61 tiens † venditioni, quam venditor facit de re conſentientis, vt
propria venditoris, intelligitur ex conſenſu ſibi preiudicare, etiã
in repetitione pretij. Et pro illo facit, quod dicimus, quòd quẽ-
admodum habens ratam rei ſuę venditionem, ea re perempta,
vel præſcripta, ex ea ratihabitione ſibi prę iudicat, vt no. ſ. ſi cer.
peta. l. ſi cum ſeruum. ſ. de neg. geſt. l. fi. & in d. l. mater. Ita & vi
detur pariter debere præiudicare conſenſum ab initio præſtitũ
62 Item inquantum † ſupra concluſi poſt Bar. ꝙ auctoritatis inter
poſitio neceſſaria ad actus ſolennizationem, non intelligitur re
ſultare ex taciturnitate iuncta cum ſciẽtia. Adde, quòd hoc eſt
verum, niſi is, qui habet auctoritatem interponere, non ſolum
præſens actui exiſtat, ſed etiam conſulat illum fieri debere, quo
niam tunc eius præſentia vna cum conſilij præſtatione, inducit
auctoritatis impoſitionem. Iſte eſt caſus ſingu. ſecundũ notabi-
liorem intellectum, de arbit. cap. dilecti. Ibi enim conſilium, &
præſentia epiſcopi, cuius auctoritas neceſſaria erat ad validita-
tem compromiſſi ſeu arbitrij interuenientis ſuper re eccleſiæ,
vt patet in eodem titu. cap. peruenit. & cap. cum tempus. cũ ibi
plene no. vim interpoſitæ auctoritatis habet. et ideo Papa ibi
compromiſſum, & arbitrium validum decreuit. Et hoc ſummè
no. quia eſt magna declaratio ad glo. d. l. 3. de autho. tuto. & Le
63 giſtis incognita. Item inquantum ſupra † concluſi conſenſum
tertij requiſitum ad actus ſolennizationem, intelligi reſultare
ex illius ſcientia cum patientia. Adde, quòd de illo videtur tex.
64 ſupra eod. l. 2. in §. fina. Item inquantum ſupra retuli † no Ioan.
And. volentis ex taciturnitate, quam pręſtat is, qui eligitur arbi
ter, dum in ſe compromittitur, non reſultare acceptationem cõ
promiſſi. Adde, quòd de illo videtur caſus in l. ſi de meis. §. re-
cepiſſe. in fi. ſupra de arbi. dum dicit, recepiſſe autem arbitrium
is videtur, qui iudicis partes ſuſcepit, finemque ſe ſua ſententia
controuerſijs pollicetur impoſiturum. Item inquantum ſupra
65 dixi, ſcientiam † cum taciturnitate regulariter non præiudica-
re alteri in ſui iuris diminutionem ſeu ſublationem, & dedi ali-
quas fallentias. Adde illis duas vel tres. Prima, quòd illud etiã
fallit fauore religionis, C. de epiſco. & cleri. auth. ſi ſeruus ſcien-
ter, quę canonizata ita eſt 54. diſtin. ſi ſeruus. Secunda, quòd il-
lud fallit, ſi contrahens non contradicit proteſtationi aduerſus
eum factę ad cauſandam ſui iuris ſublationem a contrahente
ſecum, quia tunc intelligitur illi aſſentire, ſupra qui ſatiſda. co-
gan. l. ſi fideiuſſor. in princip. vbi de hoc eſt glo. quę reputatur
ſingularis. Similis eſt in l. fi. §. item ſi prædixerit. ſ. nautę caupo.
ſtabul. & facit ſupra loca. l. cum in plures. §. locator horrei. Item
66 inquantum ſupra dixi, quòd † non contradicens in actu qui co
ram ſe geritur, quem eius contradictio impediuiſſet, videtur ta-
cite pręſtare conſenſum pręiudicatiuũ, vt d. §. pater. & d. l. ſępe.
Adde, ꝙ ex illo eſt argumen. ad q. ſcilicet, an videns per tertiũ
rem aliquam reponi in domo ſua, an hoc patiens videatur re-
poſitioni conſentire, adeo vt intelligatur eius cuſtodiam pro-
mittere & videtur ꝙ ſic per regulam prædictam, ſed contra de-
terminat Cy. quem cõmuniter in hoc ſequitur in d. l. inuitus.
C. de procu. per tex. in l. ſi ego. §. dotis. verſi. fi. ibi, dum dicit, &
cuſtodia ſi marito committitur &c. ſupra de iure dot. & idem
per illum firmat Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de depo. Bal. in
authen. habita. C. ne fil. pro pat. ver. fi. Et hoc verum, niſi ratio
coniunctionis ſeu ſanguinis inducat tacitum conſenſum, vt d.
l. ſi ſeruus cõmunis. Et pro hoc induco, qa ſi eſt ſpeciale in nau
ta, caupone, ſtabulario, in eorum odium, vt eo ipſo, quo patiun
tur immitti res in naue, hoſpitio, ſeu caupona, videãtur promit-
tere illas ſaluas fore, earumque cuſtodiam habere, vt eſt caſus
in l. i. §. recepit. qui aliàs eſt ſub l. parui. ſ. nau. caup. ſtabu. Ergo
in alijs in contrarium eſt ius commune, vt in iuribus vulgarib.
& hęc dicta ſufficiant de iſta notabili lege.

SMMARIVM.

1 *Iudicium in actione de dote per patrem inſtitutum ut ualeat, duo ſunt ne-ceſſaria, ut ibi.*
2 *Probanda quando ſunt duo coniunctim, qui deficit in uno, intelligitur in toto deficere, & uide nu. 15. 16. & 17.*
3 *Conditio melior in caſu dubio, quàm in certo eſſe non debet.*
4 *Exceptio præiudicialis ad cauſam oppoſita per tertium, cuius intereſt, do nec diſcutiatur, impedit proceſſum ad ulteriora, & uide nu. 20.*
5 *Iudex ſecularis quando de cauſa matrimoniali incidenter cognoſcere poſſit.*
6 *Cauſa decimarum, an aliquo caſu, ſiue principaliter, ſiue incidenter coram ſeculari tractari poſſit.*
7 *Cauſa uſurarum, an poſſit quoquomodo, ſiue principaliter, ſiue incidenter, coram ſeculari tractari.*
8 *Iudex ſecularis quòd poſſit compellere laicum ad obſeruantiam iura-menti.*
Item & ad illius remiſſionem faciendam. nu. 9.
10 *Iudex ſecularis quod manifeſte periurium puniat.*
11 *Compromiſſum an poſſit fieri in laicum de cauſis matrimonia. & deci-marum.*
13 *Conſtitutio quamuis generalis, quòd nunquàm intelligitur uelle includere caſum, ſuper quo diſponens non potuiſſet ſpecialiter diſponere.*
14 *Cauſa uſuraria, an poſſit compromitti, & laudum ſuper ea latum teneat.*
18 *Delictum ſi deducatur cum certa qualitate, puta de nocte, uel cum ſangui-nis effuſione, & qualitas non probetur, licèt delictum ſit, an ſequatur abſolutoria.*
19 *De ſubſtantia probationis, quæ ſint.*
21 *Iudicis officium poteſt implorari, ut declaretur aliquem eſſe in ſua poteſta-te, & ibi ponit etiam alium modum.*
22 *Patria poteſtas, quod dicitur probata eo ipſo, quòd probatur legitimi-tas filij.*

LEX XXXV

LItia diuortium. Exceptio oppoſita per
tertiam perſonam, cu-
ius intereſt, obſtat, & venit examinanda in iudicio,
& habet impedire proceſſum. hoc dicit, ſecundum
vnum intellectum glo. Sed ſi dubium eſt, an filia ſit in poteſta-
te patris, patri actio de dote denegatur, quia ſi conſtaret eam nõ
eſſe in poteſtate, denegaretur, niſi filia cõſentiret. hoc dicit. No-
1 ta primo, ꝙ ad † fundandum iudicium actionis pro dote per
patrem inſtitutum, neceſſaria eſt probatio duorum, ſcilicet fi-
liam in patris poteſtate fore. atque ipſi agenti conſenſum accõ-
modare, quoniã ſi ſui iuris ſit, per emãcipationem vel aliter do
tis actio in eam ſolam conſolidatur, patremque derelinquit, ĵ.
eod. l. in inſulam. & l. ſi ſocer. in princ. C. de rei vxo. actio. l. vni-
ca. §. videamus. & §. & hoc. C. de rei vxo actione. No. ſecundo,
2 † ꝙ quando duo ſunt coniunctim probanda, deficiens in vno
intelligitur deficere in toto. Et hæc de iſta l. allego glo. in l. 3. in
§. hoc autem. ĵ. de itin. actuque priua. & plene no. in c. 2. & in ca.
inter cæteras. & c. olim. de reſcript. & ĵ. dicam plenius. No. ter-
3 tio, & ita † etiam allegatur, ꝙ non debet eſſe melioris conditio
nis quis in caſu dubij, quàm in caſu certi. Ad idem ĵ. de libera.
cauſa. l. ordinata. ad fi. ſupra de inoffic. teſta. l. qui de inofficioſo.
4 No. vltimo, quòd exceptio † præiudicialis ad cauſam oppoſita
per tertium, cuius intereſt, donec diſcutitur, impedit eius cauſæ
proceſſum. Et ad hoc quotidie & notabiliter allegatur iſta l.
5 & infra declarabo. In tex. ibi, in † poteſtate dicit &c. Et dicit
glo.

glo.probari eo ipſo, ꝙ probatur legitima filia,& ſic ex legitimo
matrimonio deſcendiſſe, vnde ex tex.arguitur iuncta hac ſup-
pletione iudicē ſecularē de cauſa matrimoniali incidenter poſ-
ſe cognoſcere, licet illa principaliter cognoſcatur ad forū eccle
ſiaſticum pertinere, de excel.prǣla. c.accedentibus. de conſan.
& affin. c.j.in fi.qui fil.ſint legit. c.cauſam. Quod an ſit verum,
Bar.in l.omni nouatione.C.de ſacroſan.eccle. & l.2. de iuriſdi.
omn.iud. & l.quoties. C. de iudi. diſtinguit, ꝙ aut circa ipſum
matrimoniū eſt quæſtio facti, puta quia dicuntur ſponſalia fa-
cta per verba de præſenti.Quod verum eſſe negatur,& tali caſu
dicendū iudicem ſecularem incidenter de huiuſmodi q.poſſe
cognoſcere. Facti etenim quæſtio in cognitione iudicis regula-
riter eſt,cum id non ſit quid ſpirituale,j.ad Turp. l.j. §.calūnia-
toribus. Aut eſt quæſtio iuris,puta quia dubitatur, an inter per-
ſonas illas obſtante aliquo impedimēto potuerit cōſiſtere ma-
trimoniū, quod tamen ꝯtractum eſſe dicitur, & tunc ſecularis iu-
dex huiuſmodi cognitionem non habet. & ita loquuntur iura
prǣallegata. Sed certe hæc deciſio non eſt vera, licet a moder-
nis Legiſtis cōiter recipiatur,quia ꝯtra caſum expreſſum in c.ſi iu-
dex laicus.de ſent.excomm.lib.6. Ibi enim dr̄, ꝙ ſi poſt capturā
perſonæ factā a iudice ſeculari incidat quæſtio eccleſiaſtica &
ſpiritualis, puta quia opponatur captū fore clericum,& de hoc
dubitetur,huiuſmodi quæſtio ſubijci debebit examini eccleſia-
ſtici iudicis. Ecce ergo,ꝙ ibi quæſtio ſpiritualis habebat ſolum
dubitationē facti, quia dubitabatur ſolummodo, an is clericū
ſe dicens ordinatus eſſet, vel non, & tn̄ negatur eo caſu iuriſdi-
ctionem penes ſecularē exiſtere, vnde ex hoc dr̄ ꝯcluſio prima,
ſcilicet,ꝙ quamuis cā eiuſdem fori,ſcilicet ſecularis incidēs co
ram iudice ſeculari per eū tractari poſſit, quāuis principaliter
de ea iuriſdictionē non habentē, vt in d.l.quoties.C.de iudic.&
l.j.C.de ordi.iudi.l.4.§.ſi dicatur.ſ.finiū regun.l.pen. ſ.de calū.
l.interdū.§.qui furem.j.de furt. & l.ſolemus. §.latrunculator.
cū ibi no ſ.de iudicijs.Tn̄ quæſtio ſpiritualis ſiue vertatur circa
dubitationē iuris ratione incidentiæ, non poteſt tractari corā iu
dice ſeculari, ſed eius ad eccleſiaſticū iudicē eſt facienda remiſ-
ſio.Caſus eſt in d.c.ſi iudex laicus.& hr̄ in c.tuam.de ord.cogn.
Poteſt & ſecunda concluſio dari, ſ. cauſam fori ſecularis rōne
incidentię poſſe corā iudice eccleſiaſtico teneri,vt eſt caſus de
donat.inter virū. in c.dependentia. tenendo opin.illā, ꝙ cauſa
dotis principaliter ad forū ſeculare pertineat,licet in veritate ēt
principaliter pertinere poſſit ad forū eccleſiaſticū, vt eſt caſus
recte conſideranti, de pigno. c.ex literis.de donat. inter virum.
c.per veſtras. de ſoro cōpe.c.ex parte. Huius aūt ſecundæ con-
cluſionis eſt ratio, quia cauſa eccleſiaſtica ſeu ſpiritualis princi-
paliter mota, tanquā magis digna, potentior eſt ad ſe trahere
cauſam temporalē minus dignam, q̄ econuerſo, de conſecr.ec-
cle. vel altar.in c.vno. lib.6. eo.tit. c.cum in dubio.in antiquis.
ſ.de ſtatu hominū l.quæritur.cū ſim. Datur & pro complemē
to materiæ concluſio tertia, ſcilicet arbitrū, ſeu delegatū, quo-
rū magis ſtricta eſt iuriſdictio, q̄ ordinarij incidenter cognoſce-
re poſſe de ea quæſtione, quæ in cōpromiſſum, aut delegatio-
nē cadere non poteſt principaliter, vt eſt caſus notab. in c.cau-
ſa.de in integ.reſt.in l.ſi.C.vbi & apud quē. Et de iure ciuili quo
ad arbitrum habetur gl. ſingularis in l.cū proponas. ſ. de reb.
6 cred.Deciditur ex † his ſecunda quæſtio,nūquid cauſa decima-
rū,quæ ſpiritualis eſt, vt in c.fi.de rer.pmut. aliquo modo prin-
cipaliter vel incidenter tractari poſſit corā iudice ſeculari.& iſtā
reperio rationabiliter motā ſolummodo per d. Fede. de Senis
in ſuis conſil.conſi.240.& quidem vr̄, ꝙ ſi quæſtio ſit nō ipſius
iuris decimarū,ꝙ nō poſſit ipſa cauſa corā ſeculari tractari, ma
xime ſi agatur de fructibus decimarū præteritis, quia tunc non
ſpiritualis eſſe vr̄ huiuſmodi quæſtio.Quod probatur,quia pōt
ipſa fructuū commoditas ex decimis obuēientium locari & vē-
di, vt in c.veſtra.de loca. in c. fi. ne præla. vices ſuas. Ergo quid
ſpirituale hoc non eſt,qm̄ tunc in locationem ſeu venditionem
non caderet.de ſimonia,c.querelā.cū ſim. Item fructus præte-
riti decimarū poſſunt in cōpoſitionem deduci, & pro eis quid
tēporale aſſignari per laicū debentē clerico, vt no.glo.ordi.in c.
vt ſuper.in glo.j de reb.eccle.non alie.Hoc aūt foret impoſſibi
le, ſi fructus illi eſſent quid ſpirituale, quoniā rei ſpiritualis ad
temporalē non cadit permutatio, vt in d.c.fi. de rer.permu. cū
ſim.Sin autē quæſtio ſit ipſius iuris decimarū, tunc abſque du-
bio nullo modo videtur hanc poſſe corā ſeculari iudice tracta-
ri,quia ſpiritualis eſt, vt in d.c.fi. eccleſiaſticas autem cauſas, &
maxime ſpirituales,ſeu ſpiritualibus annexas, prout eſt cā iuris
patronatus, vt in c.j.de iure patro.laici tractare non poſſunt. de
iudi.c.decernimus. & c.quāto. Pro veritate autem vr̄ dicendū,
ꝙ aut agitur quæſtio iuris decimādi, quia cū petitur a laico de-
cima,negat laicus pro tali re,ꝓ qua illa ab ipſo petitur,eā poſſe
exigi,& tunc cū hęc ſpiritualis ſit, vt in d.c.fi.non vr̄ neque prin
cipaliter,neque incidēter corā ſpirituali poſſe agitari, vt in d.c.
tuam.& c.lator.cū alijs allega.Aut circa decimas emergit quæ-
ſtio facti,puta quia cū petūtur a laico, dicit ipſe eas ſolutas, vel
dilationē ſibi ad ſoluendū conceſſam nondū aduenisſe, & tūc
vr̄ illā ēt principaliter agitari poſſe corā iudice ſeculari. Quod
primo probatur ex tex. in c. poſtulaſti. de deci. vbi Papa indul-
get clericis poſſe implorare regiam poteſtatē, vt aſtringat cleri-
cos ad decimarū ſolutionem, quę facti eſt, licet glo.Ioan.And.
in clem.diſpendioſam.de iudic. dicat ibi iudicē ſecularem non
fuiſſe aditū ad hoc ſuo iure ex directa ſeu ꝓpria ſua iuriſdictio-
ne. Sed in ſubſidium per impetrationē brachij ſecularis, cuius
imploratio permiſſa eſt,ēt in qualibet ſpirituali cauſa, vt in c.j.
de offi.ordi.Secundo hoc vr̄ manifeſtiſſime probari iſta ratio-
ne,quia iſte,qui ratione facti prætenſi fundat eccleſiam debito
decimarū, dr̄ largo modo committere crimen ſacrilegij. dicit
tex. 12.q.2.gloria epiſcopi.de pecu.cleri.c.fi.Sed fauore eccleſię
introductum eſt, vt ipſa contra ſacrilegos in eā, ēt largo modo
loquendo adire poſſit vtrunque iudicē, vt in c. cū ſit generale.
& in c.ex tenore. de ſoro comper.igitur &c. per hoc reſpondet
ad concluſionē primā, quam feci ad d.c.ſi iudex laicus, ſcilicet
non poſſe iudicem ſecularē etiam incidenter cognoſcere de cā
mere ſpirituali, licet illa ſolummodo in facto, non iure verſet.
qm̄ reſpondeo,ꝙ hoc fallit iſto caſu ex eo,quia ex denegatione
ſolutionis, quæ reſultat ex reſponſione facta, incidit denegans
in crimen ſacrilegij, propter quod eccleſiæ fauore trahi poteſt
ad forum vtrunque.d.c.cū ſit.Deciditur & quæſtio tertia omni
7 bus † difficilior,ſcilicet an cauſa vſurarū quoquomodo princi
paliter vel incidenter poſſit corā ſeculari iudice tractari?In quo
Bar. hic, & in d.l.2. & d.l.quoties.& d.l.omni. referendo Pau.
de Eleazar.in clem.1.de vſu.diſtinxit,ꝙ aut quęſtio eſt in facto,
puta quia dr̄ ꝯtractum ſuum in fraudem vſurarū, quod pars ad-
uerſa negat, vel quia agitur de ipſarum vſurarū iam ſolutarū
repetitione,ſeu compenſatione, & tunc iudicis ſecularis regu-
lariter eſt cognitio ex eo, quia hoc non eſt quid ſpirituale. Aut
quæſtio vſurarū eſt in iure,puta quia confitetur pars ꝯtractum ita
factum, ſed negat illum incidere in crimen vſurarū, & de hoc
dubitatur,& tunc eius diſcuſſio pertinet tantummodo ad iudi-
cē eccleſiaſticū, quia cū diſputetur de peccato, igitur de illo de-
cernere ad eccleſiæ iudiciū pertinere nemo ſanæ mentis igno-
rat,de iudic.c.nouit.qui filij ſint legi.c.per venerabilē. §.rōnib.
Et hanc opin.ſequitur Fede.de Sen. in allegato conſi.& Archi.
14.q. 4. quid dicam. & Bal.in auth. & qui iurat.C.de bo.auth.
iudi.poſſid. & do.Anto.in d.c.cū ſit generale. & videtur primo
probari ex caſu c.ad noſtram.el 2.de iureiur.licet glo. in cle. di-
ſpendioſam.de iudi.in verbo,vſuris.ad illum reſpondeat, ꝙ ibi
per Papam fit narratio facti,vt patet,quia refert iur̄m partis. Ex
ea autem non reſultat deciſio iuris. Secundo, quia non poteſt
hæc cauſa vſurarum dici ſpiritualis, vel eccleſiaſtica, niſi ratio-
ne prædicta,quoniā ipſa res id eſt pecunia ſoluta cōtra ius,& ita
eius materia eſt temporalis. Certum eſt aūt, ꝙ pro extorſione
rei turpiter acquiſitæ,ēt vbi datur concurſus peccati, dummo-
do de peccato non diſputetur principaliter, vt eſt hoc caſu, cū
cauſa vſurarū incidit ſolummodo in dubitationem facti, adiri
poteſt iudex ſecularis, vt patet in toto tit.de fur.& vi bono.rap.
& in tit.de condi.indeb. cum ſim. Aliàs enim ſi pro extorſione
cuiuſcunque rei, in cuius quæſtione, vel retentione verſaretur
peccatum, ſolummodo adire poſſit iudex ſecularis poteſtatis.
Quod nō eſt de intentione Papæ, vt in d.c.cauſam.qui filij ſint.
& d.c.nouit. vnde dicit glo. 6.q 2.in canone j. & in c.nos inter.
de purg.cano. declarando d.c.nouit. ꝙ quamuis ratione pecca-
ti,laicus quo ad pęnitentiam ſpiritualiter imponendā ſubſit ec-
cleſiaſticæ poteſtati, non tamen per hoc tollitur quominus ad
impoſitionem pęnæ temporalis ſubſit ēt ſeculari, vt in c.res de-
bet.23.q.5. Secunda eſt opin. Bal.in authē.ad hoc.de lati.liber.
tol. & in d.l.quoties. & d.l.omni.& hic, dicentis cauſam hanc,
ſiue eius dubitatio cōſiſtat in facto,ſiue in iure,non poſſe tracta
ri coram iudice ſeculari,quia cum eccleſiaſtica eſt, vt no.glo.in
d.c.ex tenore. & in d.c.cū ſit. & in d.c.i.de offic.ordi. & 11.q.1.
in ſumma.igitur cognitionis illius ſecularis non eſt capax, vt in
d.c.decernimus. & d.l.omni nouatione. & hanc opin.vr̄ ſequi
glo.in d.cle. diſpendioſam.& latius Lap. in allegationibus ſuis,
allegatione 56.& allegatione 77.allegans vltra prædicta.Primo
glo.in c.ex literis.de iureiu.dicentē cauſam hanc fore quaſi ſpi
ritualē, eo quia inter illas fori eccleſiaſtici numeratur, vt proxi-
me allega.glo. Secundo glo.in c.fi. de iudicijs.lib.6.numerantē
hanc inter cauſam ſpiritualē,quæ vr̄ probari in d.clem.diſpen-
dioſam.vbi Papa hanc inter ſpirituales annumerat. Tertio cle.
vnicā.§.cæterum.de vſuris. vbi vult Papa per cenſurā eccleſiaſti
cam compellendos ad edendos codices rōnum, ex quibus de
vſuraria prauitate conſtare poſſit. Ergo patet illam eccleſiaſti-
ci fori eſſe, cū gladius cenſuræ eccleſiaſticæ ad ſecularē nō per-
tinere noſcatur. Sed ipſe idem in ſuis allegationibus, allegatio-
ne 55. limitat hoc procedere, niſi vſura petatur vt intereſſe, vt
eſt qn̄ fideiuſſor illā compulſus ſoluere repetere poteſt a princi-
pali

pali debitore, vt plene no. per gl. in c. peruenit. de fideiuſſ. & Le-
giſt. in l. vſuras. C. de vſur. qm̃ tunc illæ peti poſſunt coram ſecu
lari, quemadmodũ & quodlibet aliud intereſſe. Ego vero & cõ
ſulendo, & bis iudicando ſecutus ſum opin. Pau. & Bart. per ca-
ſum valde notabilem, & ad hoc expreſſum, quem miror a nemi
ne allegari, in c. poſt miſerabilẽ. de vſur. vbi Papa permittit qui-
buslibet iudicibus ſecularibus habere ius compellẽdi Iudços,
& pariter omnes vſurarios etiã Chriſtianos ad dimittendas vſu
ras eorum debitoribus. Ecce ergo ibi expreſſiſſimum, ꝙ cum q̃-
ſtio eſt facti, quia conſtat contractũ eſſe vſurariũ, & hoc partes
fatentur, habet iudex ſecularis poteſtatẽ vſurarios cõpellendi
ad illarũ dimiſſionem, ſi ſolutæ non ſunt, & cõſequenter ad ea-
rum reſtitutionẽ, ſi fuerint ſolutæ, ita ꝙ ibi eſt caſus iſtius quæ-
8 ſtionis, & in hoc reputo meliorẽ tex. illo. Secundo, quia † vide-
mus iudicem ſecularem habere poteſtatẽ compellendi laicum
ad obſeruantiã iuramenti, quod tamen eſt quid ſpirituale, cum
de eius validitate non dubitatur, qm̃ tunc foret iudicium eccle
ſiæ, vt primum patet in c. licet mulieres. de iureiu. lib. 6. & plene
no. Ioan. And. in c. cum c. laicus. eo. lib. in nouella. de foro com-
pe. Secundum in c. venerabilẽ. de elec. & ſic patet, ꝙ compulſio
facti, ſeu etiam declaratio, vbi dubitationis articulus de iure eſt
certus, etiã in cauſa ſpirituali, prout eſt iuramentalis, pertinere
9 poteſt ad iudicem ſecularẽ. Tertio video, ꝙ † iudex ſecularis lai
cum recipientẽ illicitum iuramentũ, de cuius perfidia non du-
bitatur, compellere põt ad eius faciendam relaxationẽ ſeu re-
miſſionẽ illi, a quo recepit, vt ſingulariter no. Feder. de Senis in
ſuis conſil. conſi. 376. & refertur in c. j. & c. debitores. de iureiu.
& tñ non eſt dubium, ꝙ hæc compulſio contingit circa rem ſpi
ritualem, prout eſt iuramentũ, ſed quia conceſſio nudi facti eſt,
nõ autem iuris, ideo ẽt in ea ſecularis arbitratur. Quarto video,
10 ꝙ ea, quæ manifeſte periuria † ſunt, & ſic in quibus ſine dubio
periurij pęna cadit, punit ſecularis etiã de permiſſu eccleſiæ, vt
in d. c. rex debet. 24. q. 5. & etiam punit id, quod certitudinarie
eſt ſacrilegiũ, etiam de permiſſu eccleſiæ, quamuis illud crimen
eccleſiaſticũ ſit, vt in d. c. cũ ſit generale. & in c. Fęlicis. §. de hoc
quoque. de pęnis. lib. 6. licet ergo ad eũ in huiuſmodi non per-
tineat diſcuſſio iuris. puta in caſu dubii arbitrij, an in periurium
inciderit, vel non, vt in d. c. per venerabilẽ. tñ cum de iure eſt
certũ, ꝙ incidit in periurium, ptãtem habet puniendi, ergo mul
to magis cũ de iure eſt certum, ꝙ vſura cõmiſſa eſt, poteſtatem
habere debet vſurariũ compellendi ad vſuræ remiſſionem, ſeu
eiuſdẽ reſtitutionẽ. vt eſt expreſſum in d. c. poſt miſerabilem.
de cuius tex. in hoc facio ꝑcipuum fundamentũ. Ratio aũt di-
uerſitatis inter deciſionem quæſtionis primæ, & aliã huius vlti-
mæ quæſtionis, illa eſt, quia & quamuis negocij eccleſiaſtici iu-
riſdictio ad ſecularẽ non pertinere noſcatur, tñ multo fortius
potius non pertinere dignoſcitur tractare de negocijs ſpiritua-
libus, vt eſt expreſſum in d. c. decernimus. & ideo iura arctius
voluerunt ligare manus iudicis ſecularis in his, quæ mere ſpiri-
tualia ſunt, & ſtricto modo loquendo, quam in his, quæ ſimpli
citer cauſæ eccleſiaſticæ ſunt, prout eſt cauſa vſuraria, quæ non
alio reſpectu largo modo loquendo ſpiritualis dr̃, niſi quia ad
forum eccleſiaſticũ pertinere cenſetur, vt no. in glo. in d. c. ex li-
teris. & hæc de iſta ſufficiant. Pro perfectiori tamen iuris decla
11 ratione erit videndum, nunquid huiuſmodi † cauſarũ poſſit in
laicum fieri compromiſſum, & ſic licet laicus cognoſcere non
poſſit vt iudex, tamen cognoſcere poteſt, vt arbiter, vel arbitra-
tor. Et ſi non principaliter, an ſaltem incidenter? Et quia paſſus
a notabilis & quotidianus in ſe, & quia [a] in eo anno præterito cõ-
ſului in ciuitate Peruſij, vbi conſtitutio viget, cauſas inter cõiũ-
ctos vertentes compromittendas fore, igitur cõſiliũ illud in ma
teria plenum formaliter interſeram. Dicebã igitur prima fron-
te dicendum videri cauſam, de qua quæritur, iuxta tenorẽ Pe-
ruſinæ conſtitutionis compromittendam fore, & quidem pri-
mo, ꝙ vt in arbitrum cõpromitti poſſit, ea vr̃ ratione probari,
quia principaliter illa cauſa nullitatis teſtamenti ad petitionẽ
hæreditatis concernit, licet ergo incidenter diſcutiẽdus veniat
articulus matrimonij iſte, ſcilicet an inter eum, qui alterius fi-
liũ ex ſacro fonte leuat, & eã cuius filius leuatur, poſſit cõtrahi
matrimoniũ. attento ꝙ non probatur baptizatũ a leuante ma-
terna voluntate fuiſſe leuatum, idẽ & articulus legitimitatis fi-
lij ex eo matrimonio ſuſcepti, tamen non per hoc reſultat, quo-
minus ſit ipſa cauſa compromiſſibilis. Licet. n. cauſa ſtatus hu-
iuſmodi non poſſit principaliter in arbitrũ compromitti, ſ. de
arbit. l. non diſtinguemus. §. de officio. ſ. de arbi. & in d. c. cauſa.
tamen de ea arbiter incidentem habet cognitionẽ, vt recte in ar
bitro eſt caſus ſm̃ lect. fi. vlt. glo. in l. cũ proponas. præalleg. Cæ-
terum, ꝙ de eadẽ in arbitratorem poſſit principaliter compro-
mitti, duabus rationibus vr̃ poſſe ꝓbari. Prima, quia ſi vbi ſum
maria aut extraordinaria eſt cognitio non eſt iudici laico de ſpi-
ritualibus cognitio prohibita, vt Spec. in tit. de primo decreto.
§. reſtat. verſi. quid ſi agitur actione. & no. Bal. in l. 2. C. de Car-
bo. edic. & in dicta auth. & qui iurat. ergo multo magis cẽſetur
eiuſdem cauſę ipſi arbitratori laico permiſſa notio, cũ vt amica
bilis compoſitor de plano cognoſcat, & ſine figura iudicij ordi-
narij, vt no. Innoc. de iureiur. c. Quintauallis. & no. ſ. de arbit. l.
ſi de meis. §. recepiſſe. Secundo, quia ſi vbi non proceditur per
viam diſceptationis ordinariæ, ſed de plano per modum cõfeſ-
ſionis, aut aliter permiſſa eſt ipſi laico iudici ſpiritualiũ cogni-
tio incidens, vt no. Spec. in tit. de reconuentio. §. nunc dicamus.
ver. ſed nunquid incidenter. & refert Bald. hic, & in d. l. quoties.
Ergo quanto magis vr̃ permiſſa ipſi arbitratori per viam com-
poſitionis amicabilis procedenti. Tertio, quamuis dictũ c. cau-
ſa. videtur prohibere ſuper huiuſmodi matrimoniali quæſtio-
ne compromittendi facultatẽ, nihilominus hoc interdictũ eſt,
cum in arbitrũ compromittitur, nõ cũ in arbitratorem. Quo-
niam ſuper huiuſmodi ſpiritualibus, quamuis non poſſit vt in
arbitrum cõpromitti, argu. de tranſact. c. ſuper eo. tamen vt in
arbitratorem ſic, vt eleganter determinat Ioan. And. in nouel-
la. & etiam Hoſt. in c. exhibita. ad hoc allegantes c. contingit. &
c. per tuas. de arbit. referendo etiã ſequitur dom. Bal. in ti. de pa
ce Conſtan. 10. col. in glo. ſuper verbo, poſſeſſiones. Et hanc ſen
tentiam reperio tenuiſſe recolendæ memoriæ ac teſtualis ſcien
tiæ virum dominum Pet. de Anch. in ſuo conſi. incip. Iſtã quę-
ſtionem dubiã facit c. contingit. Vltimo vr̃ iſta quæſtio deter-
12 minari † ex expreſſa no. do. Bal. in l. vnica. C. de confeſſis. dicen-
tis, ꝙ quamuis per cap. tuã. & c. laior. ſ. allega. non videatur etiã
incidenter cognoſcere poſſe de matrimonio, ſeu ſpirituali cau-
ſa, tamen ipſe ſalua ſemper veritate credit contrariũ, quia non
tanquam iudices, ſed tanquã priuatæ perſonæ ex mera partiũ
voluntate cognoſcunt. & ideo iuriſdictioni eccleſiaſticæ nõ de-
rogant, nec eã aliqualiter inſuperant. Et dicit hoc fore nouum
dictũ. Præmiſſis tamen non refragantibus arbitror contrariam
ſententiã veriorem ſcilicet cauſam hanc matrimonialẽ, ex qua
ꝯñr infertur ad cauſam ſtatus legitimitatis filii inde nati, neque
principaliter, neque incidenter in arbitrum ſeu arbitratorẽ lai-
cum eſſe compromiſſibilẽ, & quidem principaliter vt in arbi-
trũ, vel arbitratorẽ compromiſſibilis ſit, altera parte recuſante,
vr̃ manifeſtiſſime terminari, ꝙ ex forma conſtitutionis volẽtis
omnes cauſas compromitti debere in arbitros, & arbitratores
de iure, & de facto, nõ poterit compromitti ea cã, ſuper qua eſt
prohibita tranſactio, prout eſt cauſa tutelæ, per l. in eos. j. de tut.
Sed in huiuſmodi cauſa matrimoniali tranſactio prohibita eſt,
tanquam in alia cauſa ſpirituali qualibet, vt in l. ſtatuimus. cũ
ibi plene no. de tranſac & l. fin. cum ibi no. C. eod. titu. igitur
nec eadem poterit compromitti. Secundo, quia conſtitutio lo-
13 quens per verba † generalia, nunquã eam intelligitur include-
re velle, ſuper quibus ipſi ſtatuentes non potuiſſent ſpecialiter
diſponere, j. ad muni. l. Lucius Titius. §. Imperatores. de his qui
in frau. cred. l. ſi pater. j. de adminiſt. rer. ad ciui. perti. l. curato-
res. §. fi. ſ. de ritu nup. l. quamquã. no. Io. And. in c. fi. de immu.
eccle. lib. 6. in nouella. Sed ſtatuentes non potuiſſent ſpecialiter
diſponere, ꝙ cauſæ matrimoniales ſeu concernentes legitimita
tẽ perſonæ valeant in laicos compromitti, vt proxime probabi
tur, igitur &c. Quod autem id ſpecifice diſponere non potuiſ-
ſet, probatur, quia non valet irrationabilis conſtitutio ciuitatis
epiſcopali iuriſdictioni eccleſiæ ſubiectæ iuri canonũ ꝯria, vt in
diſputando determinat Ioan. Cald. in conſilijs ſuis, in tit. de con
ſti. conſi. 18. Et eſt caſus in c. cũ eſſes. de teſtam. Sed huiuſmodi
cõſtitutio multiplici ex capite eſt irrationabilis, vt proximè de-
ducetur. igitur, &c. Quòd autem irrationabilis ſit, paret, quia
facultatẽ cognoſcendi in matrimonialibus concederet, quod
eſt prohibitum, de iudi. c. quanto. & c. decernimus. 16. diſtin. cũ
ſim. Matrimonialis cauſæ cognitio ſolum epiſcopali conuenit
dignitati, adeo vt nec alijs prælatis inferioribus, quamuis iuriſdi
ctionem habentibus, niſi ex antiqua conſuetudine, de exceſſ. pl.
c. accedentibus. de reſtit. ſpol. c. literas. in prin. 35. q. 6. multorũ.
Secundo, quia per eam conſtitutionẽ laici debilitarent iuriſdi-
ctionẽ epiſcopi eorũ ſuperioris in ſpiritualibus, ad cuius vt dixi
dignitatem ſpectat de huiuſmodi cauſis cognoſcere. Iniqua er-
go & conſequenter inualida eſt illa cõſtitutio, per quã inferior
conſtitutionem ſuperiorẽ infringit, de iureiu. c. veniẽtes. de elc.
clem. ne Romani. de appel. c. ex inſinuatione. no. Bart. de aqua
plu. arcen. l. pen. Tertio irrationabile vr̃ cognitionẽ matrimo-
nialis cauſæ laico concedi canonum peritiam non habenti, cũ
dicat tex. matrimoniales cauſas per diſcretos iudices tractãtes,
qui poteſtatem habeant iudicandi, & ſtatuta canonũ non igno
rent, de conſang. & affin. c. ex literis. in fi. Tertio principaliter, ꝙ
huiuſmodi cauſa matrimonialis & ſtatus non poſſit principali-
ter vt in arbitrum compromitti, eſt caſus expreſſus in c. cauſa.
& in

ADDITIO.

a Et quia Adde ꝙ hoc conſilium habes in conſil. ſuis, nu. 299. incip. In propoſi-
ta conſultatione.

& in d.§.liberati.Quod aūt non vt in arbitratorem probo. Pri-
mo.quia arbitrator non eſt alius, quàm inter partes amicabilis
cōpoſitor, vt ex ſe notum eſt, quamuis autem in alijs ſpirituali-
bus amicabilis compoſitio etiā per viam arbitramenti permiſ-
ſa ſit, vt in c.de cætero. & c.ſuper eo. in fi.de tranſac. & in c.niſi
eſſent.de præb. tamen in cauſa matrimoniali illa non poteſt fie
ri, vt eſt caſus in c.fi.de tranſac.Secundo conſidero tex. in l.ſi ſo-
cietatem.§.arbitrorū.ſ.pro ſocio.qui cum dicat arbitrorū duo-
rum eſſe genera, poſtmodū vnum ipſorum generū declarādo
fore arbitratorum, clare demonſtrat alterū appellatione large
ſumptā ſub ſe arbitratorē comprehendere. Modo tex. habes
in d.c.cauſa.ꝙ in matrimoniali eā arbiter nequit aſſumi, ſubdit
rationē, quia illa maiores exigit iudices, ſed ea ratio ita pariter
locum ſibi in arbitratore vendicat, vt in arbitro, igitur &c. Item
habeo tex.in c.contingit.de arbi.dicentem generaliter prohibe
ri, ne ſuper ſpiritualibus compromittatur in laicū ſolum, licet
in eum clerico adiunctū ſit, vt eo.tit. per tuas. igitur.ſubdit tex.
rationē, quia non decet vt laicus in talibus arbitretur. Sed ea ra-
tio, vt ex ſe notum eſt, in arbitratore ſibi locū vendicat pariter,
vt in arbitro, igitur &c. Laicis enim generaliter ſuper ſpirituali
bus cognoſcendi noſcitur fore denegata poteſtas, de reb. eccle.
non alie.c.cum laicis.& in d.c.decernimus.cum alijs alleg. Nec
vera exiſtimo dicta Spec. & Bal. ſuperius allegata, dum volunt
ſummariè, licet non per viā ordinariæ ꝯdictionis, per ſecularē
iudicem de ſpirituali cauſa poſſe cognoſci ex tribus. Primo, qa
cum ei ſit denegata poteſtas qualiſcunque ſentētiæ in ſpiritua-
libus, vt d. c.decernimus. cū alijs alleg. ergo eſt denegata qua-
liſcunque cognoſcendi facultas. Denegato enim qualicunque
fine, denegatū cenſetur qualecunque illius principiū, ſ. de ipō.
l.oratio.cum ſim.Secundo, pone clericū confeſſum ante libelli
oblationē crimen coram iudice ſeculari, poterit ne tunc ille iu-
dex ſententiā terminare? Certe non, de iudi.c.at ſi clerici.etiam
ſi ſit crimen hæſis, vt in c. vt inquiſitionis.§.prohibemus.de hæ-
ret.lib.6.eo quia ſibi in clericos denegatur iuriſdictio, & tamen
eſt certū.ꝙ iſto caſu partes iudicis nō erant in ordinariē cogno-
ſcendo, cum in confeſſum ante libelli oblationē nullæ ſint par-
tes iudicis, niſi in condemnando, ſ.ad leg. Aquil.l.perinde.§.no
tandū. ſ.de iudi.l.ſi debitori.& in c.dum eccleſia.cum ibi nota.
in glo.de elec.cum ſim. Quod autem nec incidenter corā arbi-
tro ſeu arbitratore poſſit ſpiritualis cauſa tractari, ꝓbatur, quia
quemadmodū cum coram iudice laico incidit ſpiritualis quę-
ſtio, maxime iure ipſo in cauſa cognoſcendi eſt incapax, vt d.c.
lator.& d.c.tuam.& c.ſi iudex laicus. ita & pari ratione cum il-
la incidit coram arbitro ſeu arbitratore. Nec ob.ſupra allegata
ratio Bal.quia quāuis arbiter ita cognoſcendo nō videatur vſur
pare iuriſdictionē eccleſiaſticam, tamen pur ſibi cognitio dene-
gatur.quia non eſt ratio ꝓhibitiua cognitionis illa, ſcilicet, vſur
patio iuriſdictionis, ſed totalis defectus poteſtatis, qui circa iſta
14 eſt in laico, vt d.c.quanto.& d.c.decernimus. Et ex his † reſul-
tat deciſio ad qōnē, quā mouet do.Bal.in c.ſi mulier.de cōtro-
uer. inueſtit.in vſib.feud. ſ. an cā vſuraria poſſit cōpromitti, &
valeat laudū inde ſecutū decidit, ꝙ ſi ꝯtinet remiſſionē doli ꝑ-
teriti, validū eſt, ſecus ſi futuri. Allegat ḡnalitatē l.ſi vnus.§.illud
nulla.ſ.de pac. Sed certe ego indiſtinctè dico illud quocūq; vſu
ræ ꝑteritæ remiſſiuū, fore inualidum, quia peccati nutritiuū in
perſona vſurarij. Et eſt regula, laudum nutritiuū peccati inuali-
dū cenſeri, de arbi.c.2.& per hoc habes hanc materiā longe me
lius & perfectius, quàm per alios declaratā. In tex.ibi, niſi pro-
15 bet &c. Quid † ergo ſi plura ſunt adiuncta in onere probādi, de-
ficiēs in vno intelligitur deficere in totū, vt in notabilibus dixi,
vnde dicit glo. negocium plene non probatū habetur pro to-
taliter nō probato, ſ.de his qui no.infa.l.Lucius.ſecus ſi quod-
libet coniunctorū de per ſe, & ſufficiēs ad victoriā cauſę, de qua
quæritur. Nam tunc etiam ſi articulentur plura, ſufficit probare
alterū.ꝭ.de appel.l.ſcio.alias l.appellanti.in §.fin. Qñ vero non
ſunt plura ſimul cōiuncta, ſed vnum qualificatū, tunc dicit do.
Bal.ꝙ ſi qualitas eſt de ſubſtantia actus, vel defenſionis, vtrum-
que debet probari, ſ.de inſti.l.habebat.ꝭ.vi bono.rapto.l.ꝑtor.
la 2.§.docere.& quod no.Ioan.Andr.in nouella, in c.pro huma
ni.in verbo, Chriſtianis.de homicid.li.6. in nouella. Si aūt qua-
litas non eſt de ſubſtantia actus, vel defenſionis ſeu petitionis,
deficiēs in probatione ipſius ſolius qualitatis, nihilominus vin-
cit in ſimplici facto, ſ.de noxalib.l.in delictis.§.ſi detracta.de cu
16 ius intellectu in l.edita.C.de eden. † Tu aduerte, quia ex primo
mandato. Sed quid cū plura ſunt coniuncta in articulis proba-
torijs.deciditur quæſtio, nunquid intelligatur probata emptio,
ſi probatur res in emptione deueniens, non tamen eius pretiū?
& certe cum emptionē tria faciant, ſcilicet conuentio, res, & ꝑ-
tium, vt Inſti.de empt.& vendi.§.pretium.l.2.§.fine pretio.& l.
pacta conuenta.in glo.ſ.in eo.tit.Igitur eſt ꝑns ex prædicta theo
rica emptionis ꝯtum non fore probatū. Obſcura.n. probatio
nullius eſt momenti, de probationib. c.in præſentia. C.eod.tit.

l.matrem.& l.neque natales. C.vnde cognati.l.nō hoc.cū ſim.
Iſtam quæſtionem ponit Bal.in l.j. C.de reb.alien.non alien. &
ibi vide.& ad prædictorū intelligentiam vide quod Cy. & Ipſe
no.in l.2.C.de donationib.ante nuptias.Contra deciſionē, quā
17 † facit in membro ſecundo vr refragrari c.licet cauſam. cū ibi
not.de probationib & quod no Bar.in l.diuus.de re iudic.& l.ſi
cui.ad fin. ꝭ. de fun. inſtruc In quibus dr̄, ꝙ penes factum qua-
lificatū vr̄ neceſſario ſe aſtringere ad qualitatē probandā. Hoc
aūt, quia non eſt propria materia, non diſcutio de præſenti. Ex
18 ea ramen † deciſione inferri poteſt ad queſtionem, ſcilicet an ſi
ſit deductum delictum cū noctis qualitate, vel cū ſanguinis ef-
fuſione, qualitate non probata, licet actu delinquendi ſic, patia-
tur ſimplicem abſolutoriam? quæſtio antiqua & adhuc dubia,
& eam antiqui Doct. poſuerunt in d.§.ſi detracta. & in l.quid
ergo.§.pœna grauior.ſ.de infamib.Ioan.And. plenius omnib.
in addi.Spec.in tit.de accu.in rubr. & parte vltima.Barto.ꝭ.de
adul.l.denunciaſſe.Bal.vero in l.2. C.de probationib. vbi refert
de hac quæſtione quæſitum fuiſſe a Iaco. de Are. in ſuo priua
to examine, & in l.j.C.qui accu.non poſ.Reperitur etiam ſuper
19 hoc Bart. in hoc contrario modo conſuluiſſe. Subdit † vlterius
Bal.quatuor eſſe, de quibus dubitatur, an ſint de ſubſtātia pro-
bationis. Et primum eſt cauſa, & in hoc cōclude aliquibus ſibi
additis. Quod ſi eſt talis cauſa, ſine qua nō cōpetit actio actori,
vel defenſio reo, illa eſt probanda ab allegāte. ſecus ſi ſit impul-
ſiua, vt primum patet in l.1.§.fi.ꝭ.de dona.in l.2.§.circa.ꝭ.de do-
li excep.Secundum in l.3.§.quamquā. ſ.de condic.ob cau.in l.
damus.& in l.in ſumma.§.id quoque.de cōdi.indeb.in l.ſi mu
lier.C.de iure dot.ſ de poſtu.l.j.§.ſexum.Secundum eſt ꝯdō.&
iſta in ſui implemēto eſt probanda, vt l.qui hæredi.& l.Meuius.
& l.legata ſub conditione.ſ.de condi.& demon. Et hæc fuerūt
duo membra Innocen. in c.ex parte abbatiſſæ.de priuile. Ter-
tium eſt modus, & iſtius impletio ꝑ agentem ex ꝯctu innomina
to ſemper eſt probanda, C.de rer.permu.l.ex placito cum ſim.
Per agentem vero ex ꝯctu nominato, alias vltima volūtate, nō
oportet probare impletionē modi quo ad fundandā eius peti-
tionē. Sed ſi excipiatur de modo, debet probari illius impletio,
vel æquipollens per viam replicationis, vt in l.in ſulā.§.fi.ſ.loc.
& l.quibus diebus.§.Aemilius.ꝭ.de condi.& demonſt.& quod
plene no.glo.in l.j.C.de condi.& demon. C.de his quæ ſub mo
do.Quartum eſt demonſtratio, in quo dico, quod aut ſine pro-
batione illius res remanet penitus incerta, & tunc ſuccumbit il
lam non probans, ꝭ.de hæred.inſtit.l.in tempus.§ fi.ꝭ.de cenſib.
ſe, vel non eſſe, abſque eo, quod aliter ɔ̄demnet, vel abſoluat,
ſ. de arbi. l. ſi tam. §. ſi arbiter. ſ. de iud. l. ſi prætor. in prin. Idem
6 † etiam dicimus in ſententia, quæ fert ſuper actione reali, quia
declarari dominum eſſe vel non eſſe abſque eo, ꝙ aliter ſequa-
tur cōdemnatio vel abſolutio, quoniam declaratione facta ius
illā ſubintelligit tacite, ita patet in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ſ. ſi
ſerui. vendi. in l. ex diuerſo. poſt prin. ſ. de rei vendi. in l. ſi inter
me. j. de excep. rei iudic. & in l. Pomponius. §. ſed in his. ſ. de ꝓ-
7 cur. No. ex eadem, ꝙ cū circa idem † factū ſeu ad eundē effectū
ciuilem vtriuſque delinquentis turpitudo verſatur, tunc ſucce-
dit regula, ꝙ paria delicta pari compenſatione tollūtur. Ad idē
de adulter. c. intelleximus. & c. fi. & d. l. cum mulier. j. eo. vbi hæc
8 materia venit plene tractanda. No. ex eadem, ꝙ nullus † iuua-
ri debet ea lege, quam ipſe contēpſit. Ad idē eſt ff. de mino. l. au
xilium. de vſu. c. quia fruſtra. cum ſim. No. ex eodem neminem
9 † alium inculpare debere eo delicto, cui ſimile vel conforme ip
ſe cōmiſit. vnde dicit moraliter canon, qui aliorum. & alibi
dicit ipſe allegando, 3. q. 7. Item in Euangelio, quomodo debet
quis feſtucā eijcere de oculo alieno, cum trabem geſtet in pro-
prio, in l. cū mulier. j. eo. tit. Qui. n. alia vitia vult corripere, ſua
prius debet ſtudere corrigere, 3. q. 7. can. iudicet. & præcedenti.
10 & c. in grauibus. & ſeq. No. ex eodem ſm lect. Bar. ꝙ † ex natu-
ra conuentionis & reconuentionis eſt, vt ambæ cauſæ vna ſen-
tentia terminentur. Ad idē de mutuis peti. c. j. & l. j. in fi. cū ibi
11 plene nota. ſ. quæ ſenten. ſine appel. reſcin. No. ex eadē † ſm do.
Bal. quod qñ cā conuentionis & reconuentionis ſe ad inuicem
perimit, ſicut hic, tunc ɔ̄uentio hēt vim reconuentionis, & ideo
neceſſe eſt ſimul de vtraque cā pronunciari. Sed qñ ſe non peri
munt, quia ſunt cauſæ diſſeparatæ, tunc an neceſſe ſit eas vna
12 ſnīa terminari, dic vt in d. c. j. & in d. l. j. in fi. No. ex † eadem ſm
eundem, quod in actione perſonali procedit libellus concludēs
ad ſolam declarationē, vt hic patet, quia procedit ſententia, per
quam ſola ſit declaratio, ergo ſequitur, ꝙ libellus ꝑcedens hoc
concludebat, cū de natura ſententiæ ſit, vt libello conformis
ſit, de ſimonia. c. licet Heli. de verb. ſign. cle. ſæpe. cōi diuid. l. vt
13 fundus. C. de fideicom. liber. l. fi. Nota vltimo, ꝙ † peccans in le-
ge ſeu fide matrimonij nō pōt coniugi ſimile delictū obijcere,
ſicut nec peccans, in l. ſocietatis, vel contractus. ſ. de compen. l. ſi
ambo. ſ. loca, l. quæro. §. inter locatorem. de iureiu. c. peruenit.
14 il primo. No. in l. ſi pater ignorans. ꝙ indebitum † ſolutum, qđ
in repetitionem cadit per viam alicuius contractus, non poteſt
repeti per condictionem indebiti. Ad idem tex. optimus in l. ſi
ſine. in prin. & l. fi. in fi. j. rem rat. hab. & l. 2. iuncta gl. ſ. de con-
dic. indeb. Et ita hæc quatuor iura ad declarationem illius ti. cō
tinuo allegare ſolebat do. Bal. Ego addo quintā in l. ſed addes.
15 §. ſi quis cum in annum. ſ. loca. No. in l. in inſulam. ꝙ † mors
ciuilis paterna quo ad effectum conſolidationis actionis de do-
te inducenda in perſonam filiæ, illum effectum operatur, quē
16 mors naturalis. No. ex † eadem ſecundo, ꝙ vniuerſalis confiſca
tio bonorum patrimonij paterni non includit confiſcationem
actionis de dote, quæ patri cum filia cōis erat, & in hoc eſt no-
17 tabilis. No. ex eadem † tertio in verbo, non potuerat, ſuppleto
ſm communem intellectum, ſ. nec exegerat. ꝙ licet petitio do-
tis & ſententia ſuper ea lata patre agente, non impediat ius ɔ̄ſo
lidationis actionis de dote in perſona filiæ, vt ſ. eo. l. ſi marito pu
blico. §. voluntatis. tñ exactio per eundē facta ſic. Ad idem tex.
expreſſus in l. fi. C. commu. vtriuſque iudic. & plene dicā in l.
18 dotē. † No. ex ead. in §. fructus. primo, ꝙ ita putatiuus maritus
matrimonij onera ſuſtinēs, lucratur fructus dotis, ſicut & lucra-
tur verus, vt patet ſ. de iure do. l. dotis fructus. C. eo. l. pro one
19 ribus. cum ſim. No. ex eodem ſecundo, † ꝙ quamuis verus ma-
ritus conſtante matrimonio lucretur fructus dotis abſque eo,
quod ex eis habeat deducere impenſas vtiles, vel neceſſarias in
res dotales factas, vt ſ. eo. l. diuortio. §. impendi. cū ſim. tñ mari-
tus putatiuus non ita lucratur, qñ ſumptus in dote factos non
vltra repetit, quàm excedant quantitatem fructuum, quos ex

dote

dote percepit. Et in hoc iſte tex.non eſt alibi ſm dominum Dy.
20 No.vltimo † ex eadem, ꝙ ſicut bonæ fidei poſſeſſor putans ſe do
minum,& ſui contemplatione fructus percipiens, nullo alio re
ſpectu, ſi ſumptus ſuper re poſſeſſa fecit,non repetit,cū illos de-
ducere poteſt ex fructibus perceptis, vt l.ſumptus. & l.emptor.
s̄.de rei vendi.& quod plene no.in l.certum. C.eo.tit.Ita ſimili-
ter nec repetit maritus putatiuus,& bonæ fidei poſſeſſor,qui tñ
fructus percipit ratione oneris matrimonij.In glo.ſuper verbo,
21 accuſantibus . ibi, in † ciuili cauſa &c. Continuo allegatur hæc
glo. ꝙ verbum illud, accuſatio, ex lata ſignificatione adaptatur
petitioni ciuili & pecuniariæ,C.de edē.l.qui accuſare, ſic & ecõ
uerſo verbum , actio, adaptatur accuſationi criminali. Ad hoc
s̄.de ſepulc.vio.l.3 . ad fi. j̄. de termino mo. l.Agraria. Ita etiā &
verbum,defendere, aliquando exponitur pro accuſare, ſicut &
verbū,opponere, vt habetis tex.iūcta gl. in l. ſi quis ad ſe fundū.
C.ad legem Iuliam de vi. & in l. non prohibentur. C.qui accu.
non poſſunt. Quod eſt diligenter notandum ad ſaluationem li-
bellorum, & conſtitutiones procuratorū, qui plerunque cõſti-
tuuntur ad agendū, vel accuſandū, vel opponendū, vel defendē
22 dum. Dixit aūt hic † Bal. allegando dictū Spec. ſm eū notabile
in tit.de accuſa.§.j. ver.quid ſi primo. ꝙ vbi quis accuſat de cri-
mine, petens ſimpliciter puniri, intelligitur in dubio, niſi aliter
ex proceſſu cauſæ declaretur inſtituiſſe accuſationē criminalē
criminaliter, non aūt ciuiliter, quod ego puto minime verum,
per l.ſi præſes.j̄.de pœn.vbi libellus vel ſnīa, qui ratione genera-
litatis poſſunt adaptari ad cõdēnationē duplicis generis, debēt
in dubio adaptari ad condemnationem generis minoris. & ita
iſtam notabilem doctrinam per illam legem tradit Inn.de ord.
cog.c.cū dilectus.Tene tñ menti dictum, quia propter authori
tatem tantorum Doctorū teneretur in practica. Ex hac tñ lec.
23 gl. no. ꝙ ad † conſecutionem lucri dotalis poteſt etiam via ex-
ceptionis maritus deducere crimen adulterij.de quo dic, vt ple
ne dixi s̄.l.proxi.Bart.tñ hanc aliter intelligit, ſcilicet ꝙ inter cõ-
iuges per modum conuentionis vel reconuentionis foret inſti-
tuta accuſatio criminis accuſantis ad lucrum dotis & donatio-
nis propter nuptias ciuiliter. & vterque intellectus ſatis poteſt
accommodari literæ. Inquantum tñ hinc ſumpta occaſione re
24 miſſiue †.quærit, an in accuſatione criminis inſtituta ciuiliter
requiratur ſolemnitas l.libellorū. de accu. quæ eſt canonizata.
adijcias remiſſiones plene. vide ergo eundē in l.& an eadem.§.
actiones.j̄.de excep.rei iud.& in l.p̄tor edixit.j̄.de iniurijs.& l.itē
exigit.de dolo.& in l.j.s̄.de eden.& l.j. j̄.de exceptionib. & l. j.
§.interdictū. j̄.vti poſſid.& l.j.§.ſin autē. j̄. de vi & vi arma.Bal.
in l.j.vbi ex poſſ.agi oport. & valde ſubtiliter loquiť in c.j. quib.
mod.feud.amit. in vſib.feud. hr̄ de procur.c.tuæ.Plenius tamē
& ſubtilius omnibus ſuper hoc loquuntur Domini mei in eo-
rum deciſionibus , iuxta modernum ordinem deciſione 438.
25 In glo.fi.ibi, §.in exercitu &c. Solue, quòd † ibi loquitur de do-
lo ſerui , qui non debet inducere compenſationem in præiudi-
ciū dñi , cū in q̄ſitis factū ſerui dño nõ noceat, C. de pac. l.ſer-
uus. C.de acq.poſſ.l.vlt.cū ſi. Hic aūt loquitur de dolo proprio
eius,aduerſus quē obijcitur compenſatio. In glo. l. ſi pater. ibi,
26 §.Imperator &c. Triplex † datur ſolutio. Prima Iaco. de Rauē.
dicentis, ꝙ quamuis tex.concedat actionem de dote ad repeten
dum, nõ tamen denegat competere condictionem indebiti, vn
de illa etiam competet per d. §.Imperator. Et pro eo facit iſta
ratio , quia indebitum ope exceptionis fauorabilis , prout hæc
eſt,erronee ſolutum indebiti condictione repetitur,s̄.de condi.
indeb. l.ſi non ſortem. §. indebitum. & l.qui exceptionem. Se-
cunda fuit ſolutio Pet. ſcilicet, ꝙ ſpeciale eſt fauore dotis, vt ca-
ſu iſto de dote actio competat, quæ priuilegiata eſt, qualis non
eſt indebiti cõdictio. Licet enim ſoluto matrimonio nõ ſit dos
vere,cum dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, C.de dona.ante
nup.l.fundi. cum ſim. tamen ſufficit ꝙ fuerit putatiue propter
patris errorem putantis matrimonium ſubeſſe. Certum eſt au-
tem, ꝙ & putatiua dos priuilegia dotis habet regulariter , vt l.ſi
cū dotem.§.fi.s̄.eo. & iſtam ſolutionem ſentit gloſſator in d.§.
Imperator . Tertia fuit ſolutio Iac.de Are. dicentis, ꝙ quamuis
matrimonium ſit ſolutum , tamen adhuc dos dicitur viro de-
bita ipſo iure , j̄.eod.l.ſi ſocer. §.Lucius.s̄.de condic.ob cau. l.ſi
donaturus. ad fi. vnde ſoluta pecunia in dotē conuertitur, vt in
l.Titio centū.§.Titio genero.de cond.& demon.Et ideo nec eſt
mirū,ſi dotis actione repetitur. Et hæc eſt verior. Nec obſtat rõ;
quā ſupra induxi pro Iaco. de Rauen. quia exceptio cõpetens
patri, ſoluto matrimonio non reddit dotē indebitā a principio
ſuæ natiuitatis,ſed demū ſi opponatur, vt patet in d.§.Titio. &
d.§.Lucius. vnde cū hic non fuerit oppoſita,debitū remanet in
propria natura debiti,& ideo actio de dote non condictio inde
biti ad repetitionē cõpetit, ſecus aūt foret in exceptione, q̄ a ſui
natiuitate haberet debitū elidere, qm̄ tunc illud ſolutū condi-
ctione indebiti poſſit repeti.& ita loquitur tex.in d.§.indebitū.
27 & in d.l.qui exceptionem. In glo.l.in inſulam. in princ. † ſuper
verbo,conſentiente. ibi, nam tunc ſecus. quid ſi dos fuiſſet exa-
cta ante patris deportationem, exactio impediret conſolidatio-
nem actionis de dote in perſonā filię, cū non poſſit conſolidari
ea actio, quæ iam ſolutione debiti extincta fuerit. Et ita probať
C.commu.vtriuſque iud.l.fi. vnde iſto caſu dos per patrē recu-
perata tranſiret in fiſcum cum onere iterū dotandi , filia ſecun-
do nubente, arg.j̄.ad Sillanianum. l.cum & fiſco. ſecundū Dy.
& ſic vult ꝙ onus dotandi tranſeat in fiſcum, ſeu in extraneum
hæredem.Sed ꝯrium idem voluit s̄.eo.l.marito. §.ſi voluntate.
28 Ideo dic,vt dicam j̄. proxi.l.poſt dotem. † In glo.§.ſumptus. ſup
verbo, ſuperflui. ibi, ſed quo iure ſeruatur &c. In hoc duplex
opinio. Prima Dy.quem Cyn. ſequitur dicentis maritum hoc
caſu ſolum ſeruare poſſe impenſas per retentionem , atque do-
li exceptionem oppoſitam , per l.ſi in area. C.de condi. indebi.
Alia eſt opi. Pet. dicentis non ſolum hanc exceptionem mari-
to cõpetere,ſed ēt vtilem negotiorū geſtorū actionē,eo quia re
ipſa vtiliter geſſit maritus putatiuę vxoris negotiū vtile, ſeu ne
ceſſario in re dotali faciēdo.& ad hęc d.l.vnica.§.ſed nec ob im-
penſas. Et hæc eſt opinio verior , quā confirmo ex doctrina Iu-
riſconſulti in l.in hoc iudicium. verſic.diuerſum. s̄. cõi diuid.di
centis,quod cum faciens in re aliena ſumptus vtiles & neceſſa-
rios, non cogitat ad illos ſibi alium obligare, prout eſt quando
facit ex propria cogitatione domini, tunc ipſi ſumptus non iu-
re retentionis atq; exceptionis recuperari poſſunt . Et ita loqui-
tur d.l.ſi in area.quam allegat Dy.cum vero impenſas facit, co
gitat ſibi alium obligare,quod eſt quando facit in re, quam ſcit
alienam eſſe, vel ſe reſtituturum fore,prout eſt hic,tunc impen
ſas illas non ſolum iure exceptionis,ſed etiam actionis negotio-
rum geſtorum ſibi ſeruat, vel condictionis incerti. Ad hoc j̄. de
legat. j.l.domos.& l.quod ſi nulla. s̄. de condic. indeb. l. ſi exce-
ptionem.§.ſi pars. Petr.igitur in hoc dicit verius. Quod autem
exceptione iuris hæc impenſa recuperetur , patet s̄. eod. l.& ſi
quidem. In tex.l.in inſulā.in prin.ibi, actio dotis ad filiam perti-
29 net &c.Et ſic patet, ꝙ † fiſcus iure publicationis non ſuccedit in
actione de dote , quæ tamen in filiam conſolidatur, nedum ad
extraneos hæredes , ſed nec ad alios facit tranſitum, j̄.eo.l.ſi ſo-
cer.in prin.cum ſimil.Et ſic notari poteſt ex hoc tex. regula, ꝙ
trāſitum non facientia in filiū vel extraneū hæredē, multo mi-
nus ex publicatione tranſeunt in fiſcū.Et ad hoc iſtam legem p̄-
cipue pondero,licet communiter ad hoc non ponderetur. alle
getur glo.in l.j.C.de bonis liberto.In tex.§.fructus.ibi,ante cau-
ſam liberalē. ſupplet Iaco. de Are. finitam. Quandiu.n.pendet
lis, huic, de cuius ſtatu quæritur , faciendæ ſunt impenſæ. C.de
ordine cognit.l.fi.alibi tamen verbum illud,ante cauſam, ſup-
30 pletur,ſcilicet inchoatam, j̄.de ꝯtrario iudicio tu.l.j. Vnde † per
hæc dicit reduci poſſe ad concordiam teſtes, quorum aliqui di-
cunt quid eſſe ante litem,aliqui poſt.Intelligetur enim vtriuſq;
verbum ſic ante litem finitam, & poſtea inchoatam . Hæc autē
concordia non ex eo fit, vt probēt,ſed vt in falſum non incidāt,
de teſtib.c.cum tu fili. In hoc autem paſſu, an & quando teſtes
varij deduci poſſint ad concordiam ad finem periurij euitandi,
vel ēt probandi, remiſſiue procedo, quia non tangit propriam
materiam. Ponunt igitur Canoniſtæ in d. c.cum tu. & de pœni-
tentijs.diſtinc.j.periculoſe. Innoc.notabiliter de officio delega.
cap.cum contingat.Ioan.Andr.in additionib. Specu.in titu.de
teſte. §. iam de interrogatoriis. in additio. quæ incipit , incau-
te poſuit hic author ſingularis &c. Barto.tangit hic, & in l. 2. §.
creditum. s̄.ſi certum petat. in l.Gallus. §.ille caſus. j̄. de liberis
& poſthumis.in l.j.C.de vſufruc. & in l. qui ante calendas. & l.
inter ſtipulantem.& ibi late per Imolam.§.ſi fiſcum.vbi intēdo
plene dicere, de verbo.obligat. poſuit do.Bal.in prima conſtitu-
tione Cod. in §. quibus. & in cap. de pace Conſtan.decima col-
lat.in glo.ſuper verbo,Opizoni.notabiliter in materia loquitur
Iaco.Butr.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.s̄.de iureiu-
ran.in lectura noua.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio, cui adijcitur duplex conditio copulatiue, vt efficaciter actionē producat, debet recipere implementum vtriuſque conditionis.*

2 *Actio ex ſtipulatione, cuius rei datio reponitur in voluntate alterius, oritur efficax, etiam ſi ille, in cuius voluntate datio interpoſita eſt, decedat voluntate non declarata.*

3 *Pater licet ſi ex internallo dotē conſenſu filiæ ſtipuletur, actionem de dote ſibi approprietur, tamen eius exercitium filia impedire poteſt patre agere volente.*

4 *Agere de voluntate alterius, vel de eius mandato, paria ſunt, & vide num.15.*

5 *Mandatum de ſtipulādo, ſi ſit in alium collatum, & ſequatur ſimpliciter ſtipulatio, ꝙ cenſetur concepta ad vtilitatem mandantis.*

6 *Stipulatio imperſonalis , licet in dubio referatur ad ſtipulantem , tamen interpoſita ſuper re, vel actione communi ſtipulatoris & alterius , refertur ad vtrunque. & vide etiam nu.79. & nu.8.*

7 Pater poteſt ſtipulari filiæ dotem, & ei quærere, & ea decedente ſine filijs agit ad dotem, nu. 9.

10 Dos filiæ defunctæ cum liberis non redit ad patrem, ſed filij in ea præſerũtur. & late nu. 23. & nu. 27.

12 Maritus ſi confitetur dotem habuiſſe, & promittat per ſtipulationem patri reſtituere, an ex ea efficax patri quæratur actio, ex quo non apparet de voluntate.

13 Verba temporis præteriti enunciatiua circa id, quod fuit poſſibile fieri de præſenti, non aliter docto de præterito, probationem atque diſpoſitionẽ temporis præſentis inducunt.

14 Lectura Dy. ad hunc tex.

16 Voluntas ordinata ad actum, qui principaliter non dirigitur in vtilitatẽ gerentis, ſed tertij, non ſemper inducit mandatum.

17 Procurator, ſi poſt mandatum acceptatum ad actum explicandum illud explicat ſimpliciter, non ſuo, ſed procuratorio nomine explicare videtur.

Emptio imperſonalis facta poſt mandatum ſuſceptum ad rem emendam, videtur procuratorio nomine mandantis facta.

18 Voluntas non præſumitur mutata, & id aſſerenti incumbit onus probandi.

19 Mandans homicidium fieri, licet ex interuallo ſequatur, dicitur tamen factum de mandato mandantis.

20 Qualitas concernens perſonam contrahentis, cenſetur tacite repetita in omnibus capitulis ipſius contractus, & nu. ſeq.

23 Filia ſi cum liberis decedat, dos patri non redditur, ſed filijs reſeruatur.

24 Liberalis in neceſſitatibus nemo eſt.

25 Lex vna cum referri poteſt ad duos intellectus, debet capi intellectus caſus dubij deciſiuus.

26 Dos dicitur patrimonium filiæ.

29 Filiusfam. iure hodierno inſpecto habet hæredem.

31 Conceſſum in vita fortius poſt mortem permittitur.

32 Conſuetudo, quæ habet, ꝙ filia decedente cum filijs, dos non redeat ad patrem, an habeat locum, quando filia ſecundo nubens decedit in ſecundo matrimonio ſine filijs, licet ex primo matrimonio habuerit, & vide num. 96.

33 Conſuetudo eſt tacita ciuium conuentio moribus vtentium approbata.

34 Conſuetudo, de qua ſupra, an habeat locum, cum per prius decedit in matrimonio, poſt vero decedit ſecundus ſine liberis ipſa filiafa. vidua.

35 Dos ſi promittitur reddi in omnem caſum & euentum reſtituendæ dotis ſecundum ius, qualiter intelligatur dicta ſtipulatio.

36 Conſuetudo, ad quam quis ſe refert, intelligitur de poſteriori priori derogante.

37 Conſuetudo loci, vbi contractus celebratur, inſpicitur.

38 Stipulatio, per quam quis promittit dotem reſtituere in omnem caſum dotis reſtituendæ, ſecundum ius commune qualiter intelligatur.

40 Stipulatio, per quam quis promittit dotem reſtituere in omnem caſum dotis reſtituendæ ſecundum formam ſtatutorum, qualiter intelligatur.

41 Promiſſio reſtituendæ dotis in omnem caſum & euẽtum indefinite facta, qualiter intelligatur.

42 Promiſſio dotis reſtituendæ concepta in omnem caſum & euentum ſecundum formam iuris communis, ſtatutorum, & conſuetudinis, qualiter intelligatur.

43 Dictio, &. poſita inter incompaſſibilia quòd in diſiunctam reſoluatur.

44 Libellus, in quo petitur reum condemnari ſecundum formam iuris & ſtatutorum, an procedat.

45 Delegatio facta, vt cauſam terminet ſecundum ius, & ſtatutum, & conſuetudinem, qualiter intelligatur.

46 Filij quando dotem maternam ſibi computent in legitimam, quam petere volunt in bonis aui materni.

47 Dos filiæfamil. defunctæ cum liberis, quomodo remaneat penes ipſos filios.

48 Priuilegia dotis competentia mulieri dotem repetenti, an tranſeant in patrem ipſius mulieris dotem repetentem.

49 Priuilegia dotis an tranſeãt in ceſſionarium, in quem per mulierem actio de dote eſt ceſſa, & nu. 56.

51 Priuilegium perſonale prælationis an & quando poſſit ſpecialiter cedi.

52 Conſanguineus ius quod habet, vt intra certum tempus rem venditam a conſanguineo auocare poſsit, an illud cedi poſsit.

53 Beneficia extendi non debent cum aliorum iniuria.

54 Minor quòd poſsit cedere beneficium reſtitutionis in integrum ſibi competens.

55 Priuilegium tacitæ hypothecæ in dote, ꝙ tranſeat in hæredem extraneũ mulieris.

56 Filia dotata, ſi decedit ſine filijs eo caſu, quo hæredem habere poteſt, an in illius ſucceſsione præferatur pater ipſi matri.

57 Separatio bonorum vnitorum ꝙ non poſsit peti.

58 Filia ꝙ non perdat ius communionis in actione de dote, quamuis pater filia conſentiente, ſtipuletur dotem ſibi reddi, & nu. 59.

60 Paterna dotis exactio non impedit ius conſolidationis in filiam.

61 Ius inſtantiæ ex parte agẽtis deportatione ſuperueniente tranſit in fiſcũ.

62 Filia in dote quibus caſibus iure Codicis habeat ius conſolidationis, & num. 63.

64 Dotandi onus filiam, an tranſeat ad hæredem, & nu. 65.

66 Pater ſi decedit iam dote pro filia promiſſa, & non ſoluta, an hæres ſuccedens pariter cum ipſa filia cogatur ad ſoluendum dotem pro hæreditaria portione.

67 Ius conſolidationis in perſonam filię an habeat locum in dote promiſſa, nondum tamen ſoluta.

68 Statuto ſtante, quòd extantibus agnatis filia dotata a ſucceſsione paterna excludatur, ſi pater dotans filiam ſtipuletur ſibi & filijs ſuis dotem reddi, an filij hæredes patris tenebuntur hanc ſtipulationem in fauorem filiæ remittere.

69 Bal. quòd falſe allegauerit quotas, non eſt præſumendum.

71 Lect. 1. glo. in hac l. communiter reprobatur.

73 Afflictionem afflicto ſuperaddendam non eſſe.

75 Matrimonio ſoluto per diuortium, an poſsit pater agere ad dotem, ſi agere vult ad vtilitatem filiæ non expectata conditione ſecunda, ſcilicet ꝙ ipſa filia decedat ſine liberis.

76 Lect. 2. glo. communiter reprobatur.

78 Datio dotis informiter facta per patrem, ſicut ſoluto matrimonio producit ad repetendum actionem communem patri & filiæ, ita & informis ſtipulatio de reddendo. Et eſt ſingulare, & eſt tertia lect.

80 Limitatio ad l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. infra de verbo. oblig. & vide ſupra nu. 6. & num. 79.

81 Stipulatio paterna inutilis propter deficientem filiæ conſenſum, illa decedente reconualidatur.

Quinta lectura ponitur nu. 83.

84 Voluntas quando morte finiatur.

85 Poſitus ad confinia, quandiu iudex reuocauerit, mortuo iudice, an intelligatur reuocatus, remiſsi ne.

87 Filiafa. de iure Digeſtorum in dote aduentitia habet hæredem.

88 Facultas declarandi voluntatem conceſſa filiæ, an tranſeat ad hæredem.

89 Conſenſus filiæ ſecutus ex interuallo, an validet ſtipulationem paternam ſibi dotem appropriantem.

Sexta lectura Dy. reprobatur in nu. 90.

Lecturam ſeptimam ponit in nu. 91.

Octauam lecturam habes nu. 92.

93 Pater licet per ſtipulationem factam de voluntate filiæ ſibi actionem appropriauerit, item & ad eam agere poſsit abſente filia & ignorante ſine cautione, tenetur tamen filiam de nouo dotare, & etiam poterit impediri in dicta actione ex cauſa ſuperuenienti.

Lect. do. Benedic. de Plumb. ponitur nu. 94.

95 Actio filiæ competens transfertur in patrem occupantem rem filię iure peculij.

LEX XLI.

Poſt dotem. Dos per patrẽ ſtipulata filiæ voluntate exiſtente cõditione ſtipulationis poteſt repeti per ſolum patrem, ſi filia ſine liberis deceſſerit. Sed ſi filia viuit, pater agens exceptione repellitur, ſi ſine conſenſu filiæ experiatur. hoc dicit iuxta corticem literæ. Vel ſecundum aliam lecturam, quam ſequitur Dyn. Pater ſtipulando dotem filiæ, videtur ſtipulari vt eius procurator, ex qua ſtipulatione filia mortua ſine liberis agit pater vt eius hæres, ſed filia viuente ius agendi non reſidet penes patrem, & ideo agens exceptione repellitur. hoc dicit. Vel ſic ſecundum lecturam dom. Benedic. de Plumb. repetentis iſtam lect. Pater ſtipulatus filiæ dotem in caſu voluntarij diuortij poſtea euenientis, viuente filia non repetit dotem abſq; eius conſenſu, ſed ea ſine liberis decedente. hoc dicit. Vel ſic ſecundum lect. quæ ſatis placet Barto. licet per ſtipulationem paternam ex interuallo factam conſenſu filiæ actio de dote quæſita ſit patri integraliter, adeo ꝙ ea viuente, ſi iuſta cauſa non repugnet, ſoluto matrimonio ſine eius conſenſu agere poſſit, & ſimiliter ea decedente, tamen ipſa filia viuens iuſta cauſa ſuadẽte, habet facultatem impediendi patrem agere. hoc dicit, & nil valet. Vel ſic ſm vnam lecturam gloſſatoris. Stipulatio interpoſita per patrem ex interuallo ſine filiæ voluntate reconualeſcit filia mortua ſine liberis, ea aũt viuente ex ea ſtipulatione tanq̃ inutili, ſi pater agat, exceptione repellitur. hoc dicit. Vel ſic ſecundum aliam lecturam gloſſatoris. Stipulatio dotis ex duplici conditione copulatiue confecta, vt actionem pariat, vtriuſque conditionis requirit implementũ, & igitur ſi altera tñ impleta agatur, agens exceptione ſubmouetur. h. d. Vel ſic ſm aliã eiuſdem & valde notandam. Stipulatio paterna dotalis ſimpliciter concepta ſequitur naturã dotis ſimpliciter datæ, & igitur quẽadmodum dos ſimpliciter data parit actionem cõem patri & filiæ ad repetẽdũ, ita & dos ſimpliciter ſtipulata. Vel ſic ſm aliã, quæ ſatis placet Bar. Stipulatio, cuius executio ꝯfertur ad alterius voluntatẽ, fauore dotis habet effectũ illo, in cuius voluntatem collata eſt executio, decedente abſque voluntatis declaratione. hoc dicit, & non eſt alibi. Vel ſic vltimo ſecundum intellectum domini Bal. Licet quando in alterius voluntate ponitur alicuius diſpoſitionis ſubſtãtia, ſeu declaratio, decedente

perſona

perſona ante voluntatis declarationem finiatur voluntas & di-
ſpoſitio, tamen quando in alterius voluntate ponitur nudum
exercitium, ſeu executio, mors illius declaratione non præcedē-
te, exercitium ſeu executionem non impedit. hoc dicit, & non
1 eſt alibi ſecundum eum. No. primo ſecundum † primam lect.
gloſſat. ꝙ ſtipulatio habens adiectam duplicem conditionem
copulatiue, neceſſario debet recipere implementum conditio-
nis vtriuſque, ad hoc vt efficaciter actionem producat. Ad idē
j. de verb. obligat. l. ſi quis ita. de conditio. inſtit. l. ſi hæredi plu-
res. Inſtit. de hæredibus inſtit. §. ſi plures. Nota ſecundo ſecundū
2 † aliam lectu. quòd ex ſtipulatione, cuius rei datio repoſita eſt
in voluntate alterius, oritur efficax actio, etiam ſi is, in cuius vo-
luntate datio interpoſita eſt, decedat voluntate non declarata.
Et hoc eſt ſpeciale fauore dotis ſecundum Barto. vel regulare
omni caſu ſecundum Bald. de quo infra dicetur. Nota tertio ſe-
3 cundum † aliam lecturam. quòd quamuis pater ſi ex interual-
lo dotem conſenſu filiæ ſtipuletur, actionē de dote ſibi appro-
priet, vt l. quoties. verſic. cæterū. ſ. eo. tamen eius actionis exer-
citium patre volente agere, filia poteſt impedire iuſta ex cauſa,
quemadmodum & impedire poteſt, cum actio eſt communis,
ſ. eo. l. ſi cum dotem. §. eo autem tēpore, & in hoc iſte caſus eſt
4 ſingularis. Nota ſecundum † lect. Dy. paria fore aliquid agere
de alterius voluntate, ſeu eius mandato. de quo dic, vt infra di-
5 cetur. Nota ſecundo ſecundum eandem † lect. ꝙ vbi præcedit
mandatum in alterū collatum de ſtipulando, & ſequatur poſt-
modum ſtipulatio per illum ſimpliciter concepta, cenſetur illa
relata ad perſonam & vtilitatem mandantis, & in hoc iſte caſus
eſt valde notabilis, & dic vt infra dicam. Nota ſecundum vnam
6 lectu. † ꝙ quamuis natura ſui imperſonalis ſtipulatio ex parte
ſtipulatoris referatur in dubio ſolummodo ad ſtipulatorem, vt
l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. j. de verbo. obliga. & in auth. ſi qn.
cum ſimilib. C. de conſtituta pecunia. adeo vt nunquam perſo
na extranea ſubintelligatur, vt in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogo-
nus. de verb. obliga. tamen hoc fallit, niſi interponatur ſuper ea
re, vel actione, quæ alteri eſt cum ſtipulatore communis. Qm̄
tunc refertur non ſolum ad perſonam ſtipulatoris, ſed & conſo
cii, ſi illi poterat ſtipulari. Et in hoc iſte caſus eſt valde notabilis.
7 Nota † ſecundum aliam lecturam, ꝙ pater poteſt ſtipulari filię
dotem, & ei quærere. Ad hoc l. Caius. j. de lega. 3. l. vxorem. §. te
8 ſtamento. Nota, ꝙ † eueniente conditione diuortij, ſub qua ſti-
pulatio dotalis fuit concepta, pater non poteſt agere ſuperſtite
9 filia, niſi eius conſenſus accedat. Nota, ꝙ filia † decedente ſine
liberis pater recte & abſque dubio agit ad dotem, quia tunc cer
te dos ad eum redire debet, C. ſolu. matrim. l. dos a patre. Nota
10 vltimo † a contrario ſenſu illorum verborum, ſine liberis filia
deceſſerit &c. ꝙ extantibus liberis ex filia mortua dos non redit
ad patrem. immo filij in illa ſibi prefeeruntur. de quo dic vt infra
11 plene dicā. In textu ibi, † poſt dotem datam & nuptias celebra-
tas &c. Ex interuallo igitur poſt dotem datam, & nuptias cele-
bratas pater ſtipulatus fuit dotem reddi filiæ, conſenſu non ac-
cedēte ex interuallo paterno ſtipulatio interpoſita non valuiſ-
ſet, ſ. eo. l. quoties. verſic. cæterum. ſ. de pac. dot. l. cum dos. in
12 princ. Sed ſtat † dubitatio, quid ſi maritus, qui confitetur ſe
dotem habuiſſe, promittat per ſtipulationem patri reſtituere,
an ex ea actio efficax patri quæratur, ex quo non apparet de fi-
liæ voluntate ſtipulandi interceſſiſſe, & ex quo verba cōtractus
ſecundum propriam ſignificationem conſiderata, videntur de-
notare dotem receptam fuiſſe in præteritum, & ſtipulationem
ex interuallo ſecutam, attento ꝙ verba illa, confeſſus eſt ſe ha-
buiſſe, & recepiſſe, tempus præteritum reſpiciunt. Barto. hic in
prima quæſtione, & in l. prædia. j. de acquiren. poſſeſſ. determi-
nat patri quæſitam actionem non aliter docto de filiæ volun-
tate, ea ratione, quia verba temporis præteriti emanantia circa
id, quod poſſibile fuit fieri de præſenti, ſi aliter non conſtet de
tempore præterito, probant actum de præſenti tempore cōtra-
ctus ſeu ſtipulationis celebratū fuiſſe, per l. primam. C. de fide
inſtrum. lib. 10. cum multis alijs hic per eum allegat. Cui adde,
ꝙ idem ſequitur hic Bal. ea ratione, quia cum pater habeat eius
intentionem fundatam ex ſtipulatione, merito filia excipiens
atque dicens ex interuallo ſine ſui conſenſu ſtipulationem ce-
lebratam, hoc, ſuper quo ſe fundat, probare tenetur, cum in ex-
ceptionibus & actoris vice fungitur, ſ. de probatio. l. in ex-
ceptionibus. la prima. cum ſimilibus. Et ad hoc allegat glo. ſin-
gularem ſecundum eum in clem. vlt. de reſcrip. Sed certe recte
intuenti illa probat oppoſitum, quoniam dicit, ꝙ fundans intē-
tionem ſuam in exceptione contra regulam illam probare te-
netur, vt eſt caſus in l. ab ea parte. ſ. de probat. de ſpon. cum ap-
pel. Sed in propoſito caſu regula eſt actionem dotis communē
fore patri & filiæ, ſ. eo. l. 2. §. quod ſi in patris. Ergo ſequitur, ꝙ
patri dicenti hoc caſu regulam fallere, eo quia ex interuallo ſti
pulatur ex filiæ voluntate, incumbit probatio. Sequor tamen
ſententiā Bar. primo, quia hęc opinio reperitur fuiſſe per prius
Ioan. And. in c. abbate. de verb. ſignific. in nouella. quem apud
Legiſtas allegat dominus Bal. c. j. §. notandum. qui feudum da-
13 re poſſunt, in vſibus feudorum. Secundo, † quia iſtud videtur
probare lex ad hoc melior qualibet alia, j. de hæredibus inſtitu.
l. qui volebat. Ex qua aſſumitur hæc regula, ꝙ verba temporis
præteriti enunciatiua circa id, quod fuit poſſibile fieri de præ-
ſenti, non aliter docto de præterito, probationem atque diſpo-
ſitionem temporis præſentis inducunt. In tex. ſtipulatus eſt pa-
ter filiæ volūtate &c. verbum hoc, voluntate. dominus Dy. po
nens ſextam lecturam huius legis, quam ſequitur Cy. in l. vna.
§. videamus. C. de rei vxo. actione. exponit, ideſt mandato, di-
cens ꝙ hæc lex legitur ſimpliciter, prout iacet, vt dicamus ꝙ pa-
ter ſimpliciter ſtipulando de filiæ voluntate dotem in caſu di-
uortij reddi videtur ipſi mulieri, tanquam adhibitus ad ea ſtipu
lari, & ideo ipſi mulieri actio quæritur. Faciant autem ad hæc
verba tex. in verbo enim, ſtipulatus eſt, ſupplet ex interuallo
ſimpliciter, non exprimendo ſibi, an filiæ, an vtrique. verbum
autem textus loquitur ibi, dari, exponitur id eſt reddi. Et ad ver-
bum textus ibi, exceptione ſubmouendus erit &c. ſupplet, quia
ſtipulatus pater vt procurator videtur ex quo nunc loco filiæ,
& ex interuallo ſtipulatus eſt dotem reddi. Ad ꝫtium autē de
l. quoties. verſic. cæterum. ſ. eodem, dicit ipſe facile reſponderi,
ſi aduertatur intellectus iſte. Nam aut pater ſtipulatur dotē ſibi
reddi ex interuallo filiæ voluntate, & tunc obtinet quod ibi di-
citur, ſcilicet, vt actio patri totaliter approprietur. Aut ſtipula-
tur ex interuallo mandato filiæ ſimpliciter, non exprimēdo ibi
filiæ, vel vtrique reddi, & tunc miniſterio patris tanquā procu-
ratoris actio filię quęritur. Et hoc eſt, quod iſta lege cauetur, &
alia ſimili, quæ vult, ꝙ ſi mulier dat dotem, & alium adhibet, ſi
ſtipuletur in eū caſum reddi, quo matrimonium diſſoluatur, vt
illum adhibere tanquam procuratorem, de lega. 3. l. cum quis
decedens. §. nupta. ſ. de iure dotium. l. mulier. §. fi. Et ideo hic vi
detur filia patri iniungere onus ſtipulationis, tanquam procura
tori. Et ideo ei, cuius mandato ſtipulatus eſt, quærit, vnde ſi ip-
ſe agere velit, exceptione ſubmouetur, C. de procuratorib. l. ſi
procurator meus. ſ. mandati. l. idemque. §. ſi cui. Hæc ſunt for-
malia verba ſua. Quamuis autem Bart. hanc lecturam recipiat
cum moderatione, quam infra dicam. Nihilominus illa mihi
videtur falſa multiplici ratione. Primo, quia conſiderato textu
hic in reſponſo primo dicente, ꝙ ſi conditione impleta ſine li-
beris decedat filia, non erit impediēdus pater, quominus ex ſti-
pulatu agere poſſit. Ergo patet, ꝙ non intelligit Iuriſconſultus
patrem procuratorem fuiſſe conſtitutum, quoniam ſi ſic, man-
datum illud filia re integra decedente morte finiretur, & conſe-
quenter agere non poſſet, C. mand. l. mandatū. cū ſi. Et ſi dicas,
ꝙ pater hic non agit vt procurator, ſed vt hæres filiæ tenendo
opin. quòd ipſa in dote profectitia habeat hæredem, vel quod
agat tanquam occupans iure peculii patrimonium filiæ, iuxta
legem primam, & ſecundam. j. de caſtren. pecu. cum ſimilibus.
hoc diuinare eſt. Secundo, & hæc eſt ratio fortior, quia conſide
randum, ꝙ quamuis pater cum voluntate filiæ ſtipuletur ex in-
teruallo ſimpliciter dotem reddi, tamen ſtipulatur ex re com-
muni, eo quia ex præcedēti datione dotis ſimplici erat ius vtri-
que quęſitum, vt d. l. 2. §. quod patris. & l. ſi hominē. §. gener. cū
ſimilibus. j. de ſolu. Caſum autem habeo ad propoſitum valde
notabilem, ꝙ ſi duorum habentium ius cōmune alter alterius
voluntate ſuper eo iure ſimpliciter ſtipuletur, non referēdo ver
ba ad perſonam ſuam ſpecifice, ex ea ſtipulatione ius quæritur
ambobus. Iſte eſt tex. valde notabilis in l. ſtipulatio. §. fi. j. de no
ui oper. nunc. quem allego pro caſu expreſſo contra lect. Dy.
Tertio ad idem moueor ex tex. l. fi. j. quando ex facto tuto. & l.
fi. in fi. j. vt lega. nomine caueatur. vbi patet in ſimili deciſum,
an cum tutor ſtipulatur ſimpliciter ſuper re cōi, ſibi & pupillo
ſtipulatus intelligatur, ita ergo in propoſito, cum pater filiæ vo
luntate ſtipulatur ſimpliciter dotem, quæ communis erat, red-
di non ſibi ſoli, neque ſoli filiæ, ſed vtrique cōiter ſtipulatus in-
telligitur. Licet n. interuenerit filiæ voluntas, non tū ea talis po-
tentiæ eſt, vt videatur pater ita vt ꝓcurator filiæ ſtipulari, quod
ſibi ius dotis, quod erat cōe, cenſeatur velle auferre, & in filiam
totaliter transferre, immo potius dicendū foret oppoſitum, ꝙ
pater videatur volūtati filiæ acquieuiſſe ad roborandā ſtipula-
tionem, quam alias ex interuallo iure valido non potuiſſet face
re, per d. l. quoties. verſi. cæterū. vnde inuenta per patrē ad ius
ſtipulationis roborandū non debeant operari iuris eius dimi-
nutionem, vt l. legata inutiliter. de lega. j. & de alimen. lega. l. cū
tale. §. fi. j. de conditionib. & demōſtrationib. per locum ab op-
14 poſito. Quarto ex hoc ſequeretur, † ꝙ vbicunque vnus eorum,
inter quos eſt cōmunio, conſtitueretur procurator ad ſtipulan-
dū ſuper re cōi, ſtipulatio tunc ſimpliciter interpoſita, ſemper
cenſetur referri ad eū, cuius mandato ſtipulatur, adeo ꝙ nō ad
ipſum ſtipulatorem, quamuis cōionem habentē, hoc autem
eſt abſurdū. Primo ꝫ regulam volentem officiū nemini debere

fore damnoſum, vt l.ſi quis ex ſignatoribus. cum ſimilibus.in-
fra quemad.teſt.aper. Secundo, quia contra caſum expreſſum
in d.l.ſtipulatio. §.fi.qui nobis maniſeſtiſſime demonſtat ma-
le dixiſſe Dy. Vltimo ea ſtipulatio imperſonaliter concepta de-
bet interpretationem atque intellectum accipere ex ea re, ſu-
per qua interpoſita eſt. l.ſtipulatio iſta. §.ſi quis ita. j̃.de verbo.
obligatio.l.damni. verſiculo, & quod in ſtipulatione. j̃.de dam-
no infecto.l.ſi ſtipulatus.ſ̃.de vſuris.l.ſi legati ſerui nomine.j̃.de
lega.1.& l.j.§.ſi quis ſub cõditione.j̃.vt lega. nomine caueatur.
Sed res, hoc eſt ipſa dos, ſuper qua interpoſita eſt ſtipulatio hu-
iuſmodi imperſonalis, communis erat ſtipulatori & filiæ, ergo
ſequitur quòd ipſa ſtipulatio communem vtriq; cauſat actio-
15 nem. Poſito tamen † quòd lectura Dy.ſit vera, duo ex ea eliciũ
tur notabilia. Primum, ꝙ idem eſt aliquid facere de alterius vo
luntate, quod facere de alterius mandato. Quod pulchre exa-
minat hic Barto.cuius dictis adde, inquantum dicit, quòd vbi
ſumus in negotio, quod poteſt ad vtrunque pariter pertinere, ſi
voluntas ſubordinatur actui, illud mandatum non inducit, ſin-
autem actus ſubordinetur voluntati ſic. Pro primo membro
eſt textus notabilis vltra allegatos per eum in l. ſi vero non re-
munerandi.§.ſi poſt creditam.ſ̃.mandati. Pro ſecundo tex. opti
mus, iuncta glo. in l.ædibus. §.vltimo. j̃.de donatio. Item adde,
16 quòd vbi † voluntas ordinatur ad actum, qui principaliter non
dirigitur in vtilitatem volentis, nec gerentis, ſed tertij, illa non
ſemper inducit mandatum. Hoc primo patet ex textu legis, ob
hæc verba.ſ̃.de infamibus. vbi dicit exhortatorem accuſationis
faciendæ per tertium ad vtilitatem alterius non cenſeri man-
datorem, & tamen non eſt dubium, quòd illa exhortatio man
dantis habet voluntatem circa actum gerendum. Secundo ad
idem textus notabilis in l. 2. j̃. de proxenet. vbi laudans actum
fieri, qui tenderet in tertij vtilitatem, mandare non videtur. Et
tamen non eſt dubium, ꝙ ipſa laus habet deſiderium volunta-
tis incluſum. Tertio ad idem tex. in l.ſi vero non remunerandi.
§.cum quidam.ſ̃.manda. vbi recommendatio tendens in vtili-
tatem tertij non inducit mandatum ex parte recommẽdantis.
Et tamen non eſt dubium, ꝙ ipſa recommendatio voluntatem
incluſam habet. Vltimo ad idẽ l.ſi filius. infra de tutel. vbi mo-
nitio patris facta filio creato tutori de tutela diligenter admini-
ſtranda, non inducit mandatum patris, & ipſa monitio volunta
tem habere videtur incluſam. Et ad hoc vide l. primam. §.per-
ſuadere.ſ̃. de ſer. corrupto.& l.primam. §.quoties. in gloſſ.j̃.de
17 vi & vi armata. Secundo notandum ex lectu. glo. † Dy. quòd
procurator poſt mandatum acceptum ad actum explicandum,
illum explicans ſimpliciter videtur explicare non ſuo, ſed pro-
curatorio mandãtis nomine, vnde impſonalis emptio ſequẽs
mandatum ad rem emendam collatum, videtur eſſe celebrata
procuratorio nomine mandantis. In quo paſſu Barto. varie in
pluribus locis locutus eſt, hic enim dixit, quòd aut in actu cele-
brato per procuratorem ſimpliciter fit mentio procuratorij of-
ficij. & tunc cenſetur celebratus procuratorio nomine domini,
vt in l.2.ſ̃.de inſtito. j̃.de adminiſtr.tut. l. cum poſt. §. j. Et hoc
membrum ſequitur glo.quam adde ad Bar.in l.quacunque ra
tione. ſupra de procu.& Ioan.And.in addi.Specu.in rub.de ꝓc.
Aut actus fit per procuratorem ſimpliciter, & ſine commemo-
ratione procuratorij officij, & tunc nomine ſuo non mandãtis
cenſetur factus, infra de ſolutio.l.& magis. ſ̃.mandati. l. Papi-
nianus.ſ̃.de in rem verſo.l.filius. Sed in l.qui in aliena. in §. ſi is
qui putabat. j̃. de acquiren.hæred.per primum reſpõſum illius
textus, ſimpliciter ſequitur hoc notabile Dy. Hanc etiam fir-
mat in l.ſi libertas. C.manda. ſed ipſe Barto.in l.j. §. nunciatio.
infra de noui operis nuncia.dixit, ꝙ aut fit actus per procurato-
rem ſimpliciter proprio nomine expreſſo, non autem ſua ali-
qua commemoratione procuratorij officij, & tunc non cen-
ſetur feciſſe procuratorio nomine, ſed proprio, per dictam l.
& magis. & l. quartã.§. ſed quod de tutore. verſiculo, ſed & ſi
quid.j̃.iudicatum ſolui. niſi actus, qui geritur, poſſit ad dominũ
pertinere, & hoc ſciat ille cum quo actus geritur, qui etiã ſciat
eum eſſe procuratorem, quoniam tunc procuratorio nomine
actum videtur, vt l.poſt mortem. § .fi.infra quando ex facto tu-
toris. Aut actus geritur facta cõmemoratione ꝓcuratorij offic.
& tunc procuratorio nomine geſtus videtur, vt d.l.fi.de inſtito.
& d. l. cum poſt. §. primo. Item ipſe idem in l. qui mihi dona-
tum. infra de donationibus. aliter loquutus eſt dicens, ꝙ inter-
dum procurator contrahit non facta commemoratione procu
ratorij officij, & tunc in dubio actum videtur, vt ſibi quæratur.
Allegat l.res ex mandato.infra,de acquir.rer.do.l.pignori. §. fi.
j̃. de vſuc.interdum & contractus & rei traditio fit cum eo pro-
curatorio nomine, & tunc actum videtur in dubio, vt quæratur
domino, vt l.ſi procurator. j̃.de acquir. rerum dom. Interdum
contractus factus eſt ſub commemoratione procuratorij offi-
cij, traditio vero rei, ſuper qua contrahitur, eſt facta ſimpliciter,
& tunc ſi traditio incontinenti eſt ſecuta ꝯctũ, vr̃ in dubio actũ,
vt domino quæratur, quia procuratorij officij commemoratio
in celeri traditione repetita cenſetur, arg.j̃.de verbo.oblig. l. ſi
tia.§.idem reſpondit.ſ̃.de pactis.l.itẽ quia.ad finẽ. Aut traditio
ſecuta eſt ſimplex ex interuallo, & tunc in dubio actũ cenſet̃, vt
procuratori quæratur, C.ſi quis alteri vel ſibi. l.multũ intereſt.
in reſponſo fina. ipſe idem in l.poſt mortem. j̃.qñ ex facto tuto.
dixit, ꝙ aliquando contrahitur ſuper re pertinente ad dominũ,
& tunc cenſetur contractum procuratorio nomine domini, &
ſic ꝯctus ad perſonam domini relatus intelligitur. de hoc dicã
in l.poſt mortem. §.j.& l.pen. ſ̃.ſi quis cautio. aliquando con-
trahitur ſuper re, quæ pertinet communiter ad vtrũqne, & tũc
nomine communi in dubio cõtractum fore intelligitur, vt l.fi.
j̃.quando ex facto tut.& l.fi.in fine. j̃. vt lega.nomine caueatur.
Aliquando contrahitur ſuper re, quæ põt ad vtrunque pertine
re pariter, & tunc aut ꝯhit ſub commemoratione procuratorij
officij, & cenſetur nomine procuratorio domini contraxiſſe, vt
d.l.Lucius.& d.l.cum poſt. §.j. Aut ꝯhit non facta commemo-
ratione, ſed in contractu dicitur hoc fieri in cauſam pertinentẽ
ad dominum, & tunc cenſetur etiam ꝯctum procuratorio no-
mine domini, quia expreſſio talis cauſæ vim habet cõmemora
tionis procuratorij officij, vt d.l.poſt mortem.in fi. & l. ſi pupil-
li.§.j.ſ̃.de nego.geſt.l.j.§.non aũt.ſ̃.de exercito. Aut cõtrahitur
omnino ſimpliciter, & tunc cenſetur contractum nomine pro-
prio, non domini, vt d.l.poſt mortẽ.§.j.& in l. & magis. cũ alijs
regulariter allegatis. & ſic patet, ꝙ in materia varie loquutus
eſt Bal.in l.fi.ſ̃.ſi quis cautio. vbi eſt caſus, qui probat primũ mẽ
brũ huius vltimæ diſtinctionis, ſequitur dictã vltimã diſtinctio-
nẽ. Et ſic nõ poteſt negari, quominus paſſus hic ſit dubius. Ego
vero ſalua ſemper ſubſtantia veritatis concludo ſic, ꝙ aut quæ-
ritur de procuratore conſtituto ad negotia generaliter, aut de
procuratore conſtituto ad negotiũ vnũ. Primo caſu ſi ꝯtrahat
ſuper re pertinente ad dominũ, vel ſuper re cõi, vel ſub comme
moratione procura.officij, vel expreſſerit ſe contrahere in cau-
ſam pertinentem ad dominum, tunc videtur nomine domini
contraxiſſe. Et hoc probant iura in iſtis mẽbris ſuperius alleg.
Si vero contrahat in re, quæ poteſt ad vtrunque pariter pertine
re, tunc in dubio cenſetur contraxiſſe nomine proprio non do-
mini, quod probatur, quia æquiparantur tutor & procurator
mandatum generale habentes, vt in l. ſi in emptione.§.fin.ſ̃. de
cõtrahen.emptio. Sed tutor habens mãdatũ vniuerſale a lege,
ſi cõtrahat ſimpliciter in re, quæ poteſt ad vtrunq; pariter perti
nere, cẽſetur cõtrahere nomine proprio, nõ pupilli, vt d.l. poſt
mortẽ.§.j. ergo pari ratione & ipſe procurator habens manda-
tũ generale ab homine. Secundo caſu quãdo loquimur in pro-
curatore ſpeciali ad negotiũ vnum, puta emendã rem, tunc cre-
do, ꝙ ſimpliciter contrahendo cenſeatur cõtrahere nomine do-
mini. Ad hoc dicendũ primo moueor ex tex. valde notabili in
l.ſi ſeruus cõmunis ſit omniũ.& in l. proinde. verſi. ſed & ſi iuſ-
ſu.j̃.de ſtipu.ſeruo. vbi patet, ꝙ ſi ſeruus cõmunis pluribus, qui
aliàs ſimpliciter contrahendo acquireret omnibus dominis ex
mandato vnius ex eis, certum contractum faciat & ſimpliciter,
non facta mandati commemoratione, nihilominus cẽſetur no-
mine domini mandantis contraxiſſe, adeo ꝙ illi ſoli, & nõ alijs
quærit. Secundo ad hoc moueor ex textu l.qui in aliena. §. ſi is
qui putabat.in primo reſponſo.j̃.de acquiren.hæredi. Ibi enim
apparet, quod ſi putans ſe liberum, cum eſſet ſeruus, iuſſu puta
tiui domini hæreditatem adeat, ſibi illam non quærit. Et huius
eſt ratio, quia præſumitur illam nolle ſibi quærere, ex quo mã-
dato alterius adiuit, vnde præſumitur ille tantũ velle, cuius mã-
datum in adeundo præceſſit, at illi non quæritur, quia putati-
uus ſeruus putatiuo domino non poteſt quæri. Tertio ex eo, ꝗa
ex quo mandatum acceptauit, quo iuſſus fuit pro mãdante cõ-
trahere, poſtea ſimpliciter contrahendo videtur in dubio in ea-
dem voluntate perſeuerare, & ſic mandato domini cõtrahere
velle, ex quo hoc mandatũ acceptando ſpopondit. Adeo enim
18 præſumitur † eiuſdem voluntatis perſeueratio, quòd mutatio-
nem alleganti incumbit probatio.j̃. de leg.2. Lucius.ſ̃. de pro-
batio.l. eum qui, & l.quinquaginta.de baptiſmo.c.maiores.de
ſenten.excommunic.cap.a nobis.il grande. Et hæc eſt ſatis co-
lorata rõ, & hoc credo verũ, ſi ꝯctus ex lõgo interuallo poſt mã
datũ ſuſceptũ celebret̃, ex eo ꝗa tp̃is ĩteruallũ variationẽ volũta
tis nõ inducit, imo maiorẽ pſeuerationẽ, ſi nõ ꝓbat̃ ꝑ expreſſũ
19 ipſa variatio, j̃.de teſta.militis.l.tractabat̃. Sc̃do ꝓ id, † qđ no. In-
noc.de homi.c.ad audientiã.cuius opi. referẽdo ſequitur Bart.
in l.nõ ſolum.§.ſi mãdato.j̃.de iniur. dicens, ꝙ & ſi maximo in-
teruallo habito poſt mandatũ de occidendo inimico ſequatur
ex mãdatario occiſio, tenetur nihilominus mandans, niſi probe
tur expreſſa vel ſaltem tacita mãdati reuocatio, puta ꝗa mãdãs
poſt cũ inimico parẽtelã vel ſolennẽ cõtraxerit amicitiã. Et hu-
ius eſt ratio, quia temporis interuallum neque in mandante,
neque in mandatario mutationẽ voluntatis induxiſſe cẽſetur,
per dictã l.tractabatur. licet aliud videatur ſenſiſſe glo. & nõ be-
ne,

ne,Inſtit.de ob.quæ ex delic.§.ope.Non ob. tex. in quibus fun-
damentum facit Bart.& primo non ob.d.l.res ex mandato. qm̄
illa non loquitur, cum procurator conſtitutus ad rem emendā
contraxit ſimpliciter, ſed intelligenda eſt, ꝙ contraxit nomine
proprio emendo, poſtquam ſuſceperat mandatum de emen-
do pro domino.Et ideo dicit,ꝙ non ante dominium rei emptę
domino quæritur, quàm ſibi ſit facta traditio, ſed quia dolum
commiſit emendo pro ſe,cum ſuſceperit mandatum de emen
do pro alio,igitur actione mandati conueniri poteſt,vt cōpella
tur tradere.Et iſte eſt caſus notabilis in l.pignori.§.fi. ĩ. de vſuc.
per quem declaratur d. l.res ex mandato. Non ob. d.l.4. verſic.
ſed & ſi quidem.quoniam ibi dicitur, ꝙ ſi nō tutorio nomine,
eo quia tutorem ignoret, ſed ex alia cauſa tutor pupilli iudica-
tū ſolui ſtipuletur,ſtipulatio non committitur, eo quia ſe tuto-
rē ignoret, ſed ex alia cauſa tutor pupilli iudicatum ſolui ſtipu-
letur, ſtipulatio non committitur,eo quia vt actus factus per tu
torē,vt per tutorem factus valeat neceſſe eſt vt tutorē ſe eſſe nō
ignoret,vt l.quæro.ĩ.de eo,qui pro tutore. Non ergo poteſt ibi
committi ſtipulatio tanquā interpoſita per tutorē, ex eo quia
ignorabat effectum tutelæ. Non ēt poteſt committi alio ex ca-
pite, ſcilicet, quia interpoſita fuerat per eum vt amicum pupil-
li,vel procuratorem,quia mandato carebat. Quid ergo ad rhū
bum probat ille text. certe nihil, vt manifeſte per hæc vides.
Non ob. tex.in d. l.magis. & l.Pamphi. & l.ſi filius. ſ̃.allegatis.
Quoniam illæ loquuntur non ſolum in eo, qui eſt conſtitutus
procurator ad ſoluēdum pro domino. ſed etiam in eo,qui alio
ex capite, puta fideiuſſionis vel conſtitutionis pro domino ſol-
uere obligatus eſt.Quoniam fideiuſſor & pari ratione conſtitu-
tor,ſeu mandator ad ſoluendū a principali debitore mandatū
habere cenſeatur,vt l.indebitum.ſ.de condic.indeb. Tunc.n.ſi
ſoluat, non cenſetur ſoluere procuratorio nomine, & ſic vt li-
beret principaliter ſe, quia omnis charitas ordinata primū in-
cipit a ſeipſo,C.de ſerui.& aqua.l.præſes.cum ſim. Nos autem
loquimur in eo, cui ſimplex mandatū iniūgitur, & in quo non
reperitur,ꝙ alio obligationis vinculo ſit pro mādante aſtrictus.
& ex hoc falſum puto quod dicit Bartol. in d.l. qui mihi dona-
tū.qui vult, ꝙ ſi præceſſit contractus celebratus nomine domi-
ni, ſi ſequatur traditio ſimplex ex interuallo, cēſeatur in dubio
actum,vt res tradita procuratori non dño quæratur, quod eſſet
20 falſum.Etiam aliter probatur,primo quia † qualitas concernēs
perſonam contrahentem cenſetur in eadem perſona tacite re-
petita in ſingulis ipſius cōtractus acceſſorijs,ſeu capitulis, vt in
l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.in verſi.raro.ĩ.de verb.obliga.
quem tex.ad hoc pręcipue notat Bart. Ergo ſequitur, ꝙ quali-
tas procuratorij officij expreſſata ex ꝯ̄ctu emptionis,cēſetur ta-
cite repetita in perſona eiuſdem procuratoris, dum ſibi fit ſim-
plex traditio ex præcedenti emptionis cōtractu. Secundo, quia
cum procurator conſtitutus contrahit ſimpliciter cum eo, qui
ſcit eum procuratorem conſtitutum, cenſetur in dubio agi vt
procuratorio nomine contrahatur, vt d.l.poſt mortem.in fine.
quam ad hoc allegat Barto.in d.l.j.§.nunciatio. Sed in propoſi-
to caſu venditor tradens ſcit illum,cui tradit, ad hoc procurato
rem conſtitutum, qui ſui mandati habuit notitiam tempore
contractus emptionis procuratorio nomine celebrati,igitur nō
obſtat tex. in d.l. multum intereſt.verſic.ſi.quia conſiderandū,
ꝙ ibi maritus emit pro vxore volens illi quærere,contractus au
tem nulliter fuit celebratus, vel ex eo, quia contraxit nuptias,
cum eſſet conſtitutus procurator. Vnde ſi poſtea ſequatur tra-
ditio facta marito, certe dominium quæritur ipſi marito, non
autem vxori,cuius nomine contractus erat celebratus nulliter.
& intelligere oportet, ꝙ tradens marito quærit cauſa donatio-
nis, quia alias nuda traditio dominij tranſlationem non indu-
ceret,ĩ.de acquir.rerum dom.l.nunquam nuda.Nos autem lo-
quimur, cùm traditionem factam ſimpliciter procuratori præ
cedit contractus nomine domini celebratus,& validus, vnde il-
la lex ſalua reuerentia tanti Doctoris nihil ad propoſitum. Et
21 dum † ſupra allegaui pro notabili l. ſi pignori. §. fina.ĩ. de vſu-
cap.Addo poſt concor.l.4.§.vnde quæritur. ĩ. de manumiſ.tit.
generali. Et per hoc hanc quotidianam materiam habes expe-
22 ditam longe perfectius, quàm per alios tradatur. Et ad id, † ad
quod allegaui. l.ſi ſeruus communis ſit omnium. & l.proinde.
de ſtipu.ſeruo.adde l.ſi Titio.C.per quas perſonas nobis acqui.
In tex.ibi,& poſtea ſine liberis filia deceſſerit &c.ergo a contra-
23 rio ſenſu † ſi decedat filia cū liberis,dos patri nō reſtituitur, ſed
pp filios retinet̃ Vnde vr̃ hic caſus quæſtionis apud antiquos,
& modernos Doct.dubitatiſſime,ſcilicet,an liberis ſuperexiſtē-
tibus ex præmortua in matrimonio filia, dos patri reſtitui de-
beat? & vt qō maturius attingatur, arguamus ad partem vtran-
que, quoniam vt dicit tex. ferro viam aperit, qui per contraria
tranſit. Et primo ad partem affirmatiuam vr̃ tex.in l. ſi dotem.
C. de falſa cauſa adiec. lega. & l.fi.rem ratam haberi.& l.quod
in vxorem. C.de neg.geſt.& l.filiusfam. in fi. ad Maced. & l.pr̃.
C.de euic. & l.dedit dotem.ĩ.de colla.bono.& l.ſi ab hoſtib.ſ̃.e.
& l.fi.C.communia vtriuſq; iud. & in auth. ſed quamuis. C.de
rei vxo.actio.ſ̃.eo.l.ſi ab hoſtibus. quæ omnes leges ſimpliciter
dicunt, mortua in matrimonio filia iure patriæ poteſtatis dotē
ad patrem reuerti debere.Sed ad has eſt facile reſpondere,ſcili-
cet,vt iſtæ ſimpliciter loquentes diſtinguantur per hanc legem
a contrario ſenſu,ſcilicet, vt procedant niſi deceſſerit cum libe-
ris.Nec enim nouum eſt vnam legem per aliam diſtingui & li-
mitari,ſ̃.de legibus.l.non eſt nouum.cum ſimi.Secundo argui-
tur ex textu,ſcilicet dicente, iuris æquitate ſuccurſum eſſe patri,
vt dos ad eum mortua filia reuertatur, ſcilicet, ne pater dote &
filia careat,& vt in ſolatium ſuæ triſtitiæ dotem habeat, ſ̃.de iu-
re do.l.iure ſuccurſum. Sed certe reſpondetur,ꝙ caſu, quo de-
cedit filia liberis extantibus,ceſſat ratio dictæ legis, quia non vi-
detur filiā perdidiſſe, ex quo ipſa liberos reliquit, qui auo ma-
terno matrem repræſentant,cum vna perſona cum matre cen-
ſeatur, C.de impub.l.fi.cum ſim. maxime cum propter maiorē
conſeruationem memoriæ ſuę,quam veriſimiliter auus ex pſo
na nepotum,q̃ ex perſona filiæ, cum dicat lex plerunque magis
nepotes diligi,q̃ filios, ĩ.de verbo.ſigni. l.liberorum. ad finem.
Nec enim ad aliud anhelaſſe cenſetur auus, niſi vt nepotes legi
timos ex filia haberet, qui eius loco ſm ordinem curſumq; na-
turæ ſubrogarentur,& memoriam filiæ atque ſuam conſerua-
rēt.Tertio ad idē arguitur de textu,qui vrget mirabiliter, in l.2.
C.de bo.quæ liber. quem tex.pro caſu qōnis induco multiplici
ter.Et primo ſic,dr̃ enim ſic in princ. l. quod noua ꝯſtitutio, in
qua in l.quæcunque.& l.quod ſcitis. C.de bo.quæ lib. & l.fi. ad
Tertullia.& l.vlt.C.communia de ſucceſ.volens ea, quæ in alte
rū ex ꝯiugibus & ex ſubſtātia alterius coniugis proueniūt quo-
cunque iure,patri eius,in quem proueniunt,nullatenus acqui-
rantur,ſed ipſius filij acquirētis, dū viuit pleno iure ſint, & poſt
eius mortē ad eius filios excluſo patre pertineant, locū non ha-
bet in dote,quam pater pro filia dat.Qm̄ ſi caſus mortis filiæ cō
tingat,ad patrem dos reuerti debet,ergo ſequitur, ꝙ d.l.2. quæ
vult diſpoſitionem dictæ legis,quæcunque.cum ſimilib.nō ha-
bere locum in dote per patrem filiæ data, vult ꝙ ſicut diſpoſi-
tio dictæ legis,quæcunque.præfert auo nepotes ex filia in eo,ꝙ
ipſa filia a marito percepit,ita econuerſo in dote, quam filia ꝑ-
cepit a patre, ea mortua, ipſe pater præferatur filiæ filijs, & ſic
ſuis nepotibus, & ſecundum hunc modum inductionis nō eſt
clare reſponſum. Secundo poteſt induci per verba eiuſdem le-
gis dicentia,ꝙ ideo ad patrem dos reuertitur filia mortua, ne ſi
ꝯ dicamus parentum erga liberos munificentia retardetur om
nino,& per patrem dotis datio, ſi nūquam ſperaret ad eū mor-
tua filia dotem reuerti debere. Tertio induci poteſt per verbū
illud munificētia, quod eſt idem, quod donatio vel liberalitas,
hoc modo,ſcilicet ꝙ etiam quamuis pater ſtipuletur dotē filię
reddi, nihilominus intelligatur ea ſtipulatio, ꝙ caſu quo præ-
decedat maritus viuente filia.non autem caſu,quo prædecedat
filia,quia tunc non filijs filiæ, ſed patri dos reddi debet, ne alias
dicendo munificentia retardetur &c. Non enim videtur ſtare
poſſe tex.ille in verbo, munificentia, ſi intelligas eam loqui in
dote per patrē pro filia ſimpliciter data. Quo caſu communis
eſſe cenſetur,nō autem in dote filiæ donata.Quod probo, quia
ſimplex datio dotis,quam pater facit pro filia, non eſt donatio,
quod præſupponit ille tex.in dicto verbo,idē aūt verū eſſe appa
ret, quia tenetur pater ad dotem pro filia ſimpliciter ꝯſtituen-
dam, vt l.qui liberos.de ritu nup.& l.fi.de do. promiſ.Ergo non
24 dr̃ pater quid tunc filiæ donare, † qm̄ dicit tex. alibi ſic, nec ille
donat, qui neceſſariis ſuccurrit oneribus. ſ̃. de dona. inter virū.
l.ſi quis pro vxore. Et alibi, ꝙ in neceſſitatibus nemo cenſetur
liberalis, ĩ. de alimentis legat.l.rem legatum. & alibi, ꝙ non di-
citur beneficium impendere, qui debitum facit, ĩ. de hæredib.
inſtit.l.ſi ſeruo. ĩ.de lega.2.l.vnum ex familia. ĩ. ad legem Falci.
l.pater filium.in fi.Ad hanc tamen inductionem vltimam quā-
uis ſubtilem reſponderi potes, ꝙ immo proprio ſumpto mune
ris vocabulo etiam ipſa ſimplex dotis cōſtitutio cadit in patris
munus.Munus enim a Iureconſulto diffinitur illud eſſe quod
ex neceſſitate damus, legibus, aut moribus ſeu imperio illius,
qui poteſtatem habet iubendi, ĩ.de verbo.ſignificat. l.munus.
Sed ipſa dotis ſimplex ꝯſtitutio fit ꝑ patrē iubente p̄tore,qui po
teſtatē habet hoc p̄cipiendi, vt d.l.qui liberos.igitur &c.Præter-
ea conſidera tex.in d.l.fi.C.de do.promiſ.vbi etiam dotem per
patrem ſimpliciter conſtitutam donationem atque paternam
liberationem legiſlator appellat, quamuis non proprie, quia
debiti redditio in donationem non cadit, vt l.hoc iure. §.ſi quis
ſeruo.ĩ.de donatio.licet improprie ſic eo ꝯſiderato,ꝙ ad dotan-
dū filiā pater non aliter aſtringitur,quàm iudicis officio, vt d.l.
qui liberos.& l.obligamur. cū ibi notatis. ĩ. de actio. & obliga.
Iudicis aūt officium nō eſt obligationis p̄ſuppoſitiuum, vt l.qui
per colluſionem.§.pretij. ſ̃. de actio.emp. & l.Quintus.cum ſi
mil.de annu.leg.ĩ. Ita ergo & in d.l.2. verbū illud, munificētia

ſi ponere velis pro donatione, impropriè debes aſſumere. Quar
to probatur ex tex. l. ſi dotali. ĵ. eo. & l. ſi pater. in princ. ſ̃. de pac.
do. In quibus probatur, ꝙ propter liberos mortua filia dos non
retinetur, ſi pactum vel ſtipulatio in hunc caſum non interce-
dat expreſſe. Sed certe ad illos poteſt, reſponderi primo ad legẽ,
ſi dotali. ꝙ pactum ſeu ſtipulatio, quod propter liberos ex filia
remanentes, dos penes maritum conſeruaretur, non fuit omni-
no ſuperuacuum. Quia pone, ꝙ matrimonium nõ morte filię,
ſed diuortio diſſoluatur, certe tunc dos pacto prædicto non exi
ſtente non retineretur, vbi ſi extat, retinetur, vt l. j. ĵ. de do. p̄lega.
Ad legem vero, ſi pater. dico, ꝙ ibi pactum ſimpliciter conce-
ptum, ſcilicet, ꝙ mortua in matrimonio filia, dotem gener reti
neat in caſum non exiſtentium liberorum, operatur ex vi con-
uentionis ipſam dotis retentionem. Quoniam pacto non extã-
te ad ſocerũ redire debuiſſet, vt d. l. dos a patre. In caſu vero exi-
ſtentium liberorum operatur etiam ipſum pactum dotis reten
tionem, eo quia concurſum habet ex iure communi, tenendo
opinionem illam, ꝙ liberis exiſtentibus non reuertitur ad patrẽ.
Et ſi dicas, ꝙ operabitur tunc non de iure communi, cum re-
tentio fieri potuiſſet, dico, ꝙ operabitur iuris ipſorum filiorum
multiplicationem, quia vbi per prius habebant exceptionem ſo
lum a lege cauſatam, nunc habebunt idem ius etiam cauſatum
ex pacto. Intereſt enim noſtra varijs remedijs circa idem vti poſ-
ſe, vt l. cum filius. §. varijs. ĵ. de lega. 2. Et ſi dicas, ꝙ non erat du-
bium illius legis in decidendo hoc, ꝙ pactum ſimpliciter con-
ceptum de dote retinenda, filia decedente locum haberet, ſi cõ
tingeret eam decedere ſine filijs. Reſpondeo, quia illa conuen-
tio ſimplex & indefinita, videtur reſtringenda ſecundum ius cõ
mune. ſ̃. locati. l. quæro. §. inter locatorem. infra, vt legati nomi
ne caueatur. l. i. §. ſi quis ſub conditione. & conſequenter ꝙ lo-
cum non haberet illo caſu, quo ex filia non exiſtant filij, quo-
niam tunc de iure communi redire debet ad patrem, per dictã
legem, dos a patre. Quinto pro hac opinione videtur caſus in l.
vnica. in §. ſileat. C. de rei vxo. act. vbi tex. dicit, ꝙ ſilere debet
retentio dotis, quam maritus vult facere propter ſuſceptos ex
vxore filios. Sed certe, vt apparet ex variatione lecturarũ eiuſdẽ
§. ille tex. loquitur, vbi maritus propter ſuſceptos ex vxore filios
vult vti retentione dotis aduerſus vxorem viuentem, cũ foret
matrimonium per diuortium ſeparatum, & ſic nihil ad caſum
noſtrum. Sed certe ſi conſideras rationem eiuſdem §. dũ dicit,
quia ſic, ſcilicet, quia naturalis ſtimulus parentem ad filiorum
educationem cõpellit, non autem dos ab vxore receptę, igitur
ſilere debet maritus, cum vult dicere ſe dotem retinere velle pp
liberorum educationem, illa pariter locum habet, cum agitur
de retentione dotis propter filios, cum matrimonium ſoluitur
diuortio. Et ſic cũ in vtroque caſu concurrat rationis identitas,
igitur & pariter in vtroque identitas deciſionis, vt l. adijcio. cũ
ſim. vnde non video recte reſponderi poſſe. Sexto videtur caſus
in d. l. 2. C. de bonis quæ libe. aliter ſubtilius inducendo. Et ſic
aut enim quæritur, quid iuris decedente in matrimonio filia li
beris non ſuperſtitibus, & tunc iſte caſus erat deciſus per legẽ,
dos a patre. l. vt reuertatur ad patrẽ. Aut quæris, quid iuris de-
cedẽte in matrimonio filia liberis ſuperſtitibus, & tũc tres ſunt
caſus. Aut n. ſtipulatus eſt illã remanere debere penes eum, &
tũc caſus eſt clarus & deciſus, quod locus eſt retentioni, vt in d.
l. ſi pater. in princ. & l. inter ſocerum. §. cum inter. ſ̃. de pac. dot.
Aut ſtipulatus eſt ſocer in eum caſum dotem ſibi reddi, & tunc
etiã iſte caſus clare deciſus erat, ꝙ vigore ſtipulationis dos ſibi
debeat reddi, vt l. pater cũ filiæ. ſ̃. de pac dot. Secundus caſus eſt,
quando dos ſtipulatione non facta, data eſt ſimpliciter. Et quia
iſte caſus in nullo loco iuris reperitur deciſus, neceſſe eſt dice-
re, ꝙ ad hunc extẽdatur deciſio legislatoris in d. l. 2. Alias enim
ſuperfluo d. l. foret poſita, quia alij caſus, qui vltra iſtum ſupra
ſunt conſiderati, iam per alias leges fuerant deciſi. Abſurdũ aũt
foret dicere, ꝙ dominus Imperator ſuperflue poſuiſſet illam
25 l. in volumine C. vt in §. quibus. cum ſimilib. Et regulam † ha-
bes, ꝙ cum vna lex referri poteſt ad intellectus duos, ſecundũ
quorum vnũ decidit caſum dubium, debet aſſumi intellectus
dubij caſus deciſiuus, vt patet in l. j. ad finem. ĵ. ad municip. de
priuileg. c. in his. Septimo videtur ea ratione probari, quia tunc
plures ſunt eiuſdẽ rei participes, ꝙ vnus in vno ſeruat, & in alio
ſeruari debet, maxime ratione æqualitatis ſeruandæ, l. fi. C. de
fruc. & lit. expen. l. fi. C. de duob. reb. l. ſi de meis. in prin. ſ̃. de ar-
bi. & l. fundi. cum ſim. ĵ. de acceptilatio. Sed patre mortuo ẽt cũ
filijs dotis actio conſolidatur in filiam, quamuis exhæredatã, vt
l. vnica. §. videamus. & §. hoc ex rei. C. de rei vxo. act. & l. ſi ſocer.
in prin. ſ̃. e. & l. ſi ab hoſtibus. ſ̃. eo. Ergo pariter econuerſo mor
tua ẽt filiafam. cum liberis, dotis actio conſolidari debet in pa-
trẽ. Et hæc fuit ratio glo. ad quam reſpõdetur, ꝙ in ipſa dote nõ
ſolum debet haberi ratio patris & filiæ tanquã participantiũ,
ſed etiam ipſius mariti, quæ eſt tertius participans. Sibi n. dos
aſſignatur propter ſupportãda onera matrimonij, vt l. pro one-
ribus. C. de iure dot. & l. dotis fructus. ſ̃. eo. tit. ergo cum & ipſi
filij mortua vxore remaneant apud maritum alimentandi, vt ĵ.
de liber. agnoſcendis. l. non quemadmodũ. Item & ipſa filiorũ
educatio connumeretur inter matrimonij onera, vt l. ſi is qui
Stichum. §. ibi dos. ſ̃. de iure dotium. Igitur non fuit abſurdum,
ꝙ maritum quem exiſtentibus liberis ex vxore præmortua ſe-
quũtur matrimonij onera, vt l. ſi maritus. & l. ſi filia. §. hoc am-
plius. ſ̃. fam. erciſcun. ſequatur etiam ipſa dos. Sed certe hæc re-
ſponſio quamuis colorata, vr̃ tolli per tex. dicti §. ſileat. ꝙ ſi fieri
debet dotis retentio propter liberos, cum non dotis aſſignatio
ſed naturalis ſtimulus patrem compellit ad liberorum educa-
tionem, vnde poſſumus dicere, ꝙ quamuis regulariter in com-
munione dotis pater & filia pariter participent, tamen in caſu
exiſtentium liberorum participant diſpariter. Cum enim mo-
ritur filia relictis liberis & eius patre ſuperſtite, igitur dos pp li-
beros facilius retinetur, nec ad parentẽ redit, quia iam exiuit ip
26 ſa dos paternum † patrimoniũ. dicit tex. in l. fi. ibi dũ dicit, ab-
ſceſſit. n. a bonis patris &c. ĵ. de coll. do. Ex quã dicere ſolebat
Dy. ꝙ dos eſt patrimoniũ ad filiã vadens, & ad patrem non re-
diens, igitur autem patre mortuo cum filijs filia dotata ſuper-
ſtite actio dotis conſolidatur in filiam, nec in patris filios prout
reliqua hæreditas trãsfertur, quia dicit tex. in l. pater filiam. ĵ. ad
legem Falc. ꝙ dos in hæreditate mortui patris per eundẽ viuẽ-
tem non exacta minime repetitur. Octauo alia ratione proba-
tur, quia actio dotis, quæ datur extraneo dotanti ſtipulatione
vel pacto, vt l. ſi extraneus. ſ̃. de condi. ob cauſam. l. vnica. §. ac-
cedit. C. de rei vxo. l. j. cum ſimilibus. C. de pac. conuent. datur
etiam patri a lege, vt patet in d. l. vnica. §. extraneũ. dum dicit,
parenti filiamfam. dotanti, quamuis ſimpliciter, dari ex ſtipula
tu actionẽ a lege, ſed dotata mortua, quamuis cũ liberis extra-
neo ex ſtipulatione vel pacto ad repetẽdam dotem oritur actio,
vt in d. §. accedit. ergo ẽt pariter competit & patri, ne melioris
conditionis ſit extraneus, qui dotauit ex voluntate, quàm ipſe
pater dotãs ex neceſſitate, ꝯ l. fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ſ̃. qui ſa-
tiſdare cogantur. & l. cum poſtulaſſem. in fine, cum ſimilib. de
damno infec. Ad huius rationis ſolutionem conſideramus, an
expreſſa ſtipulatio patris de dote ſibi reſtituenda intelligatur fi-
lia moriente filijs extantibus, certe non reperitur lex dicens ex-
preſſe, ꝙ ſic. Et ſi dicis, ꝙ prædicta ſimplex ſtipulatio reſtringit̃
ad caſum liberorũ exiſtentiũ, vt fuit de mente huius legis ſ̃m
vnam lec. certe tunc erit clarũ, vt idẽ dicamus eſſe in ſtipulatio-
ne facta, ſeu tacita, ex regula l. cum quid. cum ſim. Sed quia cõ-
27 munis † opin. maiorum noſtrorũ ſe habet in oppoſitũ, vt etiã
in caſu exiſtentium liberorũ videatur ſibi pater ſtipulatus, vt
probat generalitas l. quoties. ſ̃. eo. & l. cũ dos. ſ̃. de pac. do. Ideo
videndum, quid de tacita, ſeu ficta ſtipulatione. & quamuis idẽ
videatur per d. l. cum quid. tamen poteſt coloratè dici ꝯrium,
ſcilicet, ꝙ non operetur ſtipulatio ſubintellecta a iure in caſu
exiſtentium liberorum, prout operatur ſtipulatio interpoſita a
patre. Et eſt ratio, quia hæc ſtipulatio ficta ſuccedit loco rei vxo-
riæ actionis, ſeu loco antiquæ actionis de dote, vt l. vnica. §. ſed
ſi non ignoramus. C. de rei vxo. act. Quæ quidem actio non cõ-
cedebatur patri, vbi liberi ſupererant ex filia, cum in illos ius do
tis tranſmitteretur, vt l. vnica. §. maneat. & §. illo proculdubio.
C. de rei vxo. act. Et ratio eſt, quia hæc tacita ſtipulatio oritur ex
æquitate & ꝓuiſione legis, atq; fictione, ergo nimirũ ſi in detri
mentũ liberorũ & mariti, lex illũ ſtipulantẽ hoc caſu non vult
extendi, cũ ex eius æquitate nemini intendit facere iniuriã, vt l.
ſciendũ. ſ̃. ex quibus cauſis maio. in fi. Sed ea quæ competit ex
ſtipulatione expreſſa, competit de iure cõi ex propria prouiſio-
ne paterna, quam lex non valuit aliter limitare, vel reſtringere,
quia propriũ legis eſt, vt ſuũ non aũt vt propriũ deneget auxi-
liũ, dicit gl. C. ſi aduerſus ven. l. j. C. qui po. in pign. ha. l. aſſiduis.
& quia facilius ea tolluntur, quæ de iure ſpeciali proueniunt, q̃
quæ de iure cõi, vt l. eius militis. & in Auth. de non alie. §. quia
vero veriſimile. Nono idem probari vr̃ ea ratione, & hæc fuit
Cy. quia nemo plus iuris tranſmittit ad alium, quam habeat in
ſeipſo, vt in l. nemo. cum ſimil. ĵ. de regu. iur. Sed filia cum mo-
ritur nullum ius habet in dote, quia ante ſolutum matrimoniũ
non eſt ei dotis actio nata, vt l. 2. in prin. ĵ. de do prælega. & tũc
cũ moritur incipit patri actio cõpetere, vt d. l. dos a patre. igitur.
Sed ad hanc rñdetur, ꝙ nos non tractamus de iure aliquo trãſ-
ferendo ex pſona filiorũ filiæ in eius filios, quia hoc eſt ius pro-
prie mariti & liberorũ, vt dos exiſtentibus liberis remaneat, nec
tunc incipiat patri aliquod ius competere, vt patet a ꝯrio ſenſu
huius legis, ſecundũ vnam lect. ex infra dicẽdis. Decima, & hęc
fuit rõ Iaco. de Rauenna. Plus iuris habet pater in dote, quàm
filia, quia patris eſt vere, filiæ vero quo ad ſolum vſum, & ſpẽ, ſi
iterum nubet, ergo ſi in pſona filiæ patre cum liberis moriẽte,
actio cõſolidatur; ſequitur ꝙ fortius in perſona patris filia quã-
uis moriente cum liberis. Sed certè hoc nil valet, quod non eſt
verum, quòd pater habeat plus iuris in dote quàm filia, cum
interim

Interim dos ſit extra patris bona, vt d.l.patris filiam,& d.l.ſi de collatione do.& ipſe pater interim habeat ſolũ ſpem recuperãdi,non omni caſu, ſed aliquo. Nec ante ſolutum matrimoniũ pater habet aliquam actionem in actione de dote,cũ antea non ſit nata, vt d.l.2.de do.præleg. Filia autem interim illã naturaliter poſſidet,dicit tex.in l.Põponius Philadelpus. ſ.fam.erciſcũ. Vndecimo,& hæc eſt ratio Bar.ſequentis hanc partem affirmatiuam, quia cũ filia de dote paciſcitur exiſtens ſub patria ptãte in vnũ caſum,dicit Iuriſconſultus ſibi pactũ illud præiudicare. ſ.cũ ipſa efficitur ſui iuris,vt l.2.ver.ſed vtrũ.ſ.eo. ſed ſi eſſet vera opi.ꝙ ipſa moriẽs tranſmitteret ad liberos, ꝑiudicaretur ſibi hoc alio caſu, cũ tenerentur illi hr̃e ratum factum maternum, vt l.ex qua perſona.cũ ſim.ĩ.de reg.iur.& ſic argueretur Iuriſcõſultus in d.verſi.ſed vtrum.de inſufficientia, & imperfectione deciſionis,igitur &c.Sed certe hæc ratio parum valet, quia non eſt abſurdũ, ꝙ Iuriſconſultus tũc huius decidendi memoriam non habuerit, iuxta l.2.C.de iure veteri enucle.Itẽ nec abſurdũ, vt defectus Iuriſconſulti in illo ſ. ſuppleatur ꝑ alias leges, iuxta d.l.non eſt nouum.de legib.cum ſim. Penultimo,& hæc ſimiliter eſt Bart.vr̃ pro iſta concluſione caſus in l.cum inter ſocerũ. ſ.cum inter.ſ.de pac.do.vbi dr̃,ꝙ ſi cõueniat, ꝙ mortua in matrimonio ſine liberis filia,dos ad patrem reuertatur,tacite inter ꝯhentes actum vr̃, vt ſuperſtitibus poſt filiam liberis, dos retineatur,ergo vult ibi tex.ꝙ in caſu exiſtẽtium liberorum dos retinetur vigore taciti pacti a contrario ſenſu reſultantis, non autem ex diſpoſitione iuris communis.Sed certe quamuis tex.vrgeat mirabiliter,nihilominus poteſt reſponderi, & pro cõtraria parte induci ſic. Dicitur enim ibi, ꝙ ſi pater conuenit, vt ſi filia moriatur ſine liberis, dos ei reſtituatur, ſed ſi hoc tacite actum eſſet,non poſſet euenire,niſi quia caſus exiſtentium liberorum omiſſus expreſſe remanet in diſpoſitione iuris communis,vt l.ſi extraneus.& l.ſi cum dotẽ.cũ ſim.& no.quia in caſu hoc omiſſo videatur pater ſuo iuri renunciare, quia ipſa renunciatio haberet vim donationis. quod non eſt ꝓſumendũ,vt l.cũ de indebito.de prob.& c.ſup hoc.cũ ſim.Igitur eſt ibi caſus hoc mõ inductus potius pro parte ꝯria. Et ſi dicas,quid tũc noui inducet. ſ.ille? inde ꝙ ꝓbauit hoc notabiliter, ſ. ꝙ ſicut auus maternus poteſt paciſci & ſtipulari dotẽ nepotibus ex filia expreſſe, vt l.pater.C.de pac.conuen.& l.Caius. ĩ. eod.ita ẽt & tacite,quod pp multa videbatur dubitabile. Vltimo,quia filiafamilias hæredẽ hr̃e non poteſt iure inſtitutionis, vt l.quod ſi nulla.ſ.de relig.l.ĩ.& l.2.de caſtren.pecu. vnde quo iure tranſmitteret ad liberos? certe nullo. Sed ad hanc rõnem patebit reſponſum ex infra dicendis,& ẽt reſponderi põt ex his quæ plene dixi in l.ſi cũ dotẽ. in prin.ſ.eo. Ex quibus ẽt reſponſio patet ad rõnem aliã, quæ fieri poſſet,ſcilicet,quia dos paterna dr̃ quid profectitiũ, vt l.ꝓfectitia.ſ.de iure do.Sed in profectitijs filiafam.habere non poteſt hæredem, cum illa veniant inter fratres cõicanda, vt l. certum.C.fam.erciſcun.igitur &c.Et quamuis hanc † partem affir-
28 matiuam teneat maior pars noſtrorũ antiquorum patrũ, inter quos eſt Martinus, Ioan. Azo, & Accurſius, Iac.de Rauen. Per.& Cy.Bal.& Ange.nihilominus partem negatiuam, in cuius opin.fuit.Bal.quæ habet ad patrem non reuerti,in ſtricta diſputatione probabilem aliqualiter attingamus. Et primo illa probari videtur ex tex.leg.in ſ.ſed vtrum.ſ.de mino.& d.l.vnicæ.ſ.& hoc ex rei. vbi dicitur,ꝙ dos eſt proprium filię patrimonium, ergo per ꝯns in ea filios habebit hæredes, ſaltem hodie,
29 cum hodierno † iure conſiderato, filiusfamil.hæredẽ habeat, C.cõia de ſucceſ.l.fi.ſ.ad Tertullia.l.fi.& l.plerũque. & l.quod ſcitis.C.de bon.quæ lib. & in Auth. de hæredibus ab inteſtato. ſ.ĩ.Nec obſtat reſponſio Cy. dicentis, ꝙ eſt proprium patrimonium filiæ ſolum iure cõi,quia vt ipſe ſupra dixit, nullam communionem habet filia matrimonio conſtante,cum interim dotis actio nõ naſcatur,vt d.l.2.de do.præleg. Cæterum in d.ſ.ſed vtrum.loquitur de dote reſpectu beneficij reſtitutionis in integrum, quo reſpectu nulla eſt ibi communio inter eam & patrem, quia illud patri denegatur, vt ibi, nec ibi loquitur de re dotali, quia illa eſt in dominio mariti, vt l.doce. C.de rei vẽdi. cũ ſim.Sed de ipſa dote,prout eſt quoddã ius vr̃e, & incorporale, vt l.quod dr̃.ĩ. de impen. Secundo vr̃ hoc probari per tex.in d.l.inter ſocerũ.ſ.cũ inter.vbi ſi conueniat pater, ꝙ defuncta filia ſine liberis, dos ſibi reſtituatur, tacite actũ intelligitur eã ſibi non debere reſtitui,ſi decedat cũ liberis.Sed hoc actum eſſe nõ poteſt euenire, niſi quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris ciuilis,vt l.ſi extraneus.cũ ſimilibus, volentibus ſuperſtitibus liberis decedenti filia, dotem auo non reſtitui, non autem quia in caſu omiſſo videatur iuri ſuo renũciare,quia talis renũciatio,q̃ vim donationis hẽt, vt ĩ.de noua. l.ſi quis delegauerit. cũ ſimil.non eſt ꝓſumẽda, vt d.l.cũ de indebito. & d.c.ſup hoc. Tertio vr̃ eſſe caſus iuxta legem a ꝯrio ſenſu ſm vnam lect.Hęc enim ſtipulatio patris de reddenda dote, intelligitur ſi filia decedat ſine liberis, dos non eſt in caſu reſtitutionis, ſed retentionis pp eorum ſuperexiſtentiam.Quarto vr̃ probari in l.fi.ĩ.vt lega.no.caueatur. vbi dos per generum aduerſus ſocerum retinetur propter ſuperexiſtentiã liberorũ,niſi reſpondeas, ꝙ filia ibi erat emancipata,vt patet,quia teſtamentum conſecit,cuius eſſet incapax ratione patriæ poteſtatis, ĩ. de teſtamen. l.qui in poteſtate. cum ſim. Igitur propter emancipationem ius dotis in eam conſolidatum fuit, & in filios tranſitorium, vt in d.l.ſi neceſſe. cum ſim.ĩ.eod.Quinto videtur quæſtionis eſſe caſus in l.illam. C.de col.vbi Imperator nepotibus ex filia onus iniungit conferendi dotem maternam cum patruis vel auunculis, quod non deberet imponi, ſi ad patrẽ mulieris dos, illa mortua fuiſſet reuerſa, & reſponſio quod ibi loquitur de filia emancipata, diuinatio eſt. Sexto videtur caſus in l.pater cum filiæ. ſ. de pact.do. Ibi.n.pater volens ſibi prouidere in caſum liberorũ ſupexiſtentium,ex filia decedente ſtipulatus eſt in eundem caſum ſibi reddi,cũ ergo ſtipulationes ideo inuentæ ſint, vt ſtipulemur, quod noſtra intereſt,vt l.ſtipulatio iſta.ſ.alteri. ĩ.de verb.oblig. & Inſti.de inuti.ſtipu.ſ.alteri.igitur eſt ꝯns, vt ibi pater ideo fuerit ſtipulatus in caſu exiſtentium liberorum, quia interfuit ſua in eũ caſum ſtipulari,non autem ſua intereſſet,ſi etiam dicto caſu dos ad eum reuerteretur de iure communi. Septimo vr̃ caſus in l. cum pater dotem. ſ.de pac.do.in verſi. vt ſi quidem. vbi caſus, ꝙ ſi maritus cũ ſocero conuenerit non petere dotem eo viuente,poſtea vero contingat mors filiæ in matrimonio viuente patre,non poteſt maritus dotẽ petere pp pactum. ergo a ꝯrio ſenſu ſi non interueniſſet pactum,dotem petere poſſet, ſed hoc nõ poteſt ibi euenire, niſi propter exiſtentiam liberorum, vt proxime probo,igitur &c.Quod autem aliter euenire nõ poſſit, probatur,quia ſi dicto caſu peteret gener a ſocero dotẽ ſoluto matrimonio morte filiæ, poſſet ſocer genero dicere, dolo facis petere &c.de qua in l.dolo. ĩ.de doli excep. & in regula iuris. Et ſi gener replicaret ꝯ regulã opponendo exceptionem l.dolo.non habere locũ,cũ reſtitutio eius,quod petitur,fieri debet ex interuallo, vt in d.l.fi.ĩ.vt lega.nomine caueatur. ſocer poterit duplicare,ꝙ licet cũ ex interuallo fieri debet reſtitutio eius, quod petitur pp diem adiectam obligationi de reddendo ex diſpoſitione hominis,vt loquitur d.l.fi.tũ locũ habet cũ dies adijcitur reſtitutioni ex diſpoſitione legis & miſerationis cauſa, vt l.ſi donaturus.ſ.de cõdi.ob cauſam. & l.ſi ſocer. ſ.Lucius. cum ibi plene notatis.ĩ.eo.Non eſt ergo in d.l.cũ pater dotẽ.alia rõ,niſi exiſtentia liberorũ, quibus non extantibus dos non poſſit a patre peti, cũ ſoluta deberet reddi, vt in d.l.dos a patre.& in d.l.iure ſuccurſum. Octauo vr̃ ꝓbari in l.vnica. ſ.maneat. & ſ. illo procul dubio.C.de rei vxo.act.vbi hæredibus mulieris ꝓdecedentis mãdat Imperator dotem reſtitui per maritum.Illi aũt hæredes iure Codicis & nouiſſimo muliere ab inteſtato decedẽte,in caſu iſto ſunt liberi,cũ hodie in omnibus his, quæ parentibus nõ quæruntur, vt eſt dos, quæ marito, non aũt patri quæritur pp onera matrimonij,vt in d.l.ſi is qui Stichum.ſ.ibi dos.in ſucceſſione filiæfam.inteſtatæ liberorũ prima cauſa,vt in Auth.de hęredib. ab inteſtato venien.ſ.ĩ. Nono, & iſta eſt ratio Bartho.de Salic.ſequentis iſtam partẽ in d.l.dos a patre. quia pater non ſtipulatus dotẽ ſibi reddi, perdit illam & eius recuperandæ ſpem, cũ filia abſq; legitima cã,& ſic ſui culpa, matrimoniũ diſſoluit, vt dicit ipſe ꝯcludi per gl.in l.ſi dotẽ.C.de iure do.& no.in l.cõſenſu.C.de repu.& probari ꝑ caſum a ꝯrio ſenſu in verbis illis, ſi ſine culpa ſua diuertit &c. & in d. l.cũ pater dotem. Si igitur culpa filiæ denegatur ſolu.matrimonio actio patri,& dos, q̃ tũc quæritur marito,reſeruanda eſt liberis eiuſdem matrimonij,vt in ſ.quia vero plurimas.in Auth. vt liceat matri & auiæ.Sequitur,ꝙ ea mortua liberis extantibus,ipſis debeat remanere, vt ſic quod fauore liberorũ diſponit,filia culpã incurrẽte in matrimonij ſolutione fortius diſponatur, qñ matrimoniũ ſoluitur eius morte.Sed certe hæc ratio non vr̃ bona,quia falſum eſt antecedens ſuum,in quo vult,ꝙ diſſoluto matrimonio culpa filiæ, pater non aliter pactus illã ſibi reddi facultate repetitionis priuetur,qm̃ hoc eſt ꝯ caſum auth.ꝯ ſi filię.& in auth.vnde ſumitur. C.de repu.per quam hoc determinat Dy.& Bart.in l.2 ſ.item ſi volunrate. ſ. eod. Decimo hoc beneficium, quod datur patri pro dotis repetitione,filia moriente datur ex æquitate, vt patet in l.dedit dotem.ĩ.de col.bo.Igitur hæc æquitas non debet operari fauorem paternũ cum iactura liberorũ, qui ex dote alendi per maritũ ſunt, vt in l.ſi cũ dotẽ. ſ.ſi vero dotẽ. ſ. eo. maxime cum ipſi ſint pars matrimonij,pp quod datur, vt l.ĩ.ſ.eo. Vndecimo,& hæc viua & notabilis ratio, conceditur filiæfam.vt dotẽ poſſit erogare in alimento egenorum filiorum, ẽt ſi conſenſus paternus non acceſſerit, vt eſt expreſſum in l.quãuis.ſ.eo. Si ergo hoc licet filiæ in paternũ ꝑiudiciũ ea viuente, ergo pariter in liberorũ fauore hoc licebit marito poſt filię mortẽ.vt.n.dicit legiſlator abſurdũ eſt, vt q̃ nobis viuentibus licet,nobis nõ liceat morientibus, vt Inſti.de l.Fuſia Canin.in fi.& in l.1.C.e.ti.Duodecimo hoc ſuadet rõne, ne mr̃imonia arctent,& de facili ſe

tur occaſio non contrahendi matrimoniũ cum filiaſam.(quod
plurimũ euenire poteſt) ſi diceremus ſuperſtitibus liberis ex
mortua filia, dotẽ non poſſe retineri, q̃ũque.n.de iure aliqua re
laxantur, vt facilius matrimonia ꝯhantur, de verb.obli.l.Titia.
C.de ſponſa.l.fi.& C.de indicta vidu.l.j.& 2.cum ſi. Tertiodeci-
mo hoc ſuadet rõ æquitatis ſeruãdæ inter omnes, qui ſunt cã,
vel occaſio matrimonij contrahendi. Cum enim plures partici
pant circa eundẽ actũ, par inter eos æqualitas eſſe debet, & cui-
libet eſt fauẽdũ, l.fi. C.de fruc.& li.expen.auth.æqualitas. C.de
pac.conuen.l.fi.j.de acceptila.cũ ſim. Sed in caſu nřo in matri-
monio cõcurrit voluntas patris ſaltem de honeſtate ſm ius ho-
diernũ, vt 27.q.2. ſufficiat. & filiæ & eius mariti, oĩbus aũt eſt
prouiſum, & non marito, niſi prouideatur in caſu iſto, cũ mori-
tur vxor extantibus liberis, vt dos ei remaneat in ſuſtentationẽ
liberorum, igitur &c. Quartodecimo, & hæc eſt rõ Petri, hanc
opi.ſequentis, quia dos dař pp onera matrimonij, vt l.pro one-
ribus.& l.dotis fructus.prællegata.inter quæ ſunt liberi, vt d.§.
ibi dos. Et matrimoniũ eſt fauorabile pp ꝓcreationẽ liberorũ,
vt l.1.ſ.eo. ſed onus liberorũ remanet penes patrẽ, vt l.ſi mari-
tus.& l.ſi filia. §.hoc amplius.ſ.fam.erciſ. nõ aũt tranſit ad auũ
maternũ, niſi in ſubſidium, vt l.non quẽadmodũ.j de lib.agn.
igitur &c. Quintodecimo. quia iſto caſu exiſtentia liberorũ ceſ-
ſant rõnes, quare patri cõpetat ius dotis repetendæ filia mor-
tua, quæ videntur tres, vna poſita in l.iure ſuccurſum .ſ. in ſola-
tiũ ſuæ triſtitię, quã habet pp perditionẽ filiæ, ſed non vř ꝑdidiſ-
ſe ex quo filios reliquit, qui eadẽ perſona cũ matre cenſentur, vt
in l.fi.C.de impub.cũ ſim.igitur &c.& ſ.hoc plenius declarau
dum rñdi ad dictã l.iure ſuccurſum. Alia ſecunda ratio eſt in d.
l.2.C.de bo.quæ liber.ſ.ne ſi dicamus, parentum munificentia
retardetur. ſed hæc ratio locum non habet, cũ moritur filia libe
ris ex ea ſuperſtitibus, quoniam veriſimiliter nunq̃ munificen-
tia parentum retardabitur, quãuis ſciant, ꝙ id, quod filiæ dãt,
penes nepotes eſſe manſurũ, tamen & naturalis affectio auum
inducat ad bene agendũ nepotibus pp pſonam filiæ in d.l.de-
dit dotẽ.de col.bo. Tertia rõ ponitur, ne ſi dicamus dotẽ penes
alium remanſurã, matrimonio diſſoluto př denuo eã dotare co
gatur, C.de rei vxo.act.auth.ſed quãuis. Et ſic pater duplici one
re grauatur, ꝯ l.Titia.§. qui inuita.cũ ſim.de leg.2. Sed hæc rõ
ceſſat filia mortua, igitur &c. Et illa etiam eſt notabilis rõ. Sex-
todecimo adducitur pro eadem parte l.vxorẽ.§.teſtõ.de lega.3.
Sed in veritate parũ facit, & ex his apparet iſtã quæſtionẽ vtrã-
que ex parte fore dubitatiſſimam, licet vt dixi, prima opinio ſit
cõior.& noſtrorum maiorũ authoritatibus approbata. Hãc ta
men ſecundam approbauit conſuetudo, & profecto opus eſſet
30 deciſione Cæſarea. Ego vero circunſcripta † cõſuetudine, dicẽ-
dum exiſtimo, ꝙ aut loquimur in dote, cuius actio ſoli filiæ eſt
quæſita, vt poteſt contingere ex paterna donatione, quæ in do-
te valet inter patrem & filiamfam, vt in l.Pomponius Philadel
phus.ſ.fam.erciſc.& in l.ſi extraneus ad fi. ſ.de condi. ob cau-
ſam.& iſta tranſitum facit in filios filię, nec ad patrem reuertiť.
Hoc fundo per iſtũ tex.ſm intellectũ Dy. hic enim fuerat pater
filiæ dotem reddi ſtipulatus, & dř, ꝙ in eũ caſum filia mortua
facultas repetit. ſibi ꝯceditur, cũ ſine liberis deceſſerit, ergo qñ
decedit cũ liberis, illa ſibi denegatur. Et pro certo Paulus Iuriſ-
conſultus lator legis præſentis, qui fuit vere interpres legum,
ſm quod eũ appellat Modeſtinus in l.ſcire oportet. in ver.ſed
& ſi maxime.j.de excu.tut. non ſine miniſterio poſuit hic ver-
bũ illud, ſine liberis, & ſupplere ad verbũ illud, maxima diuina-
tio eſt. Secundo eandẽ concluſionẽ ego firmo ꝑ l.auus. in prin.
ſ.de iure do. Ibi enim deciditur dotem aduẽtitiã, quam filiafa.
ab auo materno ſuſcepit, ſua non patris contemplatione, mor
tua filia ad patrem non facere tranſitũ, ſed ad eius liberos. Et
huius eſt ratio, quia pater in ea dote non ab eo, neque ſui cõtẽ-
platione profecta, nullã habebat cũ filia cõionem. Sed eadẽ rõ
eſt in caſu noſtro, quia priuat ſe pater cõione, cũ illã vult reddi
ſoli filiæ, vt d.l.Pomp.Philadelphus. & d.l.ſi extraneus. igiť &c.
Tertio de hoc vř caſus in d.§.cũ inter. ſm vnũ intellectũ, ſecun-
dum quẽ pater in caſu exiſtentiũ liberorũ omiſſo intelligiť ta-
cite ſtipulatus reddi filiæ, & tñ deciditur, ꝙ mortua filia dos ꝑ
maritũ propter liberos retinetur. Quarto hæc pars eſt veriſſi-
ma, ex quo hodierno iure conſiderato, filiafam.in his, quæ pa-
tri non quæruntur, ab inteſtato hæredes habet, inter quos pri-
ma cã eſt liberorũ, vt in d.§.i.Inſti.de ſucceſ.quæ ab inteſtato.&
in d.l.fi.C.cõia de ſucceſ. cũ ſim. Sed dos per patrem donata fi-
liæ eſt hmõi, cum valeat iſto caſu fauore dotis effectualiter do-
natio, vt in d.l.Pomponius.& d.l.ſi extraneus.in fi. adeo vt non
patri illa quærať, ſed oneribus matrimonij inſtantis deſeruiat,
vt in d.§.ibi dos. vel pro futuro ſperato conſeruetur, vt l.etiam
directo.& l.lex Iul.ſ.de fundo dotali.& l.non ſine. C.de bo.quę
liber. Igitur aut loquimur in dote, cuius actio cõis eſt & patris
& filiæ, vt eſt regulariter in dote profectitia, vt l.1.§.quod ſi in
patris.ſ.e.& tunc aut ex filia remanẽt liberi pauperes, ita ꝙ nõ
habent vnde ſe alant, nec ẽt pater ad hoc potens eſt, & tunc ſal-
ua ſemꝑ ſubſtantia veritatis, puto ꝙ ꝑ ipſos poterit dos retine-
ri. Si.n. in eorũ alimenta põt inuito auo materno dos ꝯſtante
matrimonio inter viuos erogari, vt l.quis in fi.ſ. e. ergo multo-
31 magis hoc ipſis licebit poſt mortẽ maternã, quia quod in † vita
permittitur, multomagis poſt mortẽ conceditur, vt in d.ti.Inſt.
de l.Fuſia Cani.in fi. Præterea ſecundo pro hoc facit, quia ſi hẽt
nepos in ſubſidium ius alimenta petendi ab auo materno, vt
in d.l.nõ quemadmodũ.& l.ſi quis a liberis.§.item diuus.j.de
libe.agno. ergo multomagis habet ius in hoc mõ excipiẽdi.ſ.vo
lo dotẽ retinere, ꝙ mihi det neceſſaria alimenta, arg.j.de reg.iu.
l.inuitus.§.cui damus.j.de ſuperficiebus.l.j.quod aũt ait. Et his
duobus caſibus vř mihi, ꝙ opin. Mar. non ſolũ de ꝯſuetudine,
ſed de iure procedat ꝑ prædicta. Aut non remanſerant ex filia
egeni liberi, & tunc credo opi. Barto.de iure procedere.ſ.vt dos
reuertatur ad auũ per caſum d.l.2.C.de bo.quæ lib. ſ.multipli-
citer inductũ, ad quam non video recte dari poſſe rñſum. Sup-
32 poſito † igitur, ꝙ opinio Martini procedat de conſuetudine, du
bitatur de pluribus. Primo, nũquid illa ꝯſuetudo habeat locũ,
cũ mulier ex primo matrimonio filios habens ſecundo nubit,
& in ipſo ſecũdo matrimonio ſine liberis decedit? & in hoc di-
cit Bar. ꝙ non, allegando Iac. But.in recollectis antiquis in l.fi.
C.communia vtriuſque iudi. ea ratione, quia conſuetudo hñs,
vt decedente filiafam. retineatur dos per maritum propter li-
beros ſuperextantes, intelligitur de liberis eiuſdem matrimonij,
vt l.cũ vir vxori.j.de condit.& demon.l.2.C.de pac.cõuent. Nõ
eſt ergo extendenda ad caſum, dũ vult retinere maritus ſecun-
dus pp liberos matrimonij primi, quia conſuetudo ꝯ rõnem iu
ris receptã non eſt ad ꝯñtiam trahenda, j.eo.l.ſi vero.§.de viro.
ſ. de legibus. l.quod vero. cum ſimi. ipſa etenim conſuetudo
pp vnam perſonam inducta, non operatur effectum propter
33 aliam. Non enim † aliud conſuetudo eſt, quàm tacita ciuium
conuentio moribus vtẽtium approbata, ſ.de legib.l.ſed ea. Sed
expreſſa conuentio habens limitationem certarũ perſonarum,
non trahitur ad alias, ſ.de pac.l.ſi vnus. §.ante omnia. ſ.de ſer-
uit.vrbano.l.ſi ædes. igitur nec tacita. & his rõnibus mihi placet
34 quod dicit Bart. Dubitatur † ſecundo, nunquid eadem ꝯſuetu-
do locum habeat, cũ per prius decedit in matrimonio maritus,
poſtmodum vero decedit ſecundus ſine liberis ipſa filiafam. vi-
dua? dicit, ꝙ cum hæc quæſtio accidiſſet de facto, octo Docto-
res Bononienſes conſuluerunt, ꝙ non, quia ea conſuetudo, ꝙ
dos retineatur pp liberos, locum habet ipſa muliere prædece-
dente, non autem marito, vt in l.2.ſ.de pactis dotalibus.l.j.j.de
dote prælegata.& l.2.C.de pac.conuen. vnde quamuis conſue-
tudo extendatur de vno caſu ad aliũ ſibi ſimilẽ in his quæ a iure
cõi non reperiuntur manifeſte deciſa, vt in l.de quibus. verſi.ſi
qua.ſ.de legibus. tamen conſuetudo a iure cõi exorbitans, pro-
ut eſt in vno caſu, non debet ad alium extẽdi, vt in d.l.quod ve-
ro. Et eſt expreſſum de iure canonico in c.cum contingat. de ca
pel.mo.c.cum dilectus.de offic. Archi.in c.dilecto. de præſcrip.
c.auditis. Et ita intelligitur, quod no.in c.fi.de ꝯſue. & in l.1.&
2.C. quæ ſit longa ꝯſuetudo. Sed dubiũ eſt, quid ſi probaretur
ꝯſuetudo, & hæc ſimplex, ſcilicet ꝙ muliere decedẽte in matri-
monio ſuꝑſtitibus liberis, dos ad auũ non rediret, an marito de-
cedente ꝑ prius, vxore vero filiafa. vidua decedente poſtea, con-
ſuetudo locũ obtineret? videtur, ꝙ non propter hoc dictũ Bart.
ſ.corroboratum, qm̃ ſm eam illa conſuetudo interpretatur, ſi
mulier prædecedat per d.l.1.cum ſim. de pac.do. Item & quia
poſt mortem mariti deſinit mulier remanens eſſe vxor, & ſic
non dř in matrimonio decedere, ſ.de dona. inter vir. l.quia in
tempus. Ego tamen contra puto, quia & quamuis poſt mortẽ
mariti decedat vxor, ſi tñ vidua, dř in priori matrimonio deceſ-
ſiſſe. Et ſic verificantur verba conſuetudinis. ita eſt tex. in l.om
nem.C.de bo.mater. Et probatur ratione, quia tex. dicit, quòd
etiam diſſoluto matrimonio prædium dotale intelligitur, vt in
d.l.etiam directo. Sed dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, vt
in l.3.cum ſim.ſ.de iure do. igitur &c. Ad idem tex.in l.filij.§.vi
dua.ad muni.j.cũ ſim. Item ob.d.l.quia in tempus. quia ſi poſt
mortem mariti deſinit mulier eſſe vxor quo ad effectũ ceſſatio-
nis prohibitionis donationis inter ꝯiuges, poſt mortem.n.colla
ta inter eos donatio valida eſt, quia ceſſat rõ prohibitiua dona-
tionis, quæ eſt ne mutuo amore ſe inuicem ſpolient &c. vt l.j.
eo.ti. Nec ob. dictum Bar. quia illud intelligitur, vbi probaretur
ꝯſuetudinẽ eſſe aliter, quàm ſ.poſuerat. ſ. ꝙ matrimonio diſſo-
luto dos remaneret penes maritũ propter liberos. Tunc enim
vř hanc interpreta. non eſſe intelligendam marito prædeceden-
te, vt in d.l.2.de pac.do. Vnde magna vis in hac materia conſi-
ſtit circa formationem articulorum. Tertio dubitatur, quid ſi
35 ſtipulatio † de dote reddenda ita concepta ſit, ſcilicet, & promi
ſit dotem reſtituere in omnem caſum & euentum reſtituendæ
dotis ſecundum ius, an tunc ea verba infinita reſtringantur ad
ius conſuetudinarium, ſecundum quod approbatur opi. Mar.

an vero

an vero ad ius cõe, ſm quod approbatur opinio Bulg. Quæſtio pulchra eſt, & in ea pluries conſului, & quidem illa reperitur in ſimilibus terminis poſita per Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de arbi. §. excipitur. in additione, quæ incipit, Guido de Suzaria, in volumine ſtatutorum &c. referentẽ determinatũ fuiſſe, ꝙ ſi in arbitrum cõpromittitur, cum hoc ꝙ debeat determinare ſm ius, intelliget debere fieri determinationẽ ſm ius cõe, nõ aũt cõſuetudinariũ, vel municipale, eo quia iuris appellatio indefinite prolata ad ius cõe, tanꝗ dignius atque potius reſtringitur, vt Inſti. de iure naturali. §. ſed quoties. Et hanc ẽt opinionẽ prædicta ratione ſecutus eſt dom. Ang. in d. diſputatione ſua incipiente, Duo ad inuicem litigantes. Et etiam ſecutus eſt Bal. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. dicens in ſimili, quòd ſi teſtator inſtituat filias ſuas, quòd eas tangit de iure, referetur teſtatoris diſpoſitio ad ius cõe tanquam dignius, cum in quota portione variãt ius cõe & municipale ſeu conſuetudinariũ, ſed etiam ipſe idẽ Bal. in l. illa inſtitutio. ſ. de hære. inſtitu. cuius opi. ſecutus eſt domi. Ant. per eadem verba formaliter, tacito tñ nomine Bal. in cap. Quintaualis. de iureiuran. ſequitur opi. ꝯriam dicens, illud verbum, ius, in compromiſſo indefinite prolatũ, & conſequenter ẽt in ſtipulatione de dote reddenda, referri debere ad ius municipale. ſeu conſuetudinariũ, nõ aũt ad ius cõe duplici rõne. Primo, quia ex quo ſtatuta ſeu conſuetudines cõfirmatæ ſunt a iure cõi, vt in d. l. omnes populi. de iuſtitia & iure. & in d. l. de quibus. merito ipſa ſequi debemus, qm̃ ius municipale ſeu cõſuetudinarium in loco, vbi eſt, iuri cõmuni derogat, vt in d. l. omnes populi, quod maxime verum eſt in iudicibus, qui cõiter pſtant iuramenta de ſeruandis ſtatutis & conſuetudinibus ciuitatum, de quo in c. 1. de iureiuran. lib. 6. & in c. venientes. eo. tit. in antiquis. & in Authen. iuſiurandũ quod præſtatur ab his. cũ ſimil. Præterea hæc verba, ſm ius &c. non tm̃ ſonant in ius cõſtitutionis, ſed in ius partis: vnde qualecunq; ius in his verbis vr̃ incluſum, arg. ſ. de exceptio. rei iud. l. & an eadem. §. actiones. Et ego ſemper iſtam opin. ſecutus fui duplici ratione. Prima,
36 † quia habeo in ſimili, ꝙ ſi pars referat ſe ad conſuetudinẽ, duplici conſuetudine ſtante, intelligitur ſe referre ad poſteriorem priori derogantẽ. Ita eſt caſus ſ. de alimen. lega. l. Mela. §. ſed ſi alimenta. de præben. c. cum de beneficio. lib. 6. Ita ergo in propoſito, cũ pars ſe refert indefinite ad ius, intelligitur ſe referre ad ius conſuetudinariũ ſeu municipale poſterius, quod in loco derogat iuri cõi priori. Conſuetudo enim etiam ius eſt ex non ſcripto reſultans &c. vt Inſti. de iure na. §. ex nõ ſcripto. j. diſt. c.
37 ꝯſuetudo. & d. l. de quibus. & l. diuturna. ſ. de legib. † Secundo, quia cum eſt ambiguũ propter ſermonis generalitatẽ, quæ ambiguitatẽ parit, dicit glo. de verbo. oblig. l. quoties, ꝙ partes conſenſerint, id credendũ eſt eas ſenſiſſe, quod cõſuetudo loci, vbi ꝯhitur, obtinet. dicit tex. ſ. de regu. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. de cenſi. c. ex parte. Sed in propoſito caſu intentio partium eſt ambigua propter prolationẽ verbi, ius, generaliter ſeu indefinite conceptam, ergo recipit declarationẽ non a iure cõi, ſed
38 conſuetudinario. † Tertio ego iſtud confirmo ex tex. iuncta gl. l. fi. ad propoſitum ſing. in c. 1. in fi. vt li. penden. vbi mandatũ ſuperioris, ꝙ cauſa determinetur ſecundũ ius, non reſtringitur ad ius cõe, quamuis dignius, ſed ad ius ſpeciale & priuilegiatũ, qđ prætendit altera ex partibus tanquã ius ſpeciale priuilegiatum
39 poſterius deroget iuri cõmuni priori. † Quarto dubitatur, qđ ſi verba ſtipulationis fortius concepta ſint, ſcilicet & promiſit dotem reſtituere in omnem caſum, & euentum reſtituẽdæ dotis ſm ius cõe, an tunc extantibus liberis ſeruabitur opinio Mar. per cõſuetudinẽ recepta, ſm quam dos eſt in caſu reſtitutionis? Et quilibet prima fronte diceret ꝙ non, quia ꝯhentes ſe retulerunt ad ius cõe, ſm quod verior eſt opi. Bal. tenentis dotem debere reſtitui, ꝯtus aũt ex conuentione legẽ accipiunt, vt in vulgatibus. Bal. tñ mirabiliter in l. conſtitutio. de bo. quæ lib. determinat ꝯrium, ſcilicet vt eo caſu attendatur ẽt conſuetudo, ſeruans opi. Mar. ea ratione, quia dicta conſuetudo interpretatur dubium illud, quod eſt de iure cõi propter varias auctoritates tantorũ virorum, & quod interpretatur aliud, vnum, & idẽ eſt cum illo interpretato, vt in Authen. de filiis ante dota. inſtru. nat. in fine. & in l. nihil. ſ. de coniungen. cum emancipa. liberis. & in l. hæredes palam. §. ſi quis poſt. ſ. de teſta. Quod dictũ confirmari poteſt ex auctoritate eiuſdem in l. vnica. C. de confeſ. determinantis ſingulariter procedere libellum concludentẽ talẽ puniri, eo quia extra territoriũ extraxit frumentũ ꝯ diſpoſitionem iuris cõis, cum iure municipali prohibita ſit extractio, ea rõne, quia & ius municipale in proprio loco ius cõe, ſeu eius pars appellari poteſt, ex quo auctoritate iuris cõis fit, & ab eo confirmatur per dictam l. oẽs populi. Ad quod l. j. §. omnibus. C. de vete. iu. enucle. c. hi qui auctoritate. de præben. li. 6. dum dicit, non in dubium venit dici poſſe ea noſtra, & a nobis proceſſiſſe, quæ noſtri fiũt auctoritate. Ita igitur in propoſito in dubium venire non poteſt in loco municipij iura municipalia iuris cõis, ſeu eius partem appellari poſſe, cum eius fiant auctoritate. Qua ratione ipſe idem in c. 1. in glo. ſuper verbo, nos Romanorum. de pa. Conſtan. 10. col. concluſit no. etiam conſuetudinẽ in loco, vbi illa viget, ius cõe appellari poſſe, eo quia iuris cõis auctoritate introducitur, vt d. l. de quibus. Quinto dubita-
40 tur, † quid ſi verba ſtipulationis ſic cõcipiantur, ſcilicet, & promiſit dotem reſtituere in omnem caſum, & euentũ eius reſtituendæ, ſm formam ſtatutorũ. & quidem vr̃ eam ſtipulationẽ inepte eſſe conceptam, cum ſtatuta, ad quæ pro facienda reſtitutione fit relatio, circa opi. Bulg. & Mar. nihil diſponens. Incerta etenim diſpoſitio inutilis redditur, cũ ſe ad illud refert, a quo non poteſt certitudinẽ ſeu declarationẽ aſſumere, ſ. de vſufruc. lega. l. qui plures. ſ. de cõdi. & demon. l. in teſtamento quidam. cum ſimi. Contrariũ tñ eſt veritas duplici rõne. Prima, quia cõſuetudo idem eſt quod ſtatutũ. Pro nihilo enim alio vnum a reliquo differt, quàm quod ex vno reſultat ius, vt ex non ſcripto, vt d. §. ex non ſcripto. Inſti. de iure nat. cum alijs alleg. vnde reſerendo ſe ad ſtatutũ, intelliguntur etiam ſe retuliſſe ad conſuetudinẽ. Secundo, quia poſito ꝙ deficiat declaratio, an reſtitui vel non reſtitui debeat dos ex ſtatutis, ad quod partes ſe retulerunt nihilominus propter hoc non vitiatur de reſtituendo facta obligatio, quia ſuccedit tunc declaratio ex cõſuetudine, arg. ſ. de hæredi. inſtituen. l. circa. C. de inſti. & ſubſt. l. pen. & quod habetur ſ. de conſti. pecu. l. eum qui. §. Iulia. & in c. abbate. de verb. ſign.
41 Sexto dubitatur, † quid ſi ita concepta ſint verba, ſcilicet, & promiſit reſtituere in omnem caſum & euentum reſtituendę dotis, & ſic indefinite facta fuit promiſſio: dic ꝙ ipſa indefinita locutio non derogat ſpeciali conſuetudini introductæ fauore liberorũ, & approbanti opi. Mar. Verba enim ꝯtus ex conſuetudine regionis intellectũ atque declarationẽ recipiunt, C. loca. ll. i. cet. & l. excepto. ſ. de aqua plu. arcen. l. prius. §. placuit. & l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ſ. de ædil. edic. & dicta l. ſemper in ſtipulationibus. & dicto c. ex parte. de cenſib. Septimo dubitatur in
42 caſu † magis difficili, quid ſi concipiantur verba ſic, ſcilicet, & promiſit dotem reſtituere in omnẽ caſum & euentum reſtituẽdæ dotis ſm formam iuris cõis. ſtatutorũ, & cõſuetudinis: certe vr̃ hæc forma prima fronte inutilis propter repugnantiã, quã in ſe continere vr̃, ſ. de reg. iur. l. vbi repugnantia. Si enim attendimus ius cõe, verior eſt opi. Bulg. Igitur dos etiam extantibus liberis erit in caſu reſtitutionis, ſi vero attendimus conſuetudinem, ſeruatur opi. Mar. & igitur propter exiſtentiã liberorum
43 ceſſabit dotis reſtitutio. † Ego credo, ꝙ cum iſta dictio, &, ponaẽ hoc caſu inter cõpatibilia, vt ex proxime ſuperioribus eſt declaratum: merito reſoluetur in diſiunctiuã. Vel ſm doctrinam Iuriſconſulti, ſ. de vſufruc. lega. l. Titio fundus. & igitur tunc illorum verborũ ſenſus erit, vt ſi quo caſu ſit prouiſum de reſtitutione facienda per ius cõe, promiſſa intelligitur dotis reſtitutio ſm ius cõe. Si quo vero caſu conſuetudo circa reſtitutionẽ ius cõe interpretatur, licẽt limitet, illa tunc ſeruetur. Similis huic
44 qõ fit per Doct. † an procedat libellus ſic dicens, quare peto eũ condemnari ſm formam iuris, & ſtatutorũ, cum circa cõdemnationẽ diuerſo modo ſe habent ius cõe & ius municipale, de quo dic vt no. Bar. ſ. re. amo. l. rerum. Bal. in l. Gallus. §. ſi eius. ſ. de lib. & poſthu. in l. obſeruare. §. proficiſci. ſ. de offi. proconſ. &
45 in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſ. ſi quis cau. Similis etiam † quęſtio fit, quid ſi mandatur delegato cauſam terminari ſm ius. & ſtatutũ ſeu conſuetudinẽ, & circa terminatione variè dicta iura diſponunt, quid tunc agen. ſit? de quo vide no. caſum in c. cum veniſſet. de eo qui mit. in poſſeſ. Vlterius tñ aduerte, quia
46 † magna vtilitas reſultat cõſiderare, an opin. Mar. vera ſit de iure, vel de conſuetudine. qm̃ ſi de iure vera eſt, tunc ipſi filij habebunt dotem matre decedente, vt eius hæredes, igitur non imputabunt filii ſibi tunc illam in legitimam, quam petere volũt ex hæreditate aui materni, vt l. ſcimus. §. repletionẽ. C. de inoffi. teſta. ſi vero vera eſt de conſuetudine, tunc illa in dictam legitimam ſibi imputabunt, cum percipiant immediate ab auo, a quo conſuetudo aufert dotem, & in eos transfert, C. de inoffic. teſta. l. omnes. §. imputari. ſic dicit hic Bar. aliter non determinat. Ego vero iſtam dubitatiſſimã qõnem pleniſſime tractaui in l. illam. C. de collat. igitur aliter non repeto, & dic vt ibi dixi. Et ꝙ hæc opi. Mar. non ſit vera de iure. vr̃ vltra præallegata probari in l. j. verſicu. nam quod eſt admiſſum. ſ. de dot. præleg. vbi dr̃ admiſſum eſt deteriorem fieri poſſe dotis conditionẽ circa eius reſtitutionẽ pacto, tunc cum mulier prædecedit liberis extantibus, ergo ſequitur, ꝙ in eum caſum non eſt deterior dotis condõ iure cõi. Aliàs enim quo pacto deteriorẽ fieri oportet, niſi reſpondeas, ꝙ ibi loquitur, cum tractatur de dote extantibus liberis non reſtituẽda, & marito applicãda, nos aũt quærimus, an applicari debeat ipſis liberis ſuperexiſtentibus. Sed ſuccedit
47 † dubitatio, qũo dos remaneat penes liberos prædecedentis mulieris eo caſu, quo dixi dotem ad patrem nõ reuerti: dic ꝙ de iure nouiſſimo non eſt dubium remanere penes eos, vt hæredes

mulieris,cum eo cōſiderato in tali dote habere poſſit hæredē,
vt in d.§.j.in Auth.de hæredib. ab inteſtato. Si vero referamus
nos ad diſpoſitionē iuris antiqui, ſm quod non poterat filia fa-
milias habere hæredē, vt in l.j.& 2.j̃.de caſtren. pecu. Tu dic, vt
plene tractaui in l.ſi cum dotem.in prin. s̃.eo. & per hæc ſit ex-
48 peditus articulus iſte. Poſtq̃ proxime annectit hic † Barto. pul-
chram & quotidianã quæſtionē,ſcilicet, an pater cum ad dotis
recuperationē agit, vti poſſit priuilegijs doti cōceſſis, quēadmo
dum ſi ageret ipſa mulier? & in hoc breuiter ɔcludit, ꝙ aut agit
ad dotē, vt adminiſtrator filiæ & eius nomine. Et tunc vtitur pri
uilegijs doti conceſſis, cum ad filiæ agat vtilitatem, quēadmo-
dum videmus, ꝙ agens ſeu defendens tanq̃ adminiſtrator alte
rius nomine, vtitur priuilegijs ēt perſonalibus ei cōceſſis, cuius
nomine in iudicio eſt, j̃. de re iudica. l. ſi cum procuratore. s̃. de
procu. l. minor. §. j. s̃. eo. l. alia. cum ſimil. Aut agit nomine pro-
prio, & ad eius vtilitatē, & tunc priuilegijs prælationis doti con-
ceſſis ipſe non vtitur, cum ſolius filiæ cauſa illa introducta ſint,
vt dicit tex. Inſti. de act. §. fuerat. verſicu. præferri autē. Tu dili-
genter aduerte, qa aut quærimus, an vtatur priuilegijs doti con
ceſſis circa hoc, ſcilicet, ꝙ præferatur actio de dote alijs perſona
libus actionibus, & quod hypotheca dotis alijs hypothecis taci
tis præferatur, cum agit vt adminiſtrator filiæ, & tunc dic, quòd
aut fertur ſententia filia viuente, & tunc aut ſuperſunt in dote
hæredes extranei, & tali caſu non vtitur, eo quia illud priuilegiū
antelationis mulieri competens in extraneos hæredes nō facit
tranſitū, vt in l. vnica. C. de priuileg. do. Aut ſibi ſuperſunt in do
te hæredes filij, & tunc illis vtitur ad vtilitatem filiorū, in quos
ēt priuilegia transferuntur, prout vſus fuiſſet ad vtilitatē filiæ,
viuente filia. Ad hoc C. qui po. in pig. habean. l. aſſiduis. verſic.
exceptis. Hæc aūt tota diſtinctio probatur no. in tex. cum glo.
ſua, in l. ſi cum procurator. j̃. de re iudica. Nec eſt ad hoc melior
lex illa. Aut quæritur, an priuilegijs dotis vtatur, cum ipſe agat
viuente filia, & tunc dicendū quòd aut quæritur, an habeat pri
uilegium, quod ſibi competat actio ex ſtipulatione tacita, pro-
ut competit filiæ. & dicendum, ꝙ ſic, vt eſt caſus in l. vnica. §. ex
traneum. C. de rei vxo. act. Aut quæritur, an habeat priuilegiū,
quòd illa actio ex ſtipulatu ſit in perſona patris bonæ fidei, pro
ut eſt in filia. Item & habeat in perſona eiuſdem tacitam hypo
thecam annexam, prout habet in perſona filiæ. Item & qđ tam
ipſa actio perſonalis, quàm hypothecaria alijs perſonalibus, &
hypothecis tacitis præferatur, prout eſt in perſona filię. Et tunc
quamuis cōſiderato initio, ſecundū quod pater agit pro ſui vti-
litate, non videtur dictis priuilegijs gaudere, vt in d. ver. præfer-
ri autem. vnde conſiderato fine, ſm quem iure hodierno com-
pellitur pater dotem illam, quamuis pro ſe recuperatam, reſer-
uare, & in nihilo diminuere aſſignandam filiæ in ſequens ma-
trimonium, vt eſt caſus in auth. ſed quamuis. de rei vxo. act. di-
co Bar. male dicere, qa quòd priuilegijs prędictis hoc caſu gau-
deat, probo. Primo per caſum ad propoſitum no. in l. 3. in ver.
ſed ſi proponas. j̃. de lega. præſtand. Ibi enim eſt expreſſum, ꝙ
priuilegium, ꝙ prætor concedit coniunctis teſtatoris in conſer-
uatione legatorum eis factorum relictorū, ſi contingat teſtm̃ rū
pi per ɔtabulas filij emancipati, competit etiam extraneis, qui-
bus legata facta ſunt cū onere de reſtituēdo ɔiūctis, quia ut pri-
uilegiū locum habeat, non conſideratur perſona capiens ab ini
tio, ſed perſona, in quam res capta debet peruenire ex poſt fa-
cto. Ita igitur in propoſito pater debet vti dictis priuilegijs, quã
uis filiæ prouidentia inductis, eo quia nō debet conſiderari, ꝙ
ipſe capiat dotem ab initio, ſed hoc, ꝙ ipſe ex poſt facto redditu
rus ſit illam filiæ per ſequens matrimonium, per d. auth. ſed q̃-
uis. Pro hoc ſecundo tex. ad propoſitum no. in l. cum dotem. j.
ad leg. Falci. ibi, dum dicit, vt omiſſa interpoſita perſona poſtea
capere debentis, perſona conſideretur &c. qui tex. probant hanc
regulam, ꝙ cum eius rei, quam capio, reſtitutionē alteri facere
debeo, non perſona mei conſideratur, ſed illius in cuius caſum
aliqua debet fieri reſtitutio. Ad idem s̃. de condi. & demonſtr.
l. auia. §. Titio. s̃. ſi quis aliquem teſta. l. j. verſicu. ſed delegatum.
Tertio, quia quamuis initio conſiderato ipſe illis priuilegijs vta
tur ad vtilitatē ſuam, eo quia ſibi fit reſtitutio, tamē conſidera-
to effectu, ſm quem eandem dotē in ſequens matrimoniū reſti
tuere dēt filię, per dictam auth. ſed quamuis. illis ēt vtitur ad vti
litatē filiæ, & ſic verificantur verba literæ in dicto verſic. præfer-
ri autē. ibi, dum dicunt, cuius ſolius. ſ. filiæ prouidentia hoc in-
duximus. Et pro certo hæc opi. æquior eſt, & menti iuris magis
conformis. Aut ad ſui vtilitatē agit mortua filia, & tunc dicen-
dum eis priuilegijs prælationis eum minime potiri. Et hoc per
tres tex. Primo per tex. in d. ver. præferri. ſic dicentem, præferri
autē alijs creditorib. in hypothecis, tunc cenſuimus, cū ipſa mu
lier pro dote experitur, cuius ſolius prouidētia hoc induximus.
Secundo per tex. in Auth. vt exac. inſtan. do. circa prin. ibi, dum
dicit, Non enim alijs dedimus dudum, nec damus hoc priuile-
gium hæredibus aut creditoribus, ſed ſolum filijs &c. Tertio ꝑ
tex. in Auth. vt immo. ante nup. do. in verſicu. omnibus. dum di
cit, ſic omnibus priuilegijs iam doti datis a nobis in ſua firmita-
te manentibus, quando mulier mouerit actionem, alijs enim
omnib. pręter mulieres huiuſmodi priuilegia, nec ex antiquo
dedimus, nec nunc damus. Aut agit pater ad dotis recuperatio-
nem actione cōi. Et tunc dicendum eum his priuilegijs vti, ex
eo quia cum ex perſona patris, qui dotem in præiudiciū filiæ in
nihilo poteſt diminuere, vt in d. auth. ſed q̃uis. ipſum ius dotis
ſit indiuiduū, merito locum habet regula volens, vt in cōmuni
bus indiuiduis vnus ex ſocijs vti poſſit priuilegio perſonali alte
ri ſocio competenti, vt l. ſi cōem. s̃. quēadmo. ſer. amit. l. j. in glo.
fi. C. ſi in commu. eademque cau. in integ. reſti. poſtu. & in c. t.
in glo. fina. de iure patro. lib. 6. Et pro hoc eſt iſte paſſus ad com
49 plementū deductus. Succedit tñ alius † non minus vtilis, ſcili-
cet, nunquid priuilegia dotis trenſeant in ipſum ceſſionarium,
in quem mulier actionē de dote tranſtulit, & in hoc duas repe-
rio opiniones. Prima Bar. hic diſtinguētis, quod aut ipſa ceſſio
fit ex neceſſitate ex parte vtriuſque, & tunc priuilegia translata
intelliguntur, C. de pri. fiſ. l. ſi. Aut ceſſio fit ex voluntate, & tūc
in aliquibus lect. diſtinguit, ꝙ aut agit actione directa nomine
mulieris cedentis, & tunc priuilegijs vtitur, eo quia mulieris per
ſonā repręſentat, arg. d. l. ſi cum procur. *Attende Macharone pur ſu dico io dice il porcellana.* Aue Maria, *tu ti credi ſtare alla tauerna.* Aut
agit actione ſua vtili, & tunc non vtitur, quia cum perſona mu-
lieris his priuilegijs locum faciat, igitur illa ceſſante ceſſat priui-
legium, j̃. de regu. iur. l. in omnibus. & l. priuilegia. j̃. de excep. &
l. exceptiones, quæ perſonę. cum ſimil. Secunda fuit opi. d. Bal.
in rub. de priui. do. diſtinguentis quædam eſſe priuilegia doti
conceſſa ſine iniuria aliorum creditorum, vt eſt priuilegium ta
citę hypothecę, & quod actio de dote ex ſtipulatu pro dote ſit
bonę fidei, & ſimilia. Et iſta tranſitum faciunt in ceſſionarium
in hoc nihil allegat. Quædam vero ſunt priuilegia doti conceſ-
ſa cum aliorum creditorum iniuria, vt quod perſonalis actio de
dote alijs perſonalibus præferatur, & quod tacita eius hypothe
ca pręferatur alijs tacitis prioribus, & tūc dicendum, ꝙ aut mu-
lier cedens eſt mortua, & ceſſionarius illis non vtitur. Ad hoc s̃.
de ritu nup. l. non ſolum. §. ſi pupillæ. Aut cedens viuit, & tunc
diſtinguit prout Bart. ſ. vt ceſſionario agente directa priuilegia
competant. ſecus ſi vtili, ar. no. C. de procu. l. qui ſtipendia. Sed
certe opin. Barto. volentis, ꝙ vbi ceſſio fit ex neceſſitate ex parte
vtriuſque, uel cedentis tãtum, gaudeat ceſſionarius priuilegijs,
non eſt vera. Et primo cōtra eam videtur caſus apertus in d. Au
then. vt exac. inſtan. dot. circa prin. in verbo, creditoribus mulie
rum doti conceſſa priuilegia non competunt, & vt litera adap-
tetur ad intellectū, oportet intelligere quod creditoribus ſuis
ceſſiſſet mulier actionem de dote, & quia eſt dare caſum, ĩ quo
ceſſio illa fit ex neceſſitate ex parte vtriuſque, vt proxime pate-
bit, igitur eſt ibi tex. ꝙ & ſi ceſſio actionis de dote ex parte vtri-
uſque neceſſario fiat, in ceſſionarium non tranſeunt dotis priui
legia. Quod autem ſit dare dictum caſum, probatur, quia pone
ꝙ mulier non eſt ſoluendo pecuniam, ad quam creditor eam
conuenit, nonne tunc ea non habente mobilia vel immobilia,
cogitur ipſa ad mandatum iudicis exequentis transferre in cre-
ditorē actiones, quas habet aduerſus debitores? certe ſic, vt in l.
a diuo Pio. §. in venditione. & §. ſic quoque. j̃. de re iudi. Nonne
ēt tunc creditor propter debitoris impoſſibilitatē cogetur reci-
pere aliud pro alio, & ſic nomen debitoris vice ſolutionis pe-
cunię? certe ſic, vt in auth. hoc niſi. C. de ſolu. Secundo ɔ̄ Bar. vr̄
in ſimili caſus apertus in l. ex pluribus. infra de adminiſtra. tu-
to. ibi enim dicitur, quòd ſi pupillus tutori ſibi ſolidum ſoluēdi
actionem cedat aduerſus alium contutorē, is ceſſionarius priui
legio non gaudebit ɔceſſo pupillo, quod eſt vt ſua actio in alios
perſonales præferatur, vt l. dabimus. §. j. j̃. de priuileg. cred. & tñ
pupillus illam ex neceſſitate cedit, vt in l. j. §. nunc tractemus. j̃.
de tute. & ra. diſtra. & quod plene no. in l. j. C. de tranſac. & in l.
ſi plures. j̃. de admini. tut. Tertio ɔ̄ eundē vr̄ in ſimili tex. in l. ſed
ſi reſtituatur. verſi. ɔ̄ ſi legatus. s̃. de iudi. Ibi enim eſt expreſſum,
ꝙ priuilegium fori legato competens hæredi inſtituto, non trã-
ſit in fideicōmiſſarium, & tñ ſibi ceſſio ſeu translatio hæredita
tis ex neceſſitate fit ex parte vtriuſque, quia ex parte legati fit ad
petionē fideicōmiſſarij petētis eum compelli adire & reſtitue-
re, vt l. quia poterat. j̃. ad Trebel. Ex parte vero fideicommiſſa-
rij ex neceſſitate fit, ex quo ipſe legatum hæredē inſtitutū com-
pulit ad adeundum, compelli poteſt ad acceptandam reſtitu-
tionem aditæ hæreditatis, vt in l. poſtulante. j̃. ad Treb. Vltimo
ɔ̄ eum vr̄ caſus in ſimili l. cum patronus. j̃. de leg. 2. vbi eſt exp̄ſ-
ſum, ꝙ priuilegium perſonale, quod habet patronus, vt graua-
ri non poſſit per libertum onere fideicommiſſi in legitima, nō
tranſit in eum, in quem ex neceſſitate onus repudiantis ius pa-
troni transfertur. Non ob. l. illa fi. C. de priuileg. fiſ. quæ eſt fun-
damentum Bar. quia illa loquitur cum ſpecifice in ceſſionariū
actionis fiſco competētis translatum fuit fiſcale priuilegium.

Nos

Nos autem loquimur, an tacite in conſequentiã ceſſę actionis
de dote, veniat ceſſio priuilegij mulieri ſeu doti conceſſi, ꝙ ſunt
diuerſa, vt j. patebit. Præterea illa loquitur in fiſco, qui nunquã
mori poteſt, de reſcrip. ſi gratioſè. lib. 6. cum ſimil. & ſic qui nũ
quam ex ſucceſſione priuilegia in hæredem transferre poteſt ſi
bi competẽtia. vnde voluit lex, ꝙ aliquo caſu transferre põt ſibi
ex ceſſione inter viuos. Nos autẽ loquimur in muliere, in qua
nil mirum, ſi lex reſtrinxit poteſtatẽ cedendi, ex quo ſaltẽ mo-
riens ea priuilegia transfert in filios iure ſucceſſionis, vt in l. aſ
ſiduis. C. qui pot. Nec ẽt placet opin. ſua, quam ẽt probat Bal. ſ.
quod ſi agat ceſſionarius directa, competant ſibi priuilegia, ex
quo tunc perſona mulieris repræſentatur, quia conſidero, ꝙ ſi-
ne agat directa, ſiue vtili, ad ſuam tamẽ vtilitatẽ agit, vt in d. l. q
ſtipendia. ergo ſequitur ꝙ vti non poteſt priuilegiis, quæ tunc
ſolummodo doti conceſſa intelliguntur, cum ad vtilitatẽ mu-
lieris agitur, vt in d. ver. præferri autẽ. ibi, dum dicit, cuius ſollus
50 prouidentia hoc inductum eſt &c. Inſti. de act. † Vnde in propo
ſita qõne dicerẽ, ꝙ aut quæritur, an in ceſſionarium trãſeat ius
tacitæ hypothecæ. Item & natura bonæ fidei, quæ ineſt actioni
de dote, & dicendum ꝙ ſic. Primum probatur, quia taciti & ex-
preſſi eadem eſt regulariter natura, ſi cert. pet. l. cum quod. cũ
ſimilib. ſed ceſſa actione principali in conſequentiã venit ceſſio
hypothecæ expreſſæ ſibi accedẽtis, vt l. ſi in ſolutum. & l. ſi a cre
ditore. C. de act. & obli. l. emptori nominis. & l. venditor actio-
nis. ſ. de hæred. vel act. vend. Secundo probatur, quia priuilegiũ
conceſſum actioni non perſonę tranſitum facit in ceſſionariũ,
vt l. in omnibus. & l. Iulia. j. de re. iur. Sed hæc tacita hypotheca
conceditur principaliter actioni de dote, vt in §. fuerat. Inſti. de
act. & l. vnica. § & vt plenius. C. de rei vxo. actio. igitur &c. Secũ-
dum probatur, quia in ceſſionariũ actio cum ſua natura tranſ-
fertur, vt in d. l. in omnibus. & d. l. priuilegia. Sed per l. Iuſtinia-
ni, natura actionis pro dote ex ſtipulatu eſt, ꝙ ſit bonæ fidei, vt
in d. l. vnica. §. ſed ſi nõ ignoremus. igitur &c. Aut quæritur, an
in ceſſionariũ transferatur priuilegiũ prælationis, quod hẽt mu
lier inter perſonales & hypothecarias, in conſequentiã actionis
de dote ceſſæ, & tunc dicendũ, quòd ſiue ceſſio fiat ex neceſſita
te ſiue ex voluntate, ſiue agatur directa, ſiue vtili, in ceſſionariũ
non transfertur, non facit translatio, & hoc in dicto ver. præfer-
ri autẽ. Inſti. de act. & in d. verſi. nos enim alijs. in Auth. vt exac.
inſtan. do. & tex. in ver. omnibus. in Auth. vt immo. ante nup.
dona. & tex. in d. l. ex pluribus. & d. l. ſed ſi reſtituatur. & contra
l. cum patronus. regulam d. l. in omnibus. & d. l. priuilegia. pro-
ut ſupra late deduxi hæc omnia contra Bar. & Bal. Sed pro cõ-
51 plemento materiæ illud † pulchre venit inueſtigan. ſcilicet, nun-
quid quamuis tacite huius perſonalis priuilegij prælationis in-
telligatur facta ceſſio, poſſit tñ eiuſdem fieri ceſſio expreſſa, &
in hoc ſalua ſemper veritate, diſtinguo ſic, ꝙ aut quæritur, an
poſſit eiuſdem fieri ſpecifica ceſſio in ceſſionarium, cui mulier
nullo iure aſtringitur ad actionem dotis cedendam, & ſic cedit
ex voluntate, & tunc dicendum, ꝙ non. Hoc autẽ primo probo
ex caſu in ſimili ad propoſitum ſingulari in l. 2. in § fi. ſ. de reli
gio. & ſump. fu. vbi eſt expreſſum, quòd perſonale beneficium
conceſſum debitori cum iniuria creditoris, ſcilicet de immittẽ-
do cadauer in locum pignoratum, & ſic faciendi eum religio-
ſum. non põt ſpecifice per illum alteri cedi. Et huius nõ eſt alia
ratio, niſi quia illud perſonę debitoris conceſſum, & cum cre-
ditoris iniuria. Ita igitur in propoſito dicendum in hoc priuile-
gio prælationis, quod perſonæ mulieris intelligitur conceſſum,
52 & cum aliorum creditorũ iniuria. Secundo ad idem † deduco
quod ſingulariter determinat Cy. in l. ad officium. C. cõmu. di-
uid. dicens, arg. l. mulier. §. ex affe. ſ. de iure dot. ꝙ beneficiũ, qđ
habet conſanguineus ſuæ perſonę conceſſum, ſ. vt poſſit intra
certum tempus reuocare venditionẽ rei a ꝯſanguineo factam
extraneo, cedi non põt. Et huius eſt ratio, quia non hoc conceſ-
ſum eſt perſonę agnatorũ, ne res de eorũ genere & ꝯſanguinita
te exeat, ar. j. de leg. 2. l. cum pater. §. libert. & conceſſum ẽt eſt
cum iniuria extranei emptoris: vnde reſtringi debet, & non ex-
tendi. Ita igitur in propoſito hoc priuilegium prælationis con-
ceſſum eſt mulieri ea ratione, vt dotẽ facilius poſſit recuperare,
& ſic facilius nubere. Cum igitur ratio priuilegij eſſet in ceſſio-
nario, igitur & priuilegiũ, j. de lega. 2. l. Titia. §. vſuras. Item con
ceſſum eſt cum aliorum & creditorũ iniuria, igitur reſtringi de
53 bet, & non extendi. Eſt enim † regula, quòd beneficia extendi
non debeant cum aliorum iniuria, j. de adminiſtr. tuto. l. impu-
beri. de teſta. mil. l. cum filius. C. de emanc. li. l. nec auus. j. de vul
ga. & pup. l. ex facto. j. ne quid in loc. publi. l. 2. §. merito. & §. ſi
quis a principe. de dona. c. paſtoralis. de reſcrip. quamuis. lib. 6.
54 cum ſimil. Aut quæritur, † an ſpecifice cedere poſſit illi, cui iu-
re aliquo aſtringitur, ſeu cedere ex neceſſitate tenetur ipſam a-
ctionẽ de dote, & tunc dicendum, ꝙ ſic, hoc primo probo per
caſum l. quod ſi minor. ſ. de min. in prin. & l. ſi minoris actum.
j. de admi. tuto. vbi patet minorem beneficium reſtitutionis in
integrum ſuę perſonę conceſſum ſpecifice cedere poſſe illi, cui
aliquo iure obligabatur. Secundo per tex. in d. l. fi. C. de priuile.
fiſc. vbi fuit valida expreſſa ceſſio fiſcalis priuilegij illi facta, cui
fiſcus cedere tenebatur actionẽ ſibi competentẽ. & per hoc eſt
iſta materia ad perfectionẽ debitam reducta. Iuxta quam dum
55 Bar. † vult priuilegium tacitę hypothecę idem, & naturam bo-
næ fidei actionis tranſire in extraneum mulieris hæredem. Ad
de, quòd pro hoc eſt caſus expreſſus in dicta l. vnica. §. illo pro-
culdubio. iuncto d. §. & vt plenius. & d. §. ſed ſi non ignoramus.
56 Poſuit autem iuxta hoc † in finalibus verbis Bar. hic quæſtionẽ
quotidianã, ſcilicet, quòd ſi filia a patre dotata eo caſu, quo in
dote hæredem habere poteſt, decedat ſine filiis ab inteſtato, nũ
quid in ea dote potior in ſucceſſione ſit pater, a quo dos profe
cta eſt ipſa matre, an vero his nõ extantibus auus, & an auus pa
ternus ſit potior materno? dicit de hoc eſſe caſum ſingu. cauſam
patris & paterni aui potiorem eſſe in l. quod ſcitis. verſic. ſin au-
tẽ ſecundũ intellectũ glo. ſuper verb. patre. C. de bon. quæ lib.
Tu aduerte, quia ille ver. habet duas lect. Prima eſt, quòd nepo-
te decedente auus maternus in eius ſucceſſione præfertur auo
paterno in bonis ad nepotem prouenientibus ex matre, vel li-
nea materna, & ſecundũ hunc verbũ, patre, ſuppletur ibi. ſ. ip-
ſius filiæ lucrantis, & ſic auo paterno nepotis decedẽtis, & hũc
intellectũ ſequitur ubiq; Bart. Bal. vero in auth. defuncto. C. ad
Tertul. ſecutus Ray. de Forl. tenet oppoſitũ dicens, inter paren-
tes omnimodã ęqualitatẽ ſeruandã eſſe in ſucceſſione filij vel
nepotis, ſiue bona progreſſum habuerint a linea paterna, ſiue
mña, & hoc per tex. in d. auth. defuncto. & in auth. vnde ſumi-
tur. qui in ſucceſſ. filij vel nepo. nullam facit diſcretionẽ rerum,
ſed tantũ graduũ, volendo, ꝙ proximior gradus præferatur mi-
nus proximo. Non obſt. d. verſic. ſin autẽ. quia correctus eſt ſecũ
dum eum, ꝑ d. authẽ. defuncto. Pro hac opi. adduco primo tex.
l. ſi auia. C. de dona. vbi legiſlator non vult haberi conſideratio-
ne, qua ex linea bona progreſſum habuerint in perſona legata-
rij poſt dñium illorũ in ipſum dominiũ translatũ. Secundo, qa
certum eſt, ꝙ bona ex mña ſeu pña linea trãſlata iure ſucceſ-
ſionis, vel aliter in ipſum filium vel nepotẽ, vnita cẽſeantur cũ
bonis eiuſdẽ, j. de vulg. & pup. l. ſed ſi plures. §. filio. vnde ſucce-
57 dit † doctrina Iuriſconſulti in l. j. §. præterea. j. de ſepar. volentis
regulam eſſe, vt bonorũ qualitercunq; vnitorũ ſeparatio peti
non poſſit, ſed omnia eodẽ iure cẽſeantur. Ipſe idẽ Bal. in d. l. qđ
ſcitis. dicit opi. Bar. veram, dum tractatur de ſucceſſione lucro-
rum nuptiarum, hoc eſt dotis vel donationis propter nuptias,
vt tunc in quęſitis ex matre vel materna linea ſuccedat mr̃ vel
maternus auus. Et ita econuerſo in quæſitis ex patre vel patris
linea, & hoc ea ratione, vt parentes celeriores ſint in dotando,
vel donationes propter nuptias faciendo, & ne dicendo, ꝙ ſuc-
cederent pariter parẽtum circa liberos in dotãdo, vel donatio-
nes propter nuptias faciẽdo munificẽtia retardaretur, C. de bo
nis quæ lib. l. conſtitutionis. & in Auth. vt lib. de cætero. in §. hęc
ſimiliter. in alijs vero bonis ſeruetur ęqualitas ſucceſſionis per
d. auth. defuncto. Sed certe iſta opi. non videtur vera. Primo, qa
tex. in dicta l. quod ſcitis. tractans de ſucceſſione faciẽda nepo-
ti, indiſtincte loquitur quo ad bona, vt patet in tex. ibi, dñium
eorum, quæ ad ipſum ex matre, vel eius linea &c. Secundo, qa
q̃uis quęſtio bonorũ in perſona nepotis habuerit diuerſa prin-
cipia, tamẽ eius patrimonium eſt vnum, & hęreditas vna, vt in
l. iuriſperitos. §. cum oriundos. j. de excu. tuto. vnde non debet
hęreditas ipſa quo ad acquiſitionẽ de ea hæredibus faciẽdam
diuerſo iure cẽſeri, vt in l. eum qui ędes. j. de vſuca. de deci. c. cũ
in tua. cum ſimil. vnde verus fuit intellectus amicabilis literę. ſ.
quòd ibi tractetur, quid iuris, cum nepos decidit ſuperſtite pa-
tre & auo paterno, & tunc velit litera hoc, quod in bonis nepo
ti a matre vel eius linea quæſitis, pater in proprietate ſuccedat,
auo paterno vſufructu reſeruato. Sed aduerte, quia licet intelle
ctus Bar. ad d. l. non probetur, niſi facta diuinatiua ſuppletione
ad verbum illud, patre. l. filiæ &c. nihilominus de mẽte iuris vi-
detur eius opin. ꝑcedere ex duobus ſimilibus. Primo, quia hoc
video in ſucceſſione collateralium. Si enim ad ſucceſſionẽ fra-
tris veniant ab inteſtato vterini fratres & cõſanguinei in bonis
quæſitis a patre vel eius linea, cõſanguineus præfertur vterino,
& econuerſo vterinus conſanguineo in bonis quæſitis fratri de
cedenti a matre vel eius linea, in alijs vero ſuccedẽt pariter. Iſte
eſt caſus no. in l. de emancipatis. C. de legi. hære. quem dicit gl.
etiam hodie locum habere in authẽ. itaque. commu. de ſucce.
Secundo hoc video in filiis diuerſorũ matrimoniorũ patri ſuc
cedentibus. quoniam eorum quilibet alteri præfertur in ſuc-
ceſſione bonorum patri quęſitorum ex matre ſua, ut eſt caſus
in l. cum alijs. C. de ſecund. nup. Tertio in hoc ſatisfacit l. ſi qua
mulier. in ver. fi. C. ad Tertul. vnde licet dicta opi. non probetur
ratione aliquo caſu, tamẽ probatur optimis ſimilibus, igitur ſa-
58 tis eſt ſuſtentabilis. In tex. ibi. viua autem † filia &c. & ſic ſecun
dum vnam lectu. probatur hic, ꝙ quamuis pater filiæ volunta-
te

te ſtipuletur dotem ſibi reddi ex interuallo, nihilominus filia
non perdit ius cõionis, vt patet, quia ſi agit pater eius non acce
dente conſenſu, remouetur exceptione, & cõſequenter nec ẽt
perdit ius conſolidationis, quod a cõione cauſatur patre mor-
tuo, vel ipſa filia emancipata, l. ſi ſocer. in prin. & l. in inſulã. j. eo
dẽ. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. videamus. & §. & hoc ex rei. Et
hinc ſumpta occaſione ſubtiliter & intellectualiter more ſuo
diſcutit illam inter antiquos & modernos dubitatiuã qõnem.
ſ. an ceſſet ius conſolidationis in filiam ea emancipata, vel pr̃e
mortuo, cum pater eſt ſtipulatus expreſſe ſibi dotẽ reddi, & in
hoc primo decidit quid ſit de iure Digeſto. Secundo quid ſit de
iure Cod. Tertio quid de iure Authenticorũ. Circa primũ con-
cludit iure Digeſtorũ conſolidationẽ in perſona filiæ impediri
propter ſtipulationẽ pr̃nam patri actionẽ de dote approprian-
tẽ, facit præcipuũ fundamentũ in l. i. §. i. j. de colla. do. vbi in ver.
ſi vero alij. dicit eſſe caſum expreſſum: ibi enim dr̃, quod ſi alij,
q̃ filiæ quæſita eſt dotis actio, filia patre mortuo illam non te-
netur cum fratribus cõferre, ergo ſequitur, ꝙ per mortem pa-
tris iure conſolidationis dos ſibi non eſt quæſita, cum ſi foret
quæſita, conferre teneretur, vt in eadem l. j. §. filiã. cũ ſimil. Sed
certe ad illũ tex. reſponderi poſſet, ꝙ non in dote profectitia lo-
quitur, ſed in aduentitia, cuius olim per filiam fiebat collatio,
vt in l. filiæ dotẽ. C. de colla. licet hodie ſecus, vt eo. tit. l. fi. Ego
tñ opi. ſuam veram exiſtimo ex iſtis iuribus, quæ nouiter indu-
co. Primo ex caſu ad hoc expreſſo iudicio meo in l. 3. §. ſed vtrũ.
ver. ergo etiam filiam. ſ. de minori. Ibi enim dicitur, ꝙ ſi filiafa-
milias minor conſentit patri ex interuallo ſtipulanti dotẽ a ſe
datã ſibi reddi, põt in integrũ reſtitutionẽ poſtulare, ergo ſequi
tur, ꝙ ſi ex dicta ſtipulatione dicto conſenſu ſuo eſt læſa, qñ ali-
ter non competeret reſtitutio, ſed læſio non põt in alio cõtigiſ-
ſe, q̃ quod ex ipſa filia, ex ſtipulatione pr̃na perdit ius conſolida
tionis, igitur &c. Secundus videtur mihi caſus apertius in l. filia.
ſ. titu. proximo. Ibi enim eſt expreſſum, ꝙ ſi pr̃ dans dotẽ ſtipu-
latur eam ſibi reddi, ſi matrimoniũ fuerit morte filię diſſolutũ,
poſtmodũ vero ipſa filia emancipetur, & ad patrẽ fraudãdum
diſſoluit matrimoniũ diuortiũ, ad hoc vt non contingat diſſo-
lutio morte, & ſic patri actio non quęritur, põt nihilominus pr̃
actionẽ ad dotẽ recuperandam inſtituere, perinde ac ſi matri
moniũ fuerit morte ſolutum, ergo ſequitur, ꝙ filia propter ex-
preſſam ſtipulationẽ pr̃nam perdiderit ius conſolidationis, qm̃
ſi non perdidiſſet per emancipationẽ ſecutã, ipſa ius ad agendũ
habuiſſet patre excluſo, vt in d. l. ſi ſocer. Tertio videtur caſus
eodẽ modo inductus in l. filiæ mæ emancipatæ. j. eo. Circa ſecũ
59 dum, ſcilicet, † quid de iure Cod. cõcludit ceſſare in filia ius cõ
ſolidationis per eas rationes, quas ipſe formauit circa primum
quæſitum. ſ. qd de iure Digeſtorũ, excipit tamẽ duos caſus. Pri-
mus, ſi filius vel filia eiuſdem patris a patre percepiſſent dotẽ,
vel donationẽ propter nuptias, quam apud eorum alterum exi
ſtentẽ aliquo ex capite non tenerentur ſorori conferre, quoniã
tunc ne contingat inter deſcendentes inæqualitas, ipſa filia ex-
preſſa ſtipulatione paterna non refragante dotem iure conſoli
dationis percipit eatenus, quatenus eiuſdem frater vel ſoror do
tem vel donationem propter nuptias penes eos exiſtentes con-
ferre ſibi non teneatur. Secundus, ſi pater decedẽs inſtituat hæ-
redes extraneos, quoniã & tunc ſtipulatione expreſſa non obſtã
te filia dotem integram iure conſolidationis habet, & iſte ſecũ-
dum eum eſt caſus ſing. in l. fi. C. cõmu. vtr. iudic. Tu aduerte
ſubſtantialiter, quia ego dico, ꝙ de iure Codi. ſtante ſtipulatio-
ne paterna expreſſa filius nullo caſu habet ius conſolidationis,
& de hoc dico, ꝙ eſt caſus expreſſus in d. l. fin. in ver. vel ex ſtipu
latione. iuncto verſi. ſin autem nihil tale. C. commu. vtri. iud. Ibi
enim dicitur, ꝙ ſi propter ſtipulationis tenorem dos reuerſa eſt
ad patrem, vt patet in d. verbo, ſtipulatione, neque contingat ip
ſum patrem inſtituere hæredes extraneos, neque ẽt contingat
penes alios aliquid exiſtere, quòd ipſi vt præcipuum lucrentur
nec teneantur conferre, tali caſu patre mortuo dos ipſa diuidi-
tur inter filios & filiam ipſam, pro qua dos ipſa data fuerat, er-
go ſequitur, ꝙ morte patris ipſa dos in perſona filiæ non fuit cõ
ſolidata, quoniã tunc non fieret eius diuiſio. Et ſi dicas, ꝙ conſo
lidationẽ dictæ dotis non impediuit paterna ſtipulatio, ſed per
patrem viuentem de dote facta exactio, vt ſentit Bar. in l. ſi ma-
rito. §. ex voluntate. ſ. eod. & determinat glo. in l. in inſulam. in
ver. conſentientis. j. eo. volentes, quòd exactio dotis facta in vi-
ta patris impediat ius cõſolidationis in perſona filiæ: reſpõdeo,
& nunc ſum in noua opin. ſcilicet falſum eſſe, quod dicunt iſti
60 Doct. Pono † enim hanc opin. pro vera, quòd paterna dotis ex-
actio ius conſolidationis non impedit in filiam, & illam probo
dupliciter. Primo, quia ſi ſententia, quæ tranſitum facit in rem
iudicatam, quæ patri dotem appropriauit, non impedit ius con
ſolidationis in perſona filiæ, vt eſt caſus in d. §. ſi voluntate. ergo
nec impedire debet ipſius ſententiæ executio; quæ non mino-
ris effectus ſeu roboris eſſe debet, q̃ ipſa ſnĩa, a qua cõiter robur
recipit. Secundo, quia ſi non impeditur conſolidari in perſona
filiæ dos promiſſa, nec viuente patre ſoluta, vt infra clariſſime
demonſtrabo, ergo pari ratione non debet impedire conſolida
tionẽ ſolutę dotis exactio, cum ita vno caſu ſit dos penes patrẽ
ſicut in alijs. Refragatur ſolummodo mihi tex. in d. l. in inſulã.
verſi. poſt diuortium. Sed ad illum rñdeo, vel ſm̃ primum intel
lectũ glo. ibidem in verbo, conſentiente, vel aliter. ſ. ꝙ ille tex. ve
lit hic a cõtrario ſenſu, quòd ſi patri deportato ſuperuenit, poſt-
quam ipſe inchoauerit inſtantiã de cõſenſu filiæ ſuper dotis re-
petitione, tunc ius proſecutionis inſtantię non tranſit in filiam,
ſed in fiſcum tanquam vniuerſalẽ ſucceſſorẽ deportati patris,
61 & † ſic ſm̃ iſtum intellectum eſt ibi caſus ſingularis, ꝙ ius inſtã
tiæ ex parte agentis ſuperueniente deportatione, trãſit in fiſcũ.
de quo fuit valde dubitatũ in l. ſi conſtante. §. fina. ſ. eo. Non ta
men negat text. ille, quominus lata ſnĩa & exactione facta, fi-
lia non habeat ius dotis repetendæ ab ipſo fiſco, prout haberet
ius eiuſdem petendæ a patre, ſi iterato vellet nubere, vt l. qui li-
beros. de ritu nup. cum ſimilib. Cæterum male dicit Bar. ꝙ in di
62 ctis † duobus caſibus habet iure Codicis filia ius conſolidatio-
nis, per d. l. fi. quia dico, ꝙ his caſibus filia illa non conſequitur
ex conſolidatione, ſed condictione ex d. l. fin. & hoc eſſe verum
probo, maniſeſtiſſima ratione, quia d. l. fina. in ver. vltimo, ſta-
tuens dictis duobus caſibus filiam lucrari dotem a patre profe
ctam non obſtante ſtipulatione expreſſa, dicit idem eſſe ijſdem
caſibus in dote profecta a matre, vel materna linea. Sed in dote
materna nullo caſu cadit in perſonam filiæ conſolidatio, vt in
l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. vbi patet, quòd ſi dotat mater,
vel alius extraneus, vel facta ſtipulatione expreſſa a dotante, a-
ctio eſt dotantis integra, vel ea non facta, actio eſt integra perſo
næ dotatę, ergo ſequitur, quòd dictis duobus caſibus filia lucra
tur dotem paternam, vt ex cõſolidatione. Cum enim dicta l. eo
dem modo addat in his duobus caſibus tam in dote materna,
quàm paterna, ergo cenſetur cum eadem qualitate, atque pari
tate ambos caſus determinare, vt l. iam hoc iure. j. de vulga. &
63 pupilla. & l. quamuis. C. de impub. cum ſimilib. Quo ad † ter-
tium, ſcilicet, quid de iure antiquo. concludit, quòd ſi in primo
matrimonio dos fuit data per patrem ſimpliciter, certè poſtea
in ſecundo ſtipulatio expreſſa, quam facit de ſibi reddendo, nõ
impedit in filia ius conſolidationis, & hoc per textum in authẽ.
ſed quamuis. C. de rei vxo. vbi eſt expreſſum dotem datã in ma-
trimonio primo, pati non debere facto patris diminutionem in
matrimonio ſecundo. Sed iſto caſu ſi diceremus ſtipulationem
validam, diminutionẽ pateretur, quia vbi actio competens ad
dotem recuperandã ſoluto matrimonio primo fuerat cõis, iſta
competens ad eam recuperandã ſoluto ſecundo, eſſet propria
patris, igitur &c. Moderniores enim hic tenent oppoſitum dicẽ
tes, ꝙ tex. dictæ authen. ſed quamuis. loquitur de diminutione
dotis prohibita fieri quo ad eius quantitatẽ, vt patet in verbis
ipſius authen. ibi, dum dicit, mẽſura ei nub. &c. Nos autem lo-
quimur, dum datur dos eadem quantitate, ſed pater vult actio
nem ad eam recuperandam competentẽ ſoluto matrimonio ſi
bi appropriare, quo caſu dicta authen. non videtur loqui, & ſic
cum diuerſa ſint dotis diminutio, & actionis ad eam recuperan
dam competentis appropriatio, igitur eſt cõſequens, vt iura an
tiqua volentia patrem poſſe per ſtipulationem incontinenti ſe
cutam actionẽ dotis appropriare ſibi, vt l. quoties. ſ. eod. l. cum
dos. ſ. de pac. do. l. auia. & l. cum a ſocero. C. de iure do. rema-
neant incorrecta, arg. l. præcipimus. & c. cum expediat. cum ſi-
milib. Tu aduerte ſubtiliter ad tex. in §. quia vero. in Authẽ. de
æquali. do. vnde ſumitur dicta authen. ſed quamuis. ibi dum di
cit, ſed ipſa menſura ei nubenti rurſus dare, tanquam ſi non cõ
tigiſſet eam viduatam. volunt enim illa verba, quòd perinde
menſura dotis primæ detur mulieri in matrimonio ſecundo a
patre, ac ſi non contigiſſet viduitas reſpectu matrimonii primi.
Sed ſi non contigiſſet viduitas in perſona filiæ reſpectu ma-
trimonij primi, pater ſi ſtipulatus fuiſſet incontinenti matri-
monio primo ſoluto dotem ſibi reddi, appropriaſſet ſibi per ſti
pulationem ius agendi ad dotem, ſi fuiſſet ſtipulatus inconti-
nenti, vt dicta l. quoties. cum ſimilib. ergo eſt ibi caſus, quòd cũ
eadem qualitate poterit dotem nunc dare ſecundo. Non enim
valet argumentũ, non poteſt pater diminuere dotis menſuram,
ergo non poteſt actionem de dote ſibi appropriare. Quod ma-
niſeſte demonſtro, quia matrimonio cõſtante ex interuallo ſo
lo conſenſu filiæ accedente pater poteſt actionẽ de dote ſibi ap
propriare ſtipulando, vt in d. l. quoties. Sed eo conſtante, quam-
uis filiæ conſenſus accedat, & etiam mariti, non poteſt pater rẽ
dotalem diminuere propter prohibitam dotis alienationem,
vt in l. vnica. §. ſed cum lex. C. de rei vxo. act. l. ſi prædium. C. de
iure do. & l. conſtante. cum ſimilib. C. de don. & ſic relinquitur
Bar. male dicere, & de iure antiquo quo ad conſolidationẽ ni-
hil immutatum fore. Aduerte tamen, quia verba dicti §. quia
vero. rectius conſiderata, videntur haberẽ caſum pro opi. Bart.

latus

volunt enim ita per patrem dotem dari filiæ in matrimonio ſe
cundo,tanquàm ſi non contigiſſet viduitas in primo, ſed ſi non
contigiſſet in primo viduitas, pater ſi ab initio non fuiſſet ſtipu
latus dotem ſibi reddi,non poſſet ſtipulari ex interuallo ſine cõ
ſenſu filiæ,vt ĩ.eo.l.quoties. ergo & pariter nec cum pro ſecun-
do matrimonio dotem dat, illam ſibi poterit ſtipulari. Super-
64 ſunt † pro pleno complemẽto materiæ quæſtionis aliqua exa-
minanda. Primo,nunquid onus dotandi filiam tranſeat ad hæ-
redem?In quo Bar.hic opinionib.relatis nil clare determinauit,
igitur dic prima fronte videri diſcuſſionẽ huius quæſtionis nõ
neceſſariam. Aut enim filia fuit inſtituta per patrem vna cũ fra
tribus,& tũc ſi dotem pro primo matrimonio habuerat, & ad
patrem reuerſam,& cõtingat eam lucrati,eo quia fratres ęqua-
le lucrum percipiant ex bonis paternis, quod ſorori cõſerre nõ
teneantur, vel non contingat eam lucrari, eo quia fratres nullo
æquali lucro præcipuo potiantur, & ſic veniat ipſa dos,vt reli-
qua hæreditas inter eam & fratrem diuidenda, vt de his duob.
eſt caſus in d.l.fi.C.commu.vtr.iud. Sequitur, quòd fratres eã
dotare non tenebũtur,cum & ipſa patri ſucceſſerit, & ſic vnde
dotetur habeat. Non enim aſtringitur frater dotandi onere,cũ
ſorori ſuperſunt pro dotis cõſtitutione facultates, vt l.cum plu-
res.§.cum tutor.ĩ.de admi.tut. Aut ipſa ſoror eſt inſtituta cum
hæredibus extraneis,& tunc ſi ipſa dotem non habuit,cũ poſſit
ſe proprio patrimonio dotare, vr̃ hæredes extraneos ad id non
aſtringi,arg.d.§.cum tutor.Nec obſt.l.fi. C.de do.promiſſ.cũ ẽt
filiam ex proprio exiſtẽtem diuitẽ pater dotare compellitur,er-
go pari ratione videbatur, ꝙ & eius hæres,qui regulariter eodẽ
iure cum defuncto vti debet, qm̃ illa loquitur cum ex alio pa-
trimonio,q̃ paterno contingit ipſam habere. Aut primo matri-
monio iam ſoluto dotata fuerat,& tunc cum illã iſto caſu, quo
cum extraneus ſuccedit, debeat habere præcipuã, vt in d.l.fi.
C.commu.vtr.iud.ſequitur, ꝙ etiam congruenter ſe dotare po-
terit: vnde onus dotandi extraneo hæredi non iniungetur, per
no.in d.§.cum tutor. Aut ipſa filia fuit exhæredata,& tunc ſi iu-
ſte, vr̃, ꝙ dotem ſibi conſtitui ex paternis bonis non poſſit pete-
re. Ingratitudo enim, ex qua contingit exhæredationis vitium,
omne debitum etiam naturæ,quo pater filio aſtringitur, tollit,
vt in Authẽ.de nuptijs.§.optime.puta, cum & ipſa ingratitudo
priuet filiam iure petitionis alimentorũ, vt in l. ſi patrem. C.de
alend.lib.& l.ſi quis a liberis.§.ſi quis ex his. ĩ. de liber.agno.ſe-
quitur, quòd etiam ſibi facultatem petendi dotem conſtituit,
quæ ob id datur, vt maritus & alia onera alimentorũ pro vxore
ſuſtinere poſſit, vt in l.pro oneribus.cum ſimil. Aut fuit exhære
data iniuſte, & tunc ex quo hæreditatẽ ab hærede ſcripto auo-
care põt,ſequitur,quod cum ipſa bona habitura ſit,hæredes ad
65 eam dotandam non põt compellere. Vnus eſt ergo † caſus,in
quo põt id procedere, ſcilicet, ſi ipſa filia ex forma ſtatutorum,
quæ ſunt cõiter per Italiam,& tũc excludatur a ſucceſſione pa
terna agnatis extantibus. Tunc enim cum ipſa nõ habeat, vnde
ſe dotet, ſequitur agnatos ſuccedentes ad eam dotandam tene-
ri,& conſequẽter dotandi onus in eos transferri. Et ad hoc põt
allegari melior tex.q̃ l.ſi quis a liberis.§. item reſcriptum.ĩ.de li
be.agno. vbi patet hæredem ſuccedere in onere ea faciendi,ad
quæ viuus teſtator pietatis aſtringebatur officio,ſed pietatis offi
cio pater aſtringitur ad filiam dotandam, vt in d.l.qui liberos.
& in l.fi.C.de do. promiſ. igitur &c. Et hanc cõcluſionẽ ſequitẽ
d.Bal.in d.l.fi.non tñ allegat d.§.item reſcriptũ. ſed no.Dyn.in
66 d.l.ſi marito.§.ſi voluntate.s̃.eod. Sed quid † ſi pr̃ decedat dote
iam pro filia promiſſa,& non ſoluta, an aſtringatur eius hæres
pariter ſuccedens cum filia ad ſoluendã dotem pro hæreditaria
portione? videtur prima fronte ꝙ ſic,quia hæreditarię actiones
actiue & paſſiue inter hæredes diuidũtur pro hæreditarijs por-
tionibus, vt l.pro hæreditarijs,cum ſimil.veritas tñ eſt, ꝙ com-
pellit ipſa filia fratrẽ ſibi cohæredẽ, vel alium extraneũ ad ſolu-
tionẽ dotis,quatenus aſtrigebatur liberare,& ipſe integram do
tem habet ſoluere. Caſus eſt mirabilis & ſingularis ĩ. de col.do.
l.j.§.filiam.in verſi.cõſequẽter. & quilibet homo mũdi,ſi igno
raret contrariũ reſpõderet propter regulas cõmunes,vnde pro
bat mirabiliter ille tex.quòd filia exiſtente hærede, nedũ quòd
onus dotis conſtituendæ tranſeat in cohæredẽ pro hæreditaria
portione, ſed nec etiam in effectu tranſit onus dotis promiſſæ
ſoluẽdæ. Quod tene fixum cordi, quia nouum eſt & inauditũ.
67 Secunda quæſtio eſt, nunquid † in dote promiſſa nondum ſo-
luta, locus ſit conſolidationi in perſona filiæ, & hoc membrũ
in materia Bar.omiſit. & breuiter dico, ꝙ ſic. Primo, quia hoc
probat tex.ĩ.de colla.do.l.ſi pater pro filia.vbi nedum in filia in-
ſtituta locus eſt conſolidationi in dote tantũ promiſſa ,ſed ẽt in
filia exhæredata. Secundo idem probat tex. apertus ĩ.eo.l.ſi ſo-
cer.§.Lucius.qui in filia hærede inſtituta loquitur. Tertio tex.
in l.ſi ſocius pro filia.verſi.verum in propoſito. s̃. pro ſoc. refra-
gatur tamen tex.in l.Beblius Marcellus.s̃.de pac.dot.Sed reſpõ
de vt plene dixi illam l.declarando s.eod.l.ſi cum dotẽ. in prin-
68 cip. Tertia pulchra & quotidiana † quæſtio eſt, quid ſi ſtãte ſta
tuto, ꝙ filia dotata extantibus agnatis a ſucceſſione paterna ex-
cludatur,pater filiam dotans ſtipuletur dotem reddi ſibi,& filijs
ſuis, an iſto caſu tenebuntur filij patris hæredes remittere hanc
ſtipulationem in ipſius filiæ fauorẽ,& cõſequenter ipſa filia do
tem petere poſſit, tanquàm ſi ipſa paterna ſtipulatio actionem
de dote ſibi,& filijs approprians, conſolidationẽ in perſona fi-
liæ non tolleret. Quilibet non vlterius conſiderans diceret pri-
ma fronte conſolidationẽ impediri, per id quod ſupra plene cõ
cluſimus, ſcilicet ſtipulationẽ paternam actionem de dote pa-
tri appropriantẽ conſolidationẽ in perſona filiæ impedire om-
ni iure. Reperio ſolum Bal.in d.l.fina.C.de do.promiſ.hanc qõ
nem ponentem, & determinare iſto caſu, cum per ſtatutum a
ſucceſſione excluditur filia dotata, teneri patris hæredes ad illã
ſtipulationem, quæ patri actionem appropriauerat remitten-
dam filiæ fauore. Et alleg.tantum auctoritatẽ Iaco. de Are.in l.
vxorem.§.pater naturalis.ĩ.de leg.3. Ipſum autem hoc ibi dice-
re in lectura mea non comperio,quod credo ex corruptionis vi
69 tio procedere, quia non eſt præſumendũ † tantũ iuris magiſtrũ
in falſæ allegationis caſum incidiſſe. Ego tamẽ hoc arbitror ve-
rũ,& primo moueor ea ratione, quia hæc filia a ſtatuto a pater-
na hæreditate eſt exhęredata agnatorum contemplatione, &
propter dotis perceptionem. Sed caſum habeo, ꝙ vbi filia pro-
pter dotem perceptam a patre hæreditate priuatur, tunc ipſa ſi
bi dotem vẽdicat præcipuam, vt ĩ.de col.do l. ſi pater pro filia.
& l.patri filium.cum ſeq.igitur &c. Secundo hæc filia, vetante
ſtatuto eam ſuccedere ab hæreditate patris habet abſtinere ne-
ceſſario,ſed caſum habeo,ꝙ vbi filia dote contenta ab hæredita
te patris abſtinet volũtarie,dotem ſibi præcipuã retinet,nec fra-
tribus cõicare tenetur, vt eſt caſus no.ĩ.de col.do.l. pen. & fi. er-
go multomagis ſibi debet illam habere præcipuã, vbi abſtinere
debet neceſſitate, ex regula quæ vult magis fauẽ. fore in neceſ-
ſario poſitis,quàm in voluntate, vt in l.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſa-
ria.s̃.qui ſatiſda.cogan.& l.cum poſtulaſſent.ad fi.cum ſimil.ĩ.
de dam. inſec. Tertio idem euidenter demonſtro ex caſu no.l.
ex parte.§.inteſtato.s̃.famil.erciſcun.& l.emptor.§.ancilla.s̃.de
rei vend. vbi patet, ꝙ multo minor portio propter dotẽ ſibi præ
cipuã tunc filia lucratur,nec illa fratribus cõicare tenetur. Ergo
ſequitur,ꝙ multomagis ſibi præcipuã habere dẽt iſto caſu, vbi
nedum quod propter dotẽ habitam ſibi minor portio aſcriba-
tur,ſed etiam a totali ſucceſſione excluditur. Quarto nõ eſt di
cendum,ꝙ ipſa filia iſto caſu teneatur fratribus cõferre,qm̃ re-
gula negatiua in collationis materia datur, ꝙ non ſuccedens iu
re vniuerſali,ſed ſingulari,non tenetur cõferre, vt l. filiam.& l.
a patre.C.de colla. Præterea datur & alia,ꝙ ſtante hærede extra
neo ceſſat collatio actiue & paſſiue, vt in d.l.fi. C. commu.vtri.
iud.& l.ſi emancipati.in glo.C.de codicil. Sed ipſa filia a ſtatuto
exhæredata eſt patri extranea,cum propter exhæredationẽ deſi
nat eſſe ſua, vt l.1.§.ſcien.ĩ.de ſu.& le.& l.j.§. ſi pater.ĩ. de coniũ.
70 cum eman.lib.igitur &c. Vnde tu, qui practicare † habes ſem-
per aduertas,an in loco ſtatutũ ſit,ꝙ filia dotata excludatũ ab hę
reditate paterna, qm̃ tunc in effectu paterna ſtipulatio actionis
de dote appropriatiua, nõ impediet in perſona filiæ ꝯſolidatio-
nẽ,ex quo ei patris hæredes renunciare coguntur per prædicta.
Et hoc eſt in materia cõcluſio noua, ex qua in practicando ſæ-
pe poteris honorari. Et ita ego ter obtinui, & per hæc ſit cõſoli-
dationis materia expedita. In glo.j.ibi,l.ſi cum dotem.§.ſed ſi la
71 titet &c. Hæc prima lect. † cõiter reprobatur. Primo, quia præ-
ſupponit ſtipulationi duplicem adiectam fuiſſe ꝯditionẽ, cum
vnica tantum.ſ.diuortij adiecta fuerit, vt patet ex litera in ſingu
lari numero loquente.ibi,ſi condõ ſtipulationis extiterit &c.ar.
ĩ.ad Treb.l.fi. Secundo,quia in fi.tex. dicitur,ꝙ pr̃ ſi inuita filia
viuente agere velit,exceptione ſubmouetur, igitur ſequitur, ꝙ
iam actio erat orta. Non enim debemus dicere exceptionẽ cõ-
petere, vbi actio nõ cõpetit, quia exceptio actionis eſt excluſio,
& tñ ſm lec.iſtam nullo modo poſſibile eſt dicere actionẽ fuiſ-
ſe ortam. Quod probatur, quia cum duplex condõ copulatiue
adiecta fuerit, ergo ad productionẽ actionis vtriuſq; reperitur
implementũ, vt d.l.ſi plures.& d.l.ſi quis ita. Sed cum in caſu li
teræ vna tantum condõ extiterit,altera aũt pendebat,ſi ſm lec.
gl.intelligatur,igitur actio nõ erat nata, vt l.cedere diẽ.ĩ. de ver.
ſigni.cum ſimil. Sed qui hanc lec.tenere voluerit, huic primæ
rõni reſpondet dupliciter. Primo,ꝙ tex.dum dicit patrem exce
ptione ſubmouendum,intelligatur loqui de exceptione inten-
tionis & facti, quæ competit ꝯ agentẽ de facto, & ſine actione,
vt no.gl.in l.qui ſe debere.s̃.de condi.ob cau. Vel ſecundo,ꝙ in
ver.viua autẽ filia.pater agebat primitiua actione, quæ ſibi & fi
liæ cõmunis fuit. Illa enim ſibi videtur competere,cum adhuc
nouata non ſit, quamuis ſperetur nouari in conditionis euen-
tum ſtipulationi adiectæ, vt l.quoties. ĩ. de noua. vnde ſi agatur
interim, ſcilicet pendente cõditione ſtipulationis nouantis,ob-
ſtabit exceptio, vt l.pecuniam.s̃.ſi cert.peta. Præterea ſuppoſita

72 autem hac † lec. vera, de quo tamen ĩ. dicetur, ſuccedit dubita-
tio, quid ſi pater ageret primitiua actione de dote cum conſen-
ſu filiæ, eo tamen tempore, quo pendet conditio ſtipulationis
ipſam primitiuam cōem actionem nouãtis in patris fauorem,
an tunc obſtabit exceptio. Bar. hic, ꝙ non, eo quia nullum pręiu
dicium poteſt eſſe ipſius debitoris ob hoc quod interim agat̃.
Eſt enim ipſi plene conſultum, ex quo pater agendo actione pri
ma videtur renunciare nouationi, quæ in futurum ſequi poſ-
ſet ad eius vtilitatem, cum ipſa filia nihil aduerſus debitorem al
legare poteſt, ex quo patri agenti conſenſum præſtat. Alleg. ad
hoc gl. fi. in d. l. pecuniam. dum ſoluit cōtrariũ l. pure. in prin. ĩ.
de doli. exce. Pro hoc d. Bened. hic in repe. ſua alleg. tex. iuncta
gl. in ver. pecuniam. in l. ſi debitor. ad fi. titu. ſ. de iure do. vbi pa-
tet, ꝙ debitor mulieris in dotem datus ſponſo, poteſt pendẽte
ſpe matrimonij celebrandi de conſenſu ſponſi ꝯueniri per mu-
lierem, & tamen ibi in dotem datis mulieri, quæ nouabat actio
nem, quæ erat aduerſus debitorẽ competentẽ in euentum cō-
ditionis, quæ tacite in dote ſubintelligitur, ſ. ſi matrimoniũ ſo-
quetur, vt in l. promittẽndo. & l. ſtipulationẽ. eo. tit. Bal. vero te-
net hic ꝯrium ea ratione, quia cum actio primitiua fuerit ſubla-
ta ex conſenſu plurium, ſcilicet patris, filiæ, & mariti, non vide-
tur poſſe reſuſcitari, niſi voluntas omnium intercedat, & ſic ni-
ſi ẽt maritus conſentiat. Ad hoc l. Pomponius ſcribit, ſi nego-
tium. ſ. de neg. geſt. vbi dicit Sceuolam hanc rationẽ directo fa-
cere ꝯ Pomponiũ. Sed certe rñderi põt, ꝙ falſum præſupponit
dicendo primitiuã actionẽ eſſe ſublatã, quia ſtipulatio conditio
nalis animo nouandi interpoſita ante conditionis euentũ non
nouat, & ſic primam obligationẽ non extinguit, vt d. l. quoties.
in prin. licèt exercitium primitiuæ actionis ſuſpendat, vt in l. pe
cuniam. quod tñ non videtur ſuſpendere hoc caſu, quominus
agatur primitiua, tamen ipſi debitori eſt plene conſultum, vt in
d. l. ſi debitor. & in d. l. pure. in prin. Tamen d. Bened. dicit ſe vel
le hic ſequi opi. Bal. ſui præceptoris, eo quia pro ipſo eſt gl. ord.
in l. debitor. in ver. nuptiæ. ſ. de iure dot. Sed certe aduerten. ꝙ il
la recte ponderata nihil ad propoſitũ. Non enim dicit, an poſſit
mulier agere de conſenſu mariti ꝯ debitorẽ marito delegatũ in
dotis cauſam, ſed ponit rationẽ dubitandi in hoc. ſ. an poſſit fie
ri acceptilatio ipſi debitori per maritũ de volũtate mulieris an-
te nuptias ꝯctas, videbatur enim ꝙ nõ, quia ex quo nõdum eue
nerat condõ obligationis in cauſam dotis factę marito, quę eſt
illa. ſ. ſi nuptiæ ſequantur, vt in d. l. ſtipulationem. nõ videbatur
cõſequenter eſſe aliqua obligatio, & ſic non videtur, ꝙ cadere
poſſet acceptilatio, cuius tñ cõtrarium ibi determinatur. Tu ad
uerte, quia ꝙ pater etiam de cõſenſu filiæ non poſſit pendente
cõditione ſtipulationis nouantis agere actione primitiua, non
eſt fortior ratio iſta. ſ. quia ex quo conditio pendens omnem de
bitori dilationẽ temporis ad ſoluen. tribuit, merito non videba
tur illud, q̃uis adinuicem cõcordantibus patre & filia debitori-
bus poſſe auferri, quia tempus, qd in ſtipulationibus adiicit̃, in
dubio debitoris cauſa adiectũ vr̃, vt in l. cum tempus. ĩ. de regu.
iur. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. de ver. obli. l. ita relictũ. §. Pe-
gaſus. de leg. 2. cũ ſimi. & iõ facto creditoris tolli nõ põt. l. cum
qui. aliàs incipit, Iabolenus. ĩ. de an. lega. Sed huic rõni potenter
refragatur tex. in d. l. pure. ĩ prin. Ibi enim debitori, qui erat obli
gatus pure, teſtator reliquit liberationẽ ſub conditione, decidi-
tur, ꝙ hæres pendente cõdit. compellere põt debitorem ad ſol-
uen. dumtamen caueat, ꝙ ſi cõditio liberationi adiecta implea-
tur, pecuniam ſibi ſolutam reſtituet. Ecce ergo, ꝙ ibi non habe-
tur rõ dilationis tẽporis, qua legatarius fraudatur, ſi interim ſol
uere cõpellatur, ita ergo videtur, ꝙ nec talis cõſideratio haberi
debeat in caſu ꝓpoſito. Sed reſpõde, ꝙ ibi loquitur in debitore,
qui in euentum cõditionis expectat liberationis beneficium, &
ideo ei minus iura fauent in hoc, ꝙ non cõſiderant perditionẽ
interuſurij medii temporis, quam incurrit, ex quo cõpellit̃ inte
rim ſoluere. Nos aũt loquimur in debitore, qui in omnẽ euen-
tum certus eſt obligari, ſiue enim eueniat cõditio, obligabitur
tñ patri, ſiue nõ eueniat, remanebit obligatus cõiter patri & fi-
liæ. Et ideo iura ei magis fauent. Ex quo enim ſatis aſſlictus eſt
in hoc, ꝙ in omnẽ euentũ manet obligatus, noluerunt eũ aſſli-
gere in alio. ſ. ꝙ perdere habeat dilationẽ medij tpis, quam hẽt
in ſoluendo propter ꝯdõnem adiectã ſtipulationi nouanti, quã
uis ipſe pater, in cuius vtilitatẽ ſecutura eſt nouatio, agere velit
ꝯſentiente filia, in cuius damnũ nouatio euenire ſperatur. Con-
73 ſiderandũ enim † aſſlicto aſſlictionẽ nõ eſſe ſuperaddẽdã, vt l.
dementis. C. de epiſc. audi. l. diuiſis. ſ. de oſſi. pręſi. 7. q. j. cũ per-
74 cuſſio. cum ſi. Et hac rõne ſequor Bal. & d. Bened. opi. † Hæc au
tem lectu. ꝙ hic in fi. literæ agebatur non ex ſtipulatione, ſed ex
primitiua actione, nõ videtur textui cõuenire, quia cum prima
pars ipſius loquatur de actione ex ſtipulatu, quam pręſupponit
patrem inſtituere, ergo etiam ita intelligẽ. eſt, ꝙ loquatur pars
ſecunda. Vna enim legis particula aliam eiuſdẽ dubiam decla-
75 rat, vt l. vtrum. ſ. de peti. hæred. cum ſi. Stat † etiam dubium cir-
ca hanc primã lec. an facta diſſolutione matrimonij per diuor-
tium, poſſit pater agere ad dotem, ſi agere vult ad vtilitatẽ filiæ,
non expectata ꝯdõne ſecunda. ſ. ꝙ ipſa filia decedat ſine liberis?
& dicendũ, ꝙ ſic, quia non valet pactum per qđ producitur ꝓ-
rogatio diei dotis reſtituendę, vt l. de die. cum ſi. & l. Attilicinus.
ſ. de pac. do. Et ſi dicatur illas l. loqui, cũ dos debet reſtitui mu-
lieri, ſecus ſi patri. Certe dico, ꝙ idem ſi patri reſtituẽda veniat,
quia & tunc non valet pactum per patrem appoſitũ reſtitutio-
ni dotis prorogatiuũ, niſi filia ſit patris hęres, & ea conſentien-
te ſit illud factũ, vt eſt caſus in l. aliud. ſ. de pac. do. In ea. ibi, vel
76 die ſecundo † diuortii &c. hæc ẽt ſecunda lect. cõiter reprobat̃,
quia directo venit ꝯ tex. dicentem, patrẽ agentẽ viuente filia in-
ulta exceptione ſubmoueri. Non enim exceptione ſubmouet̃,
ſi replicatione iuuari poſſet, vt in d. l. 2. de exce. In ea. ibi, primo
77 & ſecundo caſu. Hæc gl. vitio ſcriptoris corrupta eſt quantũ ad
verbum illud, primo, cum ſm primam poſitionẽ caſus patri, q
remouetur exceptione illa. ſ. quia nondum purificatę ſunt am-
bæ conditiones ſtipulationi adiectę, nulla competit replicatio,
78 vt ex ſe patet. In ea. ibi, vel tertio dic. ꝙ nolente filia &c. † Hæc le
ctu. eſt valde ſingularis, & ex ea habes, ꝙ quemadmodũ datio
dotis informiter facta per patrem ſol. matr. producit ad repetẽ.
actionem cõem patri & filiæ, vt in l. 2. §. quod ſi in patris. ſ. eo.
Ita ẽt & informis ſeu imperſonalis ſtipulatio de reddẽdo. Et hu
ius vltra ea, quæ in textualibus dixi. põt eſſe ratio, quia actus ſti-
pulatus & actus ſolutiuus regulariter æquiparantur, vt in l. fi.
cum ſi. C. ad leg. Falc. ſed actus ſolutiuus informis parit actionẽ
cõem, ergo & per conſequens actus informis ſtipulatiuus idem
operatur. In ea. ibi, §. Chryſogonus. Quidam timore huius cõ-
trarij ab hac tertia lec. recedit, ſed volentes eam tenere tripli-
ter rñdent. Primo ſm Dy. ſ. ꝙ in ſtipulatione nõ ſubintelligitur
perſona extrinſeca, in quam verba ſtipulationis non apparent
collata; & ita loquitur §. Chryſogonus. Sed bene ſubintelligitur
perſona, ad quam verba ſtipulationis apparent collata ſaltem
tacite, vt eſt hoc caſu, in quo pater informiter ſtipulans ex natu
ra dotis, quæ eſt ſibi & filiæ ſtipulari. Et iſta fuit rñſio Dy. dũ pri
ma vice legeret Infortiatũ, licèt poſtea opi. mutauerit, vt patet
ex his quæ dixi in tex. Secũda fuit ſolutio Old. quam refert Bal.
dicentis, ꝙ §. Chryſogonus. procedit, vbi redditur ſtipulatio in-
utilis, ſi tertia perſona ſubintelligeretur, ſecus ſi nõ redderetur
inutilis, vt eſt hic, cum pr̃ poſſit ſtipulari dotẽ filiæ reddi, quin-
imo & extraneus, vt in l. Caius. ĩ. eo. Tertia fuit ſolutio, quam ſe
quitur hic Bar. quæ in idem recidit cum prima, quam ſ. retuli,
dicens, ꝙ regulariter in ſtipulatione nõ ſubintelligit̃ perſona ex-
trinſeca, & ita loquitur §. Chryſogonus. Fallit pp naturã actus
præambuli, ſuper quo ſtipulatio interponit̃. qa illa intelligit̃ fa-
cta ſm naturã ipſius actus, vt l. j. §. ſi quis ſub ꝯdõne. cũ ſi. alle. ĩ.
vt le. no. ca. Sed natura dotis pręambulę ſimpliciter data tendit
ad cõionem inducendã inter patrem & filiam, ergo ſequitur,
79 ꝙ pariter ad idem tendit perſonalis ſtipulatio. Sed † tunc refra-
gatur tex. l. vnicę. in §. extraneum. C. de rei vxo. act. dicens, ita in
patre dotem ſimpliciter danti fingi interceſſiſſe ſtipulationẽ de
reddendo, ſicut & in ipſa muliere. Solue, ꝙ illa ficta ſtipulatio
cẽſetur interpoſita cõiter, prout ẽt ſimpliciter facta donatio, cẽ-
ſetur facta cõiter, quia ſi vera ſtipulatio imperſonaliter interpo
ſita, cenſetur interpoſita cõiter, vt eſt hic caſus ſing. ſm hãc lec.
ergo idem & in tacita legis diſpoſitione introducta, arg. l. cum
quid. ſi cer. pet. cum ſi. Et probo clarius, quia ſi iſta ficta ſtipula
tio intelligeretur ſolũ de reddendo patri, impediretur per eam
conſolidatio in perſona filię, quẽadmodũ impeditur cum eſt
facta ſtipulatio expreſſa, vt ſ. dixi. Sed hoc eſt falſum, vt patet in
d. l. vnica. §. videamus. & §. & hoc ex rei, igitur &c. Hæc autem
lec. q̃uis in ſe valde no. & ſuſtentabilis, non m̃ videtur recte con
gruere literæ, quæ voluit ſtipulationẽ perſonaliter fuiſſe conce-
7 *Exceptio,dolo facis petere &c.quod non obſtat agenti, qui reſtituturus eſt rem,ad quam agit,alteri,quam illi contra quem actionem dirigit.& de hac exceptione vide nu.61. vſque ad 66.*
11 *Dilatio temporis,quæ ineſt obligationi,propter quam res,quæ petitur,venit reſtituenda ex interuallo ei,a quo petit, non excludit exceptionem, dolo facis petere &c.ſecus eſt in dilatione, quæ miſerationis cauſa conceditur.*
14 *Interuſurium medij temporis non producit actionem efficacem illi,qui habet dilationem ad reddendum,quod exigit,& a quo exigitur miſerationis cauſa ſibi conceſſa.*
15 *Lucrum ceſſans,in quo vt plurimum fortuna operatur,non venit in conſideratione.*
16 *Donatio interuſurij medij temporis inter perſonas,inter quas regulariter donatio eſt prohibita,non inualidat donationem.*
17 *Interuſurium medij temporis, quòd inducat efficacem actionem ad petendum debitum,cuius conditionaliter relicta eſt liberatio.*
18 *Interuſurium medij temporis fauore debitoris impedit actionem oriri.*
19 *Pactum de non petendo factum filiæ,adiecta patris perſona verbo executiuo abſque dictione taxatiua,eſt perſonale, nec ad hæredes tranſit.*
20 *Succeſſio habet vim ſolutionis, etiam reſpectu acceſſoriæ obligati. & quid reſpectu correi. nu.21.*
23 *Filius etiam quando contra patrem implorat officium iudicis neceſſe habet implorare veniam.*
24 *Filius in poteſtate quòd de iure canonico poſſit eſſe in iudicio cum patre.*
25 *Pater quòd dicatur large obligatus ad dotandam filiam.*
26 *Pactum,per quod fit deterior conditio dotis ad præiuditium mariti, quando valeat?& format plures concluſiones vſq; ad nu.40 cum fallentijs.*
41 *Pactum ſuper dote præiudicatiuum mulieri, quando valeat? vſque ad nu. 50.in quo etiam ponit concluſiones, & fal.*
51 *Conuentio, per quam alium adhibet vxor ad ſtipulandum dotem reddi animo illi donandi,an valeat. & nu.ſeq.*
55 *Pactum appoſitum ſuper dote,ſi eſt dubium,quia ad fauorem,& ad præiudicium mulieris tendere poteſt, an valeat.*
56 *Remiſſio dotis promiſſæ,ſed non ſolutæ, an fieri poſſit per maritum vxori conſtante matrimonio.*
57 *Verba enunciatiua per modum cauſæ producta, an producant actionem, & etiam exceptionem inducant.& nu.ſeq. & ſeq.*
58 *Diſpoſitio teſtatoris tacita,ꝙ colligitur ex verbis enunciatiuis per modum cauſæ prolatis,quæ non ſufficit ad dominij tranſlationem.*
60 *Vir quod teneatur vel dotẽ promiſſam exigere, vel vxori actiones cedere.*

LEX XLV.

SI ſocer a genero. Succeſſio, quam ſocer facit genero, non im-
pedit ius cõſolidationis in perſona filiæ.Et exceptio,
dolo facis petere &c. non obſtat ei, qui reſtituturus
eſt alteri, quàm illi, a quo petit. hoc dicit tota lex. Nota primo
1 † ſecundum vnum intellectum, quòd ficta ſolutio, quæ intro-
ducitur per ſucceſſionem,quam creditor vt heres inſtitutus fa
cit debitori ſuo,de quo in l.ſi debitori creditor.j. de fideiuſſo.&
in l. Stichum.§.adijcio. j.de ſolutio. & in l.ſi ei.§.j.ſ. de euictio-
nibus. non producit effectum ſuum vltra perſonam ſucceden-
2 tis. Nota ſecundum † alium intellectum magis verum, quod
ficta ſolutio facta patri de dote, non impedit ius conſolidatio-
nis in perſona filiæ.Et in hoc eſt iſte tex.notab.Nota ex eadem,
3 † quòd mors patris,ſeu emancipatio filiæ, inducit conſolidatio
nem iuris dotis in perſona ipſius filiæ. Ad idẽ C.de rei vxo.act.
l.vnica.§.videamus.& §.hoc ex rei.ſ.eo.l.in inſulam. cum ſimi
4 libus.No.ex eadem, quòd † aduerſus patrem dotem recupera-
tam retinentem,actio non competit,per quam conſequatur, vt
dotem illam penes ſe habeat,dum eſt in poteſtate,ſecus autem
dũ eſt emancipata,quia tunc agere poteſt. Et huius eſt rõ,quia

dum filia eſt in poteſtate, iure patriæ poteſtatis dos penes eum debet exiſtere, & ad eum redire, vt in auth. ſed quãuis. C. de rei vxo. act. & in l. fi. C. commu. vtr. iudi. Quæ ratio ceſſat, dum eſt emancipata, quia per emancipationem ius conſolidationis pertinet integraliter ad filiam, vt in d. §. videamus. cum ſi. & in hoc
5 eſt iſte tex. notab. Nota in §. Lucius. † ꝙ etiam ſoluto matrimonio dos marito dicitur debita, ſi ſibi eo conſtante non eſt ſoluta. quod dic, vt s̄. eo. l. ſi pater ignorans. Nota ex eodem ſecundo, ꝙ
6 † maritus, qui conſtante matrimonio dotem non recepit, eo ſoluto debet ad dotem agere, vt illam vxori olim ſuę, & a patre exhæredatæ, aliis inſtitutis reſtituat, aut ſaltem actiones ſibi cõpe-
7 tentes vxori cedere. No. ex † eodem tertio, ꝙ exceptio, dolo facis petere, de qua in l. dolo. cum ſi. j. de do. excep. non obſtat agẽti, qui reſtituturus eſt rem, ad quam agit, alteri q̃ illi, contra quem
8 actionem dirigit. Et ad hoc iſte tex. continuo allegatur. No. † ex eo. in verſi. alioquin. ꝙ ius conſolidationis dotis in perſona filiæ locum habet etiam ſoluto matrimonio poſt mortẽ patris. No.
9 † ex eodem, ꝙ etiam in filia exhæredata locus eſt conſolidationi dotis, quæ inducitur per mortem patris vel emancipationem fi-
10 liæ. Ad idem tex. in d. §. videamus. No. ex † eodem, ꝙ locus eſt dotis conſolidationi in perſona filię, nedum in dote per patrem ſoluta, ſed etiam in ea, quæ ſolũ eſt promiſſa. & ad hoc iſtũ tex.
11 no. allegaui in l. poſt dotem. s̄. eo. No. † in ver. & ſi ex parte. ibi, dũ dicit, cohæredes eius &c. & ſuppletur, ergo non vxorem, tex. nota. ꝙ quamuis dilatio temporis, quæ ineſt ipſi obligationi, propter quam res, quæ petitur, venit reſtituenda ex interuallo ei, a quo petit, non excludit exceptionem illam, dolo facis petere, ꝙ es reſtituturus &c. vt in l. fi. j. vt leg. nomi. caueatur. tamen dilatio, quæ miſerationis cauſa cõceſſa ineſt ſolutioni, propter quã quis ex interuallo reſtituturus eſſet id, quod petit ei, à quo petit, non excludit exceptionem illam, dolo facis petere &c. quia imo opponi põt. Et ad idem s̄. de ꝯdic. ob cau. l. ſi donaturus. in fi. s̄. eo. l. nupta. §. j. Hoc enim patet hic, quia ſi maritus dotẽ ſibi à ſocero promiſſam petere potuiſſet, ab eiuſdem filia & hęrede & vxore olim ſua eam non fuiſſet reſtiturus incontinenti, ſed miſerationis cauſa habuiſſet terminum ad ſoluendum, de quo in l. vni ca. §. exactio. C. de rei vxo. act. & tñ dr̃, ꝙ ab ipſa filia non poteſt pater dotem exigere, ex quo eandem illi deberet reſtitue-
12 re, q̃uis ex interuallo miſerationis cauſa. No. vltimo † ex eodem, ꝙ cõſolidatio dotis locum habet in perſona filiæ, quamuis cum aliis hæredibus per patrem inſtitutæ. Sicut enim dos exacta per patrem extraneis hæredibus inſtitutis, non illorũ eſt, ſed filię, vt eſt caſus ſing. in d. l. fi. C. cõmu. vtr. iudi. ita & dos per eũdem ſolũmodo promiſſa. Et ad hoc eſt iſte tex. notab. In tex. ibi, ipſum
13 quoq; cõueniri poſſe &c. & ſic † ficta ſolutio, quæ inducitur ex ſucceſſione, non impedit ius conſolidationis in perſona filiæ, ergo pari ratione nec vera. quia ſi impediret, etiam ficta, qm̃ regulariter fictio ſequitur qualitates veritatis inquantum poteſt, vt in l. adoptionem. s̄. de adop. & l. 3. §. ex contrario. j. de acqui. poſſeſ. Et ſic facit iſte tex. hoc modo inductus pro opi. mea, quã poſui in l. poſt dotem. s̄. eo. Pro qua etiam adduci poteſt tex. l. pen.
14 in §. filia. j. eodem. In tex. §. Lucius. ibi, debebit † maritus cohæredes eius pro' parte virili exigere &c. Supple ergo mulierẽ pro parte ſua, quia repelli poteſt illa exceptione, dolo facis a me petere, quod mihi reſtiturus es, quamuis ex interuallo miſerationis cauſa. Et ſic habes, quòd interuſurium medij temporis non producit actionem efficacem illi, qui dilationem habet ad reddendum, quod exigit, & a quo exigit miſerationis cauſa ſibi ꝯceſſam, de quo dic, vt pleniſſime dixi in l. ſi ꝯſtante. §. quoties.
15 s̄. eo. & ibi dictis hæc adde. Primo, † ꝙ lucrum ceſſans, in quo, vt plurimũ, fortuna potiſſime operatur, ita ꝙ quodãmodo quaſi nihil artificium non venit in ꝯſideratione. Tex. eſt ſing. in l. quẽadmodum. §. itẽ Labeo. ver. idemq; Labeo. s̄. ad leg. Aquil. Se-
16 cundo, † ꝙ donatio interuſurij medij temporis nõ inducit inualiditatem donationis inter perſonas, inter quas donatio rẽ eſt prohibita. Tex. eſt valde not. in l. ſed ſi vir. §. quod vir vxori. s̄. de
17 dona. inter vir. Tertio, ꝙ † interuſurium medij temporis inducit efficacem actionem ad petendum illud debitum, cuius cõditionaliter relicta eſt liberatio. tex. eſt in l. pure. in princ. j. de doli ex-
18 cep. Vltimo, ꝙ interuſurium medij † temporis fauore debitoris impedit actionem oriri creditori, cui ſub contrarijs conditionibus, quarum vna oĩmodo extitura eſt, promiſſio facta eſt. gl. eſt ord. in l Iulianus. in ver. & ſimilem. ſuper ver. ex vna cauſa. s̄. de
19 condi. indeb. In tex. † ibi, dos a viro, viuo Lucio Titio, id eſt patre mulieris &c. Fuit ergo in pacto de non petendo perſona patris adiecta verbo executiuo abſque dictione taxatiua, & nihilominus vult tex. hoc pactũ eſſe perſonale, nec tranſire ad patris hæredẽ. Ad idem s̄. eo. l. ſi marito publico. §. j. & melior tex. eſt s̄. de pac. do. l. ob res amotas. §. ſi ꝯuenerit. de quo dic, vt plene no. in l. ſi ſic. j. de ver. obli. & in l. qui in futurum. §. ſi ex altera. & l. iuriſgentium. §. pactorũ. s̄. de pac. In glo. l. ſi ſocer. in prin. ibi, reſpon-
20 deo illud reſpectu ſuccedentis dicit &c. Et † ſic vult gl. ꝙ ſucceſſio habeat vim ſolutionis reſpectu ſuccedentis tm̃, quod eſt falſum, quia imo etiam pro ſolutione eſt reſpectu acceſſorie obligati, vt l. Vranius. j. de fideicom. In ea. glo. ibi, non quantum ad
21 alios &c. Et ſic † vult glo. ꝙ non habeat ſucceſſio vim ſolutionis quo ad perſonam mulieris, quę quodãmodo in dote eſt correa ſtipulandi vnà cum perſona patris, non autem acceſſorie ad patrem cõmodum obligationis ſentiẽs, vt l. qui hominem. §. ſi gener. j. de ſolu. Dy. vero aliter ſoluit dicẽs, qđ illud, qđ dicitur ſucceſſionem loco eſſe ſolutionis, procedit quando ſolutio potuiſſet fieri ſine alterius conſenſu, quod non procedit in patre, cui dos ſolui non poteſt ſine conſenſu filiæ, vt l. non ſolum. cum ſi. s̄. eo. quod impugnat hic Bar. & recte, vt hic per eum, vnde vera & cõis ſolutio eſt quo ad hoc, quòd ſucceſſio habeat vim ſolutionis, eſt quædam fictio, quæ tunc inducitur, cum ſuccedẽs tractat de damno vitando, vt d. l. ſi debitori. & d. l. ſi ei. §. j. nõ autem cum tractat de aliquo lucro captando, prout tractat hic pater volens auferre ius conſolidationis filiæ, vt in l. hæres a debitore. §. fi. j. de fideiuſ. In glo. eiuſdem l. ſuper verbo, dicemus. ibi,
22 ſicque ambulat de patre in eam &c. no. glo. quia † intelligendo eam, vt differat a membro ſequenti in caſu proxime poſito, videtur velle, ꝙ ſi pater incontinenti ſtipulatur dotem ſibi reddi, non impeditur conſolidari actio in filiam per mortẽ patris, vel ipſa ſui iuris effecta, de quo dic, vt plene diximus in l. poſt dotẽ. eo. In glo. eiuſdem principij, ſuper ver. conueniri. ibi, petita venia &c. iuncta alia particula, ſed de æquitate iudicis officio con-
23 ſulitur filiæ, no. glo. † quia ſimilis eſt illi, quæ reputatur ſingularis in l. cogi. §. ſi pater filio. j. ad Trebel. ſcilicet, ꝙ etiam neceſſaria eſt imploratio veniæ, vbi filius officium iudicis inſtituit contra patrem. In eadem ibi, ſed in poteſtate conſtituta non poteſt
24 cõmuni iure &c. † hoc procedit de iure ciuili, de iure vero canonico indiſtincte inter patrẽ & filium in poteſtate lis eſſe poteſt, vt habentur tres glo. ordi. vna, 2. q. 7. quæritur. alia. 23. q. 4. ſi eccleſia. alia in c. ſi. de iudi. lib. 6. Sed nunquam earum verum fundamentũ videre potuj, niſi dicamus, ꝙ pro eis ſit caſus in c. non eſt nobis. de ſponſa. Sed certe ibi loquitur in cauſa matrimoniali, & ſic in ſpirituali. In ſpiritualibus autem filius, quamuis in poteſtate, ſui iuris eſſe cenſetur, vt in d. c. ſi. ſicut & in iiſdem ſpiritualibus perſona minoris reputatur maior, vt ibidem, & plene no. glo. in c. ex parte. de reſtit. ſpolia. & habent Legiſtę glo. no. in l. ait prætor. in princi. s̄. de mino. In eadem ibi, iudicis officio cõ-
25 ſulitur filiæ &c. no. glo. † quia cum officium iudicis non præſupponat obligationem, vt in l. qui per colluſionem. §. preci. s̄. de actio. emp. & l. Quintus j. de annuis lega. videtur innuere gloſ. quòd pater non obligetur ad filiam dotandam, contrarium tamen ſenſit in l. obligamur. §. lege. j. de act. & obliga. de quo dic, vt ibi probatur. Poſſumus tamen dicere, quòd largo modo obligatus dicatur, cum iudicis officium ſaltem quaſi obligationẽ præſupponit. vt habetur gloſ. notab. in l. ſi ſeruum. §. effectus. j. de verbo. obliga. & in l. promiſſor. la i. s̄. de conſtitu. pecun. In gloſ. §. Lucius. ſuper ver. peteretur. ibi, quòd pactum valet &c.
26 & ſic eſt † ſententia Gloſſatoris, quòd pactum, per quod fit deterior conditio dotis ad præiudicium mariti, validũ eſt, & quia materia vtilis & quotidiana, ac etiam quia per antiquos Doctores indiſcuſſe relicta, licet per Moderniores aliqualiter examinata, igitur diligenter tractanda, & in ea forma has cõcluſiones. Prima, quòd pactum, per quod fit deterior cõditio mariti, quo ad tempus dotis reddendæ a iure communi præfixum diminutum, eſt validum, vt l. de die. cum ſeq. & l. Atilicinus. s̄. de pact. dot. Et huius eſt ratio, quia conſertur huius conuentionis effectus in tempus ſoluti matrimonii, quo caſu non intelligũtur inter coniuges prohibitæ conuentiones proprij iuris æſtimatiuę, vel diminutiuæ. s̄. de dona. inter virum. l. ſi eum ſeruum. §. fi. cũ l. ſeq. & ſi dicas etiam hac ratione valida eſſe deberet talis ꝯuentio, etiam quo ad præiudicium vxoris, quod tamen in illis legibus negatur, ĩdeo, ꝙ in vxore ꝓrium eſt ea ratione, quia q̃uis ſit ſolutum matrimonium primum, tamen ſperatur peruenire ad ſecũdum. Et igitur ne effectus ſpei dilatetur per dilationem reſtitutionis dotis, quam ſentiret vxor, ſi pactum valeret prorogatiuum temporis a iure cõi præfixi ad dotem reddẽdam, inductum eſt, ꝙ non valeat. Pro quo facit, quia ex hac ratione determinat Iuriſconſultus, ꝙ q̃uis ſoluto matrimonio primo, tamen propter ſpem vlterioris matrimonii, prædium dotale intelligiſ,
27 vt in l. etiam directo s̄. de fun. do. Secunda † ꝯclo, pactum, propter quod mariti ꝯdõ in dote efficitur deterior, quo ad ſubeundum omne dotis periculum eſt validum. Caſus eſt in l. Papinianus, aliàs incipit, Pompon. s̄. de pac. do. & ad hunc etiam caſum adaptari poteſt ratio, quam præcedenti cõcluſioni adieci.
28 Tertia concluſio, † pactum, per quod cõditio mariti in dote deterior efficitur quo ad perdendam rei dotalis adminiſtrationẽ, cum ea ex cõuentione in vxorem transferatur, eſt validum. Caſus eſt s̄. de dona. inter virum. l. mortis ſuæ. §. res in dotem. Quar-
29 ta concluſio, † pactum ante matrimoniũ, per quod præiudica-

tur

tur quo ad petitionem ipſius dotis, reſpectu temporis dotis fa-
ctum cũ vxore, ne ea viuẽte maritus dotem petat, eſt validum.
Caſus eſt in l. Iulianus. ſ. de iure dot. & in l. ob res amotas. §. ſi cõ
uenerit. ſ. de pac. do. & ſi dicas, imo videtur hoc inualidũ, quia
eius effectus confertur in tempus conſtantis matrimonij, igitur
nullum, vt l. ꝙ ſpõſæ. C. de dona. ante nup. vbi patet, ꝙ donatio
inter ſponſos initiata poſt matrimonium cõtractum, effectum
accipiens, eſt nulla. Ad idem ſ. de dona. inter virum. l. ſi ſpõſus.
cum ſi. Reſpondeo, ꝙ illa iura loquuntur, quãdo vir aliquid de
proprio dat mulieri, quod datũ a muliere nunq̃ ortum habuit,
nos autem, quando ſuper dote paciſcitur, quæ licèt ſit in domi-
nio viri, regulariter tamen habuit ab vxore principium produ-
ctiuum, quo caſu valere videtur dicta conuentio, per d. l. Iulia-
nus. vbi eſt caſus. Hanc aũt ſolutionem confirmat potenter tex.
no. ad propoſitum in l. fi. ſ. de dona. inter virum. volens, ꝙ dona
tio rei propriæ vxoris emptæ, tñ ex pecunia mariti, facta marito
eſt valida, ea ratione, quia dominium eius rei in vxorem princi-
pium productiuum habuit a pecunia mariti. Et quia aliquo ca
ſu, ſcilicet muliere non exiſtẽte ſoluendo pecuniã, ex qua emit,
vtilem actionẽ habet ad rem emptam percipiẽdam, vt in l. vxor
30 marito. in eo. tit. Quinta concluſio, † pactum, per quod condi-
tio mariti in dotis petitione circa tẽpus efficitur deterior factũ,
non cum vxore, ſed cum vxorem dotãte, eſt validum. Caſus eſt
hic, & in l. cum pater dotẽ. & in l. Beblius Marcellus. ſ. de pact.
31 do. & l. ſi pater mulieris. de iu. dot. Sexta, † pactũ, per quod ꝯdõ
mariti deterior efficitur, circa ipſam ſubſtantiam dotis factũ an
te nuptias contractas, puta, de dote non petẽda, vel petenda, ſed
pro certa quota, eſt validum. Iſte eſt caſus in l. ſi pater. §. j. ſ. de
pac. dot. ſm quod ibi litera cõis eſt, ſine ver. non. & vera, vt vidi
in Piſana litera, hodie Florentina. Et huius eſt ratio, quia non
eſt dubium, ꝙ poteſt eſſe matrimoniũ ſine dote, vt in l. fi. C. de
dona. ante nup. Affectu enim & non dotibus matrimonia con-
trahuntur, vt in l. fi. C. de repud. Per hoc autẽ pactum non aliud
reſultabit, q̃ hoc. ſ. ꝙ ipſa mulier habebitur pro indotata. & eſt
quod dicit tex. in d. §. j. ſine dictione, non, ibi, indotata erit mu-
32 lier &c. Septima pactum, per quod conditio† dotis efficitur de-
terior reſpectu mariti quo ad ſubſtantiam ipſius dotis, puta, ꝙ
illa promiſſa peti non poſſit, vel eius pars, factum non cum vxo
re, ſed cum eam dotãte, eſt validum. Caſus eſt ſ. de iure do. l. vir
33 ab eo. ſ. de pac. dot. l. fi. in fi. Octaua pactum, † per quod cõditio
dotis efficitur deterior quo ad ipſius dotis ſubſtantiam, puta, ꝙ
illa peti non poſſit, ſeu eius pars, factum cum vxore conſtante
matrimonio, eſt validum. Iſte eſt caſus nõt. iuncta glo. in l. ſi pa-
ter. §. ſi mulier. ſ. de pac. dot. Et huius eſt ratio, quia tũc ſapit do
nationem, & eſt factum tempore omnino prohibito. Nona, pa
34 ctum, per quod conditio † dotis reſpectu mariti efficitur dete-
rior, quo ad ipſius dotis fructus, puta ſi fiat pactum, quòd illi ce
dant lucro mulieri; eſt inualidum, quia contra naturam do-
tis, quæ eſt vt fructus ex ea cedant lucro mariti, propter onera
matrimonij ſupportãda, vt l. dotis fructus. & l. pro onerib. cum
35 ſi. Iſte eſt caſus in l. ſi conuenerit. ſ. de pac. dot. Fallit primo, † ni-
ſi conueniat, ꝙ vxor ſe familiamq; alat, tunc enim valida eſt cõ-
uentio, vt d. l. ſi cõuenerit. in fi. & in l. ſi quis pro vxore. §. fi. ſ. de
dona. inter virũ. & l. quidam fundũ. ſ. de pac. do. Et huius eſt ra-
tio, quia tunc cenſent̃ ipſi fructus dotis dari vxori in recompen
ſationem onerum matrimonij, quæ ſupportat. Clarum eſt aũt,
ꝙ fructus dotis ob cauſam hanc vxori aſſignari poſſunt, vt in l.
36 ex annuo. ſ. de dona. inter virum. Fallit ſecundo, niſi fuerit † fa-
ctum pactum aliquod pręiudicatiuũ vxori circa ipſam dotem,
puta, ꝙ dos eſſet vxoris periculo, qm̃ tunc in recompẽſationem
valet pactum, ꝙ fructus dotis cedant lucro. Caſus eſt ſing. ſ. de
pac. do. l. ſi mulier. Cenſet̃ enim tunc hincinde mutua donatio
inſurgere, quæ inter cõiuges eſt valida, vt l. quod autem. §. ſi vir
37 & vxor. ſ. de dona. inter virum. Fallit † tertio, niſi ſit factum pa-
ctum, ꝙ fructus vltimi anni matrimonij, quorum diuiſio de iu-
re communi fieri debet inter coniuges iuxta materiam l. diuor-
tio. ſ. eo. cedant totaliter lucro mulieris, quia tunc valet conuen
tio, attento, ꝙ eſt collata fructuum donationi in tempus permiſ
ſum, quia ſoluti matrimonij. Caſus eſt in l. ſi inter virũ. qui alias
38 eſt §. fi. l. Beblius. ſ. de pac. do. Fallit † quarto in caſu d. l. ſi conue
nerit. ſ. quando mulier propter conuentionem prædictam am-
pliorem dotẽ dediſſet marito, quàm alias duratura fuiſſet, qm̃
tũc conuentio ſuſtentatur, quia ſaltem aliquod emolumentũ
percipiet maritus ex vſu precij redigẽdi ex vẽditione fructuum,
vt no. dicit tex. Et ex his eſt declarata litera d. l. ſi liberis. §. fi. qui
alias eſt l. incipiens, quæris. vbi traditur validam eſſe conuentio-
nem ante nuptias factam, per quam aſtringitur maritus ex fru
ctibus dotis alicui creditori mulieri ſatisfacere, quia tunc tanto-
minus in dote habuiſſe cenſetur, ſecus ſi fiat ipſa conuentio cõ
ſtante matrimonio, quia tunc vim donationis habet, & igit̃ in-
39 ualida. Decimaꝑcſo, pactum, † per ꝙ conuenit inter coniuges,
ꝙ dos marito promiſſa nondũ ſoluta, intelligat̃ in aliquo dimi
nuta, vel etiam totaliter vxori remiſſa, eſt validum, etiam ſi fiat
conſtante matrimonio. glo. eſt ſing. in l. ſi cõſtante. ver. ſed ſi ex
40 ꝯrio. in ver. firma. C. de do. ante nup. Vndecima, † pactum, per
quod fit conuentio, ꝙ maritus dotem ſibi ſolutã conſtante ma-
trimonio vxori reddere teneatur, eſt nullum. Caſus eſt in l. j. C.
ſi dos ꝯſtan. matrimo. dicens nullam eſſe dotis ſolutionem vxo-
ri conſtante matrimonio factam per maritum, ergo pari ratio-
ne nulla erit promiſſio de ſoluendo, cum hæc duo, ſ. promiſſio.
& ſolutio regulariter iudicẽtur a pari, vt in l. fi. cum ſi. C. ad leg.
Falcid. Fallit, niſi fiat dicta conuentio de ſoluendo dotem vxori
conſtante matrimonio in aliquo ex illis caſibus, in quib. eſt per-
miſſum dotem eo tempore ſolui, qui habent̃ in l. q̃uis. cum ſeq.
ſ. eo. in l. ſed pro ea. §. j. ſ. de relig. in Auth. de nup. in §. dotes. &
in l. ita cõſtante. & l. fi. ſ de iure do. & l. ſi mulier dotis. ſ de pac.
do. Et per hęc eſt expeditus plene primus paſſus in materia. ſ. an
valeat pactum ſuper dote iuri mariti præiudicatiuũ. Capio nũc
41 † ex ordine ſecundum, ſcilicet nunquid valeat pactum ſuper do
te præiudicatiuũ iuri mulieris? & in hoc prima cõcluſio ſit iſta.
Pactum factum ante matrimonium, per quod cõuenit, vt mu-
liere prædecedente, vel matrimonio ſoluto per diuortium cul-
pa communi, vel culpa vxoris tantum, extantibus liberis dos ce
dat lucro mariti, & ſic ſit irrepetibilis, eſt validum. Caſus eſt in
42 l. j. cum ſi. j. de do. præleg. Secunda, pactum † factum ante matri
monium, per quod conuenit, vt marito prædecedẽte dos cedat
lucro ſuo, & ꝯñr eius hæredum, & ſic ſit per vxorem irrepetibi-
43 lis, eſt inualidum. Caſus eſt in l. 2. ſ. de pac. dota. Fallit, † niſi con-
ſtante matrimonio fuerit ſeparatum matrimoniũ quo ad tho-
rum per ingreſſum religionis amborum coniugum, quia tunc
pactum eſt validum, & marito præmoriente dos cedit lucro hę
redum eius. Caſus eſt ſing. in Authen. vt nul. iud. §. adulteram.
ibi, dum dicit, vt per oẽs caſus pacta dotalibus illata inſtrumen-
tis, viro illæſa ſeruentur &c. Pro cuius tex. intelligẽtia vide quod
44 plene dixi ſ. eo. l. Lucius. Tertia, pactum ante matrimoniũ con-
ceptum indefinite, ſeu vniuerſaliter, per quod conuenit, quòd
quocunque modo ſoluto matrimonio dos cedat lucro mariti,
eſt inualidum eo caſu, quo prædecedit maritus, validũ vero, ſi
prædecedat vxor. Caſus eſt in d. l. 2. de pac. dot. Et huius conclu-
ſionis veritas probatur per tex. l. Attilicinus. ſ. de pac. dot. dicen
tis, inualidum eſſe pactum etiam ante nuptias ꝯ̃ctas celebratũ,
per quod in præiudicium mulieris conuenit, ꝙ dos ſoluto ma-
trimonio repeti dẽat vlteriori die, quàm a iure communi ſtatu
tum ſit, ergo multofortius inualidum erit pactum, quamuis an
te nuptias celebratum, quod dos non poſſit repeti ſoluto matri
monio modo aliquo, ſed cedat lucro mariti. Et ſi dicis ad hoc
refragari tex. d. l. ſi liberis. §. fi. aliàs l. quæris. vbi patet validum
eſſe pactum ante nuptias inter coniuges contractum, per quod
cõuenit, ꝙ ex fructibus dotis alicui creditori mulieris ſatisfiat,
& ſic in præiudiciũ mariti, ergo pari ratione debet eſſe validũ
præiudicatiuũ mulieri, quando ante contractum matrimoniũ
fit, cum vir & vxor non debeant ad imparia iudicari, C. de in-
dic. vidui. l. legem Iuliam. cum ſi. Reſpondeo, ꝙ in materia do-
tis iura magis fauent parti mulieris, q̃ parti mariti, ea ratione,
ne contingat ex non exiſtentia facultatis dotis dandæ impedi-
ri matrimonia. Et hoc eſſe verum apparet ex tex. in d. l. Attilici-
nus. vbi in præiudiciũ mariti valet pactum diminutiuũ tpis ſi-
bi conceſſum de iure cõmuni ad dotẽ reſtituendã, licet non va
leat econtra, ſcilicet, prorogatiuũ dicti temporis in præiudiciũ
mulieris, vt hæc patent eodem titu. l. de dic. cum ſequentibus.
Nec etiam concluſioni præmiſſæ refragatur ratio hæc, ſcilicet,
ꝙ videatur valere debere prædicta conuentio attento, ꝙ confe
ratur eius effectus in tempus matrimonij diſſoluti, & ſic in tem
pus permiſſum per l. ſi ſeruum. §. fi. cum l. ſequen. ſ. de donat.
inter virum. quia reſpondeo, quòd valet donatio inter coniu-
ges, cuius effectus confertur in tempus permiſſum, ſcilicet, poſt
matrimoniũ diſſolutũ, quãdo tractatur de modico pręiudicio,
puta, quia fit donatio reuocabilis, vt donatio cauſa mortis, &
ita loquitur dictus §. fina. cum l. ſequen. d. l. ſi eum ſeruũ. Secus
autẽ ſi tractetur de magno pręiudicio, puta quia fiat donatio
inter viuos irreuocabilis. Licèt enim tunc conferatur eius effe-
ctus in tẽpus ſoluti matrimonij, nihilominus erit valida. Iſte eſt
tex. in l. vbi ita donatur. j. de dona. cau. mor. Iſtud etiam proba-
tur in d. l. 2. de pac. do. vbi patet, ꝙ factum erat pactum, ꝙ ſolu-
to matrimonio morte mariti dos cederet lucro eius, & ſic col-
lata erat donatio in tp̃s ſoluti matrimonij, & tñ illi pręiudicat̃.
Ita etiam probatur in d. l. Attilicinus. vbi ſimiliter donatio vlte-
rioris tẽporis, q̃ de iure cõi ſtatutũ ſit, quo dos deberet reſtitui,
45 collata erat in tempus ſoluti matrimonij. Quarta pactum † cõ
ſtãte mrĩmonio factũ, per qđ ꝯuenit ſoluto q̃uocunq; mrĩmo-
nio, dotẽ lucro mariti debere cedere, & ſic partẽ vxoris receptio
ne priuari, eſt inualidũ, eo quia hẽt vim donationis. Iſtud prę-
batur in d. l. ſi liberis. in verſi. fi. vbi patet inualidũ eſſe pactũ cõ-
ſtante matrimonio factũ pręiudicatiuũ parti mariti, puta q̃a cõ

uenerit, quòd ex fructibus dotis alicui creditori mulieris ſatisfie
ret, ergo multomagis inualidum erit dicto tempore factum prę
iudicatiuum parti mulieris. Scdo probatur ex l. ſi pater. §. 2. iun
cta glo. ſ. de pact. dot. quæ determinat inualidum eſſe pactũ ſu-
per dote iuri mariti præiudicatiuum conſtante matrimonio fa-
ctũ, per ꝙ conuenit, vt certa pars dotis promiſſę peti non poſſit,
eo quia donationem continet, propter quod forte falſa eſt glo.
d. l. ſi conſtante. ſuperius alleg. ergo multofortius erit inualidũ,
ſi per illud præiudicet̃ parti mulieris. Tertio hoc probat genera
litas d. l. vt autem. aliàs incipit, quod autẽ. ſ. de pac. do. indiſtin-
cte dicẽs inualidũ fore pactum, per quod conuenit, ne dos red-
di debeat. Ex quo enim indiſtincte loquitur, dici poteſt, ꝙ trahi
poteſt ad caſum, quo ipſum pactum cõſtante matrimonio eſt
46 conceptum. Quinta pactum, † per quod mulieri in repetitione
dotis præiudicatur, factum ſoluto matrimonio, eſt inualidum,
vbi non adeſt iuſta cauſa ipſius facti confirmatiua. Iſtud primo
probatur ex doctrina Iuriſcõſulti in l. etiam directo. ſ. de fundo
do. volentis diſſoluto etiam matrimonio prædium dotale intel
ligi. Sed prædij dotalis alienatio ipſi mulieri cõſtante matrimo-
nio eſt prohibita, vt l. conſtante. C. de dona. & l. ſi prædium. C.
de iure dot. l. vnica. §. & cum lex. cum ſimili. C. de rei vxo. igitur
& eo ſoluto. Et ſi dicas hac ratione etiã omni caſu inualidũ eſ-
ſe debere pactum præiudicatiuum mulieri in repetitione dotis
factum poſt ſponſalia, & ante matrimoniũ, quia etiam tempo-
re ſponſaliorum prædium dotale intelligit̃, & in l. lex Iulia. ſ. de
fun. do. & in l. nõ ſine. C. de bonis quæ liberis. Reſpõdeo, ꝙ iſto
caſu validum erit pactũ in caſib. ſupra poſitis, ſcilicet caſu quo
prædecedat mulier, vel matrimonium diſſoluat̃ per diuortium
culpa communi, vel mulieris tantum, & per hãc rationem va-
lidum erit etiam iſtis caſibus pactum ſoluto matrimonio factũ.
Secundo probatur hæc concluſio in l. licet. ſ. de pac. dot. vbi pa-
tet, quod niſi ſit iuſta cauſa, puta paupertatis mariti, inualidum
eſt pactum, per quod conuenit de dote vlteriori die reddenda,
quam a iure cõmuni ſtatutũ ſit, etiam ſi fuerit factũ ſoluto ma
trimonio, ergo multomagis erit inualidũ, quando conuenit di-
cto tempore abſq; iuſta cauſa, ne vnquam repetat̃. Et per hæc
accipiunt declarationem gloſ. quæ in hoc paſſu locutæ ſunt va-
rie, poſitæ in l. & hæredi. §. filia. ſ. de pact. & in l. eum dos. ver. ſi
vero ſit pacta. ſ. de pact. do. & in l. quod ſponſæ. C. de dona. ante
47 nup. Capio membrũ eiuſdem materiæ † ſecundũ, ſcilicet, an va
leat pactũ ſuper dote præiudicatiuũ in prorogatione temporis
ſtatuti ad illam reddendam diminutiuũ, poſtea ſequit̃ pactũ re-
ductiuũ ad dilationem iuris cõis, & ſic pręcedentis derogatiuũ,
ipſum ſcdm eſt validum, quamuis afferat præiudicium cõmo-
ditati quam mulier ſentiebat ex pacto primo, cum per illud do
tẽ fuiſſet celerius recuperatura. Caſus eſt ſing. in l. ſi vnus. §. pa-
ctus ne peteret. ver. quod & in ſpecie dotis. ſ. de pactis. Secũda,
48 pactum† pręiudicatiuum mulieris, quia prorogatiuum tempo
ris a iure cõmuni ſtatuti ad dotem reddendam inter coniuges
contractum ante nuptias, vel conſtante matrimonio, eſt inuali-
dũ tex eſt in l. de die. & l. Attilicinus. ſ. de pac. dota. Quod intel
ligo, vbi prædecedit ipſe maritus, vbi vero ꝑdecederet ipſa mu-
lier, ſecus eſſet, quia tunc ceſſat ratio dictarum legum, quę ideo
tempus nolunt prorogari poſſe, ne mulier impediatur nubere,
igitur & ceſſat priuilegium. ĩ. de lega. 2. l. cum patronus. & l. Ti-
tia. §. vſuras. Item quia hoc priuilegium mulieri in dote conceſ
ſum ad eius non tranſit hæredes, iuxta regulã l. j. C. de priuileg.
do. Item pro hoc tex. d. l. 2. ſ. de pac. do. vbi patet, quòd pactum
de dote lucranda muliere prædecedente eſt validũ, eo quia tũc
non præiudicatur ſibi circa facultatem matrimonij contrahen-
di, licèt ſecus ſit, ſi fiat pactum de lucrando prædecedente mari
to, ergo multomagis in caſu propoſito valebit pactum de dote
vlteriori die reddenda prædecedente muliere, attento quòd nõ
ſibi, ſed hæredibus præiudicatur. Item & quod eſt ablatiuũ mi-
noris præiudicij. & ita declaro illas leges. Tertia concluſio, pa-
49 ctum de † dote vlteriori die reddenda factum per vxorem ſolu-
to matrimonio, nõ alias eſt validum, quam ſi interueniat iuſta
cauſa, puta mariti inopia. Iſte eſt tex. no. in l. licet. ſ. de pactis do.
50 Quarta concluſio, † pactum de dote vlteriori die reddenda, fa-
ctum per patrem mulieris dotantem, eſt validum propter reue
rentiam paternæ pietatis. Hæc eſt glo. ſ. de pac. do. l. aliud. Et hu-
ius eſt ratio, quia ipſe habet onus filiam maritandi, & dotẽ dan
di, vt in d. l. qui liberos. de ri. nup. & d. l. fi. C. de do. promiſ. Si ta-
mẽ conſolidet̃ actio in perſona filiæ, non nocebit ſibi pactum il
lud, niſi hæres participaſſet & conſenſum præſtitiſſet. Ita eſt ca-
ſus in d. l. aliud. Et ad idem regula l. 2. in ver. cæterum. ſ. eodem.
51 Capio nũc tertium membrum † principale materiæ, ſcilicet, an
valeat conuentio, per quam mulier aliũm adhibet ad ſtipulan-
dum dotem reddi animo illi donandi. In quo prima concluſio
ſit hæc, quia ſi adhibitio ad ſtipulandũ animo donandi eſt facta
in caſum, quo mulier ꝑdecedat, eſt valida. Ita patet in l. quæ do
52 tis. ſ. eo. & in l. 2. cum ſi. C. de iure dot. Secunda, ſi adhibitio † ad
ſtipulandũ animo donandi eſt facta in caſum, quo decedat ma-
ritus, eſt inualida, quia ex hoc præiudicatur mulieri in facultate
matrimonij contrahẽdi. Caſus eſt in ratione ſui in d. l. 2. ſ. de pa
53 ctis dota. Tertia, ſi adhibitio ad ſtipulandum † animo donandi,
quia ſimpliciter, vel in omnem caſum reſtituendæ dotis, valida
erit eo caſu, quo prędecedat mulier, inualida vero caſu quo prę
decedat maritus, & ſic ſeparatur vtile ab inutili. tex. eſt in d. l. 2.
ſ. de pac. do. Et hæc procedunt vbi conſtat, quod animo donan-
di inter viuos quis fuit adhibitus ad ſtipulandum. Quid autem
ſi animo donãdi cauſa mortis, vel dubitetur, dic vt plene dixi in
54 d. l. quæ dotis. Item hæc procedunt, vbi † ad ſtipulandum adhi
betur extraneus, vbi vero pater, tunc firma concluſionem vlti-
mam hanc, ſcilicet valet adhibitio patris ad ſtipulãdum dotem
animo donandi etiam in eum caſum, quo contingat maritum
prædecedere. Caſus eſt in l. quoties. & l. poſt dotem. ſecundum
vnam lect. ſ. eo. ſi tamen filia adhibens fuerit minor, competet
ſibi in integrum reſtitutio. ſ. de mino. l. 3. §. ſed vtrum. Et primi
dicti ratio eſt, quia per hanc donationem non cẽſetur tunc ſub-
lata filiæ facultas matrimonij contrahendi, attento, ꝙ pater cõ-
pelli põt ad eam iterum dotãdam, vt in d. l. qui liberos. & d. l. fi.
Hoc tñ declara ex his quæ dixi in d. l. poſt dotem. Capio mem-
55 brum † vltimum, ſcilicet, quid qñ pactum eſt dubium, quia po
tens tendere ad præiudicium & fauorem mulieris. In quo con-
cluſio eſt, ꝙ ſi veniat caſus mulieri fauorabilis, pactum iudicabi
tur validum, ſi vero eueniat caſus mulieri præiudicialis, iudica-
bit̃ inualidũ. Caſus eſt valde not. in l. Attilicinus. ſ. de pac. do. de
quo caſu, vt refert d. Bal. ibi dat viua voce Bal. mirabatur valde
dicens, ꝙ quilibet prima fronte dixiſſet contrarium, & iudicaſ-
ſet pactum validum, eo quia ratione dubij euentus non videba
tur mulier ipſa lędi, vt l. fideicommiſſo. C. de tranſac. & l. ſi pa-
56 ter puellæ. C. de inoffi. teſta. Vltimo aduerte, quia † vt ſ. tetigi in
illo articulo, an remiſſio dotis promiſſæ, ſed nõ ſolutæ poſſit cõ
ſtante matrimonio fieri per maritum vxori. glo. ſunt ɔ̃riæ, quia
in d. l. ſi pater. §. 2. de pac. do. tenuit, ꝙ non, quaſi inſtar donatio
nis habeat. in d. l. ſi cõſtante. C. de dona. ante nup. tenuit ɔ̃rium.
Sed tu ſalua dicendo, ꝙ gl. in d. §. 2. locum habet vbi econuerſo
vxor nõ feciſſet marito remiſſionem alicuius ſibi a marito pro
miſſi, tũc enim inualida eſt promiſſio dotis promiſſæ facta per
maritum quia inductiua donationis. gl. vero in d. l. ſi conſtante.
procedit, vbi ecõuerſo vxor feciſſet marito remiſſionẽ alicuius,
ſcilicet ſibi a marito promiſſi, puta remiſſionẽ donationis pro-
pter nup. Tunc enim valida eſt remiſſio mariti de dote facta, at
tẽto, ꝙ ex mutua remiſſione reſultat hincinde mutua donatio,
quæ inter coniuges eſt valida, vt in l. quod autẽ. §. ſi vir & vxor.
ſ. de dona. inter virum. Et iſte eſt recte ſenſus gl. in d. l. ſi conſtã-
te, ſi referatur ad tex. ſuper quo eſt poſita. Qm̃ ille loquitur, vbi
hincinde facta fuit remiſſio inter cõiuges, quia a marito remiſ-
ſio promiſſæ dotis ab vxore remiſſio promiſſæ propter nuptias
donationis. Et hęc ſufficiant de hac vtili & quotidiana materia.
Ex quibus formari poſſet ſolennis repetitio. In gloſ. ſuper ver-
57 ſi. redditurus. ibi, vnde dos ei legata videtur &c. Notanda † eſt
hæc particula glo. quæ innuit, ꝙ verba enũciatiua per modum
cauſæ prolata, nedum inducunt exceptionem, ſed etiã pariunt
actionem. Sed ɔ̃triam videtur tenere glo. in l. emptor. §. ancilla.
ſ. de rei vendi. dicens ſolũmodo parere exceptionem per tex. il-
lum, & l. fi. ĩ. de doli excep. Bar. aũt hic ɔcordat dicẽs, ꝙ pariunt
actionem perſonalem, vt in hac glo. Pro qua videtur caſus ĩ. de
do. colla. l. ſi pater pro filia. non autem pariunt realem, & ita lo
58 quitur glo. in d. §. ancilla. Et huius eſt ratio, quia † ex talib. enun
ciatiuis verbis colligitur tacita diſpoſitio teſtatoris non expreſ-
ſa, tacita autem non ſufficit ad dominij tranſlationem in eũ, cui
teſtator loquit̃, vt l. ſeruũ filij. §. fi. de leg. j. & ꝙ no. Bar. in eo. tit.
l. j. Ergo nec ad realis actionis productionem, quæ præſupponit
dñium ex parte agentis, vt in l. j. C. de aliena. iudicij. & in l. item
in rem actio. cum ſimi. C. de rei vend. Tu aduerte, quia ſatis eſſet
59 defenſabile, ꝙ ẽt producant actionẽ realem, eo † quia videmus
in ſimili, ꝙ verba enũciatiua de præterito principaliter propter
ſe prolata, habent vim voluntatis expreſſæ, ẽt quo ad producen-
dam actionem in rem ei in cuius fauorem teſtator loquitur. Ca
ſus eſt ĩ. de dona. l. ex hac ſcriptura. C. eo. tit. l. ſi donatio. ĩ. de le-
ga. 1. l. Lucius. §. quis. iũcta l. j. C. cõia de legatis. Ergo pari ratio-
ne eſt dicendum, ꝙ actionem realem producant iſta enunciati
ua per modũ cauſæ principaliter ꝑꝑ ſe prolata. Non ob. d. l. ſer-
uum filij. §. fi. quia ibi colligitur mens teſtantis ex iuris interpre-
tatione, ſine alias legatum vſusfructus ibi ſit inutile. In caſu au-
tem noſtro colligitur ex tenore verborũ teſtatoris, & magis fa-
uet lex voluntati, quæ colligit̃ ex tenore teſtantis, quàm illi, quæ
ex iuris interpretatione. ĩ. de vulg. & pupil. l. iam hoc iure. C. de
impuberum. l. precibus. cum ſimilib. Item non ob. d. §. ancilla.
quia ibi ideo dicit dari exceptionem, quia filia poſſidebat, vnde
nõ erat neceſſaria actio, ex quo hẽbat exceptionem. ſ. de eo per
quem factum eſt. l. j. §. Seius. ĩ. vt in poſſeſſionem legatorum. l. j.

§. ſi

§.ſi debitori.nõ autem negat,quominus competeret actio, ſi fi-
lia non poſſideret.Nec etiam obſtat l.Titia cum teſtõ. §.Caius.
de leg.2.quam ibidẽ allegat glo.Quia ibi ideo eſt,quia quod pe
tebat tanq̃ legatum, non includebat̃ in legato ex vi verborũ te-
ſtatoris,vt ibi patet iuncta l.penes.de ver.ſigni.Ideo non eſt mi
rum,ſi ad id ibi non competit actio.In ead.vel melius &c. Hæc
60 ſolutio † vera, præcedens autem non eſt bona,quia propter le-
gatum factum mulieri tm̃ maritus grauari nõ poteſt.C.de fidei-
com.l.ab eo.j̃.de leg.j.l.plane.§.fi.cum ſi.In ea.glo.in fi.&c.vn-
de patet,ꝙ teneẽ vir vel dotẽ exigere,vel actiones cedere.Cuius
autem ſit electio in hac alternatiua?dixit Pet.ꝙ mulieris fauore
dotis.Et ita intelligit iſtum tex.& male,quia contra caſum l.ple
runq;.in §.fi.s̃.de peculio.& l.2.§.item Nerua.in glo.j̃. ne quid
in loco publico.Ad idem s̃.eo.l.etiam.§.fi.In glo.ſuper ver. ſed
61 alij.in prin.&c.Intrat hæc † gl. diſcuſſionem illius regulæ,an pe
tens quod poſtea reſtituturus eſt,repellatur doli exceptione?Et
in hoc forma iſtas concluſiones ex cõi mente Doctorũ. Prima,
cum nõ eſt liquidum,ꝙ quis id,quod petit,reſtituere poſtea de-
beat,exceptio dolo facis,nunquam petenti obſtat.tex.eſt ſecun
dum vnum intellectum in l.j.§.redigũtur.j̃. quorum legatorũ.
62 Secunda,cum eſt liquidum,† ꝙ quis id,quod petit,reſtituturus
eſt incontinenti ei,a quo petit, tunc agenti ſemper obſtat exce-
ptio,dolo facis,vt in d.l.dolo.de doli exce.& in regula, dolo.de
63 reg.iur.in 6.cum ſimi.Tertia,cum quis id,ꝙ† petit,reſtituturus
eſt ex interuallo ei, a quo petit propter dilationem, quæ reſpi-
cit ipſam obligationem,& ei adijcitur,tunc agẽti non obſtat ex-
ceptio,dolo facis.tex.eſt j̃.vt legat.nomine caueatur.l.fi. Quar-
64 ta, cum quis id,ꝙ † petit, reſtiturus eſt ex interuallo ei, a quo
petit propter dilationem,quæ miſerationis cauſa indulgetur ſo
lutioni, tunc agens repelli poteſt exceptione, dolo facis petere.
Tex.eſt hic in fine,& in l.nupta.§.quoties.s̃.eo.& in l.ſi donatu
65 tus.ad finem.s̃.de condi.ob cauſam.Quinta,vbi † agẽs id,quod
repetit,reſtituturus eſt ex interuallo ei,a quo repetit,propter di-
lationem quæ miſerationis cauſa indulgetur ſolutioni, tunc ip-
ſe agens repelli non poteſt exceptione,dolo facis petere.Tex.eſt
ſecundũ Bar.in l.j.C.ſi dos conſtante matrimonio.& in l.ſi mu-
lier.§.rerum.j̃.rerum amo.& ſic ipſe facit differẽtiam inter pe-
tentem & repetentem . Quod an procedat, dic vt plene dixi in
66 d.l.ſi conſtante.§.quoties.s̃.eo.Sexta,vbi agens † id, quod petit,
reſtituturus eſt alteri,qui non reſtituturus ei,a quo petit,tũc ex-
ceptione dolo facis , non repellitur . Caſus eſt hic . Vltima, vbi
agens id , quod petit reſtituturus eſt alteri, qui reſtituturus eſt
ei, a quo petit exceptione, dolo facis, repellitur.textus eſt in di-
cta l.ſi donaturus.ad finem.& hæc vera, dum agitur petitorio.
Quid autem ſi agatur poſſeſſorio,dic vt no.Dy. in dicta regula,
dolo, & in dicta regula,qui ad agendum.eo.titu.Cyn.in l.2.C.
de edic.diui.& Bar.in l.naturaliter.§. nihil commune. de acqui
ren.poſſeſ.& dic vt ibi dixi poſt eum.

S V M M A R I V M.

1 *Traditio inſtrumenti,in quo continetur probatio debiti contra debitorem alteri facta,an operetur,quod actio dicatur ceſſa. & nu.5.*
2 *Maritus.cui nec dolus,nec culpa in exigendo aſcribi poteſt, non tenetur de periculo nominis debitoris.*
3 *Dolus patris in dote,quod nocet filiæ,etiam ſi non ſit eius hæres.*
4 *Vxor ꝙ non agit ad æſtimationem fundi dotalis ſoluto matrimonio, ſi ſine mariti culpa euictus fuerit.*
6 *Cancellatio inſtrumenti quid operetur .*
7 *Traditio inſtrumentorum quando inducat mandatum ad agendum.*
8 *Actus ambiguus,quod declaratur ſecũdum qualitatem perſonæ illius,cum quo fit actus.*
9 *Inopia debitoris in dotem dati, quando pertineat ad maritum. & nu.10.*
11 *Supinum & gerundium quid ſignificent.*
12 *Exceptione qui agendo repelli poteſt, dicitur eſſe obligatus ad non petendum.*
14 *Mulier an poſſit renunciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti ad ipſius mariti commodum.& vide nu.15.*
16 *Maritus ſoluto matrimonio an habeat actionem ad dotem euictam.*
17 *Mulier in dote an habeat cauſam lucratiuam,vel oneroſam.*
18 *Delictum patris quando noceat filio.*
19 *Dolus authoris quod præiudicat ſucceſſori habenti titulum lucratiuum.*
20 *Aſſertio patris circa qualitatem filiationis quando noceat filio remiſſiue.*

LEX L.

MAeuia marito. Vbi marito nõ poteſt;im
putari, quare debitoris
nomẽ ſibi in dotem datum non exegerit, ipſe de pe
riculo nominis non tenetur. Et ſi prædium æſtima-
tum in dotem datum ſine culpa mariti euincatur, non debetur
1 eius æſtimatio mulieri.hoc dicit tota lex.Nota primo † ex prin-
cipio legis,quod per traditionem inſtrumenti,in quo contine-
tur probatio alicuius debiti contra debitorem, videtur ipſi, cui
traditio facta eſt,actio contra debitorem ceſſa, & de hoc dic,vt
2 infra dicam. Nota ex eodem † ſecundo maritum non teneri de
periculo nominis debitoris,ſi ſibi nec dolus,nec culpa in exigen
3 do debitorem imputari poteſt. Nota in † §. fundus.eiuſdem le-
gis,quòd dolus patris in dote nocet filiæ,etiam ſi nõ ſit eius hę-
res, & huius rationem infra ponam . Nota ex eodem tertio,
4 †ꝙ fundo dotali æſtimato ſine mariti culpa euicto,ſoluto matri
monio non agit mulier ad eius æſtimationem.quoniam ſi agit,
doli exceptione repellitur,vt hic apparet. In tex. principij legis,
ibi,reſpondi potuiſſe quidẽ eum, cui actiones mãdatæ ſunt &c.
5 Traditio ergo † inſtrumenti,in quo continetur obligatio alicuius
debitoris, inducit contra eundem ceſſionem actionis , quæ illi
ceſſa intelligitur,cui traditio facta eſt.Quod eſt verum, vbi præ-
cedit cauſa habilis ad iuris tranſlationẽ,vt in caſu l.ſiue in quo
præceſſit cauſa dotis,& tamen dicimus, quòd donans ſeu legãs
inſtrumẽtum, ſeu etiam pignorans, in quo continetur nomen
debitoris,ſeu ſubſtantia alicuius obligationis tertij,cenſetur do
naſſe,legaſſe,vel pignoraſſe ius illud.C.de dona.l.j.de leg.j.l.ſer
uum filii.§. cum qui chirographum. de lega. 3.l. qui chirogra-
phum.C.de hæred.vel act.vendi.l.fi.& l.j.C.quæ res pignori ob
ligari poſſunt . vbi autem non præcederet cauſa habilis ad iuris
tranſlationem , tunc cenſetur illud traditum gratia cuſtodiæ in
dubio regulariter ſecundum Bald.qui tamen nihil allegat. Sed
tu dic hoc notabiliter probari in l.cum pater. §.pater pluribus.
in glo.ſuper verbo,cuſtodię cauſa.j̃.de leg.3.Et bene facit quod
notat glo.ordi.s̃.ſi certum peta.l.cum quid. Si tamen præcedat
cauſa habilis ad adminiſtrationẽ concedendam, vt quando tra
deretur per mulierem viro concedẽtem adminiſtrationem pa-
raphernalium, tunc etiam ex dicta traditione intelligitur tranſ-
latum ius agendi, vt in l.fi.C.de pact.conuen.Quid autem ſi fiat
6 cancellatio † ipſius inſtrumẽti,quid tunc illa operetur?dic quòd
quandoq; fit cancellatio inſtrumenti, in quo continebatur ius
rei traditæ illi, per quem fit cancellatio,& tunc per eam cancel-
lationem inducitur eiuſdem rei traditio, quæ igitur cenſebatur
tradita , quia inſtrumentum ius rei continens fuit traditum, &
iſta eſt ſententia glo.ſingu.quæ ita debet intelligi in l.ab emptio
ne.in glo.magna.s̃.de pact.quam Bal.in vſibus feu. valde com
mendat. Quandoq; fit cancellatio inſtrumenti continentis con-
tractum inter ipſum cancellantem & alium , & tunc dicẽdum,
quòd quamuis per cancellationem inducatur iuris ex cõtractu
reſurgẽtis reſolutio, ſicut & illa inducitur per redditionem eiuſ
dem voluntatiè factam,vt probant hæc iura,ſcilicet l.3.in prin,
j̃.de liber.lega.l.creditorem.C.de remiſſio.pigno. l.Labeo.s̃.de
pactis.l.ſi chirographum.s̃. de proba.l. pecuniæ.& l.quod debi-
tori.C.de ſolu.l.fullo.in §.fi.j̃.de fur.& quod plene no. Cy.in l.
ſi de poſſeſſione.C.de proba.& no.in l.vnica.§. ille autem.C.de
lati.libe.tol.& in c.eccleſia.el ſecondo. vt lite pend. & l.ſi præſes
quaſi deſertam.C.quomodo & quando iudex.l.noſtram.C.de
teſtamen.& l.cancellauerat.j̃.de his quæ in teſtamento delenẽ.
Tamen ex eadem non inducitur ex inſtrumento cancellato re-
rum nominatarum retro traditio.Hoc quidem probatur, quia
eius iuris debet eſſe contractus reſolutio,cuius eſt eiuſdem cele-
bratio,vt in d.l.ab emptione.& l.Stichum reſoluendã.C.de prę
dijs mino. cum ſimi. Sed traditio inſtrumenti continentis con-
tractum inter tradentem & eum,cui fit traditio celebratũ. non
inducit tranſlationem dñij,neq; poſſeſſionis rei,quæ in contra-
ctu deuenit,ſicut nec ipſe cõtractus regulariter,vt patet s̃.de rei
vendi.l.ſi aliter.C.de pact.l.traditionibus.cum ſimili.igitur &c.
Licèt caſus ſpeciales ſint,in quibus reſolutio cõtractus inducit
retranſlationem ſine traditione.Quorum tres ponuntur per gl.
in l.& ideo eleganter.s̃. de condi.furt. Alius in l.ſi quis hac.s̃.de
rei vendic.Alius in l.commiſſoriæ.C.de pact.inter emp.& ven-
di.& hæc duo vltima iura declarantur per gloſ.in l.j.j̃.de dona-
7 tio.In textu ibi,neq;† mandati iuriſdictio &c.Et hoc ex eo,quia
non fuit in culpa ipſe maritus in non exigendo,aliàs mandati iu
dicio teneretur, vt in l.dolus.s̃.mandati. Et ſic eſt hic tex.quòd
per traditionem inſtrumentorum factam ab vxore marito, in-
ducitur tacite mandatum ad agendum. Quæ difficultas eſt du-
bia,& tangitur per glo. in l.fi.C. de pact.conuen.per Barto.in l,
vulgo. j̃.de adminiſtra. tuto.& in l.3.§. cauſa.j̃. de Carboniano
edicto.per Bal.in l.j.C.de procur. per Cano.in c. coram dilecto.
de offi.delega. Mihi pro ſubſtantia veritatis videtur diſtinguen-
dum ſic,ſ.ꝙ aut probat quis ea inſtrumẽta a principali perſona
ſibi tradita,& tũc ea traditionis probatio inducit probationem
mãdati. Quod probat̃ ex duob. Primo ex caſu expreſſo in d.l.fi.
C.de pac.conuen.Secundo,quia cõtrariorum eadem eſt diſci-
plina,vt in iuribus vulgaribus,ſed per redditionem inſtrumen-
torum per procuratorẽ a domino factam,inducitur tacita man
dati reuocatio,vt in l.negotiorũ.§.curator. & in l.tutor.j̃.de ap-
pella.& in l.ita autem.§.fi.j̃.de adminiſt.tuto. Ergo a contrario
inſtrumẽtorum ad caſum facientiũ traditio alteri facta,inducit
tacitam in eo procuratoris cõſtitutionem.Quod maxime veri

eſt, & vbi perſona, cui fit traditio, conſueuit procurationis offi-
8 cium exercere. Qm̄ in ambiguis † actus declaratur ſm̄ qualita-
tem eius perſonæ, cum qua fit. ſ̄. de iudi. l. ſed ſi ſuſceperit. §. ſi li
bertis ſ̄. de vſu & habita. l. plenum. §. equitij. ĵ. de teſta. mili. l. ex
militari. ĵ. de iniuſto teſt. l. ſi quis exhæredato. in §. ſed & ſi quis.
de maio. & obe. c. ſolitæ. de præb. ei cui. lib. 6. Aut producit quis
inſtrumenta ad caſum facientia, non tamen aliter probat illa ſi-
bi tradita per dominum, & tunc aut producens nõ eſt ipſius do
mini perſona domeſtica, nec cum eo in habitatione perſiſtens,
& tunc ea inſtrumētorum productio mētem iudicis habet red-
dere dubiam, an procedēs procurator ſit, vel non, & igitur eum
admittat ad cauſam cum cautione de rato. Hoc quidem proba
tur ex tribus. Primo ex caſu expreſſo in d. c. coram dilecto. de of
fi. deleg. Secundo ex eo, quod in ſimili notabiliter determinant
Hoſti. & Ioan. And. in c. 2. de ſolu. volentes, quòd eo ipſo, quòd
quis alicuius ſigillum producit, admittendus ſit vt procurator
eius, cuius eſt ſigillum cum cautione de rato, & hoc quando ſi-
gilli productio fit per perſonam non domeſticam domino, nec
ſecum cohabitātem. Tertio ex tex. l. ſi chirographum. ſ̄. de pro-
ba. volente, quòd ex inſtrumento debiti cancellato reperto pe-
nes debitorem non domeſticam perſonam, nec cohabitātem
cum creditore, inducatur probatio præſumptæ liberationis ip-
ſius debitoris ex capite, quia ſoluerit. Aut inſtrumenta produ-
cens nõ aliter probans ea ſibi tradita, eſt domeſtica perſona do-
mini ſecum cohabitans, & tunc dico ex hoc probationem man
dati non induci, nec plene, nec præſumptiue, adeo vt admitta-
tur cum cautione de rato. Ad hoc dicendum moueor ex textu
ad hoc propoſitum valde notabili in l. j. §. ille autem. C. de Lati
na libertate tollenda. volente, quòd quamuis cum penes debi-
torem non domeſticam perſonam, nec cohabitātem creditori,
reperitur inſtrm̄ debiti cancellatum, inducat̄ præſumpta proba
tio liberationis, tn̄ cum illud idem reperitur penes debitorē do-
meſticum & cohabitantem, ex hoc non inducetur præſumpti-
ua liberationis probatio, & hoc ea ratione, vt dicit ibi tex. l. ne fu
randi occaſio ea inſtrā domeſticis detur, & ſic eorum malignita
te liberationem ſe conſecutos fuiſſe probēt. Et ad hoc allegant
illum tex. Iaco. de Are. & Cyn. in l. ſi de poſſeſſione. C. de proba.
Bar. in l. Labeo. ſ̄. de pact. & in l. fullo. §. qui tabulas. ĵ. de furt. Ita
igitur in propoſito, quamuis inſtrm̄ cauſæ repertum penes nõ
domeſticum, ac non cohabitantem domino præſumptiuã pro
bationem mãdati inducat per ſupradicta, tn̄ eandem non indu-
cunt reperta penes perſonam domeſticam atq; cohabitantem
domino. Et hoc ea ratione, ne occaſio furandi ea inſtrumēta ip
ſis cohabitantibus concedatur, & conſequenter ex ſua maligni
tate ſe procuratores cõſtitutos fuiſſe præſumptiue probare poſ
ſint. In tex. eiuſdem principij ibi, neq; dotis nomine eum conue
9 niri poſſe &c. Inopia † igitur debitoris in dotem dati non perti-
net ad maritũ, & ſibi tunc imputari non poteſt, quod intellige,
niſi ipſius debitoris nomen ſit in dotē datum æſtimatum, quia
tunc periculum ad maritum pertinet, vt in l. plerunq;. in prin.
ſ̄. de iure dot. & l. æſtimatæ. ĵ. eo. Et huius eſt ratio, quia ea æſti-
matio in dubio facit emptionem videri contractam inter cõiu-
ges, vt in d. l. plerunq;. in §. ſi ante. & in l. quoties. eo. tit. & C. eo.
l. cum te dotem. & in l. quoties. & l. ſi inter virum. cum ibi plene
notatis. Pretij enim mentio in dubio contractũ emptionis ſem-
per arguit, vt in l. fi. C. de pręd. curia. lib. 10. & in l. apud Celſum.
§. ſi cum legitimatio. in gloſſella parua. ĵ. de doli excep. Certum
eſt autem empti nominis periculum ad emptorē pertinere, vt
10 in l. ſi nomen. ſ̄. de hæredi. vel act. vend. Quid † autem ſi nomen
debitoris in dotem detur marito, nõ iure ceſſionis, prout loquit̄
iſta lex, neq; emptionis, vt proxime dixi, ſed iure delegationis,
& maritus ſciens debitorem eſſe inopē, delegationi conſentiat,
an ſibi præiudicabit? Bart. in hoc eſt ſibi contrarius. Nam in l. ſi
cum dotem. §. ſi mulier. ſ̄. e. tenuit quod non. Quia ex quo ma-
ritus conſentit delegationi debitoris in titulum dotis factæ, & il
lum ſcit non eſſe ſoluendo, cẽſetur vxori velle donare. Et igitur
huiuſmodi delegatio ad præiudicium mariti inualida, vt in l. cũ
vir. ſ̄. de iure dot. Hic vero tenet ꝯ̄rium, ſ. quod marito præiudi-
cium affertur, per l. promittendo. §. ſi a debitore. ſ̄. de iu. do. Mo-
derniores hic concordant dicentes, ꝙ ſi recipit maritus promiſ-
ſionem debitoris delegati, ante matrimonium præiudicet ſibi,
cum tunc poſſit donare mulieri, vt iurib. vulgarib. & ſic loquit̄
quod ipſe notat hic, ſecus aũt ſi recipiat matrimonio cõſtante,
quia tunc fit eo tempore, quo inter coniuges donatio prohibe-
tur, & ſic loquit̄ quod notat̄ in d. §. ſi mulier. Ego in d. §. ſi mu-
lier. tenui quod hic dicit & reſpondi ad d. l. cum vir. vt ibi patet.
& idem etiam nunc teneo aliter declarans d. §. ſi a debitore. ſ. ꝙ
maritus ſibi præiudicat, ſiue cõſtante matrimonio, ſiue ante re-
cipiat pro dote iure delegationis ſcienter nomen inopis debito
ris, in hoc, quia videt̄ tacite conuenire, quod ſi debitor non per-
ueniat ad pinguiorem fortunã, & ſic non poſſit exigi, matrimo-
nium ſit effectualiter ſine dote, & ſic in effectu vxorē habeat in-
dotatam, quod eſſe poteſt, vt in l. fi. C. de dona. ante nup. cum ſi.
Et ſic erit ibi caſus, ꝙ in dotem id dari poteſt. de quo dubitatur,
an cõmoditatem aliquam allaturum ſit marito, vel non. Satis
eſt enim, ꝙ ꝯmodum poſſit afferre, & ita pręſumatur. Qm̄ præ-
ſumitur quilibet in futurum diues fieri, & ſic ſoluēdo eſſe, licèt
de præſenti non ſit. C. arbitrium tutelæ. l. ſi defunctus. cum ſimi
libus. Cæterum ſi nunquam eueniat caſus, ꝙ ſoluendo ſit, cen-
ſebit̄ matrimonium effectualiter ſine dote. Quod eſſe poteſt, vt
ſ̄. dixi, & imputet ſibi maritus, quod ſciēter nomen talis debito-
ris accepit, vt l. inter cauſas. §. abeſſe. ſ̄. mandati. & l. pupilli. §. ſo-
ror. ĵ. de ſolu. cum ſi. Soluto autem matrimonio nõ tenetur ma
ritus ad reſtituendam quãtitatem, pro qua debitor ſibi delega-
tus erat obligatus, & quam ipſe non potuit exigere, quia ex hoc
reſultaret donatio inter coniuges, quæ eſt prohibita, per d. l. cũ
vir. ſed vtilis actio, quam de iure delegationis habebat pro exi-
gendo debitore, remanente penes vxorem actione directa, effi-
citur inanis. Et hoc per tex. ſingularem in l. ſi heres inſtitutus Ti
tio. ĵ. ad Treb. vbi dicitur, ꝙ ita remanent actiones directę penes
eum, qui cedit vtiles, quod reſoluto iure ceſſionarij non eſt ne-
ceſſaria vtilium actionum retro ceſſionem fieri ipſi habenti di-
rectas, ſed ipſæ vtiles penitus efficiuntur inanes. Et ita declaro
illum tex. Et attende, quia ad effectum prohibitiuum donatio-
nis inter coniuges ſufficit ſimplex cõſenſus matrimonium per-
ficiens abſq; tranſductione vxoris ad domum. Caſus eſt notabi
lis in l. ſi ea. quæ eſt penultima. ſ̄. de dona. inter virum, licèt quã
do dubitatur, an donatio ſit facta inter coniuges vel inter ſpon-
ſos, ex eo, quod eſt facta poſt tranſductionem ad domum præſu
matur facta vt inter coniuges, vt in l. cum inter. C. de dona. ante
nup. In glo. l. Mæuia. in prin. ſuper ver. nuptum. ibi, ideſt cũ iret
11 ad nubendum &c. No. glo. † pro ſignificatione ſupini, de cuius
etiam natura plene no. Bar. & ibi vide in l. i. ĵ. de conditio. & de-
mon. De ſignificatu autem gerundij tetigit etiam ibi Bart. & in
l. ſi tu ex parte ĵ. de acquir. hæredi. Bal. in l. id quod pauperibus.
C. de epiſc. & cleri. & in l. falſus. C. de furtis. plene & notabiliter
Io. And. in addi. Specu. in tit. de libel. concep. §. iam nunc dicen
dum. circa prin. & habetur in tit. de edendo. In glo. §. fundus. ſu-
per ver. non teneri. ibi, vel dic, id eſt, nõ repelli exceptione. No.
12 † ex glo. iuncta cum tex. a contrario ſenſu, ꝙ ille, qui poteſt agēs
exceptione repelli, dicit̄ eſſe obligatus ad non petendum, & per
hoc inducitur ſm̄ Iaco. de Arena, quem refert hic Bart. deciſio
13 notabilis quæſtionis, ſcilicet, an mulier † poſſit renunciare iuri
hypothecæ, quam habet in bonis mariti ad ipſius mariti com-
modum? in quo diſtinguit, quòd aut ſuperſunt alia bona vltra
ea, quorum hypothecæ mulier renunciat, ex quibus ipſius mu-
lieris aduerſus maritum poteſt ius ſaluum eſſe, & tũc valida eſt
hypothecæ renunciatio, vt l. etiam. & l. iubemus. C. ad Velleia-
num. quæ ita debent intelligi ſm̄ eum. Aut marito non ſuper-
ſunt alia bona, quàm ea quorum hypothecæ renunciat mulier,
& ſic non poteſt ipſi mulieri ius ſaluum eſſe in alijs, & tunc re-
nunciatio huiuſmodi inualida, eo quia ex ea renũciatione obli
gatur mulier, pro ipſo marito ſe obligare non poteſt, niſi probe-
tur pecuniam per maritum receptam in vtilitatem vxoris eſſe
conuerſam, vt in auth. ſi qua mulier. C. ad Velleianum. igit̄ &c.
Et ita etiam refert tenere Dy. & Iac. de Bel. Tu aduerte. quia iſte
paſſus eſt dubius, & vt eius claram notitiam habeamus, opor-
14 tet quæſtionem in duo membra diuidi. Primo, nunquid † mu-
lier poſſit renũciare iuri hypothecæ, quam habet occaſione do
tis. Secundo, nunquid poſſit renunciare hypothecæ, quam ha-
bet in bonis mariti alio reſpectu? Circa primam quæſtionē dic,
quòd aut mulier renũciat iuri hypothecæ, quam habet pro do
te in bonis propter nuptias ſibi a marito donatis, iuxta auth. do
nationem. C. de iure dotium. Et tunc dicendum, quod ſi ſuper-
ſunt alia bona mariti, ex quibus poteſt doti mulieris eſſe cõſul-
tum, valida eſt renunciatio, ſi illa poſt biennium a die primæ re-
nunciationis elapſum alio ſecundo conſenſu cõfirmetur. Et iſte
eſt caſus in auth. ſiue a me. C. ad Velleia. Aduerte tamen, quia
dictus conſenſus ratificatiuus poſt biennium ſecundum diſpo-
ſitionem dictæ auth. non requiritur tribus concurrentibus. Pri-
mo, quòd emptor rei propter nuptias donatæ, cuius venditioni
mulier conſentit triginta annis bona fide poſſederit. Secundo,
quòd pecunia ex vēditione percepta per maritum verſa fuerit
in cõmunem vtilitatem ipſius & vxoris. Tertio, quòd tempore
præſtiti conſenſus per mulierem, tantum eſſet in alijs bonis ma
riti, quod ipſi mulieri in illis poſſet eſſe conſultum. Iſte eſt text.
valde notabilis ita limitans d. authē. ſiue a me. in c. peruenit. de
emp. & vend. ſm̄ veram lect. quam ibi tenet Io. And. Aut renũ
ciat mulier hypothecæ dotali, quam habet in alijs bonis, & tũc
videtur prima fronte dicendum renunciationem nõ valere. Pri
mo, quia per dictam renunciationem cõditio dotis efficitur de-
terior, conuētio autem, per quam conditio dotis deterioratur,
iudicatur inualida, vt l. de dic. & l. Attilicinus. ſ̄. de pact. dot. & l.
ſi vnus. §. pactus ne peteret. ver. quod & in ſpecie dotis. ſ̄. de pac.

Quod

Quod autem deterior efficiatur, patet, quia perdit mulier hypothecam, quæ de iure nouo annexa eſt doti, vt in l. ſi quis. C. qui potiores.& in l.vnica §. & vt plenius. C.de rei vxo.& Inſtit. de act.in §.fuerat. Secundo ad idem gloſ. ordi.in l.fi.in ver.contentum.C.de pact.conuen.dicens ſm opin.Io.quòd per ſpecialem prouiſionem hypothecæ, quam mulier facit pro ſuæ dotis ſecuritate,non videtur renunciare hypothecę generali,quę eſt annexa doti ex legali prouidẽtia. Et hoc ea ratione,quia nedum tacitè,ſed nec expreſsè poteſt dotis conditionem deteriorem facere. per d.l.de die.& d.l.Attilicinus.de iure tamen contrarium fortè eſt verius, ſcilicet, vt valeat renunciatio, quã mulier facit ſpecialiter de hypotheca aliquarum rerum pro dote,duntamẽ marito alia bona ſuperſint,ex quibus poſſit mulieri eſſe conſultum eo quia ſi hoc eſt in donatione propter nuptias,in qua mulier habet ius potentius,vt patet,quia ius dominij commutabilis,per auth.æqualitas.C.de pact.conuen.Item & titulum hypothecæ,vt probatur in d.auth.donationem.in verbo, vendicationem. quæ largo modo ſumpta includit hypothecariam actionem,quę in rem eſt,vt in l. pignoris.ſ. de pignoribus.& l.pignoris.C.eo titu. ergo multomagis hoc poteſt in alia ſimplici hypotheca, in qua habet ius minus, quia ſolam poſſeſſionis aduocationem,vt in l.ſi cum venditor.ſ. de euict. Attamen quia vt valeat dicta renunciatio, ſufficit tempore,quo illa fit, tantum eſſe in alijs bonis mariti, vt mulieri inde poſſit conſuli,nec renunciatio inualidatur, ſi poſtea ea bona apud maritum eſſe deſierint. Text.allego ſingu.in d. c.peruenit.de emp. & vendi. Et hæc de
15 primo. Quo ad ſecundum † videtur dicẽdum renunciationem hypothecæ,quam facit mulier habẽs illam in bonis mariti alio reſpectu,quàm dotis,eſſe inualidam,maxime,quando illa renũciatio reſultat, eo quia mulier conſenſum præſtat vẽditioni rei ſibi hypothecatæ. Hoc quidem primo probatur, quia non eſt dubium,quòd mulier præſtans conſenſum,ſi poſtea agat hypothecaria, repellitur exceptione, & ſic cenſetur obligata eſſe ad non petendum,vt in hac gl. Et eſt etiam alia in l.ſi pater.§ quæ debitorem.ſ.de iu.do.& in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. præallegato. ſed mulier de iure nouiſſimo in fauorem viri ſe obligare non poteſt,vt in authen.ſi qua mulier.C.ad Velleianum.igitur &c. Dic pro veritate, ꝙ aut mulier hypothecæ huic renunciat bonis hypothecatis remanentib.penes maritũ,& huiuſmodi renunciatio valet.Iſte eſt caſus in l.etiam. C.ad Velleianum. in l.ſi pignus.ĩ.de his quæ in fraudem credi.& in l.j.§. cum venditor.ſ.quib.mod.pig.vel hypotheca ſoluitur.Attende tñ,quia hmõi hypothecæ renunciatio non induciĩ ratione ſimulati cõtractus,vt in l.quod autem.§.ſi vxor.& §.ſi tibi maritus.ſ.de dona.inter virum. Aut mulier renunciat, puta quia præſtat cõſenſum marito diſtrahẽti vel hypothecanti ſuam hypothecam, & tali caſu vr̃ etiam hmõi renunciatio valere,per text.l.Lucius.ſ. quib.mod.pig.vel hypotheca ſoluiĩ. & in l.iubemus. C.ad Velleianum. Nec ob.ꝙ dictus conſenſus vr̃ tunc inducere hypothecæ renunciationem, & ꝯñr cum ex ea cẽſeatur obligata mulier à dño petendum,igitur ſit inualida,per d.authẽ. ſi qua mulier. Quia rñdeo dupliciter. Primo,quod falſum eſt,ꝙ ex renunciatione inducatur vera renunciantis obligatio. Hoc probo dupliciter. Primo,quia ſi renunciatio ſimplex obligationem induceret,poſſet illa fieri ſuper iure de futuro,quemadmodum & pactum,vt in l.i.C.de pactis.Sed hoc eſt falſum, vt in l.ſi ita ſit ſcriptum.§.ſi ſub ꝯdõne.ĩ.de leg.2.ĩ.de ſucceſ.edic.l.j.§.decretalis. cum ſi.igitur &c.Scdò,quia video,ꝙ valet cõſenſus,quem præſtat mulier diſtrahenti rem ſibi hypothecatam,ex quo quidem reſultat tacita renũciatio hypothecę.Caſus eſt in l.ꝗuis.in prin. ſ ad Vellea.Qui tñ conſenſus eſſet inualidus,ſi propter eũ cenſeretur ſe obligaſſe mulier ad non petendum incõmodum ſui debitoris,cui diſtrahenti conſenſit,cum tunc iuuaretur mulier exceptione Velleiani. Quod tñ eſt falſum, vt dicit l.ꝗuis.& iſta vr̃ veritas, licèt Bar.in hoc membro ſcdo videaĩ eam diſtinctionem velle facere,quam iñ primo,& ita tene,quicquid dixerint
16 Cy.& Bal.in d.l.etiam. In glo. ſuper ver.obeſſe. † ibi, rñdeo &c. cõiter tenetur,ꝙ nõ habet actionem iſto caſu maritus,quia ſolutũ eſt matrimonium. Et ſic dos, & id quod pp dotem euictã habet cõſequi,non penes eum eſſe debet, ſed penes mulierem, vt l.nõ ſolum.& l.quoties.ſ.de iu.do.Et ideo vr̃ non agere poſſe,ſed repelli exceptione,dolo facis petere.arg.plene not.ſ.eo.l. ſi ſocer.§.Lucius.& hoc ſequũtur Iac.de Are.& Bar.Actionem enim non habens,illam cedere nõ poteſt, vt l.ſi procuratorem. §.ſi liber homo.ſ.manda.Bal.tenet glo.dicens, ꝙ mulier agere poterit ſine ceſſione,ſed ſi ſibi cedatur actio per virum,ſic. Allegat l.pater filiæ.ſ.de euic.licèt nihil faciat ad propoſitũ,licèt ipſe dicat verum caſu,quo maritus non aduerſus mulierẽ,ſed aduerſus hæredes dotantis habet actionem, vt eſt videre in caſu l. creditor.§.prædium.ſ.de ac.emp.Et hoc probaĩ in d.§.Lucius. ſecus aũt ſi illam haberet ꝯ mulierem,quia tunc verum diceret Bar. Quñ maritus,ſi ageret,repelleret exceptione dolo facis.Nec enim eſſet actio marito ꝯpetens in caſu ceſſionis,quia non poſſet mulieri cedere ꝯ ſemetipſam,per d.§. Lucius. cum ibi not. & l.ſi donaturus.§.fi.ſ.de ꝯdi.ob cau. In gloſ.fi.ibi, cum habeat
17 cãm lucratiuam &c.No gl.† ꝙ mulier in dote cenſeĩ cãm lucratiuam habere. Pro quo tex. in l.fi.§. ſi a ſocero. ĩ. de his quæ in fraud.credi.licèt maritus cenſeaĩ in eadem habere cauſam onerosam,vt in l.ex promiſſione.ĩ.de act & obli. Quod eſt verum etiam in lucro dotis, quod maritus percipit vxore præmoriente,vt no.gl.in d.l.ſi donaturus in fi. Pro qua vr̃ caſus in l.vnica. ver.ſi vero vel ſocer.C.de imp.lucra.deſcrip.lib.10.In ea.ibi,itẽ
18 no. dolum patris &c.In hoc, † an & qñ delictum patris filio noceat,dic vt ĩ.de iu.pat.l.qui ꝯ.& l.diui.vbi eſt glo.magiſt.& in l. cum qui.ĩ.de interdic.& releg.& in c.non debet aliquis.de reg. iur.in 6.vbi ponit Dy.Hic aũt ideo dolus patris nocebat filiæ in dote,quia prætendebat filia in ipſa dote cauſam lucratiuam, vt
19 ſ.dixi.Et regula eſt, † ꝙ dolus authoris præiudicat ſucceſſori habenti tit.lucratiuum, vt in l.apud Celſum.§. de authoris.& §.ſi
20 cum legitima.cum ſi.ĩ.de doli excep. † In ea.ibi,l.j.§.2.in fi.&c. Ibi eſt caſus diuerſus ab iſto,ſcilicet, an aſſenſio patris circa qualitatem filiationis noceat filio? de quo dicendum,vt ibi, & in l.j. §.Iulianus.ĩ.de libe.agno.& in l.fi.ſ.de probatio. ego plene dixi C.de teſtamen.l.neque profeſſio.

SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis æſtimatus quod alienari poterit muliere conſentiente, & quando alienari poſſit.nu.7.& ſeq.& nu.12.13.14.& ſeq.& ſeq.*

2 *Conuentio inter coniuges de æſtimatione dotis reddenda caſu,quo res non extent, ad quid referatur.*

3 *Deterioratio rei dotalis æſtimatæ proueniens ex vſu mulieris, non excludit illam a petitione æſtimationis conuentæ.& vide nu.5.& 6.*

4 *Maritus ſoluens dotẽ ex putatiua eius receptione poteſt ſolutum tãquam indebite repetere.*

6 *Res mobilis in dotem data,quando alienari poſſit.& nu.15.16.& 10.*

7 *Alienatio neceſſaria fundi dotalis eſt permiſſa, vbi agitur de actione reali, vel miſta ipſum fundum concernente.*

8 *Dos regulariter non alienatur,vbi agitur contra mulierem actione non cõcernente principaliter ipſam dotem.*

9 *Dos non alienatur pro executione ſententiæ latæ contra maritum,niſi conueniatur ex cauſa officij primipilaris.nu.10.*

11 *Executio in dote fieri poterit ex ſententia lata ſuper actione dotis mota contra maritum.*

17 *Res dotalis immobilis cum conſenſu mulieris per maritum cum iuramento de non contraueniendo alienari poteſt, quod limita, vt ibi, & vide alium caſum nu.18.*

21 *Res dotalis quando alienari poſſit per viam præſcriptionis.*

22 *Seruitus rei dotalis an perdatur per non vſum mariti.*

23 *Mulier etiam marito conſentiente, quando poterit alienare rem dotalem.*

24 *Fundus dotalis,in quo maritus fecit expenſas excedentes eius valorem,an alienari poterit.*

25 *Res donata propter nuptias an poſſit alienari.*

LEX LI.

AEſtimatis rebus. Fundus dotalis æſtimatus tali æſtimatione,quæ non facit emptionem, poteſt alienari volẽ
a te muliere, & per poſteriorem vſum [a] mulieris rei dotalis æſtimatæ non videri receſſum à præambula æſtimatione,& igitur illa poteſt peti. Et maritus dotem non receptam erronee ſoluens, poteſt petere. hoc dicit cum duabus ſequentib.
1 Noto† in l.æſtimatis.quòd licèt fundus dotalis inęſtimatus alienari non poſſit,etiam conſentiẽte muliere,vt l.vnica §. & cum lex.C.de rei vxo.act.Inſtit.quibus alienare licet.in prin.& quod plene dixi poſt Bart.in l.j.ſ. eo. tamen fundus dotalis æſtimatus etiam ęſtimatione,quę non facit emptionẽ,alienari poteſt muliere conſentiente.Ita eſt caſus notabilis ibi ſecũdum verum intellectum,& idem probatur ſ.de pact.dota.l.fi.& in d.§.& cum
2 lex.† Noto ex eadem ſecundo, quòd conuentio inter coniuges de æſtimatione dotis reddenda caſu,quo res non extẽt,refertur ſolũmodo ad caſum, quo res eſſe deſierint in rerum natura, nõ autem ad caſum,quo eſſe deſierint penes maritum,& ſunt pe-
3 nes alium ex alienatione,vel alias. Noto † in l.æſtimatæ.ꝙ deterioratio rei dotalis æſtimatæ proueniens ex vſu mulieris, nõ excludit mulierem a iure petendi conuentam rei dotalis æſtimationem.Concordat ſ.de iure dotium.l.plerunq;.in prin.Et hoc ſi veniat deterioratio ex vſu mulieris matrimonio ꝯſtante,quoniam ſi ante, illa aſcribitur dãno & periculo mulieris. Caſus eſt
4 in d.l.plerunque.ver.vnde quæritur. Noto in l.maritus.† ꝙ dos per patrem mariti ſoluta ex putatiua eius receptione,poteſt tanquam indebitum erronee ſolutum repeti. In tex.l.æſtimatis.ibi, quæ

ADDITIO.

a Vſum mulieris. Ad hoc vide hic no. dictum Bal. ꝙ ſi veſtes æſtimatæ dantur vxori,& efficiuntur deteriores,efficiuntur periculo viri, quia tenetur ſuſtinere onera matrimonij.quod no & ita faciunt Tuſci.

5 quæ vero non extarent &c. Hec verba † faciebant dubium in ca
ſu huius legis. Dubitatur enim, an conuentio facta inter coniu-
ges de reddendo æſtimationem, ſi res dotales non extarent, de-
beret referri ad caſum illum ſolum, ſ. quo non extarent in rerũ
natura, an vero etiam ad alium, ſ. quo non extarent penes mari
tum, q̃uis extarent penes alium. Et interpretat̃ hæc lex conuen-
tionis verba non includere, niſi caſu, quo non extant in rerũ na-
6 tura. In tex. ibi, quæ vero † non extarent, æſtimatio earum &c.
Patet ex his verbis, ꝙ iſta loquitur de rebus mobilibus in dotem
datis, quoniam res immobiles rariſſime extare deſinunt, vt eſt
notum. Verba autem legis adaptãda ſunt ad caſus non minus,
ſed magis de facili ꝯtingentes. ſ. de legib. l. nam ad ea. cum dua-
bus præcedentibus. vnde ſm hoc eſt hic caſus, quòd res mobilis
in in dotem data alienari non poteſt, niſi ſit æſtimata. & tunc ſi
alienat̃ voluntas mulieris requiritur, alis alienatio eſt inualida.
quod an ſit verũ, remittit ſe Bar. ad notata in l. j. ſ. eo. Ego omiſ-
7 ſis his, quæ † ipſe ibi dicit, vt iſta materia alienationis rei dotalis
clare pateat, pono has concluſiones. Prima, vbi agit̃ actione rea-
li vel miſta ipſam concernente, ipſius tunc alienatio neceſſaria
eſt permiſſa, tex. eſt ſ. de fundo dotali. l. j. C. eodem tit. l. 2. Secun
8 da concluſio, † vbi agit̃ aduerſus mulierem actione tamen non
concernente principaliter dotem, eius dotis alienatio regulari-
ter eſt prohibita. hic eſt caſus ſ. de bonis damnato. l. quinq; legi
bus. cum duabus ſequentibus. ſ. de iure dot. l. Titia. Tertia con-
9 cluſio, vbi † agitur aduerſus maritum, ſententiæ executio aduer
ſus eum prolatæ non poterit fieri in dote, & ſic nec tunc etiam
permittet̃ eius alienatio neceſſaria. C. ne vxor pro marito. l. ob
maritorum. & ibi notat Bal. & per Barto. in l. a diuo Pio. §. exe-
10 quuntur. ĵ. de re iudi. Fallit, ſi conueniatur ipſe † maritus ex cau
ſa officij primipilaris, vt l. ſatis notum. C. in quib. cau. pig. vel hy
potheca tacite contrahatur. & hoc vbi actio non cõcernit prin
11 cipaliter rem dotalem, quoniam ſi concernat, tũc forma † quar
tam concluſionem, hanc ſcilicet. Ex ſentẽtia lata ſuper actione
dotis mota aduerſus maritum, aduerſus eum executio fieri po-
terit in dote. & ſic permittetur eius alienatio neceſſaria. ſ. qui ſa-
tiſdare cogant̃. l. de die. §. qui idem etiam agunt. An autem tunc
ea ſentẽtia aduerſus maritum prolata, non ſua culpa, nec vitio,
ipſi mulieri præiudicet: dic quod non. Ad hoc ĵ. de re iudicata.
l. ſæpe. eodem titu. c. quamuis. Si vero mariti vitio res ipſa dota-
lis eius ita fuerit. tunc marito exiſtente ſoluendo, ſibi ſententia
præiudicium afferet, & non aliàs, vt habetur tex. ſing. in l. Titio
centum. in §. fina. ĵ. de condit. & demonſtra. Quinta concluſio
12 † vbi res in dotem data eſt æſtimata tali æſtimatione, quæ faciat
emptionẽ, vel eſt in arbitrio mariti, an faciat, vel non, puta, quia
electionem habet reſtituendi rem dotalem, vel æſtimationem,
tunc alienatio voluntaria eſt permiſſa. tex. eſt ſ. de fundo dota. l.
13 quod ſi fundus. Sexta ꝯclo, † vbi res dotalis eſt æſtimata, & dubi
tat̃, an ſit æſtimata, vt fiat emptio, vel non, item an ſit in electio
ne mariti rem reſtituere vel eſtimationem, tunc etiam eius alie
natio volũtaria eſt permiſſa. Et huius eſt ratio, quia tunc præſu-
mit̃, ꝙ ſit in electione mariti, vt d. l. plerũq;. in §. fi. Item & quia
præſumit̃ in dubio, ꝙ ipſa eſtimatio fecit emptionem, vt d. l. ple
runq;. in §. ſi ante. & l. quoties. & l. cum te dotem. & l. ſi inter vi-
14 rum. & ibi not. in glo. C. de iure dot. Septima concluſio, rei † do
talis æſtimatæ ipſi mulieri electione ſeruata, an rem repetere ve
lit, an æſtimationem inhibita eſt alienatio voluntaria. tex. eſt C.
15 de fundo dota. l. j. Octaua † concluſio, rei dotalis mobilis inæſti
matæ conſiſtentis in pondere, numero, vel menſura, alienatio
marito permiſſa eſt, etiam ſine mulieris conſenſu. Tex. eſt ſ. de
iure dot. l. res in dotem. & tunc demum valet conuentio, vt res,
quę ex alienatione talis dotis ad maritum peruenit, in dotẽ ſub
rogetur, q̃n mulieri hoc vtile eſt. hic eſt tex. ſ. de pac. do. l. ſi mu-
lier dotem. ſ. de iure do. l. res, quæ ex dotali. & l. ſi ex lapidici. &
ita no. glo. C. eo. titu. l. ex pecunia. & in c. j. §. ſi vero Corradus. ſu-
per verbo, nominatim. qui feudum dare poſſunt. in vſib. feud.
& ita debet intelligi gl. in l. Labeo & Sabi. §. item ſi dominus. de
16 verbo. ſigni. Nona concluſio, rei † dotalis mobilis, cuius natura
vel qualitas non accipitur ſm pondus, numerum, vel menſurã,
vt eſt ſeruus vel ancilla, ita demum marito eſt permiſſa aliena-
tio voluntaria, ſi vxor in hoc ꝯſentiat, & ſibi vtile ſit. Iſte eſt tex.
in l. ſi mulier dotis. ſ. de pact. dot. & l. ita conſtante. & l. ſeq. ſ. de
iure dot. Fallit hoc fauore libertatis, q̃m dotale mancipium per
maritum ſi ſoluendũ eſt, poteſt etiam inuita vxore manumitti.
Caſus eſt ĵ. eo. l. dotalem. C. de iure dotium. l. & ſi do. C. de ſeruo
pignori dato manumiſſo. l. j. ĵ. de manumiſſionib. l. ſeruum. titu
17 lo generali. Decima ꝯclo, rei † dotalis immobilis marito cum
conſenſu mulieris iurantis non venire contra, volũtaria aliena-
tio eſt permiſſa. de iureiurando. c. cum contingat. eo. titu. c. licet
mulieres. in 6. Iſtud autem limita, niſi mulier per prius iuraſſet
ſe dotem nũquam alienaturam, q̃m ſi poſtea alienationi con
ſentit. cum iuramento de non contraueniendo, non valet ipſa
alienatio. Hęc eſt glo. ſing. in dicto c. licet mulieres. in 6. refetens
ita tenere Hoſtien. eod. titu. c. cum contingat. in antiquis. Cuius
quidem ſententiam etiam ſequitur Bart. in l. ſi quis pro eo. ĵ. de
fideiuſſorib. & Specu. in tit. de emp. & vendi. §. tertio loco. verſi.
& nota generale conſilium. quod eſt ſub verſi. quid ergo ſi vir.
Et huius dicti illa eſt ratio, quod ſeruandum eſt hoc caſu iura-
mentum primum, quod noſcitur eſſe licitum, & cui aſſiſtit ius
cõmune, non autem ſecundum primo contrarium præſtitum
ſuper alienatione rei dotalis, cui ius commune reſiſtit, de iure-
iuran. c. ea quæ. & c. intellecto. & hoc eſt notabile dictum. Vn-
18 decima concluſio, † rei dotalis immobilis marito eſt permiſſa
alienatio voluntaria, ſi conſenſus mulieris ab initio interueniat,
& rurſus alius ſecundus conſenſus poſt biẽnium iteratus, dum-
modo in bonis mariti illud ſit, ex quo mulieri in recuperatione
dotis poſſit ſufficienter cõſuli. Iſte eſt tex. ſecundũ verum intel-
lectum in auth. ſiue a me. C. ad Velleianum. & in authen. vnde
19 ſumitur. Duodecima concluſio, rei † dotalis immobilis, vel mo
bilis eo caſu, quo alis eſt prohibita alienatio, tunc volũtaria alie-
natio cenſetur marito eſſe permiſſa cum cõſenſu mulieris, q̃n
data eſt res dotalis æſtimata, etiam ſi æſtimatio non ſit facta ad
cauſandam emptionem, ſed ad finem, vt videatur augmẽtum
vel diminutio valoris rei. Iſte eſt caſus notabilis hic, & in d. l. fi. ſ.
de pactis dota. & in d. l. vnica. §. & cum lex. Quartadecima con-
20 cluſio † extra caſus prædictos. rei dotalis alienatio etiam accedẽ
te mulieris conſenſu eſt prohibita, vt dicta l. vnica. §. & cum lex.
& Inſtitu. quibus alienare licet. §. j. ĵ. de vſucapionibus. l. cum vir
prædium. cum ſimilib. nedum autem eſt prohibita conſtante
matrimonio, ſed etiam diſſoluto, duntamen ſpes futuri matri-
monij ſupereſt. Caſus eſt notabilis in l. ẽt directo. ſ. de fundo do-
tali. Et idem eſt ante matrimonium, & poſt ſponſalia, vt eo. tit.
l. lex Iulia. & l. non ſine. C. de bonis quæ liberis. Soluto tamẽ ma
trimonio vno caſu dotis alienatio eſt permiſſa, ſ. cum in dote da
tus eſt vſusfructus fundi, cuius proprietas ad alium pertinet, q̃
ad mulierem. Tunc enim ille matrimonio ſoluto vendi poteſt
proprietario. Iſte eſt text. ĵ. eo. l. vſusfructus. Et eius rationem ibi
videbimus, & hæc procedũt de alienatione, quæ non fit per viã
21 præſcriptionis. Sed dum quæritur de ea, quæ eſt fienda † per
viam præſcriptionis, capias regulam, quod rei dotalis quemad-
modum prohibetur alienatio, ita & præſcriptio inchoanda, li-
cèt non tollatur illa, quæ ante dationem dotis eſt inchoata. hic
eſt tex. ſ. de fun. dota. l. ſi fundum. Fallit, vbi vſusfructus eſt da-
tus in dotem, quoniam tunc maritus illud perdit propter negli-
gentiam in eo non vtendo ſufficiẽti tempore commiſſa. Iſte eſt
tex. nota. in l. cum in fundo. ver. quod ſi mulier. & verſi. quod ac
22 ciderit, præallegato. † An autem per non vſum mariti perditur
ſeruitus rei dotali debita: dic vt dixi ſ. eo. l. ſi filio. in princ. la pri-
23 ma. Nunc autem pro complemento † materiæ ſupereſt viden-
dũ, quid eſt, ſ. an ipſi mulieri dotis alienatio ſit permiſſa? & qui-
dem contradicente marito clarum eſt, quòd non, vt l. ſi prædiũ.
C. de iure dotium. & in l. cõſtante. C. de donationibus. Quæſtio
autem eſt, an eo cõſentiente. & in hoc Iac. de Are. tenuit quod
ſic. Primo per textum in dicta l. prædium. in verſic. nota contra
rio ſenſu. Sed hoc non refragatur, quia non eſt aſſumendum ar
gumentum tale, cum reſultat iuri abſonus, vel contrarius intel-
lectus. l. 2. C. de condi. inſertis. Secundo mouetur, quòd vir vxo-
ri cõſentiens in dotis alienatione breui manu videtur ei dotem
reſtituere, quod poteſt. Allegat tex. in l. vir vxori. §. ſi mulier. ſ.
ad Velleian. & ſic cũ ex reſtitutione deſinat fundus eſſe dotalis,
igitur eſt conſequẽs, vt ex alienatione mulieris eius dominium
transferatur. Sed certe hoc eſt etiam falſum, quia rña eſt, vt con-
ſtante matrimonio dotis reſtitutio mulieri fieri nõ poſſit, vt l. j.
C. ſi dos conſtante matrimonio. & in Authẽ. de nup. in §. dotes.
niſi in caſibus notatis in l. quamuis. cum ſequen. ſ. eo. & in l. in-
uitus. §. j. ſ. de iure dot. & ad §. ſi mulier. reſpondetur, quòd ibi
ſolutio dotis conſtante matrimonio facta fuit mulieri in vno ex
caſibus permiſſis, qui notantur in d. l. quamuis. & ita cõiter te-
netur poſt Bart. in l. 2. in prin. ſ. eo. Vnde cõtraria opi. eſt verior,
vt per Bar. ex caſu expreſſo per locum a ſpeciali, in l. fi. ſ. de iure
dotium. Ibi enim dicitur, ꝙ cõſtante matrimonio mulier cum
mariti conſenſu fundum dotalem alienat. cum ex ea alienatio-
ne dotis ꝯdõ melior redditur, ergo alio caſu eſt in contrariũ ius
24 cõe. Vltimo † pro materiæ declaratione quæro, quid ſi fundus
dotalis eſſe deſierit, puta quia in eo tot ſunt impenſæ factæ, quã
tus eſt valor ipſius fundi, an tunc eius alienatio fieri poterit per
maritum? & certe non, q̃m expectari debet per mulierem fien-
da fundi reluitio. Caſus eſt notabilis in l. in l. is qui. §. fi. ſ. de iu.
dot. Et per hoc habes hanc materiam perfecte declaratã. In glo.
l. æſtimatis. ſuper ver. nolente. ibi, vel dic hoc caſu &c. Hæc vera
& cõiter tenetur, vt eã ſ. tenui in diſcuſſione materiæ. In ea. ibi,
25 quo † ad cætera &c. Supple quatenus erat, ſcilicet dictũ de pro-
hibenda alienatione donationis propter nuptias, non autẽ qua
tenus erat dictum de ea permittenda. Et iſte eſt ſenſus huius gl.
quo in contrario hic allegato dixi illum verſiculũ intelligi poſ-
ſe,

ſe,quando res mobilis,licèt inæſtimata in dotem data ſit, vt tũc
alienari poſſit ſecundum formam illius authen. Sed certe nul-
lus horum intellectuum communiter tenetur,ſed ille commu
niter approbatur,ſcilicet, vt verſi. ille pariter ad omnia, quæ ſu-
perius in alienatione donationis propter nuptias dicta fuerunt,
referatur. Et iſtud videtur verius,eo quia clauſula in l. poſita, &
maxime in eius fine,referri debet ad omnia, cum commode &
ſalua ratione recti ſermonis referri poteſt, per notata in c. inqui-
ſitionis. extra de appellatio. & in c. ſecundo requiri s. j̃. de libe. &.
poſthu. l. 3. §. filius. & §. ante hæredis. de leg. j. l. talis ſcriptura. in
fi. C. de libe. præte. l. j. in fi. & l. ſi idem cum eodem. in §. fi. cum
ibi nota s̃. de iuriſdi. om. iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Vſusfructus eſt ſeruitus perſonæ cohærens, & finitur cum perſona, cum qua initium accipit, & in eo non cadit ceſſio, nec finitur cum perſona habente nudam commoditatem.*
2 *Vſusfructus formalis & vſusfructus cauſalis qui dicantur.*
3 *Actus agentium quod regulentur ſecundum duplicem perſonam.*
4 *Vſusfructus ſi eſt datus in dotem per extraneum, qualiter fiet mulieri, vel eius hæredi reſtitutio.*
5 *Vſusfructus rei, cuius proprietas erat penes maritum, ſi eſt datus in dotem, quod mortua muliere non reſtituitur, ſed cum proprietate conſolidatur.*
6 *Vſusfructus rei, cuius proprietas erat penes mulierem, ſi eſt datus in dotē ſoluto matrimonio, qualiter reſtituatur.*
7 *Actus reſtitutionis, qui fieri non poteſt vere & directe, fit eo modo, quo poteſt.*
8 *Vſusfructus in dotem dati per mulierem, vel per extraneum, cuius rei proprietas apud mulierem tempore reſtitutionis non ſit, quibus modis fiat.*
9 *Commoditas vſusfructus quod cedi poſſit, quamuis vſusfructus non. Commoditas percipiendi decimas cedi poteſt laico. & nu. 11.*
10 *Vſusfructus formaliter formatus in perſonam mariti, quòd finitur morte ipſius.*
11 *Emphyteuſis vel feudum, an poſſint dari per iudicem inſolutum, ſaltem quo ad commoditatem percipiendi fructus? quod ſic.*
12 *Emphyteuſis vel feudum ſi dantur in dotem, qualiter fiet eius reſtitutio.*
13 *Conſenſus ab initio præſtitus ſuper contractu, quòd cenſetur præſtitus ſecũdum qualitates illius contractus celebrati.*
14 *Emphyteuta eccleſiæ an donare poſſit rem emphyteuticam eccleſia irrequiſita.*
15 *Eccleſia & fiſcus æquiparantur.*
16 *Emphyteuta priuati an poſſit donare domino irrequiſito.*
17 *Legatum dicitur quodammodo donatio.*
18 *Alienatione prohibita, an prohibeatur donatio.*
19 *Emphyteuta ſimpliciter donans rem emphyteuticam, an cenſeatur donare ſolummodo reſpectu iuris, quod habet, an vero libere & abſolute.*

L E X LVIII.

VSufructu. Vſusfructus in dotē datus in re pro
pria mulieris ſibi, & hæredi reſtitui
tur, facto diuortio. Datus vero in re mariti, reſtituitē
mulieri tantum, datus autem in re aliena, ſibi & hæ-
redibus reſtitui debet quoad commoditatem fructus percipiē-
di. hoc dicit. Et pro euidentiori huius legis intellectu præmitten
da ſunt quædam ſecundũ Bal. aliquibus additis. Primum, quòd
1 † vſusfructus eſt ius quoddam ſeu ſeruitus perſonalis perſonæ
cohærens, & quod cum perſona illa finitur, in qua initium aſ-
ſumpſit. j̃. de noua. l. ſi vſusfructus. C. de vſufructu. l. corruptio-
nem. cum ſi. Secundo, ꝙ in ipſo vſufructu tãquam in iure ab ip-
ſa perſona inſeparabili, non cadit in alium vera ceſſio ſeu reſti-
tutio. hic eſt tex. Inſtit. de vſufructu. in §. finitur. Tertio, ꝙ vſuſ-
fructus finitur morte eius, in cuius perſona formaliter radicatē,
non autem morte habentis nudam cõmoditatem. ita eſt caſus
in l. neceſſario. in §. fi. s̃. de periculo & commodo rei venditæ, &
2 etiam probatur hic. † Quarto præmittendum, ꝙ quidã eſt vſuſ-
fructus ab ipſa proprietate diſcretus ſeu ſeparatus, puta in alte-
rius perſona permanens, quam eius cuius eſt proprietas, & iſtũ
appellamus vſumfructũ formalem. Quidã eſt vſusfructus pro-
prietati ꝯcretus ſeu ꝯiunctus, vt puta, quia penes eum exiſtēs, pe
nes quē eſt proprietas, & iſtũ appellamus vſumfructum cãlem.
Quinto, ꝙ in l. noſtra non eſt dubium principaliter, an vſusfru-
ctus in dotem dati fieri debeat reſtitutio, ſed dubium, an cõmo
dum reſtitutionis trãſeat ad hæredē mulieris. Item eſt dubium
in modo reſtitutionis, quia natura iuris inſeparabilis a perſona
repugnat veræ reſtitutioni, vt s̃. dixi. & ideo oportet venire ad re
ſtitutionē per obliquum & indirectum eo modo, quo fieri po-
teſt. & in hoc principaliter inſiſtit iſta lex, & l. ſi vſusfructus. s̃. de
iure dotium. Quæ ambæ materiam hanc principaliter diſcu-
3 tiunt. Vltimo, † quòd actus agentium regulantur ſecundum du
plicem perſonam, ſcilicet ſecundum aptitudinem perſonę agē-
tis, & ſecundum aptitudinem perſonæ recipientis. Et ideo in
huius l. materia ad veram reſtitutionem requiritur, quòd illa ca
dere poſſit in recipientem, aliàs ſi fieri non poteſt directo, fieri
debet eo modo, quo poteſt. Quibus præmiſſis ex lege noſtra pri
4 mo † noto, quòd ſoluto matrimonio vſusfructus in dotem dati
per extraneum mulieri, ſeu eius hæredi, penes quos nõ eſt pro-
prietas, fieri debet reſtitutio hoc modo, ſcilicet vt caueat mari-
tus ſe paſſurum vti frui mulierem hæredemque eius, quamdiu
maritus ipſe vixerit. Et huius eſt ratio, quia vt in euidentialibus
dixi, ipſius vſusfructus vera ceſſio, ſeu directa reſtitutio domino
ſolum, non autem extraneo fieri poteſt directo, vt eſt tex. in di-
cto §. finitur Inſtitu. de vſufructu. vnde cum proprietatis domi-
na non ſit mulier, & ſic ſibi fieri non poſſit vera reſtitutio, opor
tet fieri eo modo, quo poteſt, ſcilicet per cautionem de præſtan
do patientiam, quod mulier ipſa ſeu eius hæres commoditate
ipſius vſusfructus vtatur. Noto ſecundo ex verſic. ſi enim cum
5 haberet, † quod dato per mulierem in dotem vſufructu rei, cu-
ius proprietas eſt penes maritũ, mortua muliere, nihil eſt quod
in reſtitutionem veniat. Quoniam cum eius morte vſusfructus
finitus ſit, igitur cum mariti proprietate conſolidatur, vt in di-
cto §. finitur. & in dicta l. corruptionem. cum ſimilibus. Noto
6 tertio ex verſic. quod † ſi fundi ſui. quòd dato per mulierem in
dotem vſufructu eius fundi, cuius penes eam manſit proprie-
tas, ſoluto matrimonio per diuortium, fieri debet reſtitutio mu
lieri, & ſi mulier moram ſit paſſa, fiet eius hæredi, ſoluto matri-
monio per mortem eius hæredi fieri debet. Et huius eſt ratio,
quia tunc mulier dotem dans, & eius hæres manēt domini pro
prietatis. igitur eorum alteri per maritum, qui vſumfructum ac
cepit in dotem, poteſt eius fieri vera reſtitutio, per dictum §. fi-
nitur. vbi patet veram vſusfructus ceſſionem poſſe fieri domi-
no per fructuarium. Noto quarto in ver. ſi vero alienata ſit pro-
7 prietas &c. † Et ita ſemper allegatur, quòd actus reſtitutionis ne
ceſſarius, qui fieri non poteſt vere & directo. fieri debet eo mo-
8 do, quo poteſt. Noto quinto ex eodem, † quòd vſusfructus in
dotem dati per mulierem, apud quam tēpore reſtitutionis nõ
eſt rei proprietas, vel per extraneum pro muliere, cum fieri nõ
poſſit ipſi mulieri, vel eius hæredi vera & directa reſtitutio ſeu
ceſſio, ea ratione, quia non domino proprietatis vſusfructus ce-
di non poteſt, vt in dicto §. finitur. & dicta l. ſi vſusfructus. s̃. de
iure dotiũ. fieri debet altero ex his modis. Primo, vt caueat ma-
ritus quoad vixerit mulierem hæredemque eius vſufructu vti.
Secundo, ſi conſenſerit proprietatis dominus, reſtitutio ita fiet,
ſcilicet vt in fundo ille vſusfructus mulieri conſtituatur, qui per
prius penes maritum erat. Tertio, ſi huiuſmodi conſtitutioni
maritus conſentire noluerit, tunc loco reſtitutionis hoc etiam
fieri poterit, ſcilicet vt proprietatis dominus, ſi vult habere ple-
nam proprietatem, id eſt cum commodo vtendi fruēdi aliquid
precij pro ea commoditate vtendi fruendi mulieri, vel eius hæ-
redi vno nummo vendat. Noto ſexto ex eodem ibi, fruiq; eam
9 † patiatur &c. quòd quàmuis extraneo per fructuariũ ius vſuſ-
fructus cedi non poſſit, vt in dicta l. ſi vſusfructus. & dicto §. fini-
tur. tamen cedi poteſt eiuſdem cõmoditas. Ad idem dicta l. ne-
ceſſario. §. fi. & dicta l. ſi vſusfructus. Simile dicimus in iure deci
marum, licèt enim illud cedi non poſſit laico, cum ſit quid ſpi-
rituale, de præſcrip. c. cauſam quæ. tamen cedi poteſt eidem ip-
ſius commoditas, de locato. c. 2. & ita tenuit Specula. in titu. de
pignoribus. §. j. verſicu. quid de decima. dicens, quòd licèt deci-
ma nõ poſſit pignori obligari, nec per laicum poſſideri, cum ſit
res ſpiritualis, vt dicto c. cauſam quæ. & de decimis. c. prohibe-
mus. Fructus tamen ſeu commoditas decimarum ſic, per di-
ctum c. veſtra. & dictã l. ſi vſusfructus. & hic, & alibi j̃. tangam.
10 Noto vltimo in verſicu. quod ſi facultatem. vſumfructum † fi-
niri morte eius mariti, in cuius perſona in cauſam dotis eſt for-
maliter conſtitutus, non autem morte mulieris, cui ſoluto ma-
trimonio illius ceditur commoditas, & igitur mortua transfer-
tur in eius hæredem, vt eſt caſus hic, & in prin. legis, & in d. l. ne
11 ceſſario. in §. fin. In tex. ibi, vt maritus † caueat quamdiu vixerit,
paſſurum ſe vti frui mulierem. Et ſic patet, quòd quamuis cedi
non poſſit per vſufructuarium extraneo ipſum ius vſusfructus,
tamen cedi poteſt eius cõmoditas, vnde eſt argumentum, ꝙ po
ſito quod iudex non poſſit in ſolutum dare rem emphyteuticã,
vel feudalem ratione debiti, cum videatur quædam alienatio,
quæ non poteſt fieri ſine domini conſenſu, vt in l. fi. C. de iu. em
phyteu. in c. potuit. de locato. & in c. imperialem. de prohi. feu.
alie. per Fede. cum ſimi. de quo tamen dicendum, quod plene
probat, & ibi poſt eum dixi in l. ſi finita. in §. ſi de vectigalib. j̃. de
dam. infe. tamen dari poſſint in ſolutum quoad cõmoditatem
fructus percipiendi ex eis. Et ita tenet Spe. quem Bar. non alleg.
in tit. de primo decreto. §. reſtat. ver. & idem in vaſallo. & in tit.
de execu. ſenten. §. ſequitur. ver. quid ſi habet tantum feudum.
Quod quidem notabiliter hic probatur. Cæterum & ſi inſolu-
tum res ipſa emphyteutica vel feudalis detur ſimpliciter, vide-
tur in dubio data quoad ipſius cõmoditatem, non autem quo
ad ipſum merum ius. Improprianda enim ſunt verba ſentētię,
vt illa potius valeat, q̃ pereat, dicit glo. s̃. famil. erciſcun. l. & puto.

in

in §.j.In tex.ibi,& puto intereſſe&c.Tractat igiť iſta lex qualiter
fiat reſtitutio vſusfructus in dotem dati, & ſic iuris inſeparabi-
12 lis a perſona, vnde † cum emphyteuſis vel feudũ ſint etiam iu-
ra quę ſi a perſona inſeparabilia, vt patet, quia alienari non poſ
ſunt ſine conſenſu domini, merito horum iurium ſimilitudine
motus Bart.hic dixit,ꝙ reſtitutio rei emphyteuticæ,vel feudalis
per vxorẽ viro in dotem datæ,fieri poterit illis modis,quib.reſti
tutionẽ vſusfructus fieri mandat iſta lex. Et ſic videtur velle,ꝙ
quemadmodum ius vſusfructus in dotẽ dati, ſoluto matrimo-
nio cedi non poſſit mulieri ſine cõſenſu proprietarij, vt hic, ita
nec ceſſio ſeu reſtitutio fundi emphyteutici vel feudalis dotalis
ſoluto matrimonio fieri poterit ſine conſenſu dñi. Quod qui-
13 dem ego falſum reputo, quia †conſenſus ab initio prę̃ſtitus per
dñm,dum mulier rem emphyteuticã ſeu feudalem dedit in do
tem, cenſetur prę̃ſtitus ſm qualitatem eius contractus,per quẽ
facta eſt huiuſmodi rei alienatio. Ad hoc allego tex.ſingu.in l.ſi
pupillorum. in §.ſi pupillus.j.de reb.corũ.Sed natura ſeu quali
tas dotis hæc eſt, vt illa ſoluto matrimonio reddať vxori, vt l.2.
in prin.cum ſimilibus.ſ.eo.Igitur ille conſenſus domini,qui in-
teruenit ad dotis dationem,ſufficiens eſt abſq; alio nouo cõſen
ſu ad dotis redditionem,per d.§.ſi prius.vbi de hoc eſt caſus val
de notabilis.& hoc præſuppoſito,ꝙ res huiuſmodi dari nõ poſ-
ſint in dotem ſine conſenſu domini.Quod an ſit verum, in hoc
14 tit. ſupra poſui, non recordor vbi. Et hinc ſumpta † occaſione
tractauit hic Bal. vtilem & quotidianã quæſtionem, ſcilicet an
emphyteuta eccleſię donationem emphyteuticę rei facere poſ
ſit ipſius eccleſiæ irrequiſito conſenſu.In quo quidem aduertẽ-
dum,quia ipſe in varijs locis hũc paſſum tetigit,& quidem hic,
& in l.ſi domus.in §.fi.j.de le.j.& in l.fi.C.de iure emphy. & in
auth. quas actiones. C.de ſacroſan.eccle. & in c.j.in §. donatæ.
qualiter olim feudum alienari poterat. in vſib.feu. poſuit gl.in
c.potuit.de loca.& Specu.in eo.titu.§.nunc aliqua. in ver.107.
& in verſi.112.Et quidem prima fuit opin.glo.in dicto c.potuit.
dicentis quòd licèt non poſſit ipſa emphyteuſis vendi irrequiſi-
to conſenſu eccleſiæ, vt ibi,& in l.fi.C.de iure emphyteutico.ta
men poterit donari,per l.j.C.de fundis patrimonialib.lib.11.Et
hanc opin.ibi ſequitur Ioan. And.dicens inter prohibitam ven-
ditionem & conceſſam donationem illam eſſe rationem diffe-
rentiæ,quia emphyteuta, ſi vendere vult, ſolum habet affectio-
nem ad precium. Vnde cum nullum intereſſe prætendere poſ-
ſit,an illud conſequatur ab eccleſia domina, an vero ab alio,cũ
in nummis non poſſit intereſſe affectionis cadere, vt l.nũmis.ſ.
de in litem iurando. Igitur cum tantum ſit ſibi precium conſe-
qui ab eccleſia domina, quantum ab alio. voluerunt iura, vt te-
neatur,cum vendere vult,eccleſiam requirere,& illam cuilibet
alteri in venditione præferre,tanquam prætendẽtem ius directi
dñij in ipſa emphyteuſi vendẽda. Sicut & in ſimili compellitur
quis in vna re habens ius minus,illud illi vendere,qui habet ius
potentius.C.de dona.l.ſancimus.§.ne autem in cõionem.C.de
iure do.impetrãdo.l.fi.§.ne autem ex cõione.Sed cum vult em
phyteuta donare, habet reſpectũ ad perſonam. Nam forte vult
vni donare pp merita ſua, vel vt illũ ſibi obliget ad antidora, qđ
poteſt ex eius donantis parte non cadere in perſonam eccleſiæ,
tanquam ad illam hos reſpectus habere nolit.Spec.in d.§.nunc
aliqua.ver.107.etiam huic opi. adhærere videtur, infert tñ opi.
aliorum quorundam dicẽtium oppoſitum ea ratione, quia res
ipſa emphyteutica tanq̃ res eccleſiæ non poteſt per emphyteu-
tam alienari ſine iuris ſolennitate, vt in c.nulli.de reb.eccl. non
alie.& in auth.hoc ius.C.de ſacroſan.eccle.cum ſuis ſi. Sed hæc
opi.eſt vna truffa,quia nõ alienat emphyteuta rem emphyteu-
ticam,quatenus eſt eccleſiæ iure directi dñij, ſed reſpectu iuris,
quod hẽt in ea ratione dñij vtilis, merito tali caſu dicemus non
requiri ſolennitatem requiſitam in alienatione rei eccleſiaſticę
ad inſtar eius,quod dicimus creditorem,quatenus ius habet di
ſtrahendi rem minoris ſibi pignori obligatam, id agere poſſe ſi-
ne ſolennitate requiſita in alienatione rerum minoris,vt eſt ca-
ſus notab.in d.l.ſi pupillorum.§.ſi pupillus.j.de reb.cor. Erit er
go in d.l.j.C.de fund.patrimonialib.caſus pro opi.glo.in d.c.po
15 tuit.æquiparando † tamen eccleſiam & fiſcũ,de quo d.l.loqui-
tur,cum in iure procedat hęc ęquiparatio,vt in l.fi.cum ſi.C.de
ſacroſan.eccle.Bar.vt refert Bal.in oĩb.locis præallegatis,cũ ha-
beret hanc quæſtionem de facto vnà cũ ipſo Bal.ſibi in hoc tũc
aduocato aduerſo,conſuluit ↄ̃trium,dicens nõ poſſe emphyteu
tã eccleſiæ iura ſua donare illius irrequiſito conſenſu, dicens de
hoc eſſe caſum notabilem in l.vniuerſas. ibi, vel vllo alio pacto
alienare &c.C.ne rei dñicæ,vel templorum.imo ſin eum in illa
l.patet ex tali alienatione rem incidere in cõmiſſum,& ad eccle
ſiam reuerti. Sed certe volẽtes tenere opi. cõem ad d.l.poſſum
de facili reſpondere,dicendo,ꝙ illa lex non diſponit ſuper prohi
bitione poteſtatis alienandi ipſum ius emphyteuticũ, quod eſt
penes ipſum emphyteutam, ſed dicit, ꝙ res emphyteutici iuris
eccleſiæ vel reipublicæ alienata de facto in caſu non permiſſo,
cenſetur alienata iniuſte,& igitur nec poteſt præſcribi longo tẽ-
pore.Hanc autem alienationem illicitam conſtat ↄtingere poſ
ſe tali caſu,altero ex tribus modis.Primo,qñ alienat emphyteu-
ta rem illam,vt allodiũ, ideſt,vt exiſtentem in eius directo dñio.
Iſto enim caſu alienatio non eſt licita,quia interuertitur poſſeſ-
ſio eccleſiæ.ſ.quib.mod.vſusfru.amit.l.Pomponius. Secundo
modo,qñ alienat contra pactum conuentum alienationis pro-
hibitiuum,quo caſu etiam fauore eccleſiæ,ſi prohibita ſit alie-
natio per pactum, videť etiam impediri ipſius alienatæ præſcri-
ptio,arg.C.de vſuca.pro emp.l.2.j. de fun.dot.l.ſi fundum.j.de
verb.ſigni.l.alienationis.cum ſimi.Tertio modo,quando alie-
nat in aliam eccleſiam, vel in potentiorem, vt in Auth.de alie-
na.& emphyteuſi.§.ſi vero contigerit.& ſic illa lex nihil ad pro-
16 poſitũ.Vnde ipſe idem Bar. † in d.l.fi.C. de iure emphyteutico.
dicit, ꝙ licèt emphyteuta priuati non poſſit vẽdere irrequiſito
dño,ita nec donare,& hoc per tex.in d.l.fi.qui vtitur verbo alie-
nationis, vel tranſlationis iuris emphyteutici in aliũ. Quod qui
dem alienationis verbum gñale eſt, vt patet in Authen. de non
alienan.& in l.j.de fundo dotali,tamen emphyteuta reipublicę
cum habet prædia vectigalia, in quibus certus canon eſt impo-
ſitus,poteſt domino irrequiſito donare,per d.l.j.de fund. patri-
monialib.Et diuerſitatis eſt ratio,quia contra illum,cui emphy
teuta priuati donaret,dñs nullam perſonalem actionem habe-
ret ad canonem petendum,cum perſonalis actio nõ tranſeat in
ſingularem ſucceſſorem, vt l.fi.in fi.ſ.de ↄ̃hen.emp. Vnde habe
ret hoc caſu priuatus ipſe neceſſe agere contra donatarium rei
vẽdicatione, & probare de dñio, cuius eſt difficilima probatio,
vt patet ex his,quæ no.glo. magna in l.2.in ver. quid ſi emphy-
teuta faciat alium emphyteutam. C.de iure emphyteutico. At
cũ alienat emphyteuta reipublicæ, ceſſat iſta ratio, quia ius ſol-
uendi canonis ſeu vectigalis trãſit paſſiue in ipſum ſingularem
ſucceſſorem donatarium, vt l.2.& l.fi.C.ſine cenſu vel reliquis.
& l.Imperatores.in princ.j.de publicanis.Quare cũ iſta ratio lo-
cum ſibi etiam vẽdicet in re emphyteuticaria eccleſiæ propter
æquiparationem,quæ de illa fit ad rempublicam,vt in d.l.fi.C.
de ſacroſan.eccle. Igitur ſequitur dicẽdum,ꝙ quemadmodum
ea ratione ipſemet Bar.concludit emphyteutam reipublicæ do
nare poſſe ius emphyteuticum ipſa republica irrequiſita, ita ẽt
eadem ratione donare poſſit emphyteuta eccleſiæ. Quæ qui-
dem pars,ꝙ vera ſit, vlti.probatur egregiè ex tex.ad hoc ſing. in
l.ſi dom⁹.§.fi.j.de le.j. vbi eſt expreſſum ius emphyteuticũ per
emphyteutam fiſcalem alienari poſſe fiſco irrequiſito titulo le
gati vel fideicõmiſſi per viam vltimæ voluntatis, adeo ꝙ ex ea
alienatione non incidat res emphyteutica in cõmiſſum. Certũ
17 autem eſt legatum † quodãmodo donationem eſſe, de lega. 2.
l.legatum.cum ſimilibus.& illam l.ad hoc allegat Specu.in d.§.
nunc aliqua. verſi.112.& Bal. in l.virum.C. de fideicommiſſis.
in fi. Pro quo etiam facit egregie l.in conuentionibus.in fi.j.de
verbo.ſignifi. Vnde ex his bene nota,quòd in iſta materia fallit
regula volens ei ius eſſe vendendi,cui ius eſt donãdi,quæ habe-
18 tur j.de regulis iuris.l.cui ius eſt.Item alia †volens,quòd vendi-
tionis appellatio omnem contractum includit, per quem alie-
natio introducit,quæ habetur in l.ſtatuliberi a cæteris.§.Quin-
tus.j.de ſtatuliberis.& in c.j.in fi. de controuerſia inter dominũ
& emptorem.Hoc enim regulare eſt,quòd prohibitio venditio
nis non includit prohibitionem donationis.C.de prædijs curia-
19 lium.l.fi.lib.10. Sed pro perfecto † complemento huius paſſus
ſupereſt quærendum,nũquid ipſe emphyteuta rem emphyteu
ticam ſimpliciter donans,cenſeatur donare ſolummodo reſpe-
ctu iuris,quod habet in ipſa re,an vero iure proprio & libero.&
ſic etiam ratione directi dominij.& quidem poſt Spec.& Bal.in
rub.de cõtrahen.emp.vtor ego iſta diſtinctione,quòd aut quis
transfert ipſam per medium tituli lucratiui, puta ex legato, vel
donatione,& tunc indiſtincte videtur transferre ſolũmodo re-
ſpectu iuris,quod habet, vt dicta l.ſi domus.§.fi.& l.quod inter.
§.ſi vſumfructum.eo.titu.C.de lega.l.vxor patrui.de donatio.c.
paſtoralis.Aut transfert per medium tituli oneroſi, vtputa ven
ditionis,& tunc aut emptor habebat notitiam de iure rei vendi
tæ, & tunc videtur vendidiſſe ius rei, ſecundum quod eſt apud
eum, vt l.qui tabernas.& l.cum venderes.j.de contrahen.emp.
Aut emptor non eſt certificatus de iure rei.& tunc dicit glo.ſin-
gu.in l.ex prædijs.de euictionib.quòd videtur vendere iure pro-
prio & libero. Vnde ſequitur,ꝙ venditor ſciens ius rei exiſtentis
non libere,& non certificãs emptorem, teneť ad intereſſe, vt l.j.
§.j.& l.Iulianus. in princ.ſ.de actio.emp.Si autem ignorat,tunc
non tenetur ad intereſſe,ſed tantum de precio reſtituere,quan-
to minus fuiſſet empturus, ſi ſciuiſſet rem non liberam habuiſ-
ſe,vt dicta l.j.§.j.& ita intelligitur l.quod ad ſeruitutes.ſ.de eui
ctio.& hæc ĩ iſto quotidiano paſſu plene & notabiliter dicta ſuf
ficiant.In gl.j.in fi.aduertendũ quia gl.in oĩb.bene loquiť,præ-
terq̃ in vno,ſcilicet quando datus fuit in dotem vſusfructus fun
di,qui erat ipſius mariti quo ad proprietatem,qui quidem ma-

ritus

ritus poſtea proprietatem alienauit, & ſic tempore reſtitutionis
dotis ſolum vſumfructum reperit̄ habere. Nam inquantum di
cit gl. ꝙ debet per hæredem mulieris cõmoditas reſtitui, non be
ne loquit̄, quia mulieri debebat̄ vſusfructus formalis, qui non
debet incipere eo caſu, quo finit̄, vt in l. Titio cum moriet̄. ſ̄. de
vſufruc. cum ſi. Et quia non fuit radicatus vſusfructus formalis
in perſona viri ex facto mulieris, quia imo fuit cauſalis tempo-
re dationis, vt in euidentialib. dictis apparet, nec debet plus mu
lier ex reſtitutione habere, q̃ ſi ſemper remãſiſſet vſusfructus pe
nes eum. Dicit autem Bar. iſtum caſum in litera non decidi, dici
tamen poteſt ſatis decidi in ver. & puto, dum ibi indiſtincte di-
citur, ꝙ mulier nihil relinquit hæredi ſuo, quãdo ipſa in dotem
dedit vſumfructum in fundo, cuius proprietas erat viri, nec di-
ſtinguit, an viri proprietatem poſtea alienauerit, an non. In glo.
ſuper ver. cautionibus interpoſitis. ibi, nummo vno Quia fit ex
quadam neceſſitate, eo quia cadere non poteſt vera reſtitutio
dotis propter ius inſeparabile a perſona, aliás nõ teneretur, niſi res
eſſet digna tam paruo precio, vt plene no. in l. ſi quis ante. j̄. de
acquiren. poſſeſ. Et hæc in l. iſta dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Seruus dotalis hæres inſtitutus, quòd poſſit iuſſu mariti adire vel repudia re hæreditatem, & quando obliget maritum. nume. 2. Et cui acquirat. nume. 9.*

3 *Dos conſtante matrimonio poteſt vxori reſtitui, ſi paruo momento penes eam remanere debet.*

Dominij tranſlatio in aliquem, vt aliquo momento penes eum ſit, valet, ſi aliquam vtilitatem eſt allatura.

4 *Separatio coniugij facta in fraudem expectantis illud diſſolui per mortem, non præiudicat expectanti.*

5 *Expenſa funeris mulieris de eius dote fieri debet. & vide nu. 11.*

6 *Dilatio conceſſa patri mariti ad dotem reſtituendã ſoluto matrimonio vxori, habet etiam locum, cum illa reſtitui debet patri mulieris, & quando illam non habeat. nu. 7.*

hæc ſtipulatio habet in ſe tacitam conditionē, ſ. vt reſtituaſ ſti-
pulatori, ſi tunc viuit, aut mulieri ſi ſtipulator fuerit mortuus,
& ſic prius moriens ad hæredes non tranſmittit, & hoc ſi bene
ponderetur, dicit eſſe de mēte huius l. quæ p̄ſupponit ſtipulato
rē mortuū. Sed aduerte, quia nō vr̄ recte hoc dictū. Iſta eñ lex
p̄ſupponit ſtipulatorē mortuū, qui tñ fuerat ſcd̄o noĩatus, non
ergo probat intentionē eius, qui loquitur ēt ſi ꝯtingat mori no
minatū primo. Præterea dum dicit, ꝙ ille potior eſt in reſtōne
qui primo eſt noĩatus. Hoc eſt falſum, quia vt dixi ordo charita
tis & affectionis p̄ponitur ordini ſcripturæ, vt in d. l. ſi ita qs. & d.
l. nec enim ordo. vnde ſi teneamus, ꝙ ēt auus ſecundo noĩatus
cēſeatur ad obligationē adiectus, deberet ſibi fieri reſtitutio pri
mo attento ordine affectionis, & non ſcripturæ. Tertio ipſe præ-
ſupponit auū nominatū ſecundo cenſeri ad obligationē obliga
tioni adiectū, nō autē ad ſolutionē, quod tñ eſt falſum, vt ſupra
plene probaui, & ſic vt vides, hanc materiam extricare eſt valde
difficile propter varias opi. Ego tñ pro nunc refero me ad hanc
12 † concluſionē, ſ. ꝙ aut dotantis ſtipulatio continet ſtipulationē
collatā in caſum diuortij, vel ſoluti matrimonij morte viri, & in
ea primo nominatur mulier, ſecundo ſtipulator, & tunc dicen-
dum, mulieri actionē quæſitā, ſtipulatorē vero cēſeri adiectū.
Et ita dotis fauore eſt caſus ſingularis ĩ iſta lege. Aut ſtipulatio,
in qua primo noĩatur mulier, ſecundo ſtipulator, cōfertur in tē
pus ſoluti matrimonij morte mulieris, & tunc dicendū ſtipula-
tori & eius hęredibus quęſitā fore actionē de dote ſm iura iſta.
Hoc probo, quia tex. hic ſpāle vult eſſe, vt mulieri quæratur prę
dicto caſu actio, ſtipulator vero ad ſolutionē adiectus cēſetur fa-
uore nuptiarū, & ne mulier ꝯmodo dotis defraudetur, vt hic in
fi. Sed ex quo mulier eſt mortua, ceſſat illa ratio, cū amplius nu
bere nō poſſit, nec quo ad perſonā ſuā de dotis repetitione tra-
ctari, igitur ceſſat huius legis diſpoſitio, vt l. adigere. §. quāuis. j̄.
de iure patro. cum ſimi. infinitis. Secūdo probo, quia tex. dicit, ꝙ
fauore nuptiarū ſpāle eſt iſto caſu, vt mulieri primo nominatæ
quæratur actio, & ſtipulatori noĩato ſecundo cēſeatur data fa-
cultas ſolutionis recipiendæ, ergo ſequitur, ꝙ in his caſibus, in
quibus ceſſat fauor nuptiarū, vt in caſu noſtro ꝯtingit, vt in mu
liere mortua, in ꝯ̄rium eſt ius cōe, ſ̄. de legib. l. qđ vero. & l. ius
ſingulare. Tertio probatur ex ordine literæ. Iuriſcō. n. hoc ĩ ver.
rn̄di. decidit primo, ꝙ de rigore iſto caſu quæſita eſt actio ſtipu-
latori, & eius hæredibus poſtmodū vero in ver. ſed promitten-
dū. dicit, ꝙ de ęquitate fauore nuptiarū, & ne mulier cōmodo
dotis defraudetur, derogatur huic rigori, adeo vt non ſtipulato-
ri, vel eius hęredibus, ſed mulieri vtilis actio quæratur. Ergo ſe-
quitur, ꝙ vbi ceſſat fauor nuptiarū, & repetitio dotis in perſo-
na mulieris, deciſio rigoroſa poſita in ver. rn̄di. maneat firma. &
ſic ꝙ ipſi ſtipulatori quæritur iſto caſu actio. Si vero loquamur
ſm iura noua. C. ſm quæ introductū eſt primo, ꝙ ſuper re ſua
pōt quis alteri ſtipulari, & illi vtilis actio quæratur, vt l. quoties.
C. de dona. quæ ſub mō. & l. pen. C. ad exhib. Secundo, quia vbi
13 † alternatiua cadit inter perſonas, quibus pōt quæri obligatio,
reſoluitur in copulatiuā, vt d. l. cū quidam. C. de verb. ſign. & ſic
cēſetur actus attributus cuilibet pro virili. vt d. §. cū in tabulis.
Sequitur dicendū, ꝙ iſto caſu cenſeaſ mulieri q̄ſita actio pro di
midia. Nec ob. iſte tex. quia hæc alternatiua nō reſoluitur in co
pulatiuā fauore nuptiarū, & cum ipſa mulier, qa viuens, pōt do
tē repetere, ergo vbi ceſſat fauor nuptiarū, & repetitio dotis, in
pſona mulieris manet firma diſpoſitio d. l. cū quidā. Aut ſtipula
tio p̄dicto modo cōcepta ꝯfertur in tp̄s ſoluti matrimonij ſim-
pliciter, tunc vr̄ dicēdū, ꝙ adueniēte caſu diuortij vel ſoluti ma-
trimonij morte viri, intelligaſ quæſita actio mulieri, & eius hæ-
redibus, adeo vt ipſa dote non priueſ. q̄uis ſecundó non nubat,
ſed ante moriaſ. No. n. curaſ. ꝙ decedat, ex quo ſemel fuit actio
q̄ſita, arg. j̄. de itin. actuq; pri. l. j. §. fi. cū l. ſeq. j̄. vnde lib. l. fi. Si ve
ro ꝯtingat diſſolutio mr̄imonii morte mulieris, tunc q̄ratur a-
ctio ſtipulatori. Et hæc duo vltima membra probanſ per ꝓxime
14 dicta, & ea rōne, quia † ſtipulatio indefinite ꝯcepta, vbi ex ea ius
q̄ritur pōt quæri varijs perſonis ſm varietatē caſuū ꝯtingentiū.
Tex. ad hoc ſing. in l. ſeruus Meuij, & caſtrenſis peculij. & §. fi. j̄.
de ſtip. ſer. ſed ex ea ſtipulatione ſimplici in tp̄s ſoluti mr̄imonij
indefinite collata, pōt q̄ri actio mulieri ꝓnominatæ, ſi cōtingat
matrimoniū ſolui morte mulieris, ergo ſequiſ, ꝙ illa indefinite
concepta variabitur ſm variationē cōtingentiū caſuum, per d.
tex. ad hoc valde no. Nec refragatur regula l. iam hoc iure. j̄. de
vulg. & pup. ꝙ vbi vna determinatio reſpicit plura determina-
bilia, debet ea determinare non varie, ſed vniformiter, quia rn̄-
deo, ꝙ iſtud eſt verum, niſi determinatio varietur pp variatio-
nem caſuum ꝯtingentiū in ſucceſſu tp̄is, vt in d. §. fi. & in l. ſer-
uus poſt decē annos. j̄. de ann. leg. Vel aliter verius, qū ſubeſt ea

dem ratio: aliàs ſecus, vt in l. 2. ſ̄. de o ffi. procon. cum glo. Aliqñ
15 vero ſtipulatur † dotans primo ſibi, ſecundo dotatæ mulieri al-
ternatiue, & tunc quid iuris? dic vt ſ̄. dixi dum retuli opi. Bal. in
16 d. l. fi. C. cōia vtriuſq; iudi. Aliqñ ſtipulatur ſibi † & mulieri co
pulatiue, & tunc cuilibet pro dimidia quæri dr̄, vt in d. l. ſi mihi
& Titio. & in d. §. cum in tabulis. Aliqñ ſtipulatur reddi imper-
17 ſonaliter dotē, & tunc † dixit hic notab. Bart. quē cōiter oēs ſe-
quuntur, ꝙ vr̄ ſtipulatus reddi mulieri, per l. poſt dotē. ſm ter-
tiam lec. ſ̄. eod. vbi patet, ꝙ pr̄ ſtipulatus reddi ſimpliciter, q̄uis
potuiſſet ſpecifice ſtipulari reddi ſibi, vr̄ ſtipulatus reddi ſibi &
filiæ, eo quia natura dotis profectitiæ eſt, vt ſimpliciter data pro
ducat actionē cōem ſolu. matri. patri & filiæ, vt l. 2. §. qđ ſi in pa
tris. ſ̄. eo. Ergo idē dicamus in ſimpliciter reddi promiſſa, cū re-
gulariter datio & promiſſio paribus paſſibus ambulēt, vt l. fi. C.
ad leg. Falci. Ita ergo in extraneo, ſ. vt ipſe ſtipulatus ſimpliciter
reddi, intelligatur ſtipulatus reddi mulieri, q̄uis potuiſſet ſtipu-
lari reddi ſibi expreſſē, ſi voluiſſet. Cum enim natura dotis ſim-
pliciter ab extraneo datæ, illa ſit, vt mulieri cenſeatur quæſita,
vt in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. ergo idem in dote ſim-
pliciter ſtipulata pp regulā d. l. fi. C. ad l. Falcid. Mod. tenent hic
ꝯ̄rium pp regulā l. ita ſtipulatus §. Chryſogonus. de verb. oblig.
volentem perſonā extrinſecā regulariter non intelligi in ſtipula
tione iſta, §. ſiue autē. eod. tit. volentē perſonalitatē ſtipulatio-
nis ex parte verbi executiui referri ad ſtipulantē. Non ob. l. poſt
dotē. quia ibi loquitur in patre ſtipulante, cui non ſit magnum
præiudiciū, ſi ſtipulatus intelligatur ſibi & filiæ reddi pp exerci-
tiū actionis de dote, qđ habet, licèt dos cōis ſit patris & filię. Sed
ſecus in extraneo, cui maximū ſit præiudiciū, ſi intelligatur ſti-
pulatus mulieri. qa tunc nulla actio ſibi cōpetit, vt in d. §. acce-
18 dit. Ego ſequor Bar. ea rōne, quia † ſtipulatio in dubio regulaſ
ſm naturā rei, ſuper qua interponiſ, vt l. ſtipulatio iſta. § ſi quis
ita. de verb. obl. l. ſi legati. j̄. de leg. j. l. ſtipulatus. ſ̄. de vſur. & l. dā
ni in ſecti. ver. & qđ in ſtipulatione. j̄. de dam. infec. & l. j. vt leg.
no. caue. Sed natura dotis dare ſimpliciter eſt, vt intelligaſ mu-
lieri q̄ſita per d. §. accedit. ergo pariter dicendū, ꝙ & eadē ſit na-
tura dotis ſimpliciter ſtipulatæ. Et hæc opi. in practica ſeruāda
eſt fauore dotis, cui in ambiguis ius fauet, l. in ambiguis. de iure
19 dot. & in c. fi. de re iud. Aut ſtipulatur † dotans reddi ſibi, aut ei,
cui de iure debebit, vel copulatiue ſibi, & ei cui de iure debebit,
& tunc dixit hic notābi. Bar. intelligi ſtipulatū reddi mulieri, &
ei actionē q̄ri integrā ſtante ſtipſone alternatiua, vel pro dimi-
dia ſtante copulata, eo quia ipſa mulier eſt illa, cui de iure quæ-
ri dēt dos ſtipulatione ceſſante, vt in d. l. vnica. §. accedit. Bal. in
d. l. fi. C. cōmu. vtriuſq; iud. quē ſequiſ Bar. de Sal. in d. l. a via. fir
mat ꝯ̄rium, eo quia cū ipſe extraneus ſit ſtipulatus reddi ſibi, er
go ſequiſ. ꝙ in mulierē non pōt deſcēdere actio, quę tm̄ ſibi cō
petit, cū dos ſimpliciter data cōuentione de reddēdo extraneo
nō appoſita, vt in d. §. accedit. verba igitur illa, cui de iure debe-
bitur &c. referunſ ad perſonā hr̄dis ſtipulatoris, in quē actio ſti
pulatori cōpetens, de iure transferſ, vt l. pro hr̄ditarijs. C. de hæ
re. act. & cui id reddendū venit de iure, ꝙ ſtipulatori reddi debe
bat, cū ſuccedat in vniuerſum ius &c. In dubio enim ſtipulator
ita heredibus, ſicut ſibi proſpexiſſe vr̄, vt in l. ſi pactū. ſ̄. de ꝓb. Et
hæc opi. mihi placet, eo qa mulieri ſtipulatione nō interceđēte
dum dotaſ ab extraneo, dos reddēda venit ex priuilegio ſpāli &
extraordinario fauore mulieris ſtipulationē fictā introducēte,
vt in d. §. accedit. Ipſis autē hęredibus ſtipulatoris dos reddenda
venit ſm ius cōe, qa in eos de iure cōi ius ſtipulatori cōpetens
transferſ, ergo ſequiſ, quia verbū illud in ſtipulatione appoſitū,
ad ius cōe refertur, qđ eſt pro hæredibus: non aūt ad ius ſpecia
le, qđ eſt pro muliere. Et pro hoc tex. notabilis in l. fi. C. de his q
veni. ęta. impe. vbi verbū, ius, determinaſ a iure cōi, & non ad
ſpeciale ſeu priuilegiatiuū referri debere. Quid aūt ſi ſtipulatio
20 ita concepta ſit, vt promittat † dotē mihi reddere, aut mulieri,
vel ei, cui de iure debebitur? certe dicendū, ꝙ & idem, ſ. vt de hæ
redibus ſtipulator ſenſiſſe intelligatur, per prędicta, & per hæc
habes materiam hanc ad complementū plene deductā. In glo.
ſuper verbo, videtur. ibi. quid enim præſumēdū eſt fieri, quod
21 de iure pōt &c. videtur hæc glo. concludere, † ꝙ vbi alternatiua
cadit inter perſonas, quarum altera eſt perſona ſtipulantis, tūc
videtur obligatio quæri ſtipulantis perſonę, ſiue per prius, ſiue
per poſterius nominetur. Et hoc patet, vbi alteri per ſtipulato-
rem non poteſt obligatio quæri, & ita eſt caſus hic in ver. reſpō
di. dum ponit deciſionē rigoroſam. & in l. j. §. ſi fructuarius. j̄. de
ſtipu. ſeruo. Et eſt ratio ſecundū Bal. quia cum ſit perſona prin-
cipalis, ipſe ſtipulator, ideo ei principaliter videtur obligatio q̄-
ri, quamuis poſterius nominetur. Si autem alteri primo no-
minato poſſit obligatio quęri, quid iuris ſit, dic vt ſupra dixi.
22 Sed dubium eſt, nunquid † primo nominatus, cui per ſtipula-
torem non poteſt quæri nominato, cenſeatur ſaltem ad ſolutio
nem adiectus? Bald. dicit hic. ꝙ non, quia cum videatur ratione
nominationis primo factę adiectus ad obligationem, ergo ſibi
ſolui

ſolui non poteſt. Cũ enim ſolutio radicatur in ſubſiſtentia obli
gationis primo factæ, adiectus cenſetur ad obligationẽ, ergo ſi-
bi ſolui non poteſt. Cum enim ſolutio radicatur in ſubſiſtentia
obligationis, illa ceſſante, ceſſat facultas faciendæ ſolutionis, vt
in l. ſi duo. & d. l. cũ qui ita. §. qui ſibi. in ver. quod ſi ſoli. de ver-
bo. obliga. Contrarium tamẽ eſt verius, vt ſentit iſta glo. & Bar.
eo quia qñ tertio primo nominato non poteſt obligatio quęri,
ſemper ad ſolutionẽ cenſetur adiectus. Ita eſt tex. hic in deciſio
ne rigoroſa, in ver. reſpondi. & in d. l. j. §. ſi fructuarius. de ſtipu-
la. ſer. j̃. de ſolu. l. cum Cornelius. quæ eſt ad hoc notabi. Vt em̃
23 dicit hic Bal. † ſtipulatio, quæ non poteſt valere ſm ordinẽ ſcri-
pturæ, valet ſm ordinẽ iuris, arg. de reſcri. c. cauſam quæ. In gl.
ſuper verbo, ſed & permittẽdũ. ibi, ſolutio, ideo neptis agit &c.
24 hæc ſolutio non † eſt bona, per l. certi condictio. §. ſi nummos.
& §. quoniam igitur. ſ̃. ſi cert. peta. & d. §. Chryſogonus. vbi pa-
tet, ꝙ ex numeratione pecuniæ mutuæ poteſt alteri quæri ꝑ nu
merantẽ actio, & tamẽ quæri non poterit per eundẽ ſtipulantẽ.
Sed an hæc ſolutio iure hodierno procedat, propter l. cum ꝑli-
beram. C. per quas perſo. nob. acquir. collige ex his quæ plene
dixi in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. & §. ſi ſtipuler. de verb.
25 oblig. In ead. ibi, ſolutio, vt ibi. Supple quia l. pactum. & l. patęr
pro filia. vel dic, ꝙ ibi non verſatur fauor dotis, hic ſic. In ea. ibi,
26 l. Publia, &c. dic, ꝙ ibi † quærit aſcendens per lineam maternã
deſcẽdenti, & tamẽ non agitur de fauore dotis: vnde potius fa-
cit cõtra. Sed dic, ꝙ ibi etiam extraneus quæſiuiſſet alteri, eo ꝗ
poſtulabatur ſuper re, quæ durabat ſua, vt d. l. pen. C. ad exhib.
Vnde ſumpta occaſione tangit hic do. Bal. an aſcendens ſtipula
ri poſſit deſcẽdenti, vel ecõ, quod hic non diſcutio, quia non eſt
propria legis materia, ſed dic vt domino concedẽte dicetur poſt
27 Bar. in l. quod dicitur. j̃. de verb. oblig. Dum aũt † hoc examinã-
do incidenter tractat, an factum falſi nuncij poſſit ratificari. dic
de hoc vt no. Bar. j̃. de precar. l. certe. §. ſi procura. In gloſ. ſuper
28 verbo, ſolui. ibi, ſed hoc ſpeciale &c. non vr̃ hæc bona † ratio ſpe
cialitatis, cum in hoc vbi de rigore loquatur, qui poſtea inferius
de æquitate corrigitur. Nec etiam ſequens ſolutio videtur bo-
na, cum innuat, quòd non poſſit ſolui huic nepoti, ſi vero eſſet
ſibi quæſita actio, quod falſum eſt. Ideo melius dicendũ, quòd
hic adiecta fuit perſona ſtipulantis & tertij: vnde ſi ipſi tertio nõ
quæritur actio, tñ ſibi ſolui põt vt adiecto, vt j̃. de ſol. l. j. §. j. quia
ibi loquitur, qñ ſolum perſona tertij in ſtipulatione exprimĩt,
quo caſu ſi ei non quæritur obligatio, nec etiam quæretur ſolu
tionis recipiendæ facultas, quæ eſt tunc ipſius obligationis ac-
ceſſoria, vt in l. ſi duo. j̃. de verb. oblig. In glo. fi. in fi. &c. vel dic,
29 † ꝙ hic loquitur, quãdo etiam perſona ſtipulantis fuit in ſtipula
tione appoſita, non ſolum dotatæ mulieris, quo caſu actio inte-
gra manet apud mulierem primo nominatam, ipſe aũt ſtipula-
tor cenſetur adiectus, vt ſupra declaraui, ibi vero loquitur, quã-
do dote data per extraneũ non interuenit conuentio de ſibi red
dendo, vel interuenit, ſed minus legitimè. Poſtremo tetigit hic
30 aliqualiter Bal. an cum † aſcendens ſtipulatur deſcẽdenti, intel-
ligatur ſtipulari, vt eius hæredi, an vero etiam ſi non ſit hæres,
ius ſibi ex ſtipulatione quęratur, quod vr̃ iſte tex. probare dicẽs,
quòd nepti actio fuit exinanita ſtipulatione quæſita, quàm-
uis aui hęres non fuerit, quod tamen non examino, quia non
eſt propria materia, & ideo dic de ea, vt no. Bart. in d. l. quod dr̃.
& in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. j̃. de oper. liber. & in l. ſi non ſor-
tem. §. libertus. ſ̃. de condic. indeb. Et per Bal. in auth. ſi quas rui
nas. C. de ſacroſan. eccle. & in l. j. C. de iure emph. & tangitur in
aliquibus lectu. in l. vnica. quando non petẽ. & in l. liberti liber-
tęque. C. de oper. libert. Ponit Spec. de loca. §. nunc alij. ver. cen
teſimo. & habetur glo. ordi. ſ̃. de pact. l. ſi tibi. §. ſi pactus. & vide
ad idem tex. no. eo. titu. l. tale pactum. §. fi. Vltimo inquantũ ſu-
31 pra dixi, quid † iuris ſi ſtipulator fuit noĩatus primo, dotata ve-
ro ſecundo, vel ecõ, per dictionẽ alternatiuam ſeu copulatiuam.
Adde quid iuris ſi nominatio de ambobus facta fuerit obſcure
& indefinite, puta quia dicatur in inſtrumẽto, & promiſit eis dò
tem reſtituere &c. dic, quòd iſto caſu cenſentur ambo nomina
ti copulatiue. Ad hoc tex. optimus j̃. de ſtipula. ſeruo. l. ſi com-
munis ſeruus ita. verſi. j. Et cuilibet quæritur ius pro dimidia, vt
in d. §. cum in tabulis. & d. l. ſi mihi & Titio. & d. §. quod ſi quis.
Et hoc no. quia poteſt ſępe contingere.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium habens, ne conueniatur ultra quam facere poßit, ſi conue-
nitur, quando excipere poſſit, vt prius deducatur, quod alijs de-
betur.*
2 *Onus annexum perſonæ rei contemplatione, remanet affixum oſſibus obli-
gati, etiam re reſtituta, & nu. 5.*
3 *Genus quòd includat omnem ſui ſpeciem.*
4 *Stipulatio reddendæ dotis, quòd includit caſum mortis naturalis, ſiue ci-
uilis.*
5 *Compoſitio ſuper decimis ſi facta eſt, & pro eis ſoluendis datum certum
prædium, quod euincatur, talis dans quando cenſeatur perpetuo obli-
gatus.*
*Obligatus ad quantitatem reſpectu certæ ſpeciei, quod liberetur ſpecie
perempta.*
6 *Gabella ſi auferatur conductori ſine facto ſuo, quod conductor non tenetur
ad uices alteri promiſſas contemplatione gabellæ.*
7 *Beneficium indefinite tanquàm uacans, uacet quoquo modo uelit, impe-
trans illud obtinere debet.*
*Impetratio beneficij per mortem, quod non verificetur in morte ci-
uili.*
8 *Matrimonium quod hodie non ſoluatur captiuitate alterius ex coniu-
gibus.*
9 *Maritus conuentus in caſu l. ſi conſtante, quòd deducere poteſt alimenta,
etiam pro eius familia. & remiſſiue.*

L E X LV.

MAritus facere. In æſtimatione, quæ fit in
quantum quis facere po-
teſt, non fit deductio ęris alieni, niſi cum quis con-
uenitur ex donatione. Et mulier viro reſtituenti do
tem, debet de indemnitate cauere. Et ſtipulatio reddendę dotis
generaliter concepta ad omnem caſum ſoluti matrimonij re-
1 fertur. hoc dicit, cum duabus legi. ſeq. † No. ex l. maritus facere
poſſe. quòd cum habens beneficium, ne cõdẽnetur, niſi quate-
nus facere poteſt, conuenitur, excipere non poteſt, vt prius de-
trahatur, quod alijs debet, niſi cum conuenitur tanq̃ obligatus
ex donatione. Et huius fallentiæ ratio eſt, ne ex liberalitate ſua,
quam donando demonſtrauit, damnum ſentiat, quod ſentiret,
ſi quod alijs deberet ſoluere non poſſet. Ad hoc j̃. de re iudica. l.
2 inter eos. & l. ne liberalitate. † No. ex l. cum mulier. & ita cõmu-
niter allegatur, ꝙ onus annexum perſonæ contemplatione rei,
remanet aſſixum oſſibus obligati; ẽt poſt rei reſtitutionẽ, ergo
de æquitate ipſi obligato reſtituenti præſtatur cautio indemni-
tatis, & ita ſemper allegatur iſte tex. Nota in l. ſi quis ſic ſtipule-
3 tur. et ita cõiter allegatur, quòd † genus includit omnẽ ſui ſpe-
ciem. Ad idem j̃. de leg. 3. l. ſi quid earum. §. interemptum. & l. ſi
chorus. in prin. j̃. de reg. iur. l. ſemper generalibus. No. ex eadem
4 ſecũdo, † quòd ſtipulatio reddẽdę dotis includit caſum, ſiue cõ-
tingentem ex morte naturali, ſiue ex morte ciuili. Concordat j̃.
de verb. ſignifi. l. cum quærebatur. No. ex eadem vltimo in ver.
plane. quòd mors ciuilis potius accedit morti naturali, quàm di
uortio vel renunciationi. In tex. l. cum mulier. ibi, vt periculum
mariti amoueat &c. onus igitur refundendi damnum, quod ti-
5 metur ex domo dotali ruinoſa inferri, inhęret † ipſi marito cau
tionem damni infecti præſtanti contẽplatione ipſius rei dota-
lis, & ergo etiam ea reſtituta manet ipſe vir obligatus: vnde eſt
argu. ſm Bal. ꝙ ſi quis ad compoſitionẽ veniat ſuper decimis, ꝓ
ipſis ſoluendis dando certum prędium, quod tñ poſtea euinca
tur, nihilominus perpetuo teneatur. Quod eſt verum, ſi ſuo fa-
cto euincitur, aliàs ſecus, argu. ſ̃. eo. l. Meuia. §. fundus. Obliga-
tus enim ad quantitatem reſpectu certæ ſpeciei, liberatur ſpe-
cie ſine ſua culpa deficiente, C. de reſcin. vendi. l. 2. in glo. ma-
gna. & probatur in l. ſi res ęſtimata. §. j. ſ̃. de iure dotium. Ad idẽ
ſ. loca. l. in naue. & alias concordantias dedi, j̃. eo. l. ſi vero. §. fi. Il
lud tamẽ no. ꝙ cum eo, cui debẽtur decimæ, permiſſum eſt cõ-
poſitionẽ fieri, dando ſibi quid tẽporale pro decimis præteritis
tm̃, pro futuris autẽ non, vt eſt concluſio glo. in c. fi. de rerũ ꝑ-
6 mu. & in c. vt ſuper. de reb. eccl. non alien. Præſtat † etiam ſecũ-
do lex iſta argu. ſm Bal. ꝙ ſi emptori gabellæ auferatur gabella
ipſa, non tenetur ad vices alteri promiſſas gabellę contẽplatio-
ne, quod eſt verum, ſi gabella eſt ablata ei non procuratori, nec
facto ſuo, ſecus ſi ad eius procurationẽ, arg. de lega. j. l. ſi ſeruus
plurium. in §. ſi quis ante. Sed certe lex iſta facit potius in oppo
ſitum. Et ideo de hac quęſtione dic vt plene per Guiliel. de Cu.
in l. fina. ſ̃. de conſtitu. pecu. In tex. l. ſi quis ſtipuletur. ibi, dotem
dabit, hac generali commemoratione &c. Sipulatio ergo colla
ta in caſum matrimonij diſſoluti indefinite, includit omnem
7 caſum ſolutionis matrimonij: vnde eſt arg. ſm Bal. † quòd im-
petrans beneficium tanquàm vacans indefinite, illud debet cõ-
ſequi quomodocunque vacet, & ſic ſiue morte, ſiue renuncia-
tione, ſiue vxoratione vel aliter, licet ſecundũ eum gloſ. in c. ſu-
ſceptum. ſuper verbo, non morte. de reſcrip. in 6. concludat op-
poſitum. Sed certe nõ eſt verum, immo ſolum hoc dicit, quod
ſi fiat mentio in impetratione de vacatione per mortẽ, intelligi
tur ſolum de morte naturali, non aũt de ciuili. De quo dic vt
ibi, & per glo. in c. placuit. 16. q. j. & habetur in l. Statius Florus.
§. Cornelio Fęlici. j̃. de iure fiſci. & in l. ex ea parte. §. Inſulam. in-
8 fra de verbo. obligatio. In glo. ſuper verbo, † cõmittetur. ibi, ſed
hodie videtur non ſolui &c. Supple etiam de iure canonico, vt
patet in c. in præſentia. extra de ſpon. & in c. 2. de ritu nup. & in
c. cum per bellicã. 34. q. 2. quod quidẽ ius in m̃rimonialib. ciuili
prævalet, vt ꝯcludunt plures gl. & eſt caſus in c. ad ſedẽ. 35. q. 5.

In glo.ſuper verbo, ſi deportata: ibi, hoc quando vir mutat affe-
9 ctionem &c. De hoc vt dixi ſ. eo l. ab hoſtibus. in prin. † In tex.
l. maritus facere poſſe. ibi, facere poſſe creditur &c. Maritus au-
tem in conſideratione, quatenus facere pōt, deducere debet nō
ſolū, quod ſibi ſufficit ad eius alimenta, ſed etiam familiæ ſuæ.
dic vt dixi ſ. eo. l. ſi maritus in id, & ibi dicta ſequere, quicquid
dicat Ang. in l. Neſennius. §. inſolidum. j. de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias licet dotem recipiat ſine uoluntate patris, pater tamen de peculio tenetur.*

5 *Pater creditor filij in peculio, quod filio condemnato pro dotis reſtitutione habet ius retentionis, ſi eſt anterior.*

6 *Detractio alterius debiti ex peculio, quòd non fiat, quando contra filium agitur ad recuperationem dotis per ipſum receptę.*

7 *Filiusfamil. quòd in actione de dote non inſolidum condemnatur, ſed quatenus eſt in peculio.*

8 *Maritus, penes quem ſolummodo eſt res dotalis, an condemnetur inſolidū, vel eatenus, quatenus. & nu. 42.*

9 *Status perſonæ mutatio quando impediat executionem ſententiæ.*

10 *Executio ſententiæ, quando poſſit fieri in condemnatum ſine noua citatione? remiſſiue.*

11 *Executio ſententiæ latæ in filiumfamil. an poſſit in eundem fieri durante patria poteſtate, & nu. 12. & 13. quando in legitima, quam pater debet filio, uel in alimentis, nu. 14.*

15 *Inopia filij quando prohibeat fieri executionem ſententiæ in ipſum latæ.*

16 *Executio ſententiæ latæ in ſeruum, uel monachum, quando fiat in bonis domini, vel monaſterij.*

17 *Carcerari pro debito quando quis poßit, & nu. 40.*

19 *Executio ſententiæ latæ in filium, quando poßit fieri contra patrem de peculio. 20. 21. & ſeq.*

22 *Contumacia inducit tacitum conſenſum, ex quo reſultat tacitus contractus.*

23 *Sententia lata contra emptorem, quando præiudicet uenditori.*

24 *Executio ſententiæ contra filium criminaliter lata, quando fiat aduerſus patrem in peculio, & nu. 46.*

25 *Pater de crimine commiſſo per filium, an ſtatim obligetur de peculio.*

26 *Executio ſententiæ lata contra filium, ut exequi poſſit contra patrem, an requiratur patrem fuiſſe citatum in proceſſu, & ad ſententiam.*

27 *Statutum, quòd pater teneatur pro debito filij, uel ſoluere eius condemnationem, an teneat. & nu. 45.*

Et an tale ſtatutum locum habeat, ſi filius eſt ſoluendo. nu. 28.

29 *Ius nouiſſimum introduxit fideiuſſorē conueniri non poſſe, niſi primo principali excuſſo.*

30 *Statutum, de quo ſupra, quòd non habeat locum filio condemnato pœna perſonali.*

31 *Statutum, de quo ſupra, ſcilicet, quòd pater teneatur pro filio, an habeat locum filio delinquente extra territorium.*

32 *Statutum, de quo ſupra, an includat filium illegitimum.*

33 *Filiorum appellatione, an includantur ſpurij.*

34 *Statutum, de quo ſupra, an habeat locum filio in contumaciam condemnato.*

35 *Statutum ſi diſponat, quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro filio condemnato, qualiter hoc fiet.*

36 *Filius cōdemnatus, pro quo ſoluit legitimam, quòd ſi patrimonium patris augeatur, ſoluta condemnatione, non poterit petere augmentum legitimę.*

37 *Tempus ſubrogatum aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

38 *Publicatis bonis filij, an inferatur præiudicium patri in peculio? remiſſiue.*

39 *Statutum, quòd filius teneatur pro patre, an ualeat? remißiue.*

41 *Pater quando poßit adimere peculium filio condemnato.*

43 *Exceptio, ne conueniatur maritus, ultra quam facere poſſit, an habeat locū in matrimonio putatiuo.*

44 *Res & pecunia ſunt uerba uniuerſalia omnium dicibilium incluſiue.*

LEX LVI.

SI filiofamilias. Si filiusfamil. dotem reci-
piat, tenetur inſolidum,
pater vero de peculio, condemnatur tamen filius,
quatenus facere poteſt, hoc eſt quatenus eſt in pe-
culio tempore rei iudicatæ, de quo etiam non deducitur, quod
filius debet patri, vel alijs, ſecus vero ſi cum patre agatur. h. d. Et
1 eſt lex no. No. primo, ꝙ † vt filiusfamil. ſine voluntate patris do-
tem recipit, pater de peculio tenetur. Ad idem ſ. eo. l. ſi cum do-
tem. §. tranſgrediamur. & l. ſi filio. in princi. No. ſecundo, quòd
2 † quamuis obligatio filiifamil. dotem recipientis ſit inſolidum
tamen condemnatio vel executio eſt moderata, quia fit quate-
3 nus commode facere poteſt. No. tertio, † ꝙ dicitur eatenus fi-
liumfam. commode poſſe ſoluere, quatenus eſt in peculio. No.
4 ex eadem quarto, vbi † executio ſnīæ fieri debet in peculio, cō-
ſideratur, quod in illo eſt rei iudicatæ tempore. Ad idem ſ. de-
5 pecul. l. quæſitum. No. ex eadem † quinto, ꝙ cum ex recupera-
tione dotis factæ per filium agitur de peculio cōtra patrem, de-
bitum patris præcedit debitum dotis. Et ergo habet pater prius
quàm dotem ſoluat, ius detractionis. Ad idem ſ. eo. l. ſi cum do-
6 tem. §. fi. ſ. de pecu. l. ex facto. No. ex ea. ꝙ cum † contra filium
dotem recipientem pro illius recuperatione agitur, non fit de
peculio, ex quo ſoluenda eſt dos alterius debiti, quo ipſe filius
aſtringitur, detractio, eo quia actio de dote priuilegiata eſt, &
regulariter quibuſcunque alijs perſonalibus actionibns præfer-
7 tur. No. ex ea. ꝙ † in actione de dote filiusfamil. non inſolidum
condemnatur, ſed quatenus eſt in peculio, & idem ſi cōuenia-
tur ex eo, quia iudicans litē ſuam fecerit, ſupra de iudi. l. ſi filius.
aliàs vero regulariter condemnatur inſolidum, vt l. ſi quis cum
8 filio. ſupra de pecu. No. ex eadem † in verſicu. nec intereſt. vi-
deri caſum, ꝙ etiam ſi penes maritum ſit res dotalis, aliud tamē
non habeat, non inſolidum condemnatur, ſed eatenus quate-
nus poteſt facere, de quo dic vt infra dicetur. In gloſ. ſuper ver-
bo, condemnandus. ibi, ſecundo &c. notabiliter allegatur iſta
9 glo. quòd ſententia inter eaſdem perſonas meretur executio-
nem, etiam mutato ſtatu perſonæ, contra quam prolata fuit ſi-
ne noua probatione debiti vel cauſæ, & ſic mutatio ſtatus non
impedit ſnīæ executionē, licet illam limitet & moderet, vt in l.
ſi filius. ſ. quod cum eo. vbi tex. notab. quòd ſnīa lata aduerſus
filiumfamil. inſolidum, & eum emancipatum, non meretur
executionē vltra quàm facere poteſt. Hoc tamen dictum gloſ.
intellige procedere, niſi mutatio ſtatus perſonæ inducat ſub-
motionem finalis cauſæ, propter quam fuit ſnīa lata, quia tunc
executio impeditur. Tex. eſt j. de excu. tuto. l. ſpadonem. §. qui
abſolutus. Ibi enim patet, quòd ſi quis abſolutus ſit ab onere
tutelæ, eo quia erat minor annis 25. maior effectus, non habet,
ſi interim petatur tutor, rei iudicatæ exceptionē. Et huius eſt ra-
tio, quia mutatio ſtatus ex maiori ætate contingens induxit ſu-
blationem cauſæ finalis, propter quam ſnīa lata fuerit, quæ erat
minor poſtulati tutoris ætas. Sed circa hoc de duobus dubitat
10 hic Bal. Primo, † nunquid in iſtum filium executio fieri poſſit
ſine noua citatione. hoc quidem remiſſiue tractandum, quia
non eſt propria materia. Et ideo dic vt per Innocen. in capit. ex
ratione. de appella. per Cy. in l. j. C. de iuris & facti ignoran. & in
l. ab executione. C. quorum appella. non reci. & per Bal. & Bar-
to. in l. a diuo Pio. §. in venditione. j. de iudi. & in l. meminerint.
C. vnde vi. Tetigit, & ibi plene Ange. in repe. ſua. C. de iudic. l. j.
11 Secundo, nunquid † executio ſnīæ latæ in filiumfamil. poſſit in
eundem fieri durante patria poteſtate, & quod glo. in l. 3. §. ſed
vtrum. & l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. ſupra de minorib. tenent
quòd non. Tu aduerte, quia aut filiusfamil. peculium habet
caſtrenſe vel quaſi, & tunc non eſt dubium, quòd patria pote-
ſtas non impedit in eum fieri executionē, vt in l. ſi dubitat. §. fi-
lius. infra de fideiuſſo. l. & ſi condemnatus. ſupra de noxa. & l.
cum & filij. C. qui bon. cede. poſſ. In his enim ambobus loco pa-
trisfamil. habetur. Aut habet filius peculium profectitiū, nec
illud ſibi pr̄ adimit, & tunc ēt non dubitādum in peculio pro-
fectitio fieri poſſe executionē aduerſus eum. Tex. eſt non cauil-
lando literam in d. l. cum & filij. ibi, quod patre volente poſſi-
dent. Non enim aliud eſt profectitium peculium, quàm id, qđ
pater de ſuis rationibus ſeparat, & filiusfamil. eius poſſidet vo-
luntate, vt l. peculium eſt. ſ. de pecul. Ita etiam probatur hic, &
in d. l. 3. §. ſed vtrum. in ver. & quidem. & ita ſentit hæc glo. in fi.
Aut habet filiusfamil. peculium aduentitium. Et tunc dixit no-
tabi. Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ad fi. j. de dam. infecal-
legando glo. ordi. in l. pater. qui caſtrenſe. in glo. magna. j. de ca-
ſtren. pecul. quod ex ſnīa lata aduerſus filium non poteſt in pa-
tris præiudicium fieri executio in peculio aduentitio. Et hoc ve-
rum, niſi pater conceſſerit ipſi filio eiuſdē adminiſtrationē, quia
tunc vr̄ in conſequentiā cōſenſiſſe, ꝙ in eadē executio fieri poſ-
ſit pro debito contracto per filium, vel ex ſnīa lata contra eū. Et
ita dicit eſſe glo. ſingu. in l. ſi condemnatus. ibi, dum dicit, vel in
peculio aduentitio patre conſentiente &c. ſ. de noxa. Tu aduer-
te, quia poſito, ꝙ glo. illa hoc diceret, tn̄ videtur ꝙ male, duplici
ratione. Primo, quia quamuis cōceſſa ſit adminiſtratio genera-
lis, non tamē ſequitur, ꝙ cōceſſa intelligatur eiuſdē adminiſtrā-
dę alienatio, maxime cum illa fit abſque vtilitate adminiſtratio-
nē committētis, ſ. de procu. l. procurator toto. j. de dona. l. filius.
ſ. mand. l. creditor. §. Lucius. cum ſimil. Secūdo, qūo potuit pa-
ter in ipſum filium eidē adminiſtratione conceſſa, ius alienan-
di transferre, cum hoc penes patrem regulariter non ſit, niſi in
certis caſibus, C. de bon. mater. l. j. C. de bo. quæ lib. l. cum opor-
tet. & l. cum non ſolum. verſi. ſed pater. vnde Bal. in l. fi. §. j. C. de
execu. rei iudic. dicit glo. illam ſe intelligere, ꝙ in peculio aduē-
titio fieri pōt executio in patris præiudiciū ex ſnīa lata in filiū,
cum pater ei agenti conſenſum præſtitit. Et ad hoc dicit, ꝙ illa
glo. non eſt alibi. Sed certe ex hoc minus verū eſt, ꝗ quod dixit
Bar.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Bar. Aut enim pater conſenſit filio agenti in cauſa ciuili pecu-
niaria, & tunc ex hoc conſenſu pater non incurrit aliquod vin-
culum obligationis ſeu præiudiciũ Hæc eſt glo.ſingu. in l.j.§.ſi
ratum.ſ.quod iuſſu.quam probat Bar.ſ.eo.l.ſi cum dotẽ. §.trã
ſgrediamur.& ibi dixi,& Bal.in l.j.C.quod cum eo.& huius eſt
ratio, quia ille conſenſus præſtatur per patrem ad legitimandũ
in iudicio perſonam filijfamil.alias inhabilem,vt in l. cum non
ſolum.§.neceſſitatis. C.de bon. quæ liber. non aũt ex eo,vt pa-
ter intendat aliter ſe obligare: vnde ꝯſenſus ille vltra ꝯſentiẽtis
intentionẽ non debet operari,ſ.ſi cer.per.l.non omnis.cũ ſi.aut
præſtatur iſte conſenſus filio proſequenti cauſam publicã cri-
minalẽ,& tunc conſiderandũ, ꝙ cum filius in proſecutione hu
iuſmodi habeat legitimã perſonã ſtandi in iudicio ſine conſen-
ſu patris ſm veram opi.vt eſt tex.in l.inter liberos. §. filius.j.de
adultet.in l.filius.ſ. de his qui ſunt ſui. & in l. noxali.aliàs inci-
pit,ſi noxali.cum l.ſeq.ſ. de noxali. Igitur eſt conſequens, ꝙ pr̃
non habet neceſſe cõſentire tunc ipſi filio ad legitimandũ eius
perſonam.Vnde ſuccedit doctrina d.Bar.in d.§.trãſgrediamur.
dicentis per l.Lucius Titius Caium.j.de admi.tut.ꝙ conſenſus
patris præſtitus in eo, in quo pater non habet neceſſe conſenti-
re,nec ſe obligare, obligat eum tantummõ de peculio, de quo
dic vt ibi dixi,& ſic apparet, ꝙ paſſus iſte remanet dubius. Ego
12 vero ſalua ſemper ſubſtantia veritatis, dico,ꝙ † etiam patre nõ
conſentiente, poteſt ex ſnĩa in filium prolata in hoc peculium
quo ad proprietatem,quæ eſt filij, fieri executio,& mouent me
tres rationes. Primo tex. vbi de hoc eſt caſus iudicio meo,in d.l.
cum & filij.dum dicit ſic formaliter, cum & filijfamil. habere
poſſint res patribus acquiri vetitas, & caſtrenſe peculium, vel
quod patre volente poſſidet &c.No.ergo illa verba, res patri-
bus acquiri vetitas, quæ includunt peculium aduentitium, cu-
ius proprietas prohibita eſt patri quæri. Et ꝙ ad peculium ad-
uentitium referantur, probo duplici concludenti ratione. Pri-
mo,quia non poſſunt referri ad caſtrenſe,vel quaſi,quia de illis
tex.immediate ſubiicit.Secundo, quia vbicunque legiſlator fa-
cere vult mentionẽ de peculio aduentitio ſemper facit per hæc
verba,res patri acquiri prohibitas &c.vt eſt caſus in l.fina. C.de
colla.in l.pen.C.qui teſta.face.poſ.& in l.j.C.de bon. quæ libe.
Ecce ergo,ꝙ ibi tex.hoc modo inductus, caſum habet rotundũ
in aduentitio peculio executionẽ poſſe fieri.Secundo moueor,
quia ex quo fit executio ſnĩæ latę in filium in peculium profe-
ctitiũ,quod eſt patris,vt in l.certum.C.famil. erciſc.ergo multo
magis in peculio aduentitio, quod ſaltem iure proprietatis eſt
filij.Tertio,quia ſi permittitur eiuſdẽ alienatio ob æs alienũ hæ
reditatis aduentitiæ filio contingentis,vt in d.l.cum non ſolũ.§.
finaũt ęs. certe pari rõne debet poſſe fieri ex debito ipſius filij.
Prętere a licet prohibeatur talis peculij alienatio patri extra cer-
tos caſus permiſſos,vt in d.l.cum non ſolum.§.vbi aũt.ad fi. Itẽ
& filio regulariter,vt in ea.l.§.filijs. tñ non dẽt intelligi prohibi
ta hoc caſu,de quo agimus,cum ſit alienatio neceſſaria propter
habendam ſnĩæ executionẽ, argu. ſ.famil.erciſcun.l.alienatio-
nes.de leg.3.l.pater filium.in prin.de leg.1.l. filiusfamil.§.diui.
de leg.2.l.peto.§.prædium.& l.qui ſolidum.§.fi.de reb.eorum.
l.ſi pupillorũ.& ſ.de adminiſtra.tuto.l.quidam decedẽs.§.pen.
Et hoc eſt maxime verum,quia licet propter executionẽ aliena
tur proprietas filij,nõ tñ præiudicatur patri in iure vſusfructus,
cum in alium hæc proprietas tranſeat cum ſupportatione dicti
oneris,ſupra de vſur.l.5.circa fi. Et ita per has rationes cõſului
13 in ciuitate Ianuæ. Aut quæritur,an † poſſit fieri executio in legi
tima,quã pr̃ dẽt filio, vel in alimentis,& tunc iſta eſt q̃ſtio Spe-
cu.in titu.de execu.ſen.in §. ſequitur. in verſi. quid ſi filius.po-
nentis quęſtionẽ, quid quando filius condemnatur ex delicto,
propter quod contingit bonorum publicatio, & quo ad legiti-
mam veritas eſt,ꝙ non.Et facio vltra Spec. iſtam rationẽ, quia
publicatio bonorum creditoris non debet intelligi facta in per
niciem debitoris,dicit Iuriſconſul.ſ.eo.l.ſi maritus minus. Sed
filius poſito,ꝙ in legitima patris creditor patre viuente nullum
ius debiti vel petitionis eius hẽt,vt in l.j.§. ſi impuberi.j. de col-
la.bono.Et concludunt Dy.& Bar.in l.fi.j.de libe.agnoſ.licet cõ
tra glo.& male dixerit in Authẽ. de hære.& falcid.§.ſi quis autẽ
non implens,ergo ſequitur,ꝙ nec fiſcus.Præterea filiofam. ciui
liter mortuo propter condemnationẽ ex delicto iure legitimę
ei a patre debitę ſubrogatur nepos ex eo, vt l.ſi qua pœna.ſ.de
his qui ſunt ſui vel alie.iur.& l.Gallus.§.& quid ſi tantum. j. de
liberis & poſthu. & l.j.ad fi.de ꝯtab. ergo fiſcus excluditur.Quo
14 vero † ad alimenta,prima fronte dicendũ videretur, ꝙ non,q̃a
illa patre viuente ſunt debita, fiſcus in eis vt filio debitis poſſit
executionẽ poſtulare, nec eſt curandũ, ꝙ proprerea filius tunc
egeſtate laboret. Dicit enim Iuriſcon. alibi notabiliter ſic:male
etenim meriti propter delictum publice egeſtate laborare de-
bent, vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia ſint, ſ. depoſi. l.
bona fides Contrarium tamen eſt veritas, quia ius alimenta p-
cipiendi in bonorum publicatione non venit,j. de alimen.lega.
l.is cui. ſ. de capit. dimi.l. legatum. Aut ipſe filius vitare vult in
15 † ſnĩæ executionẽ propter inopiam,& tunc dicit hic Bal. prima
fronte videri,ꝙ ſic,quia inopia impedit executionẽ.ſ. de procu
ra.l. Titius. ſed certe non probat, ſi diligenter attendatur.Item
idem arguit, quia videtur imputandum creditori, qui ſciebat
eum non ſoluendo,per l.ſi creditores.j.de priui. credi. Sed cer-
te ibi imputatur quo ad hoc, vt non poſſit petere ſatiſdationẽ,
ex quo a prin. ſciuit debitoris conditionẽ. Decidit finaliter exe-
cutionẽ fieri poſſe, tum quia difficultas non impedit obligatio-
nẽ,vt l.continuus.§.illud.j de verb.obl.Tum quia propter pau
pertatẽ quis incarceratur,vt in l. 3.§.tutores.qui.j.de ſuſpec.tu.
iuncta glo.ſuper verbo,vinculis.Tum quia vr̃ caſus in l. cum fi
lij.præalleg.vbi dr̃ incarcerari filium per ſnĩę executionem,niſi
bonis cedat.Vnde quod dr̃ inanẽ eſſe actionẽ,quam inopia de
bitoris excludit,ſ.de dolo.l.nam his.j.de fur l.itaq; fullo cum ſi.
procedit quoad ſuſpendendã executionẽ in bonis,donec adue
nerit pinguior fortuna,vt in l.vnica.§.cum aũt.C. de rei vxo.ac.
de ſolu.c. Odoardus. non aũt quoad impediendã incarcera-
tionẽ condemnati debitoris,niſi fecerit ceſſionẽ bonorũ, ꝑquã
carcer euitatur,vt d.l.cũ & filij.& l.j.C.eo.tit. Et hoc dicit proce
16 dere in † filiofamil. ſecus in ſeruo vel monacho, qm̃ aduerſus
ipſos non fit executio in bonis,quia illis carent. licet in perſona
ſic,quo ad ſeruũ,vt patet in l.3.in §.ſi ſeruus.ſ.de pecu.& l.non
idcirco.§.j.ſ.de re iud.Et hanc alleg. Bal.licet melius probet p̃-
cedens allegatio per nte,& in l.ꝙ ſi minor.§.ſi ſeruus.ſ.de mino
rib. niſi eſſet monachus habẽs adminiſtrationẽ, quia & in iſtũ
fit bonorũ executio. Alleg.de iudic.c.cum deputati. ſed melius
probatur de fideiuſ.c. peruenit. Aduerte tñ, q̃a vbi opponeretẽ
exceptio inopiæ contingentis ꝑꝑ ſpoliationẽ factam a tertio,illa
ſemper impediret executionẽ ſnĩæ.Caſus eſt de reſti.ſpol.c.olĩ.
& in hoc fallit regula l.ſi te bonis C.de iure delibe. Sed an tunc
illa impediret proceſſum,recurre ad tex.c.frequens. de reſt.ſpo
17 lia.lib.6.Et † ex his vr̃ dicere Bal.hic,ꝙ non poſſit quis carcerari
pro debito,niſi qñ bona nõ habet, ex quibus poſſit ſatisfieri cre
ditori,quare laborat inopia. Quãobrem vr̃ dicto caſu ad carce-
rationẽ non poſſe perueniri,niſi prius facta excuſſione bonorũ,
nedum debitoris,ſed etiam fideiuſſoris patrimonij. Cuius ſunt
vires aggregandę iuribus patrimonij debitoris, infra de fideiuſ.
l.ſi plures.§.præterea.il 2.Et ad hoc ſolet allegare Bal.glo. in d.l.
3.§ tutores. Et pro hoc facit, quia ſi non põt veniri ad ſnĩæ exe-
cutionẽ ad capienda immobilia,niſi prius facta diſcuſſione mo
biliũ,nec ad nomina debitorũ, niſi prius facta diſcuſſione om-
niũ,vt l.a diuo Pio.§.in venditione.j.de re iudi. ergo multomi-
nus vr̃ poſſe perueniri ad capturã perſonæ diſcuſſione nõ facta,
ſed certe in ꝯtrium vr̃ tex.in d.l.j.C. qui bon. ced.poſ.vbi tex.di-
cit condemnatos non ſoluẽtes detrudi in carcerẽ, niſi bonorũ
faciant ceſſionẽ,ſed illam faciunt ẽt cum hẽnt bona,igitur &c.
Ad idem tex.in Auth.de fideiuſ.§.quod aũt.ver.ſed hoc quidẽ.
iuncta glo.in verbo,cedere.vbi apparet,ꝙ eo ipſo, ꝙ conſtat de
bitorẽ quẽ eſſe per ſnĩam,quæ tranſiuit in rem iudicatã. vel ali-
ter,niſi bonis cedat, etiam ſi habeat mobilia ad debitum ſuffi-
ciẽtia,capi poſſet.Non obſt.glo.in d.§. tutores. q̃a vt ex iuribus
in ea allegatis patet,illa dicit, ꝙ vbi quis pro crimine eſſet pecu-
niariter puniendus, ſi non põt ſoluere propter inopiam.luit in
corpore,& ſic carcerẽ patitur,j.de pœ.l.j. in fi & in d.§. ſi quis
ſeruus.ſ.de in ius voca.l.pe.& fi.ſ. de iuriſdi. om.iudi.l.ſi quis
id quod.& d.§.ſi ſeruus.l.quicunque.de dolo & contu.c.finem
litibus.14.q.vlti.ſi res.& in c. ſicut dignũ. cum ibi no. de homi.
In debitore enim fiſci ex delicto,hoc eſt clarum, vt in l.cũ eo.j.
18 ad leg.Iul.pecul. Aduerte tamẽ,quia mens † tex. & d.§.tutores
qui.alia fuiſſe vr̃,quàm hæc,quam percepit gloſ. & hęc ſcilicet,
ꝙ ſuſpectus tutor incarcerari debeat,ne fugiat, vt poſſit veritas
haberi,an aliquid occultauerit de bonis pupilli.In ead.ibi,quia
19 pr̃ poteſt conueniri † actione in factum &c. Notab.eſt iſta gl.&
ad hoc continuo allegatur, ſ.ꝙ ex ſnĩa lata contra filium fit exe-
cutio contra patrem de peculio. Pro cuius perfecta declaratio-
ne primo videndum eſt,quid cum filius condemnatus eſt in cã
ciuili, vel criminali ciuiliter mota.Secundo,quid cum condem
nandus eſt ex cauſa criminali criminaliter mota, ad puniendũ
filium pœna pecuniaria applicãda fiſco ob vindictam publicã.
Tertio,nunquid ad hoc, vt poſſit fieri executio aliquo dictorũ
caſuum contra patrem, requiratur patrem citatum fuiſſe in ꝓ-
ceſſu,& ſnĩa agitatis cũ filio. Vltimo, nunquid valeat ſtatutum,
quod pater teneatur pro delicto filij, vel ſoluere eius condẽna-
20 tionem,& quomodo debet intelligi. Circa † primum Bar.in d.
§. ſi de vectigalib. videtur diſcuſſiſſe caſum, ꝙ aut filius condẽ
natus eſt ex cauſa pecuniaria, vel ex delicto ciuiliter,vt primo ca
ſu indiſtincte executio ſentẽtiæ latę contra filium poſſit fieri in
peculium aduerſus patrem,per l. 3.§. idem ſcribit.ſ.de pecu.&
21 glo.hic. Quo ad † ſecundum diſtinguit, quòd aut filius fuit cõ-
demnatus,cum tamen ſemper fuerit abſens, & nunquàm in iu
dicio,& tunc dicendum patrem non teneri. Alleg.glo.ord.Inſti.

de noxa.§. fina. Aut fuit condemnatus abſens, præſens tamen fuit in iudicio, litem conteſtando, & ſic quaſi contraxit, & tunc aduerſus patrem in peculio poſſit fieri executio, per tex. in d.§. idem ſcribit. Tu aduerte, quia tex. in d.§. idem ſcribit. dum dicit, in iudicijs quaſi ɔ̃hi, ergo in his iudicijs cum filio agitatis in peculio teneri, prout tenetur ex eiuſdē ɔ̃ctu, non loquit̃ de quaſi contractu, qui reſultat ex litis conteſtatione, ſed de eo, qui reſultat ex ſententia, cuius tranſeuntis in rem iudicatam executio poſtulatur. Eo enim ipſo, quòd quis patitur ſententiam in ſe latā in rem iudicatā tranſire, vr̃ ſn̄iæ aſſentire, vt in l.fin. C.de ſen.q̄ ſine certa quāti.l. ab eo.C. qñ & qñ iudex. & l.hi qui ad ciuilia.C.de appe.cum ſimil. Ex quo tacito ɔſenſu oritur quidā quaſi tacitus ɔ̃ctus, pro quo facit, quia ɔfeſſio & ſn̄ia æquiparātur, vt in l.poſt rem.ꝭ.de re iudi.l.j.ꝭ.de confeſ.& l.j.C. eod.titu. Sed per ɔfeſſionem iudicialē partis, quaſi inducitur ɔ̃ctus, vt eſt tex. in l.de ætate.§.qui interrogatus.de interroga.act. Item pari ratione & per ſn̄iam. ſi igitur ſic eſt, ſequitur ꝙ ex ipſo quaſi cōtractu, qui inducitur per ſn̄iam iunctam cum præſtatione taciti conſenſus, ipſe pater tenetur de peculio ex ſn̄ia lata contra filium ſiue præſentē, ſiue abſentē & contumacē. Et ſi dicas, quo-
22 modo iſto caſu † oritur quaſi ɔ̃ctus, cum filius ſit abſens & cōtumax? Reſpondeo, ꝙ ex cōtumacia inducitur ɔſenſus tacitus in ipſius filij odiū, vt in l.de ætate.§. qui tacuit.de interroga.act. Et ſic ēt quaſi contractus, propter quē quaſi ɔ̃ctum filii, ſn̄ia in ipſum filium prolata executioni ɔ̃ patrem mandatur. Præterea vt dicit ipſe Bar. hic, ipſe pater reſpectu peculij poteſt æquiparari fideiuſſori iudicatum ſolui. Ad hoc l. cum filius.ꝭ. de verbo. oblig. l.j.C.de decur.lib. 10.& l.quoties.ꝭ.ad muni. Sed ſn̄ia lata aduerſus præſentē, vel abſentē, & contumacē, executioni mandatur aduerſus fideiuſſorē iudicatū ſolui, vel ex clauſula, ob rē non defenſam, vt l.cum quęrebatur.& l.3.§. ſi reus.ꝭ.iudi.ſolui. Igitur & pariter dicemus de ſn̄ia lata ɔtra filium, ꝙ executioni mandabit̃ ɔ̃ patrem. Nec refragatur doctrina legiſlatoris in l.q repudiantis.§.ſi.ſ.de inoffi.teſta.in l.ſi ideo.ſ.de eui.in l.præſes. C.de pig.& in l.j.C.de peric. & cōmo. rei vendi.l. ſi perluſorio. §.quoties.ꝭ.de app.& quod habetur ꝭ. de re iudi.l. ſæpe.volens, ꝙ eo caſu, quo reperitur ſn̄iam latā aduerſus vnū ꝑiudicare alteri, debet intelligi vbi eſt lata aduerſus illum rōne ɔtumaciæ, qm̃ tunc non ꝑiudicat. Ita ergo in propoſito patri non dēt ꝑiudicare ſn̄ia. quæ aduerſus filiū ex eius ɔtumacia proferțur, quia rn̄deo, ꝙ in caſu noſtro patri non præiudicat principaliter ſn̄ia prolata in filium, ſed quaſi ɔ̃ctus filii, qui inducitur ex cōſenſu prolatæ ſententiæ præſtito, vt dicit Iuriſcon. in d.§.idem ſcribit. Et ſic vr̃ indiſtincte concludendū, ꝙ aduerſus patrē ſit executio in peculio occaſione ſentētiæ latæ contra filium in cauſa ciuili, vel criminali mota ciuiliter, ſiue lata fuerit, eo quia filius conuictus, ſiue rōne contumaciæ. Et hoc per tex.l. & ſi cōdemnatus. ſ.de noxa.& l.tam ex contractibus.ſ.de iudi. qui indiſtincte dicunt ex iudicio cōtra filium occaſione delicti ciuiliter agitato,
23 patrē de peculio teneri. Et ſi † dicas, ſentētia lata contra emptorem præiudicat venditori occaſione ɔ̃ctus initi, vbi ſe obligauit de euictione, & tamen non præiudicat, cum aduerſus emptorē ratione ɔtumaciæ promulgatur, vt in d.l. ſi ideo. & in d. l.j. Ita ergo dicendū in patre, vt q̄uis ipſe ex ſn̄ia lata ɔ̃ filium teneatur occaſione quaſi contractus, non tamen teneatur, cum illa ex cōtumacia eſt prolata. Reſpondeo, ꝙ caſus ſunt diſſimiles, qm̃ ꝓmiſſio de euictione habet tacitam conditionē, ſ. ſi ſn̄ia iuſte cōtra emptorem lata fuerit, & ex eo, quia conuictum, non aūt ex eo, quia contumacē, vt in l.ſi per imprudentiā.ſ. de euic.& l.ſi duo. ſecus aūt eſt in ipſo patre, quia quaſi ɔ̃ctus filij ēt factus iniuſte, quia cum mixtura delicti eum obligat de peculio, ſn̄ia cōtra filiū prolata, per d.l.& ſi condemnatus. licèt ſi principaliter ex delicto filij quis actionē vellet dirigere contra patrē, pr̃ non obligaretur, niſi quatenus eſſet locupletior, vt in l.3.§.ex cauſa. aliàs §.ex furtiua.ſ.de pecul.& hæc ſufficiant de primo. Circa ſe-
24 cundū † Bal. in l.reos.C.de accuſa.& in l.filius.ſ. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. tenet aduerſus patrem in peculio non fieri executionem occaſione ſn̄iæ criminaliter latę ɔ̃ filium, ea ratione, quia ratio, quare pater patitur in peculio executionē occaſione ſn̄iæ latæ contra filium, eſt, quia ex ſententia vna cum præſtatione conſenſus taciti vel expreſſi eius, contra quem lata eſt, oritur quaſi contractus, vt d.§.idem ſcribit. Ex omni autem contractu vel quaſi filii, pater de peculio tenetur, vt in l. 3. §. ſed ſi filius.ſ. de pecul. Sed hæc rō ceſſat in cā criminali criminaliter mota, qa in illa non quaſi ɔ̃hitur, vt proxime probabitur. igitur &c. Qđ aūt non quaſi ɔ̃hatur, patet, quia ſic dicendo redigeretur criminalis cauſa ad ciuilis cauſæ intellectū, cum omnis quaſi contractus ſit ciuilis, nec poſſit eſſe criminalis, vt in l.ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſi. ſed ſi pactum.ſ.de pact. quod eſt abſurdum dicere. Tu aduerte, quia contrarium videtur verius, quia non eſt abſurdum dicere, quod ex ſn̄ia criminaliter prolata, cum ſubſequenti conſenſu tacito vel expreſſo eius, ɔ̃ quem fertur, inducatur quaſi ɔ̃ctus. Quod probo ex eo, quod video in ſimili, ꝙ q̄uis non dicatur delinquens ad pœnam, quæ ſibi ex delicto imponitur, ob vindictam publicam obligari propriè, quia illa ex officio iudicis iniungitur, vt Inſti.de iniur.§. in ſumma. qđ non præſupponit obligatione, vt l. qui per colluſionē.§.pretij.ſ.de actio.emp. & terminat per hanc rōnem ſic Bar. in l.fi.ꝭ.de iniu. & in extrauag. qui ſint rebelles. in glo. ſuper verbo, meretur, tm̃ dr̃ ad eam pœnam delinquēs quaſi obligari, & ſic ſuper ea quaſi ɔ̃here, eo ꝙ delictū cōmittit. Et hoc probatur primo auctoritate glo.ordi.in l.j.§.beſtias.ſ.de poſtu. dicentis, ꝙ qui delinqt, in pœnam conſentit. Secundo ex tex.l.fi.C.de ſen.paſſ. dicentis, ꝙ delinquens ita ad pœnam ſe obligat, ꝙ eius ſeruus efficitur. Tertio ex l.aliud.ꝭ.de verb.ſigni.& l.quæſitū.ꝭ.qui & a quibus. vbi dr̃ delictum eſſe pœnę pręparationē. Quarto hoc vult expꝛ̃ſſe glo.ordi. in l.reſcriptū.in prin. ſuper verbo, hypothecas.ſ.de pac. dicens in pœnis delictorū, quæ imponuntur ob vindictam publicā, cadere quandā obligationē largo modo ſumptā, quæ vt dixi reſultat ex eo ɔſenſu, quē delinquens in actu delinquendi in pœna ꝑſtare dr̃. Quinto, qa licet officiū iudicis nō ꝑſupponat obligationē, vel debitū, tn̄ ꝑſupponit quaſi debitū, ſeu quaſi obligationē, vt no. glo. in l.ſi ſeruū.§.vlt.ꝭ.de ver.oblig. & in l. promiſſor.ſ.de conſti.pecu. Vltimo huius ſn̄iæ fuit Inno. in c.in noſtra.de iniur. dicens, in pœnis delictorū, quæ imponūtur ob vindictā publicā, ineſſe quandā naturalē obligationē, quæ reſultat ex conſenſu, quē tacite præſtare quis cenſetur, vt ſe ad pęnā obliget, cum delinquit, licet glo. in §.ius aūt gentiū. Inſtit. de iure nat.& in l.ex hoc iure.ſ.de iuſt. & ut in aliquibus libris dicat in pœnis delictorū. quæ imponuntur ad vtilitatē priuatam, non cadere obligationē iuris gentiū, ſed ciuilis tm̃, arg.l.ex maleficiis.ꝭ.de act.& obl.& Inſti.de obli. quæ ex delic. in prin. Si ergo in pœnis criminaliter impoſitis adeſt quaſi ɔ̃ctus, ſeu quaſi obligatio, quæ reſultat ex conſenſu, quē cū quis delinquit, cenſetur tacite præſtare, vt ſe ad pœnā obliget, vt ſupradicta demōſtrant, ergo pari rōne debet ipſe quaſi ɔ̃ctus, ſeu quaſi obligatio induci ex ſn̄ia lata criminaliter ad vindictā publicā, iuncto conſenſu tacito, vel expreſſo eius, in quē eſt prolata. Et ſic cum ſtet firma ratio d.§.idem ſcribit. merito dicendū, ꝙ iſtam patiatur pater executionē occaſione ſn̄iæ criminaliter ad vindictā publicam latæ contra filium, ſicut occaſione ſn̄iæ latæ ſuper crimi-
25 ne ciuiliter. Et ſic eſt concluſio, ꝙ † quamuis ex crimine cōmiſſo per filium non obligetur ſtatim pater de peculio, ſed ſolum quatenus locupletior eſt effectus, vt in d.l.3. in §.ex cauſa.& in l.ex pœnalibus.ꝭ.de reg.iur.l.j.§.ſi filius.ſ. de his qui deiecer.& l.j.§.ſi filius.ꝭ. de vi & vi arma. tn̄ patiatur executionē in peculio occaſione ſentētiæ aduerſus filium propter crimen prolatę, vt d.l.& ſi condemnatus.de noxa. Quoad tertium Bar. in l.cum
26 filius.ꝭ.de verb.oblig.& † Bal. in l.j.C.ne filius pro patre, & etiā ipſe Bar. hic, dum reprobat Pet. tenent poſſe ex ſentētia lata cōtra filium in patrem fieri executionē in peculio, quamuis non citatum in proceſſu ſeu ſententia aduerſus filiū agitatis, & hoc ea ratione, quia ad patrem, vt de peculio ſatisfaciat, peruenitur in conſequentiā ſententiæ prolatæ contra filium, ergo ipſe pr̃, quamuis non citatus, hanc executionē patitur. Et pro hoc primo glo.ordi.in l.in cōuentione.ꝭ.ad Silla. vbi ſn̄ia lata cōtra homicidas habet effectū cōfiſcandorū bonorū ɔ̃ hæredes necem defuncti non vindicantes, quamuis aliter non citatos in proceſſu homicidatū. Et huius eſt ratio, quia ad illam confiſcationē peruenitur in conſequentiā ſententiæ latæ contra homicidam per alios accuſatores, q̄ per hæredes. & probatur ēt hoc in l.j.C. vbi cauſæ fiſcal. Secundo ad idē tex. in l.quiſquis. C. ad legē Iuliā maieſt.& in c.ſtatutū.de hære.lib.6. vbi ex ſn̄ia lata ɔ̃ patrem in crimine hæreſis, vel lęſę maieſtatis, inſurgit effectus pœnæ imponendæ contra filium, quamuis aliter non citatum in proceſſu facto aduerſus patrē, & hoc ratione prædicta, quia ad pœnam filij peruenitur in conſequētiam ſentētię latæ cōtra patrē. Tertio ad idē tex.l.fi.C.ad leg.Iul.maieſt.& c.cum ſm̃.de hęre. lib.6. vbi ſn̄ia lata ſuper crimine hæreſis ſeu læſę maieſtatis inducit effectū reuocādorū bonorū alienat. per delinquentē a die commiſſi criminis aduerſus eos, in quos facta eſt alienatio, quaſi aliter non citatos, & hoc ex rōne prædicta. Quarto ad idem l. quinque legibus.ꝭ. de bon. damna. vbi ſm̃ vnam lectu. eſt tex. quòd ſententia lata aduerſus vxorem, in ver. legibus, inducit effectum confiſcationis dotis aduerſus maritum, quamuis non aliter citatum, & hoc ratione prædicta, quia ad pœnam hāc aduerſus eum peruenitur, in conſequentiā ſentētię latæ aduerſus vxorem. Quinto ad idem tex. in l.j.C.de aduoc.diuer.iud. Tu aduerte, quia licet contra hanc opinionē videatur facere tex.l.ēt. §.fi.ſ.de minorib.l.Lucius ſ.de infamib. nihilominus pro ea allego in ſimili tex.no. in l.auctore.C.de euic. vbi eſt expreſſum. ꝙ ad fideiuſſorem euictionis re euicta, quamuis aliter non ſit ſibi facta litis motæ denunciatio, ꝑuenit̃ in ɔſequentiā denūciationis factę vēditori, atq; omiſſę ꝑ eū defenſionis emptoris. Præ-

terea

tetea video, ꝙ ad fideiuſſorē iudicatū ſolui, quamuis aliter non
citatum, peruenitur in conſequentiā ſentētię latæ cōtra debito
rē, vt in l. j. ȷ̄. iudi. ſolui. per tex. illum hoc determinat Bar. in l. fi.
ad fi. C. de exec. rei iudi. vbi ꝑ illū tex. hoc determinat Bal. & ēt
per eaſdem mouetur glo. idem determinans in c. 1. de iniur. lib.
6. & etiam Specu. in titu. de exec. ſentē. §. ſequitur. verſi. quod ſi
ſnīa. & Archi. 11. q. j. te quidem. & habetur per d. Bal. in l. 2. §. fi-
na. ſupra qui ſatiſda. cogan. & in l. duobus. §. qui iurauit. ſupra
de iureiuran. & in l. grege. §. ſi cum defenſore. ſ̄. de pigno. & hęc
27 ſufficiant de tertio. Quo ad † vltimum dicendū, ꝙ gl. in rub. C.
de decre. decur. tenuit tale ſtatutum valere, eo quia ipſa conſti-
tutio non eſt aliud, ꝗ quædam ciuium inter ſeipſos conuentio
in ſcripturis redacta, vt l. ſed ea. ſ̄. de leg. Sed cōuentione parti-
culari fieri poteſt, quòd pater pro filio teneatur, ergo pari ratio-
ne conuentione vniuerſali, argu. ȷ̄. de adminiſt. tuto. l. ſi duo. ad
fi. ſ̄. de pact. l. non impoſſibile. & quod no. glo. ȷ̄. de reg. iur. l. nec
ex prætorio. & l. neque pignus. §. priuatorum. Tu aduerte, quia
quamuis prima fronte videatur hoc ſtatutū fore inualidū iſtis
rationibus. Prima, quia nedū aduerſus ius ciuile, ſed aduerſus
ius naturale eſt, ꝙ quis pro debito ſeu delicto alterius prægraue
tur, vt l. prouidendū. C. de decurio. lib. 10. l. hac diffinitione. C.
de omni agro deſer. lib. 11. & in d. c. 1. de iniur. lib. 6. & in Auth.
vt nulli iudic. §. qm̄ verò. & tex. melior eſt omnibus in l. j. C. vt
nullus ex vicar. lib. 10. Conſtitutio autem aduerſus ius natura-
le non valet, vt Inſti. de legit. agna. tute. §. fi. & l. 2. ſ̄. de vſufru. ea
rum rer. Secunda, quia dat filio occaſionē faciliorē delinquen-
di, ex quo ſcit patrem ad pœnam obligari pro ſe. Cōſtitutio au-
tem, ex qua occaſio delinquendi introducitur, non toleratur, vt
in c. p. de conſue. Tamē pur gl. dicit verum ratione ſuperius aſ-
ſignata, & etiam quia iuri naturali poteſt conſtitutio ex cā dero
gare, vt no. glo. in l. fin. C. ſi ꝯ ius vel vtil. pub. & patet 13. diſtin.
in prin. cū ſimi. Sed ratio ſtatuti eſt iuſta cauſa, quare velit patrē
pro delinquēte filio obligari, deducitur ex tex. ſingulari in l. iure
prouiſum. C. de fabricen. lib. 11. & ponitur in tex. illo, ſ. vt pater
occaſione ſoluendæ pœnæ, ſi filius delinquat, perterritus circa
actus filij, vt in bono, non malo verſetur diligentē ſolicitudinē
gerat. Præterea videmus, quod valida eſt conſtitutio, ꝙ filius ēt
ſi non ſit hæres patris, teneatur reſpectu malę adminiſtrationis
commiſſæ circa officiū primipili, & hoc ea ratione, quia patres
plerūque ex eo officio plura exhauriebant, vt filios ditarent, vt
l. fi. C. de primi. lib. 12. Præſuppoſita ergo validitate ſtatuti, licèt
ꝯ ſenſerit Bar. & male, per prædicta in l. legatorū petitio. ȷ̄. de le-
ga. 2. de pluribus circa eius intellectum dubitatur. Primo, nun-
28 quid † illud habeat locum, vbi filius eſt ſoluendo? & in hoc dic,
quòd non, quia tūc fieri debet executio ꝯ filium. Et ad hoc mo-
ueor ad propoſitū ex tex. valde notab. in l. j. C. de decur. lib. 10.
& in l. libertus. §. j. ȷ̄. ad municip. vbi pater, quòd id, quod dr̄ pa-
trem teneri inſolidum, ſi conſentiat aſſumptioni filij in officiū,
procedit, niſi filius ſit ſoluendo, quia tunc non tenetur pater. Et
ideo procedere debet excuſſio bonorum filij. Ita ergo dicendū
in ſtatuto, vt enim conſenſus paternus obligationē inducens li
mitatur per ius cōmune, ita etiam limitatur & ipſa cōſtitutio,
vt in l. 2. C. de noxa. & in c. cum dilectus. de conſue. cum ſimil.
& ſi dicas in d. l. libertus. illud ex eo eſſe, quia pater ex conſenſu
præſtito redigitur ad inſtar fideiuſſoris, qui non poteſt conue-
niri, niſi præcedat excuſſio bonorum principalis, vt in authen.
29 præſente. de fideiuſ. Reſpondeo, quòd illud eſt † introductum
de iure nouiſſimo, qm̄ de iure antiquo poterat perueniri ad ſi-
deiuſſorem principali omiſſo, vt in l. iure noſtro. C. de fideiuſſ.
& ſic ſm hoc in dicta l. j. & d. l. libertus. eſt huius quæſtionis ca-
30 ſus. Secundo dubitatur, nunquid † habeat locum filio condem
nato pœna perſonali, & dic quod non. Qua enim ratione non
poteſt quis obligare ſe pro alio ad pœnam perſonalē ex conuē
tione ſpeciali, vt no. gl. 23. q. 5. cum homo. & probatur in l. 2. C.
ad Turpil. in l. ſi a reo. §. quod vulgo. ȷ̄. de fideiuſ. l. ſi quis reum.
ȷ̄. de cuſt. reo. & eſt ratio, quia nemo membrorum ſuorum eſt
dn̄s, vt in l. liber homo. ad leg. Aquil. pari ratione, nec ſe obliga-
re poterit conuentione vniuerſali inducta per ſtatutum, vt d. l.
ſed ea. & ita etiam reperio tenere Bald. in l. 2. C. de conſti. pecu.
31 Tertio dubitatur, nunquid † illud ſtatutū locum habeat filio
delinquente extra territorium ſtatuentium? & hanc quæſtionē
ſpecifice tractauit Barto. in tract. ſuo repreſaliarum, in q. 4. pri-
mæ quęſtionis principalis. determinans, quòd non, per l. cum
vnus. §. hi qui. ȷ̄. de bonis autho. iudic. poſſiden. & c. vt anima-
rum. §. ſtatuto. de conſti. lib. 6. Sed certe hæc iura non multum
ſtringunt. §. j. qui loquitur, vbi iudex de facto manum extende-
ret in alterius territoriū, puta in poſſeſſionē mittendo. Non. n.
licet de facto in alienū immittere, vt l. ſicuti. in §. Ariſto. ſ̄. ſi ſer-
uit. vendice. & in c. ex parte. de verbo. ſignifi. cum ſimil. §. vero,
ſtatuto. loquitur cum in principali delinquente non reperitur
delictum, ita a iure communi punitum, prout punit ſtatutū. In
caſu autem noſtro ſecus eſt: vnde melior ratio deciſionis eſt, qa
vbi delinquitur extra territorium, recurrimus ad ius cōmune,
non aūt ad ſtatutum pro pœna inferenda, vt eſt caſus in d. §. ſta
tuto. Sed ius cōmune negat patrem ex delicto filij teneri, vt d. l.
ex pœnalibus. cum alijs allegatis, igitur &c. Et ita etiam tenet
do. Bal. in d. l. 1. C. ne filius pro patre. Quarto dubitatur, nūquid
32 ipſa conſtitutio † includat filium illegitimum, adeo vt pro eo ſi
deliquerit teneatur pater. & in hoc Ioan. And. in addit. Spec. in
rub. qui filij ſint legitimi. referens dicta antiqui Doct. Guido. de
Suza. in authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. determinat filiū
ſpurium, ſeu inceſtuoſum non includi, quia ille nō eſt dignus
filius nominari, vt d. authen. ex complexu. & in Authen. quib.
mod. natu. effic. ſui. §. fi. & quod habetur 32. q. 4. in c. fi. Natura-
lis verò filius includitur, eo quia ipſe filij appellatione ſignifica-
tur, vt in l. parentes. ſ̄. de in ius voc. Tu aduerte, qa quamuis pri
mum eius membrū poſſit ſuſtentari, per ea quæ plene no. Bar.
in l. pronunciatio. ȷ̄. de verb. ſign. & in l. tutelas. ſ̄. de capi. dimi.
& Bal. in l. fi. C. de verb. ſign. & in d. l. parentes. dum diſcutiunt,
33 an † appellatione filiorū includātur ſpurij. vide per Dominos in
dictis ſuis deciſionibus, deci. 801. tamen videtur fore dubium
per id quod no. gloſ. in c. ſtatutum. de hære. lib. 6. determinans
legem volentem filiū puniri ex delicto patris, locum habere ēt
in filio ſpurio ea ratione, quia nō debet luxuria amplius caſtita-
te mereri, vt in Authē. de reſti. & ea quæ parit. ad fi. de quo etiā
no. Cy. in l. quiſquis. C. ad leg. Iuliā maieſt. Pari ergo rōne idem
dicendū, vbi lex vult patrē puniri ex delicto filij, vt correlatiuo-
rū ſit eadē diſpoſitio, C. de indic. vid. l. ſi. & l. vlt. ȷ̄. de accept. cū
ſimi. nihilominus in vtroque mēbro puto filium non includi, ſ.
ſiue naturalis ſit, ſiue ſpurius. Primo, quia vt dicit Iuriſc. illū fi-
lium diffinimus, quem nobis legitimæ nuptiæ demonſtrant, vt
l. filiū. ſ̄. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ſed ſpurius, vel natura-
lis ex legitimis nuptiis non demonſtratur, igitur &c. Secūdo ſic,
par debet eſſe ratio oneris & cōmodi, vt in l. vnica. §. pro ſecun-
do. cū ſimi. infinitis. C. de cad. tollen. Sed filij illegitimi non affe
runt cōmodum immunitatis patri, vbi patri propter filiū cōce
ditur immunitas. Nec ēt adoptiui, vt eſt caſus ſingularis ȷ̄. de ex-
cu. tuto. l. 2. §. legitimos. & Inſti. eo. ti. §. j. ergo pari ratione appel
latione filiorū non includitur illegitimus, vbi pater propter fi-
lios non ſentit onus. Tertio ſic, magis reſtringenda ſunt odia, ꝗ
fauores, vt in regula, odia. de reg. iur. in 6. cū ſimi. Sed vbi filius
propter patrem a lege conſequitur aliquem fauorem immuni
tatis vel priuilegij, appellatione filiorū non includitur illegiti-
mus, vt eſt tex. ſing. iunctis glo. in l. ſenatoris filium. in verbo, na
turalis. & in l. liberos. in verbo, naturales. ſ̄. de ſena. ergo pariter
non debent filiorū appellatione includi illegitimi, vbi a lege pa
tri pp̄ filios odium infertur. Quarto vr̄ caſus in l. lex Iulia. ver. li-
bertino. ſ̄. de ritu nup. vbi vult Iuriſcon. legē habentē deciſionē
exorbitantē a regulis iuris cōis, debere intelligi ſm ius cōe, vt
in pęnis in matrimonijs appoſitis, quæ iure cōi reijciuntur, quo
niam matrimonia debent eſſe libera, vt in l. libera. C. de inutil.
ſtip. & in c. Gemma. de ſponſa. cum ſimil. loquēte de patre vel
filio non includere filium illegitimū ſeu patrem. Vltimo vide-
tur iſta concluſio probari in l. ſi quis a liberis. §. idem reſcripſit,
vt filiam. ȷ̄. de lib. agno. vbi recitatur diſpoſitio iuris antiqui vo-
lentis nedum in materia odioſa, ſed ēt in fauorabili & fundata
ſuper iure naturali, puta, ꝙ pater teneatur alere filium, quod de
iure naturæ eſt, vt l. j. §. ius naturale. cum ſimi. ſ̄. de iuſti. & iure.
filiorum appellatione illegitimos non includi, & quamuis ille
tex. correctus ſit in ſe per d. auth. ex complexu. tn̄ valet ad argu-
mentationē, vt no. glo. in l. j. ȷ̄. de ꝯiung. cum emanc. lib. & patet
in c. auctoritate Martini. de ꝯceſ. pręben. lib. 6. Nec ob. glo. in d.
c. ſtatutū. & in cle. j. de baptiſmo. quia dici pōt illas non eſſe ve-
34 ras per prædicta. Quinto dubitatur, nunquid † illud ſtatutū lo
cum habeat in filio condēnato exiſtente ꝯtumace. & iſtam qō-
nem diſputauit Bar. Incipit autē illa diſputatio, Statuto ciuita-
tis Peruſinę &c. poſtmodū vero eam inſeruit lecturæ ſuæ in l.
cum filius. ȷ̄. de verb. obli. refero determinationē eius aliquibus
additis præmittendo, ꝙ illā ſequitur Bal. in d. l. j. C. ne filius pro
patre. Et decidit, ꝙ aut ſtatutum loquitur per hæc verba, ſ. ꝙ pa
ter teneatur ſoluere condemnationē filij, & tunc obligabit pa-
ter, ſiue cōtumax ſit condēnatus filius, ſiue alias. Et pro hoc ſu-
bijcio rōnem, quia ex quo per ſtatutū condēnatus eſt, prout in
facto conſiſtit, merito non cōſiderandū ex qua qualitate illa or
tum habuerit. Ad hoc tex. optimus ſ̄. de ritu nup. l. palā. §. quæ
in adulterio. ibi, dum dicit, pactū enim non ſnīam &c. Aut ſta-
tutum loquitur per hæc verba, ſi filius maleficiū cōmiſerit &c.
& tunc eo condemnato propter contumaciā, ex qua reſultauit
ficta ꝯfeſſio, pr̄ non tenetur. Hoc aūt primo probat doctrina d.
l. ſi perluſorio. §. quoties. cum aliis alle. volens iura dicentia ſen-
tentiam aduerſus vnum latam, alteri præiudiciū afferre, intelli
gi, vbi lata eſt in præſentem, quia conuictum, ſecus ſi in abſen-
tem ratione contumaciæ. Secundo probat tex. notabi. ȷ̄. de iure
fiſci. l. eius qui delatorem. determinans fictam confeſſionē de-

functi eius hæredi nõ præiudicare, qui eſt eadem perſona cum
eo, ergo pari ratione nec ficta cõfeſſio filij patri, quãuis eadem
perſona cenſeatur. Tertio, quia ſi ficta cõfeſſio in vna cauſa nõ
præiudicat eidem perſonæ in alia, vt eſt tex. ſing. in l. 2. §. diuus.
j. de iure fiſci. ergo multominus præiudicabit patri ficta confeſ-
ſio filij, cũ ſecundum realitatem ipſe pater faciat diuerſam cau-
ſam & perſonam a filio. Et hoc verum intelligo, niſi ipſe filius
poſito, ꝙ cõtumax fuerit, tamen cõuictus de maleficio fuit per
probationes, vel aliter, quoniã tunc condemnatio de eo, q̃uis vt
de cõtumace facta, perſonã patris afficit, attento eo. quod ẽt ve-
re de maleficio cõuictus eſt. Ad hoc allego tex. ſing. cum gl. ſua
35 in l. 2. C. de cõtra. iudic. tute. Sexto cadit dubitatio, pone † ꝙ ſta
tutũ dicat, ꝙ pater pro filio cõdemnato teneatur ſoluere eius
legitimam, quomodo tunc poſſibile erit, cum legitima conſide
retur ſecundum tempus mortis patris, attento ꝙ filius viuen-
te patre ius in ea non habet, vt in d. §. ſi impuberi. & attento, ꝙ
detrahi debet deductis primo ære alieno & funeris impenſa, vt
l. Papinianus. §. quarta. ſ. de inoffi. teſtamẽ. & reſpondet ad hoc
Bald. in d. l. ſi qua pœna. & in l. quãquã. C. ad leg. Falci. quod da-
to hoc inconuenienti, ꝙ pater viuens teneatur legitimam ſol-
uere, dabitur aliud, ſcilicet ꝙ ſolutio legitimæ debebit fieri cõ-
ſideratis bonis patris ſecundum tempus delicti, & tunc dies le-
gitimæ cenſebitur cedere. dicit etiam ſimile in c. cum ſimus. de
regula. Ego dico, ꝙ conſideratur tempus ſententiæ ſuper male-
ficio cõtra filium prolatæ. Et ad hoc allego l. filius. ſecundũ ve-
ram lecturam. ſ. de iudi. l. quæſitum. ſ. de pecu. & text. hic in 2.
36 reſpon. Dico etiam, † quod ex bonis poſtea ſuperexcreſcenti-
bus in patrimonio paterno, filius nõ habebit ius petendi ſuę le
gitimę augmentum. Iſta eſt elegans deciſio Butriga. C. de colla.
in lectu. noua, in l. pactum, quod dotale. & illam ſequitur Bal in
l. quamuis ſimpliciter. C. de fideicom. Et ego illam probo viuis
rationibus. Prima, quia pater in vita legitimam ſoluẽs, ex quo
tempus præuenit, ſibi nocere nõ debet, quinimo videtur voluiſ
ſe hæredi futuro prouidere. Ad hoc tex. optimus, j. ad leg. Falc.
l. cum quid de pecu. §. fi. Secundo, quia vt manifeſte apparet,
tempus ſententiæ, quod conſideratur, vt pater viuens teneatur
legitimã ſoluere, ſubrogatur tempore mortis patris, quod de
iure communi conſideratur ad extrahendum legitimam filij,
vt eſt caſus notab. arguendo de patrono ad filium in l. etiam. §.
fin. j. de bonis liber. Ergo ſequitur, ꝙ debet ſapere naturam tem
37 poris mortis, in cuius locum ſubrogatur, ex regula volente, † ꝙ
tempus ſubrogatum aſſumit naturam eius, in cuius locum ſub
rogatur. vt in l. ſuperuacuã. C. de tempo. in integ. reſtit. & in l. in
contractibus. ibi dum dicit, biennium pro quinquennio &c. C.
de non nume. pecu. Sed tempus mortis patis in cõſideratur ad
dandam legitimã filio, ꝙ ex bonis poſt mortem patrimonio pa
terno accreſcentibus, filius non põt augmentũ legitimæ pete-
re, vt l. ſi patronum ex debita. in §. fi. j. de bon. lib. vbi eſt tex. ſin-
38 gu. igitur &c. Et per hæc † ſit expedita iſta quotidiana materia,
quam totam intellige, vbi filius ex debito condemnatur ad cer-
tam ſpeciem ſeu quantitatẽ. vbi vero bona filii publicantur, an
tunc inferatur præiudiciũ patri quo ad publicationẽ peculiorũ,
dic vt plene dixi in d. §. ſi de vectigalibus. Superadde, quod
no. Guliel. de Cug. in l. j. §. merito. ſ. quando de pecu. actio eſt
annalis. & Bal. in d. l. filius. ſ. de his qui ſunt ſui. Et inquantum
39 ſupra dixi, an † valeat ſtatutum, quòd pater teneatur pro filio.
Adde, q̃d ecõtra, ſcilicet, an valeat, ꝙ etiam filius patris nõ hæ-
res pro parte teneatur. & dic de hoc vt no. Bal. in l. dotis ſuæ. C.
40 de iure dotium. Item inquãtum ſupra tetigi, an † poſſit quis ca-
pi pro debito, nõ præmiſſa excuſſione bonorũ. Adde, quod no.
41 d. Ang. in repe. l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. 10. † In ead.
ibi, cum poſſit pater ſtatim filio adimere peculium &c. Adem-
ptio ergo peculij põt per patrem fieri filio, ẽt poſt ipſius filij cõ-
demationẽ, & ſic erit condemnatio eluſoria. Quod intelligunt
Iaco. de Are. & Bar. ſi bona fide fiat hæc ademptio. Aliàs enim
non præiudicaret creditoribus filij, ſ. de pecu. l. ſumma cum ra-
tione. & l. ſed ſi damnum. §. præterea. Tu aduerte, ꝙ ſi pater adi
mit peculium, & penes ſe retinet, videtur hoc dolo facere. Et ſic
non debet creditoribus peculiaribus nocere, ita videtur proba
ri in d. l. ſumma cum ratione, quod maxime videtur verum, vbi
totum patrimoniũ paternũ, ſeu maior pars eius conſiſtebat in
peculio filij, arg. j. de his quæ in frau. credi. l. omnes. §. Lucius. j.
de lega. 3. l. nomen debitoris. §. filio. in glo. ſuper verbo, ſubſtan-
tia. Et hoc eſt clarum, ſi ſciebat creditores peculiares eſſe, vel fi-
lium iam alteri eorum cõdemnatũ. Idem videtur, & ſi ignoraſ-
ſet creditores eſſe peculiares, quia ſaltem nunc cum ſcit, dolo vi
detur facere non ſatisfaciendo eis, ex quo ſcit ſe fuiſſe ipſis obli
gatum, & peculium penes ſe eſſe, arg. j. de doli excep. l. 2. §. circa.
Et ad hoc accedat, quia filius patrem etiam inuitum de pecu-
lio obligat, vt l. ſi quis ſeruum. §. etiam. ſ. de pecu. vnde non dẽt
poſſe pater ius quæſitum creditoribus abſque eorum facto ex-
tinguere, arg. ſ. de pac. l. fi. cum ſimi. & tene menti dicta in iſta l.
quia quotidiana ſunt. Interdum vero nõ adimit peculium, ſed
rem aliquam eiuſdem in tertium donationis titulo transferẽs,
& tunc ſi bona fide facit, videtur poſſe tolerari, ſicut & quando
debitor bona fide rem aliquam alienat, ſecus ſi mala fide, & in
fraudem creditorum, cum ſuſpicaretur aliquem creditorũ ꝯ ſe
acturum, vt probatur in d. l. ſumma cum ratione. vbi aũt totũ
peculiũ alteri tertio donaret, vel maiorẽ partem, tunc ſi ſciebat
creditores ſubeſſe, videtur fraus præſumi, arg. d. §. Lucius. & d.
l. nomen. §. j. Secus forte ſi non ſciret, quia tunc validatur adem
ptio, atque adempti peculii donatio propter bonam fidẽ, vt d.
l. quam Tuberonis. in fi. & l. peculium naſcitur. eod. titu. In tex.
ibi, nec intereſt peculio rem &c. videtur igitur velle tex. ꝙ ĩ hoc
42 an † maritus condemnetur quatenus facere põt, non interſit,
an in peculio rem vel pecuniam dotalem habeat necne: vnde
arguit hic Dy. ꝙ ſi maritus conueniatur rei vẽdicatione ad fun-
dum, quem penes ſe habeat, quia non intereſt, an habeat nec-
ne, quia ſi eſt inops dicto caſu quocunque dicto priuilegio po
titur, vt hic eſt tex. Ad quem tamen tenens contrariũ põt reſpõ
dere, ꝙ hic loquitur, cum maritus conuenitur actione perſona
li. Non enim poteſt loqui cum conuenitur reali, quod patet, q̃a
iure iſto dñium rei dotalis ſoluto matrimonio non retransfere
batur ipſo iure in mulierẽ, vt probatur in l. j. ſ. de fundo dota.
in l. & ſi dotis. C. de iure dotium. Igitur ſibi non poterit compe-
tere rei vendicatio. quæ dominiũ ex parte agentis præſupponit,
vt l. inter. ſ. de rei vendicatio. & l. vnica. C. de alie. iudi. Vel ſecun
do potes reſpondere, quòd bene verum eſt, ꝙ non intereſt, quo
minus teneatur inſolidũ, ſiue res dotalis ſit in peculio, ſiue nõ,
quia vtroque caſu tenetur inſolidum, licèt moderetur exactio,
ſi non põt facere, vt in l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxo. act.
tamen bene intereſt ſi condemnetur, quatenus facere põt, quia
ſi res dotalis eſt in peculio, indubitanter poteſt facere. ſi non eſt,
non poteſt. niſi quantitas peculij aſcenderet ad dotem. Facit ad
hoc ſ. de pec. l. In bonæ fidei. Et ſecundũ hoc dictus ver. nec in-
tereſt. venit cõtinuatiue ad primam particulam legis. & in ver.
ſed quatenus, dum dicit cõdemnari quatenus facere poteſt, de-
bet ſubintelligi, quãdo res dotalis non eſt in peculio. vel peculij
quantitas non aſcendit ad dotem. Vnde fuit ſecunda opin. Gui-
liel. de Cug. in l. quod nomine. ſ. de condi. inde. dicentis rei ven-
dica. maritum ad dotem conuentũ dicto beneficio vti non poſ-
ſe. eo quia non conuenitur tunc vt maritus, ſed vt quilibet poſ-
ſeſſor extraneus. Ad hoc l. Neſennius. §. fundum. j. de re iudi. &
l. de eo. ad ſi. ſ. ad exhib. Sed certe poteſt reſpõderi, ꝙ in d. §. fun
dum. præceſſit traditio rei donatæ, quæ ex poſt facto perue nit
ad donantem. Ea autẽ traditio integraliter facta ſuſtulit priuile-
gium dictæ exceptionis, arg. C. ad leg. Falci. auth. ſed cum teſta-
tor. Et eſt caſus in l nam & maritus. ſ. de condi. inde. Præterea,
quamuis a prin. dirigitur libellus contra maritum non vt mari
tum, ſed vt alium quemlibet poſſeſſorẽ, tamẽ in proceſſu cau-
ſæ fit cõmemoratio dotis. Et ſic videtur, ꝙ licet conueniatur, vt
poſſeſſor. poſſit tamẽ excipere de proprio priuilegio. Pro Guili.
tamẽ adduci poteſt tex. in l. ſi cum dotẽ. §. fi. ſ. e. Sed rñde, quòd
43 † ibi loquitur in matrimonio putatiuo, in quo beneficio dictæ
exceptionis non eſt locus, vt in c. 1. de dona. inter vir. vbi eſt ca-
ſus ſm vnam lect. Adduci etiam põt tex. in l. etiam. §. licet. ſ. eo.
vbi dolo deſinens poſſidere maritus rem dotalem, condemna-
tur inſolidum, neque tutus eſt exceptione prædicta, ergo idẽ vi-
detur, ſi poſſideat, quia paria ſunt, poſſidere, & dolo deſinere
poſſidere, vt in regula, pro poſſeſſore. cum alijs ſimil. Sed reſpõ
de, ꝙ ibi eſt ſpeciale, eo quia grauius punitur dolus ratione deli
cti, q̃ nõ doloſus, vt patet in d. §. cum autẽ. & in d. §. licet. vbi di-
citur, quòd ſi dolo deſijt poſſe facere, merito tenetur inſolidũ,
ſecus ſi caſu. Bal. dicit aduertendũ, ꝙ licet rei dotalis dñium re-
transferatur in vxorẽ iure Codicis ipſo iure, per l. in rebus. ſecũ-
dum cõem intellectũ, non tñ retransfertur poſſeſſio, vt l. dotis.
C. eo. Igitur cum retranslatio dñij non traxerit ſecũ executionẽ
retranslatæ poſſeſſionis, & ſic ipſi vxori non ſit adhuc dos reali
ter ſoluta, merito gaudet maritus dicto bñficio, q̃d non, niſi per
ſolutionẽ integraliter factam amittit, vt d. l. nam & maritus, &
ſic in effectu ſequitur opi. Dy. ſubijciens, ꝙ ſi maritus promittẽs
reſtitutionẽ, conſtituiſſet ſe pro vxore in eo caſu precario poſſi-
dere, quia tunc trãſiret poſſeſſio in eã ſine traditione, vt l. quod
meo. j. de acquir. poſſ. item & dñium, merito non gauderet ma
ritus dicto bñficio in quaſi traditione dotis ĩtegraliter facta vxo
ri, per d. l. nam & maritus: nec mulieri tunc nocere põt caſus in-
opiæ contingentis in perſona mariti, quia perſona precario pro
alio poſſidẽs, præiudiciũ ei, pro quo poſſidet, afferre non põt, vt
l. fi. C. de acquir. poſſ. & hoc eſt notandũ, & verum. Moder. autẽ
dicunt, ꝙ nedum ſi reali, ſed ẽt ſi pſonali actione agatur ad fun-
dum in dotem datum, non habet maritus priuilegium, quia il-
lud videtur habere ſolum, quando eſt obligatus ad quantitatẽ,
ſecus ſi ad conſiſtentia in pondere, numero, & menſura, vt vr
aperte probari in l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxo. actione.
Sed

Sed certe mirũ eſt de tanto errore, quia immo dictus §.cum au
tem. vult maritũ gaudere hoc beneficio, ſi conueniatur ad do-
tem exiſtentẽ in pondere, numero, vel menſura, vnde ꝯ dictum
caſum loquuntur aperte. Præterea aduertendum, ꝙ ille tex. lo-
quitur ſecundũ antiquiſſimã iuris prudentiam, qm̃ ſm inferio-
rem in quibuſcunque rebus conſiſtat dos, maritus dictũ bene-
44 ficium conſequitur, vt patet hic in verbo, rem † vel pecuniam,
quæ ſunt verba vniuerſaliſſima, & omniũ dicibiliũ incluſiua,
vt in l.i. ſ̃.ſi cert.petat. & l.rei. & l. pecuniæ. ĵ. de verbo.ſignific.
j.q.j.dictũ. & quod plene no. in d.l.talis ſcriptura. ĵ. de legat. j.
quia Bart. hic vltimo dixit, ꝙ aut conuenitur maritus actione
reali per vxorem, & ad aliam rẽ, quàm dotẽ, & tunc vera ſit opi
nio Guiliel. ſcilicet vt dicto beneficio non gaudeat, per d. l. Ne-
ſennius. §.fundum. & hoc membrum ego rõne confirmo, mo
tus ex verbis literæ legis, non tantũ.ĵ.de re iudi.dicens, ꝙ cum
ex aliis contractibus, quàm dotis ab vxore conuenitur, ẽt dicto
beneficio vtitur. No. ergo verbum, contractibus. Contractus
enim eſt, qui vltro citroque obligat, vt l. Labeo. la 2.in §.ꝯctum.
ĵ. de verbo. ſignifi. Quam obligationẽ ẽt ex parte conuenti nõ
præſupponit rei vendicatio, vt no.glo. Inſti.de actionib. in prin.
& patet ĵ.de optio.lega.l.creditor. §. Titia. & l. Aurelius. §.Mæ-
uia. de tali autẽ obligatione loquor, quæ propriũ cõſtituat cre-
ditorem. Aut conuenitur ad dotẽ, & tunc ſiue reali, ſiue perſo-
nali dicto beneficio gaudeat, & hoc per ſupradicta. Et ego iſtud
ſequor, & moueor duplici conſideratione. Prima, quia ratio,
quare maritus dicto priuilegio vtitur aduerſus vxorem, eſt re-
uerentia maritalis, & honor bene trãſacti matrimonij, vt l.alia.
§.eleganter.ſ̃.eo. & l. 2.ĵ.rerum amo. Sed hæc rõ ſibi pariter hic
locũ vendicat, quacunque actione inſtituta, igitur &c. Secũdò,
quia ex quo vxor ſoluto matrimonio habet aduerſus maritum
actionem duplicẽ, ſcilicet realem & perſonalẽ, per d.l.in rebus.
ſm cõem intellectum. & in poteſtate eius ſit eligere, qua ex eis
vti velit, vt l.cũ filius. §. variis. de lega.2. & l.quod in hæredem.
§.eligere.cum ſim. ſ̃.de tribu. merito eſſet in poteſtate vxoris,
ſecus qñ vellet maritũ dicto beneficio fraudare, eligendo actio-
nem realẽ, quod eſt abſurdũ, quia ſm hoc lex eſſet impoſita ver
bis, & non rebus, atque ẽt ludibrio, ꝯ l. 2. in fi. C.cõia de lega. &
l.fi.ĵ. ne quid in loco publi. & c.commiſſa.cum ſimilib. de elec.
in 6. Non enim eſſe debet in alicuius poteſtate tollere per viam
indirectam alteri cõpetens beneficiũ, de priuileg. c.quãto. ſ̃.de
arbit.l. ne in poteſtate.cum ſimil. Vltimo inquantum ſupra di-
45 xi † valere ſtatutum, ſeu conſuetudinẽ, ꝙ pater teneatur ſolue-
re criminalẽ condemnationem pro filio. Adde, ꝙ ille vr̃ caſus
expreſſus in c.2.in verbo, ſecundũ conſuetudinẽ. de delic.puer.
quem tex. aliàs in meis extraordinariis notabilibus ad aliud no
46 tabiliter notaui. Item inquantum dixi † ex criminali condem-
natione filii patrem non aſtringi de iure cõi, ẽt in peculio. Ad-
de l. 3. §. ſi filius. ſ̃. quod quiſq; iuris. & hæc in iſta lege dicta ſuffi
ciant. Ex quibus vna cum alijs quæ dixi in d. §. ſi vectigalibus.
poſſes formare vnam ſolemnem repetitionem &c.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio criminis oppoſita per tractantem lucrum, excluditur per replicationem criminis.*

2 *Semel approbatum non poſſum reprobare.*

3 *Approbatio poſt factum idem operatur, quod facta ante factum.*

4 *Facultas accuſandi quod denegetur, negata facultate excipiendi.*

5 *Statutum in ciuilibus extenditur ad criminalia, quando eſt eadem ratio.*

6 *Ratio legis, & mens legis, videntur eſſe idem.*

7 *Exceptio bona dicitur, quæ ex mente legis procedit.*

8 *Excipiens de lenocinio, non videtur ſe fateri adulteram, & vide nu. 17.*

9 *Maritus excipiendo de adulterio non lucratur dotem, ſi præſtitit cauſam adulterio, vel poſt adulterium commiſſum vxorem penes ſe retinuit, & vide num. ſeq.*

11 *Maritus mores vxoris nõ poteſt improbare, quos ipſe antea corrupit, aut poſtea approbauit.*

12 *Accuſatio adulterij repellitur exceptione adulterij, & vide nu. ſeq.*

14 *Delicta paria ad eundem effectum tendentia, mutua compenſatione tolluntur.*

15 *Maritus quando poſſit excipere contra vxorem de adulterio, cuius occaſionem præbuit.*

16 *Vxor, quæ viro infirmante, vt maritum ab infirmitate liberaret, ſi marito conſentiente cum medico concubuit, licet quo ad maritum ſit tuta, non tamen quo ad Deum.*

18 *Excipiens quando videatur confiteri intentionem aduerſarij. & num. 21. & 22. cum ſeq. vbi fal.*

19 *Exceptio conditionalis quod deduci poſſit.*

Articulus conditionalis fieri poteſt.

20 *Reus plures exceptiones etiam contrarias opponere poteſt.*

25 *Excipiens de liberatione, an videatur fateri intentionem aduerſarij.*

26 *Iudex, coram quo agitur de adulterio, an poſſit vxorem excipientem de lenocinio viri non audire.*

27 *Crimen, ſuper quo eſt cognitum per viam exceptionis, vel aliter incidenter introductum, an poſſit puniri, vſque ad num. 47. in quibus ponuntur decem concluſiones.*

29 *Probatio, quæ ex confeſſione reſultat, non requirit ordinem iudicij, & num. 46.*

30 *Probationes factæ ſuper crimine in cauſa ciuili, quando noceant in cauſa criminali.*

31 *Probationes receptæ ſuper eo, quod eſt introductum per modum exceptionis, an fidem faciant, cum illud introducitur per modum accuſationis, & pariat exceptionem rei iudicatæ, cum idem deducitur per viam actionis, remiſſiue.*

32 *Probationes factæ in vno iudicio, an faciant fidem in alio, remiſſiue.*

37 *Confeſſio, quã quis facit vt teſtis incidenter de crimine, an probet, vt ex ea puniri poſſit confitens ex noua inſtantia, quod ſic ratione publicæ vtilitatis. Et an probet quo ad ciui vtilitatem priuatam. nu. 38.*

39 *Teſtis deponens falſum, quod poſſit a iudice puniri ex officio in eadem inſtantia.*

41 *Dictio, ſufficit, quid importet.*

43 *Dictio, præſertim, quid importet.*

45 *Probationes receptæ contra aliquem ſuper inquiſitione generali, ꝙ non faciant fidem contra eundem ſuper inquiſitione ſpeciali.*

47 *Doli replicatio quando detur contra doli exceptionem, & nu. 48. 49. & 50. cum ſeq. vſque ad nu. 83. & 86. cum ſeq.*

50 *Approbatus in vno, ꝙ non cenſeatur approbatus in alio.*

51 *Iudex ex officio poteſt accuſantem repellere, licet accuſatus non poſſit.*

52 *Intellectus ad l. 3. ff. de condic. ob cau.*

53 *Intellectus ad tex. c. cum eccleſiaſticæ. extra de excep. Qui binos lepores vna ſectabitur hora. Tollere feſtucam de oculo alterius non debet, qui trabem geſtat in ſuo.*

54 *Reus opponens de inhabilitate perſonæ contra agentem, ꝙ non repellitur replicatione.*

55 *Reus voluntarius qui dicatur, & an opponens contra agentem de inhabilitate, poſſit replicatione ſummoueri.*

56 *Clericus agens pro ſua eccleſia, non repellitur exceptione excommunicationis.*

57 *Dolus cum dolo, quamuis circa idem commiſſo, quãdo criminaliter agitur, compenſatur.*

58 *Dolus cum dolo excluſiuo perſonæ accuſantis, cum criminaliter agitur, ꝙ compenſatur.*

59 *Doli cum dolo, quando agitur actione miſta, quod compenſatio admittatur.*

60 *Compenſatio delictorum ꝙ non admittatur, quando criminaliter agitur ad repulſionem perſonæ teſtis.*

61 *Delicti vel doli compenſatio admittitur, quando ciuiliter agitur, vbi circa idem ſeu diuerſa tendentia, tamen ad eundem effectum, ſit commiſſum.*

62 *Doli vel delicti circa diuerſa & ad diuerſum finem tendentia commiſſorum, non ſit compenſatio, quando ciuiliter agitur.*

Si duo pari impetu ſe inſultant, vtrique datur actio iniuriarum.

63 *Glo. in l. 1. §. cum arietes. ſupra, ſi quadrup. pauper. feciſ. dica. de duobus animalibus ſe inuicem inſultantibus, an ſit vera.*

64 *Iniuriæ verbalis ad ſimilem iniuriam verbalem an fiat compenſatio, & etiam nu. 106.*

65 *Lubricum linguæ ad iracundiam motæ facile non punitur.*

66 *Iniuria illata a commoto calore iracundiæ aliunde cauſatæ, quàm facto eius, cui iniuria eſt illata, mitius punitur.*

67 *Iniuriarium actio datur vtrique, quando iniuria vnicuique infertur ex interuallo.*

68 *Compenſatio delictorum, vt pœna euitetur propter publicam vindictam, quòd non fiat, niſi quis prouocatus alium iniuriaretur. num. 69. & vide num. 76.*

70 *Compenſatio culparum per diuerſos commiſſarum ꝙ fiat, ſi ex coniunctione vnius culpæ cum alia reſultat vnus & idem effectus.*

71 *Facti clandeſtini cum alio facto clandeſtino, etiam ex interuallo facto, cõpenſatio admittitur. & intellige vt nu. 72.*

73 *Ciuiliter vbi agitur, & res integra non eſt, delictorum diuerſorum etiam ad idem tendentium compenſatio non admittitur.*

74 *Ciuiliter ſi agitur, & diuerſa ſunt facta, ad diſſolutionem eiuſdem actus turpiter tendentia, corundem admittitur compenſatio.*

75 *Delictorum diuerſorum, & ad diuerſa tendentium, quando ciuiliter agitur, compenſatio admittitur, ſi habet uim ſolutionis.*

78 *Declaratio dictorum per Innocen. in cap. intelleximus. de adult. & num. 79. & ſequen.*

79 *Duo ſi faciant contra legem delinquendo, conditio incipientis de dolo proponere eſt deterior.*

80 *Duo ſi faciant contra legem delinquendo, ſed poſtea repetendo, non committitur crimen doli, replicatio non datur contra expientem.*

81 *Petitio contra ius lacerari debet.*

83 *Vſurario uſuras repetenti, an opponi poſſit crimen uſurarum.*

84 *Iudex ordinarius quando ex reſcripto dicatur delegatus.*

85 *Verba abnegatiue prolata non inducunt affirmationem.*

86 *Dolus cum dolo, vel delictum cum delicto quando compenſetur. 87. & ſeq. ubi ponit regulam cum fallentijs.*

91 *Malum quando compenſetur cum bono, & nu.92. & ſeq. vbi ponit etiam regulam & limitationes.*
95 *Lucri ceſſantis, quod mihi contingit ex negligentia adminiſtratoris, ſeu conſocij, an fiat compenſatio cũ lucro, quod prouenit ex eius induſtria.*
96 *Statuto ſtante, ꝙ bannitus in iudicio non audiatur, an contra reum de banno excipientem replicari poterit de alio banno, remiſsiue.*
97 *Statuto ſtante, quòd de quolibet contractu gabella ſoluatur, alias contractus ſit nullus, ſi fiat venditio, & gabella nulla ex parte ſoluatur, an cõtractus ſit nullus, & nu.98.*
99 *Statuto exiſtente, de quo ſupra, & nullitate contractus, qua actione agat venditor ad rem venditam.*
100 *Voluntas quæcunque ambigua potius trahitur ad ius commune & regulare, quàm ad ius exorbitans & ſpeciale.*
101 *Statuto ſtante, de quo ſupra, an agens repellatur exceptione gabellæ non ſolutæ.*
102 *Statuto exiſtente, de quo ſupra, ſi vnus contrahentium ſoluit gabellam, an contractus ſit pro illius parte validus, remiſsiue.*
103 *Excipiens contra teſtem, an poſsit ſimili exceptione repelli.*
104 *Index teſti nulli, ſeu crimino ſo, fidem adhibere non debet.*
105 *Teſtis de vniuerſitate, quando omnes criminoſi ſunt, an poſsit contra aliũ teſtificari.*
107 *Exceptio lenocinij quando contra accuſantem de adulterio opponi poſsit.*
108 *Exceptio peremptoria, quæ tangit merita cauſę, ꝙ in criminalibus poſt nomen receptum inter reos opponi poteſt.*
109 *Nomen receptum inter reos, quando dicatur.*

LEX XLIX.

CVm mulier. Siue maritus excipiat de adul
terio, vt dotem lucretur, ſiue
criminaliter accuſet, lenocinij replicatione vel exce
ptione repellitur. h.d. ſm Bar. vel ſic ſm Bal. Si excè-
ptio & replicatio contineant in ſe dolũ, debet replicans obtine-
re, ſi vero eundẽ contineant in ſe petitio & exceptio, debet obti
nere excipiens. hoc dicit. Vel ſic ſm Innoc. in c. intelleximus. de
adult. quando vtraque pars eſt in dolo, ſemp deterior conditio
eius eſt, qui incipit de dolo proponere. hoc dicit, Vel ſic ſm Iac.
de Are. vbi excipiens de dolo certat de lucro captando, replicãs
vero de dãno vitando, potior eſt cauſa replicantis. Et accuſatio
adulterii per lenocinij exceptionem repellitur. h.d. Et eſt nota-
1 bilis lex ſolenniſſime repetita per do. Bald. No. j. ꝙ † exceptio
criminis vel doli oppoſita per eũ, qui certat de lucro captando,
excluditur per replicationẽ criminis ſeu doli factam ab eo, qui
certat de damno vitando. Nec mirum, quia potior illorũ cau-
ſa eſt, qui de damno certãt, quàm eorum qui de lucro, C. de co
dicil. l. fi. C. de iure deli. l. fin. j. de reg. iur. l. non debet. §. in re ob-
2 ſcura. cum ſim. No. ſecundã regulam, ꝙ id, † quod ſemel appro
baui, non poſſum reprobare. Ad idẽ ſ. de neg. geſt. l. Põponius
ſcribit, ſi negotium. Quid autẽ econtra, ſcilicet an quod ſemel
reprobaui, poſſim poſtea approbare. dic vt in l. diſpenſatorẽ.
j. de ſol. & in l. quo enim. §. Iulia. & l. procurator. ad exhib. §. j. j.
rem ra. hab. tractat Spec. in tit. de defenſor. §. j. circa prin. & ple-
3 nius d. Bal. in l. falſus. C. de fur. Tertio notandum, † ꝙ tm̃ opera-
tur approbatio poſt factũ, quantum illa, quæ fit ante factum, &
hoc regulariter. Ad idẽ j. rem ra. hab. l. Paulus reſpondit. alias
incipit, nõ tantũ verbis, C. ad Maced. l. fi. cum ſim. & quod no.
per glo. in c. j. extra de offic. delega. & in clemen. j. de pęnis. No.
4 quarto † in ver. ſi tamen ex mente ꝙ cui denegatur facultas ex-
ceptionis oppoſitæ, multomagis & fortius cenſẽt denegata fa-
cultas accuſationis inſtituendæ. Ad idẽ C. de tranſac. l. nec in-
tentio. vbi ponitur regula, ꝙ prohibitus excipere, tacite intelli-
5 gitur prohibitus agere. No. ex eodem, ꝙ † ſtatutũ in ciuilibus
extenditur ad criminalia, qñ eſt eadem ratio. Ad idẽ ſ. de iudi.
l. omnẽ. In illis enim ad inſtar ciuiliũ iudiciorũ procedendũ eſt,
j. de pœnis. l. abſentem. & quod habetur j. de pub. iudi. l. inter ac
6 cuſatorẽ. No. ex eodem, † ꝙ ratio legis & mens legis idem eſſe
vĩr. Nam ex legis ratione colligitur mens eiuſdẽ, j. de iure pat.
l. adigere. §. quãuis. cũ ſim. vnde dicimus, ꝙ ratio legis anima le
gis eſt. Ad hoc quod no. Dy. in c. ſi. de reg. iur. lib. 6. Itẽ dicimus,
ꝙ ex lege venire dr̃ id, quod ex eius mente ſeu ratione colligĩ,
quamuis non ſpecifice ex verbis eius percipiatur, j. de verb. ſig.
l. nominis & rei. §. verbũ. ex legibus, j. de excuſa. tut. l. ſcire opor-
7 tet. §. aliud. verſi. ſed & ſi maxime. No. ex eodem, † ꝙ illa dicĩ
eſſe bona exceptio, quæ procedit ex mente legis, & econtra illa
non erit bona, q̃ ex eius mẽte non procedit. Ad hoc C. de adul-
8 terijs. l. ita nobis pudor. No. † ꝙ obijciẽs exceptionẽ lenocinij,
non vr̃ confiteri ſe adulteram. Nam alias ſi confiteri videretur,
deberet cõdemnari ex ſua confeſſione ſine vllo ordine iudicia-
rio, quia in confeſſum in iudicio ſine alio proceſſu ferri debet
condemnatoria ſnĩa, de confeſſ. c. cũ ſuper. j. de cuſto. reo. l. ſi cõ
feſſus. ſ. ad legem Aquil. l. proinde. §. notandũ. & quod no. Inn.
in c. qualiter & quando. il 2. extra de accuſa. Quod tñ hic nega-
tur. Et hæc ſunt ea notabilia, quæ colligi poſſunt ex intrinſeca
mẽte legis huius. Sed magis ad corticẽ literæ aduertendo. No.
9 † ex eadem infra, ꝙ ex adulterio non lucratur dotẽ maritus per
viam exceptionis ſeu actionis, cũ ipſe cauſam adulterio præſti-
tit, aut poſt cõmiſſum adulterium vxorem apud ſe retinuit. Vt
enim alibi dicit tex. ſic, ſcilicet non poteſt maritus vxori adulte
rium obijcere, qui eã adulterandã tradidit, extra de eo qui co-
gnouit conſanguineã vxoris ſuæ. c. diſcretionem. & alibi ſic, ſci-
licet, periniquè enim agit maritus, ſi ab vxore pudicitã exigat,
quã ipſe vxori non exhibeat, j. de adult. l. ſi vxor. §. index. Nota
10 ſecundo † ex eadẽ a contrario ſenſu, ꝙ ſi vir commiſerit lenoci
niũ, ipſe ex adulterio dotẽ lucratur, ẽt ſi illud in iudicio introdu
cat p viam exceptionis. de quo dic vt plene dixi ſ. eo. l. Lucius.
11 Nota tertio ex † eadẽ, ꝙ maritus vxoris mores improbare non
põt, quos ipſe aut antea corrupit, aut poſtea approbauit. Ad idẽ
j. de adult. l. ſi vxor. §. fi. ibi, dum dicit, ſero. n. accuſat vxoris ma-
ritus mores, quos ipſe aut ante corrupit, aut poſtea approba-
12 uit. No. ex eadẽ, ꝙ accuſatio † adulterij repellitur per exceptio-
nẽ lenocinij oppoſitæ ante nomẽ vxoris accuſatæ inter reos re-
ceptũ, ſecus ſi poſt, j. de adul. l. 3. §. ſi publico. & §. qui hoc. eo. ti.
l. ita nobis. & hoc eſt verũ, ſiue inſtituatur accuſatio adulterij
ciuiliter, hoc eſt ad lucrum dotis, ſiue criminaliter, vt ad pœnã
intruſionis ad monaſterium, vt in d. §. præſcriptiones. & hoc, ſi-
ue miſte, hoc eſt ad ſeparationem thori. Ad hoc extra de adult.
c. intelleximus. & c. fi. de diuor. c. ſignificaſti. cũ ibi nota. Melior
textus eſt 32. q 6. nihil iniquius. dum dicit, nihil iniquius eſſe, q̃
cauſa fornicationis dimittere vxorẽ, ſi & ipſe maritus conuinci
tur fornicari. Cum. n. maritus occaſionẽ fornicandi vxori præ-
bet, illã ſibi non aũt vxori dẽt imputare. Ad hoc tex. no. 27. q. 2.
ſi tu abſtines. dum dicit, ſi tu abſtines ſine voluntate vxoris tuæ,
tribuis ei occaſionẽ fornicandi. Ergo illius peccatũ non tibi, ſed
13 tuæ debes abſtinẽtiæ imputare. No. ex eadẽ, † paria fore quo ad
excludendum maritum, dicendo, de adulterio vxori ipſum, vel
adulterij cauſam dediſſe, vel mores vxoris adulteræ approbaſ-
ſe, & paria ẽt ſunt hæc quo ad puniendũ maritũ de lenocinio.
Ad hoc ſ. de mino. l. auxilium. §. fi. j. de adult. l. 2. §. lenocinij.
14 C. eo. tit. l. caſtitati. No. † vltimo ex eadẽ, ꝙ paria delicta, [a] id eſt
tendentia ad eundẽ effectũ, puta quia ad violandam fidem ma
trimonij, mutua compenſatione tollũtur, ſiue agatur ciuiliter,
vel miſte, vt ſupra dixi, & patet ſ. eo. l. viro. ſiue agatur ad repel-
lẽdum maritum a criminali accuſatione, vt hic patet, licet non
inducatur compenſatio quo ad pœnã criminalẽ euitandam, vt
in d. l. 2. §. qui hoc. j. de adult. In tex. ibi, viri lenocinio adultera-
15 ta fuit, † &c. Non ergo poteſt maritus vxori obijcere adulteriũ,
cui occaſionẽ præbuit, vt hic patet. Vt tamẽ plenius habeas, dic
ſic, ꝙ aut vir eſt occaſio adulterij mulieris inuitæ, & tunc mari-
tus illud non imputat mulieri, vt in c. diſcretionẽ. præallegato.
Et huius eſt ratio, quia mulier vim paſſa in illicito coitu nõ eſt
in ea cauſa, vt adulterij vel ſtupri dãnari poſſit, vt in d. l. ſi vxor.
§. ſi quis plane. Eſt enim caſtitas ſeu pudicitia virtus animi, qui
violẽtiam non ſentit. Illa enim corpori infertur, & non animo,
dicit tex. notabilis 32. q. 5. quod aũt. Vnde re vera caro adultera
ta dici non poteſt, niſi ante corrupta fuerit mens, eadẽ cauſa &
q. in canone, re vera. & c. ita ne. & c. propoſito. vbi ponitur exẽ-
plum in Lucretia pudica matrona nobilique Romana. Aut vir
eſt occaſio adulterij mulieris non inuitæ, & tunc quo ad Deum
non eſt mulier excuſata, ex quo nõ cõpellebatur adulterare, ſed
ꝯ virum excuſata eſt, ita vt ipſe illi adulteriũ non poſſit obijce-
re, vt in d. c. ſi tu abſtines. 27. q. 2. & tenet Ioan. And. in d. c. diſcre
tionẽ. & in c. ſignificaſti. de diuor. & probatur hic. Et hoc proce
dit, vbi maritus fuit cauſa immediata adulterij, vbi aũt fuiſſet
cauſa remota, ſeu mediata, tunc non vr̃ marito debere imputa
ri, & ꝯñ ipſe vxori adulterium obijcere poterit. Ad hoc, quod
notat glo. in c. de cætero. de homicid. concludẽs cauſam remo-
tam ſeu immediatam in maleficijs non eſſe conſiderandã. Ad
idẽ ẽt tex. in d. c. ſignificaſti. Et exẽplum poni põt, qñ vxor a vi-
ro deſerta, amplius continere non valẽs, adulteriũ commiſit, vt
in d. c. ſignificaſti. Debuit. n. conſiderare, ꝙ potius debebat oẽ
malum pati, & ſic neceſſitatẽ coitus, q̃ adulterium committe-
re, vt in d. c. ita ne. & in d. c. ſacris. quod metus cauſa. Nec ob. di-
ctum capitulũ, ſi tu abſtines. quia reſpondet, vt ibi no. glo. Et p
16 hoc deciditur † quæſtio de quodam ęgrotante marito, ad cuius
p̃ces vt liberaretẽ, vxor ꝯcubuit cũ medico. Quo etenim & ad
Deum excuſata non eſt, qñ non debuit pro alterius corporali
ſalute animam pdere, dicit tex. 22. q. 2. ne quis arbitretur. licèt
quo ad maritum ſit libera per prædicta. & iſta eſt quæſtio Bar-
tho. Brixiẽſis in venerialibus ſuis. & ponit eã glo. 32. q. 7. alias 6.
17 concubuiſti. In textu ibi, vt nec † accuſare poſſit, qui lenociniũ
vxori

ADDITIO.

a Paria delicta mutua compenſatione tollũtur. Vide vnum dictum Lud. in l. ſed ſi hac. §. ſi liberta. de in ius vocan.

vxori præbuit &c. Et ſic conſiliũ legis eſt, vt vxor a marito incul pata de adulterio, per viam exceptionis, ſeu replicationis intro ducat mariti lenociniũ. Sed certe ſecundũ dñm Bal. vr̃ conſiliũ iſtud nullum. Nam eoipſo ꝙ introducit mariti lenociniũ, vr̃ ẽt confiteri adulteriũ, ſine quo ipſum lenociniũ eſſe non poteſt. Qui enim ponit vnũ, cenſetur aliud ponere, ſine quo illud eſſe non poteſt, vt in l. ad rem mobilẽ. & l. ad legatũ. ſ. de procura. l. oratio. de ſponſa. & l. illud. ȷ̃. de acquirẽ. hæred. & in cap. ex literis. de excel. præla. cum ſimil. Et conſequenter debet mulier ſine vllo ordine iudiciario per iudicem condemnari, quia cõtra confeſſum in iudicio non requiritur alius proceſſus, ſed ſtatim eſt diffinitiue damnandus, per d. l. proinde. §. notandũ, & quod no. Innoc. in cap. qualiter. il 2. de accuſat. pro huius ſolutione valde inſtat hic ipſe. Tu autem aduerte, quia pro veritate habenda duo vtilia & ſubtilia diſcutienda ſunt. Primum, an intelligatur confiteri intentionẽ agentis. Secundo, an ex delicto incidenter probato, vel confeſſato, cũ ad aliud principaliter age

18 retur, poſſit ſequi diffinitiua ſententia. Circa primum ſcias, † ꝙ quæſtionem hanc ponit glo. in Auth. de exhib. re. in §. ſcimus. in l. non vtique. ȷ̃. de exceptio. in l. ſi quidem. C. eod. tit. in c. exceptionẽ obiiciens. de reg. iur. in 6. & in c. cũ venerabilis. de excep. & in c. ſerpens decepit me. de pœni. diſt. j. in c. j. de teſti. lib. 6. & in l. ſi filium. C. de lib. cau. Specu. in tit. de excep. in §. viſo. poſt prin. Cy. in l. exceptionẽ. C. de proba. & ibi etiam Bal. & Bart. in d. l. non vtique. Bal. in l. magnũ. C. qui accuſ. non poſ. in l. alia. C. de his, quib. vt indig. & in l. vnica. C. de confeſ. Tu autẽ pro veritate conclude, ꝙ interdum exceptio oppoſita eſt intentionis & facti, & tunc ex ea non inducitur confeſſio, quia illa eſt præciſe negatiua intentionis agentis, vt no. gl. in l. qui ſe debere. ſ. de condi. ob cauſam. ergo non poteſt dici confeſſatiua, ne in eodẽ ſubiecto exceptionis duo contraria inſint, arg. ȷ̃. pro ſuo. l. ancillam. cũ ſim. Et idem eadẽ ratione dici poteſt in quacunque exceptione negatiua intentionis agentis, vt eſt exceptio non numeratæ pecuniæ. & ſi. Interdũ vero exceptio ſic ſe habet, ꝙ non negat ſpecifice intentionẽ agentis, ſed ponit intentionem excipientis, vt eſt exceptio pacti de non petendo, exceptio interruptionis, & ſimiles, & tunc ſit regula, ꝙ excipiens intentionẽ agẽtis non vr̃ fateri, vt in dicta regula, exceptionẽ. & d. l. non vtiq;. quæ maxime procedit his caſibus. Primo, ſcilicet qñ per prius negatur intentio agentis, vel quando dicit, ſe non confiteri eandẽ, puta quia actor ageret dicens, ſibi debere decem, reus excipit, dicens, nego me debere, vel non confiteor, & ſi debeam, oppono exceptionem pacti de non petendo. Et hoc eſt quod no. glo. in d. l. ſi filium. & in d. l. ſi quidẽ. Secundo, quando excipiẽs poneret conditionaliter, puta quia actore dicente ſibi deberi, reus dicat, ſi debeo, oppono exceptionem pacti de nõ petendo, tunc enim nec fateri intelligitur, vt eſt caſus in d. c. cum venerabilis. Et huius eſt ratio, quia conditionalis locutio præciſam diſpoſitionẽ non inducit, ȷ̃. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti. l. ſi quis ſub conditione. ȷ̃. de ope. lib. l. ſi ita ſtipula. ȷ̃. de manumiſ. teſtã.

19 l. Titia. §. fi. Nec eſt abſurdũ, † ꝙ conditionalis articulus, ſeu exceptio formari poſſit, vt no. Innoc. in c. ex parte. ſ. de reſcrip. attento, ꝙ ipſe reus pluribus defenſionibus etiam contrariis vti poſſit, vt in l. nemo. & l. is qui. ȷ̃. de excep. l. nemo. ȷ̃. de reg. iur. & in regula, nullus pluribus. de regu. iur. in 6. de præſcrip. c. veniẽs. cum ſim. Tertio, qñ actor negaret exceptionẽ rei quo ad ius & factũ, quia tunc non poſſet ſe ex negata per ſe exceptione fundare. Ex eo enim quis commodum non debet reportare, quod nixus extitit impugnare, vt in regula, ex eo. li. 6. de cenſi. c. cum olim. de acquir. hæred. l. quæſitum. cũ ſim. Et hoc eſt quod no. Bart. in d. l. non vtique. Ad quod facit id, quod no. Spec. de poſitione negata, vt ſe ex ea negans fundare non poſſit, in titu. de poſitionibus. §. 8. ver. j. & Archi. de confeſ. cap. j. in 6. Bart. ȷ̃. de his qui. vt indig. l. poſt legatum. & Bal. in d. l. alia. Hanc aũt regulam veram eſſe probatur. Primo, quia per exceptionẽ nego me debere, quoniã exceptio non eſt aliud, quàm actionis excluſio, vt l. 2. ȷ̃. de excep. vnde ſi per ipſam actor dicere poſſet, me fateri eius intentionẽ, eadem exceptio pareret duos effectus contrarios, ſcilicet, excluſiuum intentionis agentis, & corroboratiuũ, quod eſſe non debet, vt l. qui hominẽ. §. fi. ȷ̃. de ſolutio. Secũda ratio eſt, quia intentionem tacite agentis interclusam in exceptione poteſt ipſe reus ponere dupliciter. Primo prout eſt in facto. Secundo prout eſt in iure. vnde in dubio vr̃ fateri prout in facto, non autem prout in iure ſonat, quia verba partis in iudicio in eius fauorẽ, non aũt ꝯ interpretanda ſunt, vt in l. inter ſtipulantem. §. j. ȷ̃. de verb. obligat. & in l. ſi quis intentione. ſ. de iudi. Et vt hoc intelligas, exemplũ pone hoc, ſcilicet, quia actori dicenti ſibi deberi decem, opponã dicens, feciſti pactum de non petendo, tamen poterat eſſe, ꝙ illud debitũ, ſuper quo pactum hoc fuit conceptũ, non erat vere debitum, licet de facto debitũ prætenderetur, vel erat debitum naturaliter tm̃, vel nullo modo, & tñ reus ad maiorem cautelã voluit eſſe tutus exceptione pacti de non petendo. Tertia ratio eſt, quia ipſe reus quamuis ſimpliciter excipiens, cenſetur tacite ſub conditione, ſi agens intentionem ſuã probauerit, vt in d. l. ſi quidẽ. & l emptor. C. de præſcrip. longi temporis. & d. l. exceptionẽ. igitur ſi agens non probat eius intentionẽ, ipſe debet abſolui, quãuis non probauerit exceptionẽ, vel fecerit probationẽ dubiam, vt in l. qui accuſare. C. de edẽ. & in c. ex literis. de probationib. vt eccleſiaſtica beneficia. c. j. cum ſim. Quarta, quia reus non vr̃ fateri, quod non ſentit, vt in l. ſi ex teſtamento. ȷ̃. de excep. rei iudi. l. ſolemus. ſ. de iudi. & hoc vt pares in iudiciis ſint perſonæ actoris & rei, ſed reus nunquã in dubio vr̃ ſentire velle confiteri intentionẽ actoris, cũ reorũ natura ſit ſubterfugere. vt l. properandũ. C. de iudi.

20 & 4. q. 4. nullus. cum ſim. igitur &c. Quinta ratio † eſt, quia reus priuilegiatus eſt, vt poſſit opponere duas exceptiones, ẽt ꝯrias, vt in d. l. nemo. & in dicta regula, nullus. cũ aliis allega. Ergo ita in dubio præſumendũ eſt, ꝙ velit facere, quia quis cenſetur velle deducere in iudicio ius ſuũ eum pleniori modo, quo poteſt, vt in d. l. ſolemus. de iudi. & in l. an eadem. §. actiones. de excep. rei iud. Et ſic præſumendũ eſt in dubio, ꝙ præmittere velit reus negationem intẽtionis agentis, & caſu quo agens probet, tunc

21 in ſubſidiũ opponere exceptionem. Fallit † autẽ regula hæc primo quando intentio actoris ponitur ſeparatim ab exceptione, & poſtea exceptio obiicitur, quia tunc vr̃ intentionem agentis fateri. Et iſte eſt caſus rotundus in c. præterea. il ſecondo. de trãſactio. vt puta ſi diceret, verum eſt, ꝙ debeo tibi decẽ, ſed dico, ꝙ

22 feciſti pactum de non petendo. Secundo fallit, † quando factũ, quod ponit agens, eſt interclusum in exceptione, & actor fundat ſe in facto prout eſt in facto, non aũt prout eſt in iuris effectu. Tunc enim excipiens vr̃ fateri. Et iſte eſt caſus in l. quoniã. ſ. de his qui notan. in fa. Exemplũ, agis ꝯ me ex crimine infamãte, puta adulterii, iniuriarũ, ego oppono exceptionẽ tranſactionis ſuper eo factã, certe dicor fateri crimen factũ eſſe, ex quo reſultat infamia. Non obſtat textus in d. l. ſi quidem. vbi conſulitur, ne opponat exceptionẽ ante fundatã agentis intentionem, quia illud non dr̃ ex eo, ne quia ante opponenda videatur fateri, ſed ne grauetur ſuperfluo onere, licet tñ excipiens non videatur fateri. Et ſic exceptione non poſſit trahi fundamentũ intentionis agentis, vt ſupra dictũ eſt, poterit tñ trahi ex probatione ipſius exceptionis, quæ cõis eſt vtrique parti. Probationes enim quãuis ab vno productæ communes ſunt vtrique, C. de epi. & cler. auth. ſed iudex. 3. q. 8. hortamur. 14. q. 4. ſane. Ita eſt caſus in d. c. cũ venerabilis, vt patet, ꝙ ſi inſtrumentũ productũ p reũ ad fundandã ſuã intentionẽ, non fuiſſet falſum, potuiſſet actor ſe fundare ex illo. & per hoc habes expeditum iſtũ articulum.

23 Vnde ad caſum propoſitũ inferẽdo. † Aduerte tñ, quia inquãtum ſupra dixi, ꝙ vbi factũ, quod ponit agens, eſt interclusum in exceptione, & agens fundat ſe in facto, nõ aũt prout eſt in iuris effectu, tunc excipiens vr̃ confiteri, per dictam legẽ, quoniã. Adde ꝙ d. l. nõ vr̃ clare hoc probare, quia loquitur in trãſactione ſuper crimine, dicens, quia tranſigendo vr̃ fateri crimen. Et ratio, quia vr̃ tranſegiſſe metu futuræ probationis, & ſic non loquitur in excipiente, qui excipiendo intendit excludere aduerſariũ ab intentione ſua, ergo nõ debet intelligi confiteri, ne inducta ad effectũ excluſiuum operentur ꝯrium, ȷ̃. de hære. inſtit. l. ex facto ẽt agitatũ. de lega. j. l. legata inutiliter. de adim. lega. l. legata inutiliter. de ꝯdi. & demon. l. cũ tale. in §. fi. ȷ̃. de his quæ in teſtamento delen. l. cancellauerat. de verb. ſignific. tranſmiſſæ. cum ſim. Vnde eſt, ꝙ ille, qui ſoluit animo declinandi iudicium, non vr̃ fateri, nec litem conteſtari, ſ. de procur. l. ſi reus

24 paratus. cũ ibi no. & per hoc videtur † ẽt bene dicere Bar. in d. l. non vtique. volens excipientẽ intelligi confiteri, vbi agens exceptionem aduerſarii approbat quo ad factum, ſed negat quo ad ius. Exemplum, ſi exceptionem pacti de non petendo agens dicit veram eſſe quo ad factum, quia verum eſt, ꝙ pactum factũ fuit, ſed dicit falſum eſſe quo ad ius, quia illud pactũ fuit de iure inualidũ aliquo ex capite. & hoc dicit arg. d. l. quoniã. quia vt vides ex prædictis lex illa hoc nõ probat. Præterea videẽ hoc eius dictũ ꝯ caſum in d. c. cũ venerabilis. Ibi. n. aduerſarius epiſcopo petenti eccleſiam, oppoſuit exceptionẽ, epiſcopus de facto veram confitebatur, vt colligitur ex textu, ſed eã impugnabat de iure pp defectum alicuius ſolemnitatis, & tamen tex. ibi vult, ꝙ non poterit fundare intentionẽ ſuam ſuper exceptione illa, niſi reſpondeas, vt ſupra dixi, ꝙ exceptio ibi fuit cõditionaliter oppoſita. Sed certe ſi põderetur tex. Papa in deciſione ibi non ſe fundabat ſuper conditione, ſed ſimpliciter ſuper ipſa exceptione, niſi dicas, ꝙ fundabat ſe ſuper ea, ſicut cõditionaliter oppoſita quomodocunque, tñ hoc dictum Bar. non vr̃ verum

25 per ſupradicta. Et p hoc apparet, † an opponens exceptionẽ liberationis, videatur fateri intentionẽ aduerſarii ponentis debitũ, videtur enim ꝙ ſic, eo quia ipſa liberatio neceſſario præſupponit debitũ præceſſiſſe, de verb. obl. l. decem. ȷ̃. de reg. iur. l. nõ poteſt videri deſiiſſe. cũ ſim. Contra tñ veritas eſt per prædicta.

Ad quod

Ad quod accedāt notata in c.per venerabilē.de elec.& in c.pia. de excep. in 6.in q. illa,an dicens ſe abſolutū videaẽ confiteri ſe olim fuiſſe excommunicatum. Illud tñ no.ꝙ ſuper pacto facto exceptionis,pōt actor ſe fundare,quia reſpectu eius,quod ponitur explicite in ipſa exceptione, non habet reus aliquam excuſationem, & ita probatur ex tex. c. ex parte decani. de reſcrip. Nunc ergo inferendo ad caſum propoſitū ad motiuum do.Bal. pōt reſponderi. Primo dicendo, ꝙ mulier hic poterat excipere negatione præmiſſa, vel conditionaliter, ſic, ſcilicet, non commiſi adulterium, & ſi commiſi, tu commiſiſti lenocinium. Vel ſic,ſi adulterium commiſi, tu lenocinium commiſiſti. Sed vt ſupra dixi,non vr̃ ſufficiens reſponſio,quia quãuis hæc exceptio ſit ita concepta negatione præmiſſa, vel conditionaliter,tamẽ probatio eius per teſtes fiet ſimpliciter pro vtraque parte, vt in d. c.non ſane. 14. q. 5. In cuius allegatione ſ. erraui circa quotam. Et ſic ſi teſtes probarent adulterium, vr̃ ꝙ ſibi illa probatio præiudicat,quamuis nō præiudicaret oppoſita exceptio, niſi reſpondeas,& hæc eſt reſponſio do. Bal. in d.l.ſi magnum. ꝙ cum illa oppoſitio exceptionis lenocinij,& eius probatio fiat ante litem conteſtatam, & ad alium finẽ, ſcilicet,declinandi iudiciū, ideo non debet mulieri nocere quo ad condemnationẽ. Ad hoc tex. c.veniens. il 2.cum ibi no. extra de teſtib. Secundo poteſt principaliter reſponderi, ꝙ poſito, ꝙ excipiens videatur confiteri,tñ exceptio habet negationẽ implicitam,quia ſemper vr̃ dicere, quod dicis non eſt verum, & ſi verū, oppono talẽ exceptionem. vnde non pōt ſeparare vnum a reliquo, ſed oportet, ꝙ actor totū acceptet, vel totū reijciat. Ad hoc eſt doctrina Bar. in l. Aurelius.§.idem quæſiit. j.de lib.lega. & quod no. Cy. in l.2.C.de dona.ante.nup.Spec.in tit.de poſitio.§.vltimo. verſ. ſed pone. Archid.in d.c.j.de confeſſ.lib.6.Bal.in l.j. C.de confeſ. & in l.vnica. C.vt q̃ deſunt aduo.& in l.j.§.editiones. ſ.de edendo. & Domini in corū deciſionibus, deciſione 672. ex quorum dictis apparet, ꝙ quamuis vbi plura quæ opponit reus ſunt ſeparata, poſſit agens pro parte acceptare, & pro parte improbare, vt l.Publia.§.fi.ſ.depoſiti.tñ vbi vnum eſt capitulum,vel plura connexa, non poteſt agens ea diuidere pro parte acceptãdo, & pro parte improbando, niſi id quod improbat,probet ſe recte improbare, vt ex ordine probatur in l 2.§.j.ſ.de mino. & 19.diſt.ſi Romanorum.in glo.& in d.§.idẽ quæſijt.Sed hæc exceptio,ſi adulteriū feci,tu lenocinium commiſiſti.eſt vna,vel ſi pluralis,eſt connexa,ergo ſequitur,ꝙ non poteſt pro parte acceptari,& pro parte infringi, per ſupra dicta. Quod enim probo ꝓ me, probare etiam debeo ꝯ me, vt l.ſi quis teſtibus. quæ eſt canonizata. C.de teſtibus. Si ergo actor dicat, nego, quod lenociniū commiſerim, non poteſt ſe fundare in confeſſione adulterii, quod præſupponit per vxorẽ fuiſſe factū ex ipſa oppoſitione,niſi dicas cōtrariū per doctrinam Bart. in d. §.idem quæſijt. dicens,quod vbi contra excipientem vna exceptione,vel pluri, ſed connexa eſt præſumptio iuris,tunc is,ꝯ quem excipitur, poteſt exceptionẽ pro parte acceptare, & ꝓ parte impugnare. Ad hoc C.de iniur.l.ſi non conuitij.de præſum.c.i. Sic ergo in propoſito,exceptionẽ lenocinij quatenus ex ea vr̃ vxor ꝯfeſſa adulterium,pōt maritus acceptare,eãdem vero quatenus ponit mariti lenocinium, pōt ipſe maritus impugnare, eo quia pro eo & ꝯ vxorẽ laborat iuris præſumptio, volens ꝙ nemo delinquere præſumatur, vt in l.merito.ſ.pro ſocio. & in c.eſtote miſericor-
26 des.de reg.iur.cum ſim.Sed aduerte,† quia dicit hic Bal. ꝙ hæc poſſunt procedere in cauſa ciuili, in cauſa etenim criminali vr̃, ꝙ iudex,coram quo illa agitatur, poſſit vxori excipienti de lenocinio dicere, ego totum approbo & confiteor, quod tu adultera,& ille leno,lenocinium aũt pro nunc reijcio,& te de crimine adulterij punire intendo. Cum .n. notorium ſit crimẽ ꝑ tuam confeſſionem, poſſum ſupplere ex proprio officio, C.qui & aduerſus quos.l.j.in glo. de exceptio.c.pia. ad finem. in glo.lib.6. 2.q.j.quãdo aũt. & quod plene no.in l.4. §.hoc autẽ iudicium. de dam.infec. & in c.bonæ.de poſtul. præla. Sed certe, vt ſupra dixi, vr̃ hãc ſeparationem nō ſolum facere iudex, ſed ipſa pars, vnde verior ſolutio omnibus eſt dicere, ꝙ excipiens cōfiteri nō videatur, per ea quæ ſupra pleniſſime dixi,& ſic negare aſſumptū do.Bal.& hæc ſufficiant quo ad primum.Quo ad ſecundū,
27 ſcilicet an ſuper crimine, † ſuper quo cognitū eſt ꝑ viam exceptionis, vel alias incidẽter eſt introductum, poſſit quis puniri. Iſta materia pulchra eſt & quotidiana,neque pōt bene expediri,niſi ꝑ concluſiones. Vnde prima in ordine ſit hæc, ſi tela iudicij fuit ordinata,ita ꝙ cum, aduerſus quẽ de crimine conſtat incidẽter,ſicut cōtra alios,pōt ſequi punitio. Caſus eſt de electione.c.per inquiſitionem. Et vt intelligas,exẽplum pone,Papa cōmiſit diligentẽ inquiſitionẽ ſuper ſtatu eccleſiæ & totius capituli alicui prælato,certe ſi aduerſus aliquem de capitulo incidẽter conſtiterit de crimine per confeſſionẽ ſuam, vel aliter ple-
28 ne,poteſt punitio ſequi. Secunda concluſio. Si tela † iudicij fuit reſtricta ad aliam perſonam ſeu ad aliū finem,tūc ſi iudex vult de nouo procedere ꝯ perſonam, aduerſus quam incidẽter de crimine conſtitit, nouam inſtantiã vel iudiciū inchoando, pōt ipſum punire pœna ordinaria, quia ratione publici intereſſe ſupplere pōt ex officio, & aduerſus eum fidẽ faciet cōfeſſio ſua facta in iudicio,in quo incidẽter crimen confeſſus eſt, licet fidẽ non faciant plenam probationes per teſtes. Huius aũt concluſionis prima pars probatur ex textu no. ſm vnam lecturam in c.cū ſuper.de confeſſis. vbi patet,ꝙ ex cōfeſſione criminis, quã quis fecit incidenter in iudicio, poteſt ſequi punitio, ſi iudex in iudicio aduerſus confitentẽ nouum proceſſum ſuper crimine inchoet. Secundo probatur ex l.cum antea.C.de arbi. vbi patet regulã poni,ꝙ confeſſio facta in vno iudicio, fidẽ facit in alio cōtra eandẽ perſonam, duntamẽ ſit facta in forma iudicij, & iudice ſedente pro tribunali,& non aliter. Ad hoc quod no.glo.in l. iubemus.& l.interrogatã. C.de liberali cauſa. & in l. cū ſcimus. C.de agrico.& cenſi.lib.11. & in c.fi. de confeſſis. & in l.voluit. §. ijs. ſ. de interrogator. actio. Quod puto verū eſſe, ſi non ſedeat principaliter ad hoc, vt confeſſionẽ illam recipiat, per legem,ne ſatiſda. infra rem ratam haberi. & l.cum precum. C.de liberali cauſa. Licet aliqui ꝯ teneant, per no. per Ioan. And. & Io.Cald.in c.tua.& c. veſtra.de cohabi.cler. Tertio probaẽ,quia hoc tenet Inn. qui ita debet intelligi, in c.peruenit. de fideiuſſo. & Archid. 2.q.j. in primis. & Spec.in tit.de inquiſitio. §.nūc videndū. verſi.quid ſi actum.& Bal.in l.mercalem. C.de cōd.ob tur.cau. hoc etiam ſequitur Spec.in tit.de confeſ. §.nunc videndum. verſic.quid ſi actum. & eſt de mente Innoc.in c. cū dilectus.de ord.cogn & in d.c.qualiter & quando.& ponit do.An-
29 to.de teſtibus.c.cãm,quæ. Probatio enim, † quæ ex confeſſione reſultat,ordinem iudicij non requirit,ſed ſatis eſt, ꝙ quomodocunque ſit facta coram iudice ſedente pro tribunali, vt probatur de accuſa.c.j.lib.6.de reſtit.ſpol. c.Piſanis. de elec. conſtitutionem.ad fi. ſ.de mino.l.ait prætor.§.permittitur. ver.quid tñ.& quod no.Bar.in d.l.ſi confeſſus.& Bal.in l.vna.C.de cōfeſ. & in l.2.C.de re iudic.duntamen ſit facta corã iudice competẽti,quia ex incompetentia iuriſdi. improrogabilis rueret, vt c.at ſi cleri. extra de iudi. quod no. de elec. per inquiſitionem. licet non ex ineptitudine proceſſus, vt ex prædictis apparet. Secunda pars concluſionis probatur ex eo, quod no.gl.ord. in l.ſi quis ad
a ſe fundum.C.ad leg.Iul.de vi. volens probationes [a] factas ſuper crimine in cauſa ciuili, non nocere in cauſa criminali, eo quia variatur modus agendi,de teſti. c. veniens. & quia in criminali requiruntur luce clariores probationes, vt l.ſciant cuncti.quæ eſt canonizata C.de prob.& iſtud ſequitur Bar.in l.2. §.hoc edicto.j.vi bo.rap.per l.3. in §.diuus.ſ.de teſti. licet Innoc.ꝯ,& nō bene, per prędicta, in d.c.qualiter & quãdo. Forte tamẽ in hoc,
30 an † probationes receptæ in ciuili, faciant fidẽ in criminali, recurrendum eſſet ad id, quod quæritur, an ſentẽtia abſolutoria lata ſuper crimine deducto ciuiliter,pariat exceptionẽ rei iudicatæ in eodem deducto criminaliter,de quo in l.ex morte.C.ad leg.Aquil.& in d.§.hoc edicto.& in l.j.C.qñ ciuilis actio crimi-
31 nali præiudicet. Et ſimiliter.dum † quæritur,an probationes receptæ ſuper eo, quod eſt introductum per modū exceptionis, fidem faciant,cum illud idẽ introducitur per modū actionis.& recurrendū eſſet ad id,quod quæritur,an ſentẽtia lata ſuper eo, quod eſt introductū per modum exceptionis, pariat exceptionem rei iudicatæ, cū illud idem introducitur per modū actionis,de quo per Innoc.in c.dilectus.de purga.cano. & in c ſuper. de ord.cog.& probatur in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verbo. oblig.& habetur ſ.de euic.l.vendicantẽ. cum l.ſeq & in l.ſinautẽ.§.fi.ſ.de neg.geſt.& in l.quod in diẽ.§. ſi Romæ.ſ.de compẽ. & in l.ſed ſi ante. j.de excep. Stat enim doctrina Inno. in c.cauſam,quæ.de teſti.quam ſequitur Bar. in l.2. j.iudi.ſolui. & in l. mater.§.fi.de excep.rei iudi.& probatur in l.ſed & ſi poſſeſſori. in fi.ſ.de iureiur.& in c.inter dilectos. verſic. nec atteſtationes. extra de fide inſtrum.de eo caſu, quo præiudicat ſententia,prę-
32 iudicabunt ẽt acta.† Iſta tñ materia,an probationes in vno iudicio receptæ faciant fidem in alio,longa eſt,de qua habetur in locis præalleg. & plene in l.2. C.de eden. & per d.Ant.in d.c.cauſam.& per Pet.& Bal.in l.ꝙ tẽpore. C.de teſti.mil. Nec aliter eã nunc diſcutio, quia non pertinet ad propoſitū. Sufficit tamẽ in caſu noſtro tenere id quod ſupra dixi, ſcilicet confeſſionem de crimine incidenter in forma vnius iudicij factã,fidem facere in alio,per d.c.cū ſuper.& d.l.cum antea. non antẽ alias probationes, per tex.d l.3. in §.præalleg. ibi dum dicit, teſtibus, non teſtimonijs &c. Tertia concluſio, vbi iudex non vult procedere
33 de † nouo, ſed punire ex prima inſtantia, tūc ſi crimen fuit deductū, vt exceptio & accuſatio eo caſu,quo reaccuſatio fieri pōt de crimine,

ADDITIO.

a Probationes factæ ſuper crimine in cauſa ciuili, non nocent in cauſa criminali. Imo in l.interdum. de pub. iud. quem ibi vide.& Fed. de Sen. in ſuo conſi.248.

de crimine, de quo in l.j. & in l.neganda. C.qui accu.non poſſ.
& in l.is qui reus.ſ.de publi.iudi.& 3.q.vlt. negãda. vtputa, quia
pars de crimine excepit, & illum puniri petijt, & tunc punitio
ſequi poterit.hoc eſt dictũ Guid.de Suza.in l. vbi.C.de falſis. ita
intelligentis illam l.& l.iubemus.C.de proba.vt refert Io.And.
in addit.Spec.in tit.de prob.§.probare.in addi.quæ incipit, in-
congrua vr̃ hæc locutio.alias, hæc locutio vr̃ incongrua. Et hu-
ius eſt clararatio, quia tunc vt ex petitione excipientis apparet
de crimine,vr̃ non ſolum cognitum per viã incidentiæ, ſed per
34 viam principalis petitionis. Quarta,vbi de crimine † eſt ſimpli-
citer exceptũ,ſi exceptio aſſumit naturã accuſationis,puta quia
voluntarie quis de crimine excipit ab alio non prouocatus, vt
contingit,qñ opponuntur crimina, vel defectus ꝯ petentes con
firmationem electionis, tunc crimen ex eadem inſtantia poteſt
puniri.Hæc eſt doctrina Innoc. in c.ſuper eo. da elec. per illum
tex.quod tñ non vr̃ verum, ex eo quia licet ille, ꝯ quem crimen
eſt probatum per viam exceptionis, dũ petebatur ſuæ electio-
nis confirmatio,repellatur paſſiue, eo quia ex ea criminis pro-
batione eius opinio eſt grauata, vt ibidẽ,non tñ alia pœna puni
tur. Caſus eſt in c.ſuper his. de accu. vbi crimen per viam exce-
ptionis probatũ ꝯ petentem confirmationẽ, non inducit pote-
ſtatẽ imponendæ pœnæ ordinariæ ꝯ eum, aduerſus quẽ eſt fa-
35 cta probatio. Quinta, ſi exceptio criminis † non aſſumit locũ
accuſationis,ſed ſtat in finibus exceptionis, tunc ſi non pōt ha-
bere effectũ repulſiuum,ex eadẽ inſtantia puniri poteſt. Et iſte
eſt caſus ſm aliquos.in §.ſi publico.l.2.de adul.& in d.l.vbi.Ego
ꝯ teneo per tex.in d.l.2.§. qui hoc dicit. & §. ſi extraneus.ſ. de
adul.vbi patet, ꝙ exceptio lenocinij oppoſita per extraneũ poſt
nomen rei receptum inter reos,& ſic non habens effectũ exclu-
ſiuum, vt l.ſi maritus.§.præſcriptiones.ſ.de adult. non habet ẽt
effectum punitiuum. Secundo,quia ſicut reus non valet regula-
riter accuſare ſuũ accuſatorem accuſatione pendente, vt in l.is
qui reus.& d.c.neganda.cum alijs allegatis.Ita & pariter nõ de-
bet poſſe excipere, ſi per exceptionem cõſequitur effectũ accu-
ſationis, ne quod vna via fieri prohibetur, per aliam indirecte
concedatur,de procur.c.tuæ.& in regula,cũ quid vna via.lib.6.
cum ſim.Ad §.ſi publico.reſponde,ꝙ ibi eſt ſpeciale in mulie-
re,quæ excipiebat de crimine lenocinij, quod contingebat cau
ſam adulterij,de qua agebatur.Ratione.n.contingentiæ & cõ-
nexitatis videtur illud crimen exceptũ in iudicio principaliter
deductũ,& ideo poteſt ſequi punitio, vt ibi.ad l.vbi.reſpõde vt
36 apparet ex concluſione 3.Sexta,ſi exceptio † criminis poteſt ha
bere ſuũ effectũ repulſiuũ, tunc ſi is, ꝯ quem obijcitur, aſſum-
pſit defenſionem ſuper ea principaliter diſputando,vel illud eſt
confeſſus,poteſt puniri ex eadẽ inſtantia, vt eſt doctrina Innoc.
ſm alium modum intelligẽdi, in d.c.peruenit. & Archi.in d.c.
in primis. Eam tñ,ſalua authoritate tantorũ patrũ,exiſtimo fo-
re non veram. Primo per tex. in d.c.ſuper his.vbi electus petens
confirmationẽ,& propter crimen ſibi obiectũ repulſus,nõ pri-
uatur beneficiis obtentis,& ſic nec ordinarie punitur. Secũdo,
de hac concluſione vr̃ caſus in c.j.de excep.& in d.c.cũ dilectus.
ad fi.de ord.cog.vbi teſtis propter crimen ſibi obiectum nõ cõ-
tingens cauſam principalẽ, de quo eſt conuictus, ſeu quod eſt
confeſſus,pęna ordinaria puniri non poteſt. Tertio,iſtud demõ
ſtrat gl.ord.iuris ciuilis in d.l.ſi filium. C.de lib.cau.& clarior &
notabilior in c.ex pœnitentibus. 50.diſt.volens. ꝙ confeſſio fa-
cta de crimine incidenter, & ſic multomagis cõuictio, nõ ſuffi-
cit ad puniendum ex eadẽ inſtantia confeſſum,vel conuictum.
Quarto,iſtud determinat Io. And. referens Compoſtellanũ in
c.mandatũ.de reſcri.Spec.in tit. de actione ſeu petitione. §.ſup
actionibus.verſic.ſed quid ſi reus.Archi.in c.fi. de iureiu.lib.6.
volentes, ꝙ ſi petens ſibi adiudicari beneficium, nihil de iure
ſuo probet, reus autẽ ſuum crimen confiteatur incidenter,pro-
pter quod beneficio eſt priuandus,non poſſit ſequi ꝯ reum ſen
tentia pęnalis beneficij priuatiua ex eadem inſtantia, ſed opus
ſit inchoatione nouæ, in qua probatio ſundabitur ſuper præce-
denti confeſſione,cũ etiam vndecunque claruerint ſint punien
da,24.q.3.ecce.& in c.2.de colluſio.detegen. vbi concordan. in
glo.Et huius eſt ratio, quia ea inſtantia, in qua emanauit cõfeſ-
ſio, fuit fundata ſuper petitione agentis concludente,igitur per
iudicẽ declarari reum in beneficio ius non habere, & illud ſibi
adiudicare. ſed hæc ſententia ſequi non pōt,cum agens de iure
ſuo nihil probauit,ergo non poteſt ſequi mera ſententia priua-
tiua,vel declaratiua non iuris rei,quia ad hoc non fuit actũ ſim
pliciter. Et extra formam petitionis non poteſt regulariter for-
mari ſententia, vt in c.licet Heli.de ſimonia.in cle.ſæpe.de verb.
ſignific.l.fundus.cõi diuid.& l.fi.de fideicom.liber. C.cũ ſimil.
Vltimo iſtud confirmat regula volens neminem poſſe regulari
ter ſine accuſatore damnari, vt in l.reſcripto. §.ſi quis accuſare.
de muneribus & hono.& in c.vnico.cũ ſim. vt eccleſiaſtica be-
neficia.Sed in caſu præſuppoſito crimen nõ fuit deductum, vt
ab accuſatore, ſed vt a repulſore per viam exceptionis inciden-
ter,igitur &c. Probatur etiam hæc cõcluſio ex tex.in d.l.merca-
lem. vbi patet,ꝙ maritus confeſſus fuerat lenociniũ,& tñ Impe
rator non proceſſit ibi ad eum de hoc crimine puniendũ, non
alia ratione,niſi quia iudicium ibi non erat ad hoc ordinatum,
ſed lenocinij crimen incidenter confeſſatum. Probatur ẽt in c.
ſuper eo. de eo qui cogno.conſanguineam vxoris ſuæ. vbi mari
tus confeſſus fuerat inceſtum, & tñ Papa ibi nõ proceſſit ad eũ
puniendum, eo quia tela iudicij ibi non erat ad hoc ordinata,
37 ſed ſolum ad ſeparationem thori. Attende † tñ, quia quamuis
ſupra dixerim in concluſione prima, ꝙ ex cõfeſſione,quã quis
vt teſtis, vel alias facit incidẽter de crimine, reſultet efficax pro-
batio, adeo vt ex ea puniri poſſit ex noua inſtãtia ſuper hoc in-
choata, tñ illud intellige verum fauore publicæ vtilitatis, & ſic
vbi ageretur de eo teſte puniendo ad vindictam publicam.Sed
38 pone † caſum,ꝙ ex ea confeſſione criminis incidenter facta per
teſtem,vel alias, quis probare velit ad vtilitatem ſuam priuatã,
puta quia cum quis vt teſtis, vel alias incidenter cõfeſſus fuerit
crimen furti in iudicio,is,in quem furtum eſt commiſſum, in-
niti vult ex confeſſione ad vtilitatem eius, an tunc probet ꝯ te-
ſtem confeſſio illa? Et certe dicendum ꝙ non. primo per tex.in
l.fi.ſ.de interro.actio.vbi eſt caſus, ꝙ confeſſio ꝯ ſe, quam quis
facit.cum perſona vna,ſibi non præiudicat quo ad aliam. Secũ
do ad idem tex.l.interrogatam.C.de lib.cau.vbi tex. l.quod cõ-
feſſio facta coram iudice ad unius poſtulationem,per quã quis
dicit ſe ſeruum,ſibi non præiudicat quo ad alium, licet quo ad
eundem ſic,vt in l.iubemus. eo.tit. Et iſtam concluſionem fir-
mãt notabiliter Domini mei in deciſionibus ſuis, deciſio. 376.
ponentes caſum de tertio agente ad petitionem pecuniæ ſibi
debitæ ꝯ Seium, qui excipiens dixit ſe illam pecuniam ſoluiſſe
Sempronio Titii procuratori, ad quod probandum induxit te-
ſtes duos dicti Sempronii hæredes,qui vt teſtes interrogati dixe
runt Sempronium nomine Titij procuratorio nomine Titij di
ctam recepiſſe pecuniam. Quærebatur, an iſta depoſitio facta
per iſtos hæredes, vt teſtes,plene probaret in fauorem Titij con
tra eos, quos conuenire volebat vt hæredes Sempronij? & pri-
mo quidem videbatur, ꝙ ſic,per id quod dicimus in aduocato,
qui ſibi ex aſſumpta aduocatione pro alio in re, in qua ipſe ius
habere prætendit, præiudicat ſibi in his, in quibus nuda volun-
tas ad præiudicandum non eſt ſufficiens, vt probatur ex ordine
in l.fi.ſ.de inoffic.teſtam.in l.inter officium.ſ.de rei vendi.& in
l.re tua.cum ibi no.C.de rei ven. Secundo allegant tex. l.qui cũ
maior.verſic.ſed ſi non accuſauerit ſ.de bo.lib. l. poſt legatum.
§.is vero.ſ.de his qui.vt indig.gl.in c.j.ver. idem ſi delator. quę
fuerit prima cauſa benefic.amit.in vſib.feud. c.ex literis.de trã-
actio.l.Caius.ſ.de pigno.act. l.Titia.§.Lucia. cum ibi no. de le-
ga.2.In quibus patet,ꝙ depoſitio vel ſubſcriptio, quam quis fa-
cit vt teſtis, in alia cauſa iuri ſuo affert præiudicium. Contra tñ
determinatur primo per c.ſuborta. de re iudic. & c. inter dile-
ctos.verſic.porro.de fi.inſtrum. vbi patet, ꝙ ſententia,quã quis
vt iudex profert in fauorem vnius ſuper re vna, in qua ẽt ipſe
ius habere prætendit, iuri ſuo ꝯ eundem vel alium non affert
præiudicium. Et eſt ratio,quia id non vt ipſe tanquam perſona
priuata fit, ſed vt publica, & quia eũ neceſſitas officij debet ex-
cuſare.Ad hoc ſ.de his qui. vt indig.l.tutorem.& d.l.poſt lega-
tum. §.aduocatũ. ſ.de inoffic. teſta. l.filius non impeditur. §.i.
C.de admin. tut.l.cum quædam. Nemini enim officium ſuum
teſtificationis debet eſſe dãnoſum, vt l. ſi quis ex ſignatoribus.
cum ſim.ſ.quemadm.teſta.aper. Ita ergo nec huic damnoſum
eſſe debet officium teſtificationis, allegans ſecundo quod no.
glo.fi.in d.c.per inquiſitionẽ. & hoc eſt notandũ & corrobora-
tum per me ex d.l.fi.& d.l.interrogatã.quod maxime procedit,
ſi abſente parte,quæ confeſſioni inniti vult, quis incidenter cõ-
feſſus fuerit,per l.certũ. §.ſi quis abſente. cum ſim. ſ.de confeſ.
Et hoc diligenter pondera, quia quotidianum eſt, & a Iuriſtis
39 non animaduerſum. Præcedens aũt † concluſio intelligi debet
in teſte fallere,quoniam ſi ipſe aures iudicis indigne offenderit,
quia crimen falſitatis deponens incidenter cõmiſerit, vel quid
fateatur,ex quo appareat eũ ad teſtificandũ inhabilem, a iudi-
ce in eadem inſtantia pęna extraordinaria pro ſuo arbitrio pu-
niri poterit, vt l.nullum. in fi.C.de teſtib.non aũt ordinaria, ma
xime ſi ad id iuriſdictio iudicis non extendebatur principaliter,
vt in l.diuus.la vltima.ſ.de falſis.per quam ibi notabiliter hoc di
cit Barto.declarando dictam l.nullum. & ita intellige, quod ip-
ſe ſuper hoc no.in l.hoc iure. in fi.ſ.de aqua quotidia.& æſti. &
40 quod no.glo.in c.conſtituimus.3.q.5.Septima,ſi exceptio † po-
teſt habere effectum ſuũ repulſiuum, & ꝯ quem eſt exceptũ,
non aſſumpſit defenſionem, tunc ſi crimen non eſt connexum
negotio, de quo agitur principaliter, non inſurgit facultas pu-
niendi pœna ordinaria, ſed extraordinaria, & hoc ſiue confeſ-
ſione, ſiue alio modo de crimine incidenter deducto conſtite-
rit. Et hæc eſt concluſio domini Anto.in d.c.cum dilectus. de
ordine cognitionum.per tex.in c.j.a ꝯrio ſenſu.de exceptio.Sed

certe iſta totaliter eſt falſa, primo per id, quod notabiliter dicit
Innoc. in c. verum. ad fi. de io. comp. volẽs, ꝙ probationes, quę
fiunt de crimine excepto aduerſus teſtem, potius intelligantur
fieri ꝯ partem producentem, ne eius teſtimonio non poſſit vti,
quàm ꝯ ipſum teſtẽ, ergo ſequitur, ꝙ teſti vt aliquo modo pu-
niri poſſit, præiudicium non affert ipſa probatio, ex regula, res
inter alios acta. C. res inter alios acta. per totum. de præben. c. di
lecto. ad fi. de re iudi. c. pen. C. de fide inſtrum. l. ſi veteris. cũ ſim.
Secundo iſtud probatur ex tex. l. Lucius. ſ. de infami. vbi patet
ſententiam reprobatiuam teſtimonij latam cum parte produ-
cente, teſti præiudicium non afferre, ergo ſequitur, ꝙ nec pro-
batio facta cum eodem, ex regula ſupra relata volẽte, ꝙ cui nõ
præiudicat ſententia, non præiudicant acta, & eꝯ. Nec ob. tex. in
d. c. j. de exceptio. quia pondera ibi verbum, conuicti, non enim
dr̃ teſtis de crimine conuictus, ſi nõ cum eo, ſed cum parte pro-
ducente facta eſt crir inis probatio, quia res inter alios acta &c.
41 vt ſupra dixi. Præterea pondera eundem † dicentem ſic, ſcilicet
ſufficit, ſi a teſtimonio repellatur &c. Id enim verbum ſufficit,
excludit omne præter poſitum, vt no. glo. in c. ſtatutum. §. j. ſu-
per verbo, canonicis. de reſcrip. in 6. & ſimilibus verbis vtitur
tex in d. c. cum dilectus. de ordi. cogn. dum dicit, duntaxat a te-
ſtimonio repelli ex crimine excepto & probato. Ea enim dictio
taxatiua eſt, & omnium pręter poſita excluſiua, de cauſa poſſeſ.
c. cum eccleſia. & in l. 3. §. cum Titio. j. de adim. lega. eum ſimil.
42 Octaua, ſi crimen † incidenter contingit cauſam, de qua agitur
principaliter, vt eſt exceptio lenocinij ad adulteriũ & ſimiles, &
de eo conſtat per confeſſionem eius, qui quæritur puniri, pote-
rit pœna ordinaria aduerſus eum inferri. Iſte eſt caſus in d. c. j.
in fi. de excep. a ꝯrio ſenſu literæ dicentis ſic, cæterum teſtes de
crimine aduerſus eos obiecto conuicti vel confeſſi, non poſſunt
ordinaria pœna puniri, ſed ſufficit quod a teſtimonio repellan-
tur, præſertim vbi crimen obiectum cauſam de qua agitur nõ
43 contingat &c. Dictio enim † illa. præſertim, exponi debet tunc
pro tm̃, vt in ſimili exponit glo. in c. diſcretionem. de eo, qui co-
gnouit conſanguineam vxoris ſuæ. Secundo patet hoc ex c. cũ
ſuper. de confeſ. ſm̃ vnum intellectum. Nona, ſi de crimine in-
44 cidente † & contingente cauſam, de qua agitur, conſtat ꝑ pro-
bationes, & is, aduerſus quem eſt exceptum, defenſionem ſuã
ſuſcepit, pœna ordinaria ex eadem inſtantia poterit puniri. Iſte
eſt caſus notabilis in l. 2. §. ſi publico. j. de adu. Vltima, ſi de crimi
ne incidenter deducto conſtat per probationes, is tamen, aduer
ſus quem eſt exceptum, non ſuſcepit ſui defenſionem, nulla pę
na punietur, quamuis ſit crimen cauſam, de qua agitur, cõtin-
gens. Probatur hæc concluſio ex his quæ ſupra dixi in conclu-
ſione ſeptima. Et vlterius probatur ex ſimili, l. pronunciaſſe.
§. quæritur. j. de adult. vbi patet, ꝙ acta & ſententia aduerſus
adulterũ adulteræ, quamuis cũ adultero in crimine connexæ,
præiudicium non afferũt, eo quia in ea huiuſmodi acta directa
nõ ſunt, & ſi directa fuiſſent, forte multa ipſa opponere potuiſ-
ſet, ex quibus reſultaſſet eorum inualiditas. Secũdo idem pro-
45 batur † ex eo, quod in ſimili notabiliter determinat Innoc. in
c. bonæ. de elec. & Bart. licet eum non alleget, in l. fi. ad finẽ. j. de
quæſtionibus. volentes, ꝙ probationes ſuper crimine receptæ
ꝯ aliquem in inquiſitione generali, fidem non faciunt ꝯ eundẽ
in inquiſitione aduerſus eum ſpeciali. Et huius eſt ratio, quia
dum fuerunt receptæ probationes in generali, ipſe non fuit ci-
tatus, neq; data fuit ſibi defenſionis facultas, quod fieri debet,
vt atteſtatio præiudicet, vt probatur ex ordine l. ſi qñ. C. de teſti.
in c. 2. eo. tit. & in c. qualiter & qñ. § debet. de accu. cum ſim. &
ſic hoc dictum verum eſt hac ratione. licet Bal. ꝯ teneat, & non
bene per prædicta in repetitione l. obſeruare. §. proficiſci. ſ. de
offic. proconſ. ita igitur in caſu propoſito ex atteſtationibus, vel
probationib. ex quibus probatum eſt crimen exceptum ꝯ teſtẽ,
quamuis cauſam ꝯtingens, de qua agitur, non debet præiudiciũ
afferri ipſi teſti, vt ex eadem inſtantia, vel alia valeat condemna-
ri, attento, ꝙ non fuit citatus, neque ſe defendit, & ſic vr̃ illa pro-
batio potius aduerſus partem producẽtem, quàm aduerſus eũ
recepta. Et quia ſi citatus fuiſſet, vel defenſionem ſuſcepiſſet, for
te probationes ſuper crimine apparuiſſent inualidæ. & hæc ple
niſſime dicta ſubtiliter ſufficiant in hac difficili materia. Et ita
intellige quædam, quæ ſuccincte circa hoc tetigit Bal. in auth.
nouo iure. C. de pœna iudi. qui male iudicauit. & in l. presbyte-
46 ri. C. de epiſc. & cler. Et inquantum ſ. † incidenter tetigi, an con
feſſio requirat ritudinem iudicii, & competentiam iuriſdic.
Adde quod no. Cy. in l. vnica. C. de confeſ. in q. 4. & Spec. in tit.
de confeſ. §. ſequitur. verſic. 2. & ibi aliquid in addi. per Io. And.
& Bald. in l. j. C. de iudi. & in l. j. ſ. de iuriſd. omn. iud. & in l. j. §. j.
ſ. ſi menſor falſum modum dixerit. & in l. clarum. C. de autho.
præſtan. & quod no. Spec. in tit. de offic. om. iud. §. deſeruit. ver.
quid ſi libellus, & do. Anto. de iud. c. examinata. In tex. ibi, nihil
47 ex dote retinetur &c. & ſic exceptio † adulterij, quam opponit
maritus vxori dotem repetenti, vt ipſe eam lucretur, repellitur
replicatione lenocinij facta per vxorem. Vnde ſumpta occaſio-
ne Iac. de Are. Bar. & latius omnibus Bal. examinant hic illam
difficilem materiam, qñ ꝯ exceptionem doli detur doli replica-
tio, & ſic qñ dolus cum dolo compẽſatur. Super qua varia ſunt
dicta. & primo glo. in l. ſi duo. ſ. de dolo. hanc dedit theoricam,
quod aut dolus hincinde per partes committitur circa idem,
& tunc dolus cum dolo compenſatur, ergo aduerſus doli exce-
ptionem dabitur doli replicatio. Ad hoc ſ. de eo per quem fac.
eſt. l. ſi. §. ſed ſi ſtipulator. vbi patet, ꝙ ſi dolus hincinde per par-
tes committitur circa idem, puta quia vnus dolo impedit alte-
rum, ne ad eundem iudicẽ, a quo pro eodem facto vocati ſunt,
accedant, dolus cum dolo compenſatur. Et ita intelligitur gene
ralitas dictæ l. ſi duo. Aut hincinde dolus committitur circa di-
uerſa, & tunc non cadit compenſatio, ergo tunc ꝯ exceptionem
doli nõ dabitur replicatio. Ad hoc ſ. de noxa. l. quemadmodũ.
vbi patet, ꝙ ſi ſeruus meus aliquid tibi dolo ſubtraxerit, & tu ei-
dem pecuniam ex vẽditione rei ſubtractæ perceptam dolo ſub-
traxeris, non cadit hincinde compenſatio, igitur alter ꝯ alterũ
ex dolo aduerſus ſe commiſſo actionem inſtituet. Sed certe nõ
vr̃ theorica iſta perfectionem continere, quia primum eius mẽ
brum vr̃ ꝯ tex. l. apud Celſum. §. Marcellus. j. de do. excep. vbi
doli exceptio oppoſita per reum non tollitur replicatione doli
obiecta per actorem, quamuis circa idem commiſſi. Secundũ
vero membrum videtur eſſe cõtra tex. c. intelleximus. extra de
adult. vbi diuerſa erant adulteria, quia eorum vnum commiſ-
ſum ab vxore virum repetente, de quo aduerſus vxorem exci-
piebat maritus. Aliud a marito, de quo aduerſus excipientẽ ma
ritum replicabat vxor, & tñ ibi ad effectum hunc, vt reintegretũ
thorus matrimonialis, admittitur ipſorum adulteriorum com
penſatio. Item idẽ vr̃ eſſe ꝯ caſum c. quia fruſtra. & c. Michael.
extra de vſur. vbi patet, ꝙ diuerſa erant vſurarum crimina com
miſſa, quia vnum a reo, propter quod conueniebatur ad vſuras
reddendas, alia ab agente, qui ẽt ipſe fœnus cum alijs exercue-
rat, de quo ẽt excipiebat conuentus ipſe, & tñ ibi dr̃, ꝙ horum
admittitur compenſatio. Tertio vr̃ ꝯ l. ſi ambo. iuncta glo. ſ. de
compenſatio. vbi ſocij in ſocietate delictũ negligentiæ cõmiſe-
runt circa diuerſa, quia vnus in re vna, alter in altera, & tñ ibi
negligentiarũ admittitur compenſa. Vnde ſecunda fuit theori-
ca glo. in c. dilecti. de excep. & Spec. in tit. de excep. §. fi. ad fi. di-
centium, ꝙ aut vbi, ſi datur replicatio actori, actor ex dolo ſuo
reportat commodũ, & tunc illa denegatur, & igitur delictorum
non fit compenſatio, & ita eſt intelligendus dictus §. Marcellus.
l. apud Celſum. & tex. in d. c. dilecti. vbi ꝯ exceptionem excõica-
tionis oppoſitam ꝯ agentem ideo actori non datur replicatio
alterius excõicationis ꝯ reum, quia tũc actor ex ſua malitia ſeu
excõicatione reportaret commoditatem agendi. Aut vbi, ſi da-
tur replicatio actori, actor non reportat ex ſua malitia commo-
dum, ſed potius reus lucratur, & tunc replicatio conceditur, &
ſic compenſatio admittitur. Ita patet in d. c. intelleximus. & in
c. fi. de adult. vbi quamuis concedatur vxori, aduerſus quam vi-
rum repetentem obijciebatur adulterium, alterius adulterij re-
plicatio, non tñ ex ea dr̃ reportare commodum, quamuis pro-
pter eam obtineat, conſiderato, ꝙ de nouo actualiter ſe ſubijcit
poteſtati mariti, quinimmo ipſe maritus reus commodum re-
portat, ex quo eam actualem poteſtatem & ſubiectionem vxo-
ris recuperat. Sed aduertendum, quia præmiſſa theorica non vr̃
vera, qm̃ in d. c. cum dilecti. actor ſe non fundabat ex ſua excõi-
catione, ſed ex iure ſibi alias licite quæſito, merito dici non põt,
quod ex ſua excommunicatione lucretur, ex quo ſe in illa non
fundat. Cæterum & in d. c. intelleximus. lucratur ẽt vxor repli-
cans ex ſua malitia, quia non obſtante adulterio commoditatẽ
ſentit matrimonij. Vnde tertia fuit theorica Iaco. de Are. quẽ ſe
quitur hic Bart. aliquibus additis, dicentis, ꝙ aut excipiens tra-
ctat de damno vitando, vel eſt in pari cauſa cum agente, & tũc
non auditur replicatio actoris. Ita debet intelligi d. l. apud Cel-
ſum. §. Marcellus. Et patet, quia in pari cauſa melior eſt condi-
tio poſſeſſoris, j. de reg. iur. l. cum par. & l. nemo. §. fi. j. de verbo.
obli. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de condi. ſine cauſa. l. fi. j. de teſtam.
milit. l. militis. §. veteranus. Pone exemplum, ſi cum dos eſſet pe
nes vxorem, quæ adulteriũ commiſerat mariti lenocinio, me-
rito quærenti dotem lucrari ex adulterio, vxor conuenta certãs
de damno perditionis dotis vitando oppoſuit exceptionem le-
nocinij. Certe non audietur replicatio mariti de adulterio tra-
ctantis de lucro dotis captando, per dictum §. Marcellus. Aut
excipiens tractat de lucro captando, replicans vero de damno
vitando, & tũc replicatio doli tollit doli exceptionem, & ſic in-
ducitur compenſatio. Caſus eſt hic, & in d. c. intelleximus. Exẽ-
plum eſt tale, puta, ſi agat vxor ad repetitionem dotis exiſtentis
penes maritum, maritus vero conuentus, quærẽs eam lucrari,
excipiat de adulterio vxoris, certe tunc obtinebit replicatio vxo
ris de lenocinio mariti, tanquã certantis de damno perditionis
48 dotis euitando. Hoc aũt † ſm̃ membrum Bar. dicit primo falle-

re,

re, qñ in replicatione illud idem allegaretur, quod in libello ex-
titerat allegatum, quia tunc replicatio non vincet exceptionē.
Ad hoc l.j.& 2.& l.ſi ob turpem. ſ.de condit. ob turpē cauſam.
& C.eo.tit.l.j.& 2.& l.mercalem. Exemplū pone, qñ do tibi de-
cem, vt occidas hominem, poſtmodum illa repeto allegans in
libello ea ob turpē cauſam data, reus vero, qui certat de lucran
do ea, quæ ſibi data ſunt, excipit ꝙ agens turpiter dedit, certe nō
auditur replicatio actoris tractantis de vitando damno perditio
nis eorum, quæ dedit, dicentis reum turpiter recepiſſe, quia il-
lud idem deduxerat in libello repetitionis. Secundo fallit, quā-
49 do exceptio, † quæ obiicitur per tractantem de lucro, non reſpi
cit merita cauſæ, ſed perſonam agentem, vt patet in exceptione
excōicationis vel ſimili, tunc.n.ꝯ exceptionem hmōi non datur
replicatio, licet replicans tractet de damno vitando, vt quia re-
petat ſibi debitum, quod non vult perdere. Iſte eſt caſus in c.di-
lecti de excep. Exemplum pone. Agunt excommunicatus & bā
nitus, qui non poſſunt in iudicio eſſe, alter ex forma iuris cōis,
alter ex forma ſtatuti, & repetunt ſibi debitum, & ſic tractant de
damno vitando, conuentus excipit ꝯ eos in perſonam, id eſt nō
negans debitum, ſed dicens illos repelli a limine iudicij propter
inhabilitatem perſonæ ad agendum, certe tunc non iuuabitur
agens replicatione alterius excōicationis, ſeu banni obiectorū
in perſonam conuenti. Et huius eſt ratio, quia prouocans reum
ad iudicium, vr̄ eoipſo eum reputare habilem ad litigādum. Et
ideo nō poteſt poſtea impugnare eius perſonam, quam ſemel
approbauit, C.de teſtibus. l.ſi quis teſtib.4.q.3. ſi quis teſtibus.
32.q.6. horrendus.cum ſim. Hęc autem ratio ceſſat in reo reſpe
ctu perſonæ actoris, quia ex quo reus non eſt ille, qui actorem
traxit ad iudicium, ideo dici non poteſt, ꝙ approbauerit eius
perſonam, & ſic poterit aduerſus eum opponere declinatoriā
iudicij, non autem poterit actor replicando declinare declinato
riam a reo oppoſitam. Fallit ſm eundem, niſi ipſe accuſator ſit
familiaris & domeſticus accuſati. Iſte eſt caſus in c.nulli. de ac-
cuſa. vbi tex. ꝙ exceptio criminis oppoſita per epm accuſatum
accuſatori ſuo familiari ad declinationem iudicij, tollitur repli-
catione hac, ſcilicet, non potes aduerſum me de crimine excipe
re mores meos improbādo, ex quo iam illos approbaſti, ex quo
me familiarē habuiſti. Tu aduerte, ꝙ hæc verba in multis ſunt
diminuta, & ſuppletione indigentia. Dum enim vult, ꝙ replica-
tio familiaritatis facta per accuſatorem tollit exceptionem cri-
minis oppoſitam per reū ſibi ad eum tanquam criminoſum ab
accuſatione repellendum. certe hoc nō eſt verum ſimpliciter,
quia vt dicit Innoc.in d.c.nulli. iſtud ibi eſt ſpeciale in epiſcopo,
qui familiares honeſtos habere tenetur, vt patet 2.q.7.cum pa-
ſtoris. Et idem dicit glo.ordin.in §.in hoc.2.q.7.in §.item ſi quis
ex familiaribus. 3.q. vlt. qm̄ in alijs illā familiaritatis replicatio
facta per accuſatorem, non repelleret exceptionem criminis ad
eum vt criminoſum repellendum ſibi oppoſitam ab excuſato-
re, immo ipſa familiaritatis replicatio detegeret inhabilitatem
perſonæ ſuæ ad accuſationem inſtituendam, quia domeſticus
familiaris ab accuſando regulariter repellitur, vt in l.iniquum.
& l.ſi quis ex familiaribus. C.qui accuſa.nō poſſ. Præterea licet
approbauerit accuſatus dñs mores ſui familiaris accuſantis quo
ad exercitium famulatus & ſeruitij, non tñ ea approbatio trahi
tur ad hoc diuerſum, ſcilicet ad inſtituendam in iudicio accuſa
50 tionē, qm̄ † approbatus in vno, non cenſetur approbatus etiā
in alio ab illo ſeparato, j.de tu. & cura.da.ab his.l.in damno.pu
ta, vt dicit Innoc. in d. c.nulli. ille tex. debet ſolū reſtringi ad fa-
miliares accuſatores ipſius epiſcopi, ſi aliás ſunt eiuſdem cubi-
cularij, quos in tali officio honeſtos eps̄ habere tenetur, vt dicit
tex.in d.c.cum paſtoris. Cæterum, ſi alij ſui familiares clerici eū
accuſent, & criminoſi ſint, non obſtante familiaritate pp crimē
ab accuſatione repellere poterit. Plerumque enim domini ini-
quos familiares retinent pro pace & pp ſcandalum euitandū,
vel quia probationibus malitiæ deferuntur, 2.q.7.plerumque.
50.diſt. vt conſtitueretur. vnde alibi dicit canon bonos tolerare
debere malos pp ſcandalum vitandum, 23.q.4.c.tolerandi.& c.
51 ecce inquiunt. Præterea & poſito, ꝙ † perſona accuſati aliqua
ex cauſa non poſſit repellere accuſatorem, qui alias propter iu-
ris prohibitionē ad accuſandū eſt inhabilis, nihilominus iudex
ex proprio officio ſupplens, repellet eum, vt dicit notabiliter gl.
in d. c.nulli. Quam licet Canoniſtæ reddant ſingu. nihilominus
addo duas concordias, ſcilicet in c. quærendū. & c.alium. 2.q.7.
quæ probantur arg.l.plane.& l.fi.ſ.de peti.hære.& ſic Bar.indi-
52 ſtincte dicens non recte loquitur. Præterea dum Bar. † d.l.3.ſ.
de condi.ob cauſam. intelligit ideo procedere, quia nō auditur
id delictum in replicatione deducens ad excludendā exceptio-
nē, quod deduxerat in principali petitione. Bal. hic aliter dicit,
ſcilicet ꝙ ratio dictæ l. eſt, quia res non erat integra, ex quo de-
uentum erat ad executionem facti, ſcilicet ad ſolutionem turpi
ter dati, & turpiter recepti, ideo tunc non fit compenſatio tur-
pis dationis & turpis receptionis. Et ratio eſt ſecūdum eū, quia
iſta compenſatio delictorū habet inſtar alterius cōpenſationis
debitorum, ſed illa non habet locū facta traditione & executio-
ne, vt l.ſi ambo.§.ſi quis igitur.ſ.de compen.& l.quod dr̄.§.pe-
nult.j.de impē. ergo nec iſta. Et hoc mihi placet, eo quia video,
ꝙ ſi non eſt deuentum ad executionē, hoc eſt turpiter promiſſi
& turpiter recipiendi ſolutionem, agens ex promiſſione turpi,
exceptione pōt repelli, vt in l.ſi ob turpem.ſ.de condi.ob turpē
cau.& in ſępius allegata l.mercalem. licet etiam intellectus Bar.
53 ſit ſubſtentabilis. Cæterum dum ipſe Bart. allegat † c. cum ec-
cleſiaſticæ.de excep ad hoc propoſitum, ſcilicet ꝙ ibi excipiens
ꝯ petentem poſſeſſionem pacificā beneficij de pluralitate be-
neficiorum, eo quia certans de lucro captando, repellitur per
agentem tractantem de damno vitando replicantem de ſimili
pluralitate, in qua ēt eſt ipſe reus excipiens, non excipiebat ad
propriam vtilitatem, eo quia non apparet, ꝙ ipſe poſſideret be-
neficiū illud, cuius pacifica poſſeſſio petebatur, ſed excipiebat
ad vtilitatē eccleſiæ, cuius intereſt nō habere beneficiatum plu-
ralem. Quia ex pluralitate beneficiorum impeditur cōgruum
ſeruitium, quod eſt præſtandū eccleſiæ, iuxta illud, Pluribus in-
tentus.& qui binos lepores &c. C. de aſſe.l.nemo. vnde ad dictū
c.alia. prima rō deciſionis dari poteſt. ſ. ꝙ ibi ideo Papa ꝯ exci-
pientem de pluralitate admiſit de eadem replicātem, quia fun-
dauit ſe ſuper generali regula, quæ habet, ꝙ debet quis in alte
rius perſona tolerare, quod tolerat in propria, C.de teſtibus.l.ſi
quis teſtibus.4.q.3.ſi quis teſtibus.12.q.6 nihil iniquius. de cō-
ſtit, c.cum omnes. & quod quiſque iuris. per totum. fundauit
etiam ſe ſuper alia regula dicente, ꝙ non debet quis velle feſtu-
cam eijcere de oculo alieno, cum trabem geſtet in proprio.

Tollere feſtucam, ſi vis de fratris ocello,
Quæ tua perturbat lumina, tolle trabem.

tertia qō. 7. §. item in Euāgelio. Iudicet.n. ille aliorum delicta,
qui in ſeipſo non habet quod condemnet, no. eadem cauſa &
q. iudicet. fundauit ēt ſe ſuper notabili tex. c.primi.25.diſt. & c.
vna.26.diſt. dum ſic dicit, qūo enim poteſt cuſtos eccleſiæ au-
ferre malum de medio eius, ſi ipſe in delictum ſimile corruerit?
aut qua libertate poterit alterum corripere, cū tacitus ipſe ſibi
reſpondeat eadem ſe cōmiſiſſe, quæ corripit. Poteſt eſſe & ſecū
da ratio deciſionis illius tex. ſcilicet ꝙ quamuis poſito, ꝙ plura-
litas beneficiorū in eadem perſona incidat in delictū, & ſic de-
lictum excipientis videatur prima fronte diuerſum a delicto re-
plicantis, vnde videretur fieri debere compenſationem, vt in l.
quemadmodū.§.fi.ſ.de noxali.cū alijs infra allegandis, tñ con-
ſiderato, ꝙ ea delicta quamuis diuerſa tendunt in præiudicium
eiuſdē matrimonij, quod quis ſacerdos intelligitur ꝯhere cū ec
cleſia, vt in c.cū inter dilectos. & in c.inter corporalia. de trāſ-
la.p̄l. & de ſacerdote inferiore eſt tex.21.q.2.ſicut in vnaquaq;.
igitur Papa ibi fecit horum delictorum ex pluralitate reſultan-
tium compenſationem, prout ēt facit hic, & in l.viro.ſ.eo.& in
c.intelleximus. & c.fi.præal. compēſationem delictorum, quā-
uis diuerſorū mariti & vxoris, quia tendentium ad p̄iudicium
eiuſdē matrimonij temporalis. Et hanc rōnem percipio ex di-
ctis Inn. in d. c.intelleximus. extra de adul. Tertia rō deciſionis
eſſe pōt, ꝙ ex quo ibi excipiens non excipiebat ad propriam vti
litatē, cū ipſe non poſſideret, quod petebatur, & ſic non tracta-
ret de eius retentione, merito non ita faciliter audit̄, ſed replica
tione repellit̄, quia non pōt ſuccedere regula illa, quæ habet, ꝙ
in pari cā potior eſt ꝯditio poſſidentis, vt in d.l.nemo. §.fi.& d.
§.veteranis.cum alijs allegatis. Proxima tñ præcedēs magis om
54 nibus mihi placet. Item dum Bar. † dicit reum citatum opponē-
tem agenti de perſonæ inhabilitate, eo quia ſeipſum defendit,
repelli nō poſſe replicatione paris inhabilitatis, per capitulum,
cum inter.cum ibi no.per Innoc.de excep. Adde, ꝙ iſtud proce
dit in reo neceſſario, puta quia ſpecifice citato, in quem etiam
inuitum iudicium redditur, vt l.inter ſtipulantem. §.j. de verb.
55 oblig. † Sed dubitatio ſtat, quid in reo voluntario? voluntarium
autem intellige illum, qui non comparet vigore citationis ſpe-
cifice factæ, ſed vigore proclamatis gn̄alis, quo citantur omnes,
qui ſua intereſſe putant, cōparere volentes ad opponendū ſeu
ꝯdicendum actui, qui quæritur fieri. An ergo ille repelletur ex-
ceptione inhabilitatis perſonæ, puta, non debes audiri, quia ex-
cōicatus vel bannitus. In hoc ſunt opi. noſtrorū maiorum. Inn.
enim in c.cum inter. cuius dicta ſequitur hic Bar.& Bal.in l.edi-
cto.C.de edicto diui.& in l.libertus a patrono.ſ.de in ius voc.&
Archi.in c.pia.de excep.lib.6. & in c.cum aūt.4.q.j. tenuit eum
repelli, ne permiſſio defenſionis trahatur ad impugnationem,
vt in d.c.cum inter.in fi. Pro quo ſecundo facit deciſio legiſlato
ris ſm intellectū Cy. in l.quoniam Alexandrū. C. de adult. vbi
patet, ꝙ quāuis mera defenſio & repulſiua perſonæ agentis p̄-
miſſa ſit ſeruo conuento, alias ad iudiciū inhabili, vt in l.hos ac-
cuſare.§.ſi ſeruus.& l.ſeruos.j.de accu.l.ſeruū quoq;.ſ.de pro-
cura. tamen ea defenſio, quæ admiſſam habet non ſolum per-
ſonæ agentis repulſionē, ſed eiuſdē p̄uiſionē, ſibi eſt denegata.

Tertio vr̄ eius concluſio probari in l.ſerui.j̄.de appel. vbi appel-
latio, quãuis defenſio ſit, vt patet, quia excõicato permittitur,
vt d.c.cum inter.& c.ſignificauerunt.eod.tit.tamen ſeruo dene
gatur, niſi in ſubſidium, eo quia defenſio eſt quam quis facit,
vt prouocans,non autem neceſſario prouocatus. Secunda fuit
opin.Hoſtien.in c.dilecti.de excep.quam ſequitur Spec.dicens,
ita in curia Romana ſeruari,in ti.de actore.§.j.verſi.item quod
eſt excõicatus. tenentis ꝯ̄riũ. Primo per tex.in d.c.dilecti. vbi
patet,ꝙ ꝯ̄ petentem cõfirmationem electionis admiſſa fuit ex-
ceptio excõicat. oppoſita per reum voluntarium, quamuis ex-
cõicatum,ſed certe ad illud rñdet Archi.in d.c.pia. ꝙ immo ibi
oppoſita fuit per reũ neceſſariũ, vt patet ex verbo literæ ibi, dũ
dicit,traxiſſet in cauſam &c.Secundo allegat determinationem
Clementis quarti, qui in publico conſiſtorio terminauit exce-
ptionẽ excõicationis iuſte opponi potuiſſe per reũ voluntariũ,
quamuis excõicatum electo petẽti ꝯfirmationẽ ſuæ electionis.
Tertio, quia ſi excõicato permittitur exceptio ſuſpicionis ꝯ̄ iu-
dicem delegatum temporalẽ, vt in d.c.cum inter. ergo multo
magis eidem permitti debet facultas opponendi exceptionem
ſuſpicionis ꝯ̄ illum, qui petat cõfirmationem ſuæ electionis, ex
qua quærit eſſe ipſius opponentis iudex ordinarius perpetuus.
Sed certe in d.c.cum inter.reus ibi fuit neceſſarius,quia per ſpe-
cificam citationem ad iudicium prouocatus, vnde nihil ad pro
poſitum. Ioan.And. quem in hoc communiter ſequimur, di-
ſtinguit,ꝙ aut dicens ſe electum,& petens electionem fieri con
firmationem, obiicit de excõicatione vel alio crimine ꝯ̄ ipſum
opponentis,qui hoc agit præcedente proclamate generali, quo
mouentur omnes opponere volentes aliquid ꝯ̄ electum confir
mationem petentem, iuxta formam c.fi. de elect.in 6.& tunc
ipſe opponens quamuis voluntarie veniens admittitur, nec ex-
communicatione repellitur, & ita eſt de mente Inno. recte in-
tuenti in c. ſuper his. de accuſat. Et huius eſt ratio, quia ſatis vr̄
eſſe reus neceſſarius, quamuis vigore generalis proclamatis cõ
parens,ille,qui quærit eccleſiam ſuam a poteſtate inhabilis vel
iniqui prælati liberare,nec exceptio excommunicationis illum
repellit, qui eccleſiæ ſuæ defenſionẽ aſſumat, vt in d. c. dilecti.
56 Nihil.n.†deterius eſt,quam ꝙ lupus detur pro paſtore,homici
da pro medico,tyrannus pro domino, inimicus pro aduocato,
& diſſipator pro cuſtode, de elec.c.nihil. Aut non præcedente
proclamate ipſe voluntarius reus comparet libellum dando ꝯ̄
perſonam electi,& eum ad iudicium prouocando petendo caſ-
ſari ſuam electionem & confirmationis petitionem,& tunc re-
pellitur, & iſte eſt caſus notabilis in c.exhibita. extra de iudi. Et
hæc diſtinctio vr̄ eſſe vera per d. l. quoniã Alexandrum. ſm in-
tellectum Cy.in d.l.ſerui.iuncta.d.l.ſeruos.& d. l.hos accuſare.
§.ſi ſeruus. Pro qua facit quod no.Bar. & quod ibi dixi poſt cũ
in l.de pupillo.in §.ſi. j̄.de noui oper.nunc. Et pro hoc apparet,
ꝙ hæc dicta Bart.in hac l.non ſunt vſquequaq; vera,& erãt ma
gna ſuppletione indigẽtia. Bal.vero iſtam materiam nititur tra-
dere per concluſiones,licet non perfecte, vt ex inferioribus ap-
57 parebit,& prima † eſt iſta,cum agitur criminaliter doli ſeu deli-
cti cum delicto, quãuis circa idem cõmiſſorum, nõ admittitur
cõpenſatio excluſiua pœnæ,ſeu confuſiua delicti, vt in l.2.§.qui
hoc.& §. ſi extraneus. j̄.de adul. & quod no.glo. ſ̄.eo. l. viro. &
quod hr̄ j̄.de pub. iudi. l.is qui reus. C.qui accu.non poſ.l.j.& l.
58 neganda.3.q.vlt.neganda.Secunda,cũ agitur †criminaliter do
li cũ dolo,ſeu delicti cum delicto admittitur quandoque com-
penſatio excluſiua perſonæ accuſantis,vt patet hic in fine legis,
& in l.ſi maritus.§.præſcriptiones.& in d.§.ſi publico.j̄.de adu.
C.eo.tit.l.ita nobis pudor.C.de lib.cau. l.ſi filium.j̄.de accuſa.l.
qui accuſare.2.q.j. prohibentur. & dic de hoc vt in eis notatur.
59 Tertia, † & hanc adiicio Bal.cum nõ agitur criminaliter mere,
ſeu mere ciuiliter,ſed miſte, quod contingit, qñ agitur ad ſepa-
rationem thori inter coniuges occaſione commiſſi adulterij,vt
in c.tuæ.ad fi.de procur. delicti cum delicto in præiudiciũ eiuſ-
dem matrimonij admiſſo,admittitur compẽſatio,vt in c.ſigni-
ficaſti.& c.ex literis.extra de diuor.& in c.intelleximus. & in ca.
60 fi.de adult. Quarta, & † hanc ſimiliter addo, ꝙ cum agitur cri-
minaliter ad repulſionem perſonæ teſtis, delicti cũ delicto ad-
inuicem per plures commiſſi, non admittitur compenſatio re-
gulariter,vt patet C.de accuſ.l.fi.C.de malefi. & mathe.l.fi.j̄.de
qõnibus.l.repeti.§.j.& l.j. §.cum quis latrones. de confeſ.c.j.de
excep.c.j.de teſti.c.perſonas.& c.veniens.il primo.15.q.3.nemi
ni.& hoc inferius in additionibus ad quæſtionem Bar.latius de-
clarabo,& hr̄ etiam de teſtibus.c.j.lib.6. Quinta concluſio,vbi
61 † agitur ciuiliter delicti cum delicto, ſeu doli cum dolo circa
idem commiſſorum, ſeu circa diuerſa,ſed tendentium ad eun-
dem effectũ, vel ad iudicium eiuſdem rei, admittitur compen-
ſatio. Iſta concluſio latius quam per eum probatur. Primo ex
tex.l. domum.§.fi.& l.ſi in emptione.§.item ſi emptor.ſ̄.de cõ
trahen.emptio.vbi patet, ꝙ fit compenſatio mutui doli empto-
ris & venditoris circa eundem contractum commiſſi. Proba-
tur etiam in l.fi.§.ſed ſi ſtipulator.ſ̄.de eo per quem factum eſt.
vbi patet,ꝙ fit compenſatio mutui doli commiſſi per actorem
& reum tendentis ad eundem effectum,ſcilicet ad cauſandum
impedimentum in proſecutione iudicij inchoati. Tertio proba
tur ex l.ex facto.ſ̄.de neg.geſt.& l.j.§.nunc tractemus.cũ ibi no
tatis.j̄.de tutel.& ratio. diſtrahen. vbi patet, ꝙ fit compenſatio
reciproci doli per duos tutores ſeu curatores commiſſi ad eun
dem effectum tendentis, ſcilicet quia ad præiudiciũ cauſan. in
perſona pupilli, vel adulti. Quarto probatur ex generalitate
legis,ſi duo.ſ̄.de dolo.Quinto ex iſto tex.& d.l.viro.vbi patet,ꝙ
fit compenſatio delicti adulterij vxoris cũ delicto lenocinij ma-
riti, qñ agitur de lucro dotis, ex quo vtrunque delictum tendit
in præiudicium eiuſdem matrimonij, attento, ꝙ per vtrunque
ipſius matrimonij fides violetur. Sexto probatur ex c.peruenit.
& c.ſicut. l'ultimo.de iureiuran.& regula,fruſtra.de reg.iu.lib.
6.& c.conſtitutus. de pœnis. & l.ſi inſtituta. de inoffic. teſtam.
l.cum proponas.C.de pac.l.quæro.§.inter locatorem. ſ̄.loc.l.fi.
§.fi.ſ̄.de reſcin.ven.& l.ſi infidelis.28.q.j.alias 1.& l.cum pater.
§.libertis.de lega.2. Ex quibus apparet, ꝙ fractione fidei ex vna
parte,fit compenſatio cum fractione fidei ex alia parte, ex quo
ambo hæc tendunt ad obſeruantiam eiuſdem contractus.Se-
ptimo probatur ex tex. c.dominus noſter. 23.q.2.vtilem. & l.j.
§.non fuit. ſ̄.de.dolo.vbi patet, ꝙ doli ex parte vnius hoſtis ad-
mittitur compenſatio cum dolo ex parte alterius hoſtis,ex quo
ambo tendunt ad eundem finem, ſcilicet ad belli victoriã eiuſ-
dem & alterius partis perditionem. Octauo probatur ex eo,
quod notat glo.ordi.in c.cupientes.circa prin.ſuper verbo, ma-
lignantium. de elec. lib.6. vbi patet, ꝙ cauillationis & malitiæ,
qua pars iuſtitiam fouens vtitur aduerſus malitiam & cauilla-
tionem partis alterius iuſtitiam ſubterfugientis, admittitur cõ-
penſatio, eo quia ambo tendunt ad eundem finem, ſcilicet vi-
ctoriam eiuſdem iudicij in altera ex partibus. Et licet Bal.in ru-
brica, de fide inſtrum. illam glo. reputat ſingu. tamen ſimilis
eſt in d. c.dominus noſter. Et ego ſoleo allegare caſum nota bi-
lem j̄.de lega.2.l.cum pater. §. 1 itio. in fi.ibi dum dicit, nec vi-
62 detur dolo feciſſe,cum fraudem excluſerit &c. Sexta,cum † agi
tur ciuiliter, doli cum dolo ſeu delicti cum delicto diuerſorũ,
ad diuerſos effectus tendentium, tunc non admittitur compen
ſatio.Caſus eſt ſm eum in l.quemadmodum. §.Iulianus. il pri-
mo.& ſecõdo.ſ̄.ad leg.Aquil.vbi ſm eum apparet,ꝙ ſi pari im
petu alter noſtrum alterius nauem euerterit, non fit compen-
ſatio,ſed alter alteri tenetur ad ſuæ nauis emendationem. Et ꝑ
hoc infert, ꝙ ſi duo pari impetu inuicem ſe inſultent, vterque
habet actionem iniuriarum, quia vniuſcuiuſque delictum per
63 ſe decernitur, & igitur vnuſquiſque punitur. † Infert ẽt ex hoc
falſam ſententiam gl.in l.j.§.cum arietes.ſ̄.ſi quadrupes pau.fe
ciſſe dica.dicentis, ꝙ duobus animalibus pari impetu ſe inſultã
tibus,neutri ex dominis pro damno in animali ſuo contingen-
te actio competat. Vel ſm eundem,ſi volumus illam glo.ſalua-
re,poſſumus dicere,ꝙ ibi eſt ſpeciale ex eo, qa illa actio de pau-
perie eſt extraordinaria, & ſic facilius tollitur quàm ordinaria,
arg.in l.idem ait.alias incipit,& ita de facto.§.fi.in gl.ſ̄.nau.cau.
ſtab. Nec refragatur ſecundum eum lex,ſcientiam.§.cũ ſtramẽ-
ta.ſ̄.ad leg.Aquil.Quoniam reſpondet,ꝙ ibi neuter fuit in cul-
pa, ergo neuter punitur. Tu aduerte, quia concluſio ſua vera
eſt, non tamẽ bona allegatione fundata, quia dictus §.ſi nauis.
ſolummodo ponit caſum, qñ culpa tua,tua nauis meam euer-
tit,& qñ ſine culpa, vt quia propter vim ventorum ſeu tempe-
ſtatis mea in tuam irruit, vnde pro hoc ego allego primo nota-
bilem tex.in l.quemadmodum.§.fi. ſ̄.de noxali.vbi patet, ꝙ ſi
tu mihi ſubtrahis rem vnam, ego tibi poſtea ſubtraho aliam,
furtum vnius non compenſatur cum furto alterius, immo vtri
que competit furti actio. Secundo allego notabilem tex. in l.
qui vas.in prin. j̄.de furt.vbi patet, ꝙ ſi tu mihi rem ſubtrahas,
ego tibi illam eandem violenter arripio, furtum commiſſum
per te non compenſatur cum violentia commiſſa per me, im-
mo mihi competit ꝯ̄ te actio furti ad pœnam, tibi ꝯ̄ me condi-
ctio ex l.extat.ſ̄.quod metus cauſa.l.ſi quis in tãtam. C.vnde vi.
Præterea dum reſpõdet ad §.cum ſtramenta. illa reſponſio eſt
diuinatiua, quia lex loquitur indefinite, ſcilicet ꝙ ſiue vterque
fuerit in culpa, ſiue neuter eorum, nullus punitur ciuiliter, ex
quo mutuo fuit inter eos aggreſſus, nec apparet quis eorum
prouocauerit.Secundo dico,ꝙ actio illa, quæ reſultat ex titu. ſi
quadru.paup.fec.dr̄ extraordinaria, falſum vr̄, quia immo po-
tius ordinaria,vt apparet in l. pen.in illo titulo per locum a ſpe-
64 ciali.Et ex his deciditur † quotidiana quæſtio,ſcilicet,quid ſi cũ
tibi dico iniuriam,tu econuerſo mihi iniurioſa verba refers,pu
ta vocaui ego te latronem,tu vero me proditorẽ, an iſta mutua
iniuriarum delicta pari compenſatione tollantur, adeo ꝙ neu-
ter puniri poſſit? Iſta eſt quæſtio Spec. in titu.de accu.§.j.verſic.
quid ſi te vocaui latronem. alias incipit, ſed pone quod te vo-
caui &c. Omiſſis dictis eius conclude, quòd aut quæritur de

pœna ciuili, aut de pœna criminali. Primo caſu prima conclu-
ſio ſit, quòd ſi non apparet quis primo iniurioſa verba pronun
ciauerit, cum appareat vtrunque pronunciaſſe, neuter punien-
dus eſt, vt eſt caſus in d. §. ſi ſtramenta. & no. in dicto §. cum arie
tes. Secundo, ſi apparet primo verbalem iniuriam inſerens, ille
ſolus delinquens videtur puniendus, non autem ſecundus, qui
ad vindictam ſui incontinenti verbalem iniuriam retulit. Hoc
videtur probare tex. j. de bo. liber. l. ſi cum maior. §. libertus. Ibi
dum dicit, ignoſcēdum eſt ei, ſi voluit ſe vlciſci prouocatus &c.
Tertio, quia qua ratione licet iniuriam facti incontinenti facto
vlciſci, dumtamen modus non excedatur, vt in l. vt vim. de iuſt.
& iure. l. j. C. vnde vi. & l. ſciētiam. §. qui cum aliter. s̄. ad legem
Aquil. & in c. olim. de reſtit. ſpol. non ſolum per ſeipſum, ſed ēt
per medium amicorum, vt in l. deuotum. C. de meta. & in c. di-
lecto. de ſent. excommu. in 6. & in c. conquerente. in glo. magi-
ſtra. eod. tit. in antiquis & in c. non inferenda. 23. qō. 4. & in l. ſi
quis in ſeruitutem. de furtis. s̄. quod metus cauſa. l. metus. §. ſed
licet. Ita pari ratione licitum eſſe debet iniuriam verbalem in-
continēti ſimili verbali vindicare ad ſui defenſam. Ad hoc etiā
accedat s̄. ad legem Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. de homi-
cid. clem. j. Quarto, quia parcendum eſt ei, qui ob iracundiam
commotus cauſatam ex verbis iniurioſis in eum prolatis, iniu-
riam retulit, arg. j. de regu. iur. l. quicquid calore. j. ad Turpil. l. j.
§. quæri poſſet. 2. q. 3. ſi quis iratus. & §. notandum. il 1. Lubri-
65 cum enim † linguæ maxime iracundia commotæ non eſt faci-
le ad pœnam trahendum, dicit tex. in l. famoſi. j. ad leg. Iul. ma-
ie. Ex hominū enim perſonis debemus dicta penſare, C. ſi quis
Imper. maled. Nec obſt. tex. in l. ſi non conuitii. C. de iniurijs. l.
aut facta. §. cauſā. j. de pen in l. lex Iulia. §. fi. ad leg. Iul. repetun.
vbi punitur iniuria verbalis, vel realis offenſa, quamuis illata ſit
a prouocato iracundiæ calore. Quoniam intelligo, vbi prouoca
tio ad iram, ex qua ortū habuit iniuria, vel offenſa, cauſata eſt
aliunde quàm præcedēti iniuria mihi illata per eum, in quem
ego iniuriā retuli. Cum enim alias ipſe mihi iniurians occaſio-
nem mihi præſtiterit ſibi iniuriādi, ipſemet ſibi iniuriatus fuiſ-
ſe videtur, igitur ſibi imputari debet, s̄. ad legem Aquil. l. qui oc-
cidit. §. in hac. de iniurijs. c. fi. de reg. iur. damnum. lib. 6. cum ſi-
66 mil. † Aduerte tamen, quia etiam offenſa realis ſeu verbalis in-
iuria illata a cōmoto calore iracundiæ aliunde cauſatæ, quàm
facto mei, cui iniuria vel offenſa illata eſt, mitius punienda eſt,
& igitur hæc eſt iuſta cauſa pænæ minuēdæ per iudicem. Et ad
hoc ego noto textum valde ſingularem in d. l. lex Iulia. in fi. j. ad
legem Iuliam repetun. vbi patet, ꝙ in poteſtate iudicātis eſt ho-
micidium committētem calore iracundiæ pęna deportationis
affligere, & ſic minori, quàm in homicidam a iure communi
ſtatuta, quæ vltimum ſupplicium eſt, vt in l. 3. C. de epiſco. aud.
ibi dum dicit, homicida, quod fecit ſemper expectet. Secundo
ad hoc accedat, quod eleganter determinat Ioan. Andr. in ad-
dit. Spec. in rubr. de homic. ad fi. & in c. ſignificauit. de pœn. &
remiſſ. in nouella. & Bal. in c. j. in vſibus feud. de pac. tenen. & in
d. l. vt vim. dicentes exceſſum in defenſione non puniri, vt illud
delictum, quod vere eſt perpetratum, ſed mitius. Quia ignoſcē
dum eſt commoto iracundiæ calore, ſi iuſtum dolorem ſuum
refrenare non potuit, dicit tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu.
§. Imperatores. j. de adult. & quod habetur C. eod. tit. l. Grac-
67 chus. Tertio, vbi in primo iniuriantem † mihi, ego ex interual-
lo iniuriam inſero, vtrique noſtrum ad ciuilem pœnam exigen
dam competit actio, nec alter alteri compenſationē obijcere
pōt, quia non ex interuallo, ſed incōtinenti iniuriæ repulſio eſt
permiſſa, vt in l. 3. §. cum igitur. j. de vi & vi arma. Cum. n. hæc
ſint diuerſa delicta, & ad diuerſos effectus tendentia, merito ho
rum non admittitur cōpenſatio, vt d. l. quemadmodum. §. fi. &
in d. l. qui vas. in prin. Bene tn̄ verum eſt, ꝙ hincinde pro amba-
bus partibus lata ſententia ſuper pœna ciuili iniuriæ, executio-
nem pęnalis ſententiæ petenti obijci poteſt compēſationis ex-
ceptio de alia ſententia ſimiliter ad pœnam ciuilem inferendā
aduerſus executionem petentem prolata, vt in l. ſi cum militi.
§. fi. j. de compenſa. Et ita notab. dicit tex. Innoc. in c. ſicut. l'vlti-
mo. de iureiur. hunc intellectum tradens ad l. ſi duo. de dolo. ſæ
68 pius allegata. Secundi † vero principalis membri concluſio eſt,
vtrunque criminali pęna pro publica vindicta inferenda eſſe pu
niendum, quia indeterminatorum reipublicæ delictorum ad
compenſationē pęnæ non admittitur compenſatio, vt in d. l. 2.
69 §. qui hoc dicit. & §. ſi extraneus. Ab † hac tamen concluſione
ſeclude caſum illum, quo quis vt prouocatus ad iniuriam retu
lit, quia ille nec criminaliter punietur per prædicta, & hæc dili-
genter tene menti, quia ſunt valde quotidiana. Septima conclu
70 ſio, † quando ex coniunctione vnius culpæ cum alia per diuer-
ſos commiſſa reſultat vnus & idem effectus ipſarum culparū,
licet diuerſarum, admittitur compenſatio. Ad hoc j. de dam. in-
fec. l. ex damni. §. quoties. vbi patet, ꝙ ſi tu ex latere tuo fodis iu-
xta communē parietem, & ego ex latere meo impono onera,
& ſic ex culpa amborum paries ruat, fit compenſatio, licet ipſa
71 facta ſint diuerſa. Octaua cōcluſio aſſumitur † ex l. ſi alius. §. bel
liſſime. & l. fi. §. ſi ad ianuam. j. quod vi aut clam. vbi patet, ꝙ fa-
cti clandeſtini cum alio clandeſtino ex interuallo facto, admit-
titur compenſatio. Si enim edificium clam factum, cum mea
intereſt, ego clandeſtine deſtruo, vel clauſuram domus clam
factam, cum mea intereſt, ego clam rumpo, non poteſt aduer-
ſus me per primum clam facientem aduerſus me clam de-
ſtruentem interdictum, quod vi aut clam, inſtitui. Et huius eſt
ratio ſecundum eum, quia illud interdictum, quod vi aut clam,
requirit iuſtum petitorem, ſed tu nō videris iuſtus eſſe petitor,
qui prętendis intereſſe ex iniquo opere, vt in l. 2. §. idem ait. j. ne
quid in loco publi. igitur &c. Et hoc eſt, quod dicit lex, neminē
ex improbitate ſua actionem debere conſequi, j. de furtis. l. ita-
72 que fullo. §. j. Tu aduerte, quia hoc † videtur intelligendum vbi
non poteſt haberi ſuperioris copia, cuius authoritate clam fa-
ctum deſtruatur, vel periculum eſt in mora, tunc enim propria
authoritate deſtruere licet, alias. n. ſi ſuperioris adeſſet copia,
hoc ſua authoritate agere ex interuallo non eſſet permiſſum.
Et hoc vr̄ probari in d. §. belliſſime. in fine. vbi hoc etiam tenet
glo. Videtur etiā a ſimili probari caſus, quod dicimus de inter-
dicto, de vi & vi armata, quod competit pro illata violentia ex-
pulſiua, illud enim cenſetur competere illi, qui paſſus eſt violen
tiam ex interuallo ab illo, cui ipſe violentiam intulerat primo,
vt in l. qui poſſeſſionem. j. de vi & vi arma. & l. ſi quis ad ſe fun-
dum. C. ad leg. Iuliam de vi. & per hoc declaratur veritas dicti
Inno. in c. olim. præallegato. de reſtit. ſpol. Quod ſequitur Ar-
chid. 23. q. 2. dominus noſter. & Bal. in l. 2. C. de ſerui. & aqua. di
cens, ꝙ vbi ſuperioris authoritas haberi non poteſt, licitum eſt
furto ſubtrahere rem mihi furto ſubtractam, vel æquiualentē,
dummodo ſine ſcandalo hoc fieri poſſit, & tunc furti cū furto
compenſatio fiet, ſecus autem vbi ſuperioris adeſſet copia, per
d. l. quemadmodum. §. fi. & d. l. qui vas. Multa enim licent pro-
pter defectum copiæ ſuperioris, vel periculum moræ, quæ alias
non licerent, vt patet in l. generali. C. de decur. lib. 10. & in l. ait
prætor. §. ſi debitorem. j. de his quæ in fraudem credit. l. nullus.
cum ibi no. in glo. C. de iud. Et ex his quæ no. Inno. de elec. c. ve-
nerabilem. ad fi. & in c. licet. de pęni. & remiſ. cap. licet. & patet
11. q. 3. anteceſſor. Et ad hoc vide, quæ dixi in l. clam poſſidere.
§. qui ad nundinas. j. de acquir. poſſeſ. Nona concluſio, vbi agi-
73 tur † ciuiliter, & res non eſt integra, puta quia deuentum eſt ad
executionem facti, hoc eſt ad ſolutionem diuerſorum delicto-
rum, quamuis ad idem tendentium, non admittitur compenſa
tio, vt in l. 3. & in l. ſi ob turpē cauſam. j. de reg. iu. l. in pari. j. de
do. excep. l. ſi procurator. cum alijs ſuperius allegatis. Exemplū
pone, dedi tibi decem, vt occidas hominem. certe hæc ſunt di-
uerſa delicta, quia vnum delictum turpiter dantis, aliud delictū
turpiter accipientis, ambo tamen ad vnum finem tendunt,
quia ad hominis occiſionem. Item res non eſt integra, quia de-
uentum eſt ad ſolutionem pecuniæ, certe iſto caſu ſi repeto,
quod dedi, poſſum repelli obiectione criminis, criminis huius
ſcilicet, quia turpiter dedi. Nec replicare poſſum hoc modo, ſci-
licet tu, qui es reus, turpiter recepiſti, & ſic facta executione, nō
admittitur compenſatio duarum turpitudinum ad eundē effe-
74 ctum tendentiū. Decima, cum † ciuiliter agitur, & diuerſa ſunt
facta ad abſolutionem eiuſdem actus turpiter tendentia, eorū-
dem admittitur compenſatio. Caſus eſt extra de pę. c. conſtitu-
tus. & probant etiam iura ſuperius allegata in cōcluſione ſimi-
li. Exemplum pone, inter me & te eſt facta pax cum adiectione
pęnæ, vnde cōtra venientem pariter infringimus, certe hæc mu
tua ruptura tendens ad pacis diſſolutionem compenſatur, & al-
ter ab altero non petit pęnam, per d. §. conſtitutus. ſi ex inter-
uallo a primo ſecuta fuerit ruptura ſecundi, quia ille demū po-
teſt pęnam petere, qui in eam non incidit, vt d. l. cum par. §. il-
li. & quia non debet commodum quis conſequi ex contractu,
quē viſus extitit īpugnare, vt in dicta regula, ex eo. cū alijs ſupe-
rius alleg. Et de iſta quæſtione pacis dic vt plene dixi s̄. eod. l. ſe-
75 mel mora. Vndecimo cum agitur † ciuiliter, & introducitur cō
penſatio delictorum, quæ habet vim ſolutionis, prout regulari-
ter de diſpenſationis natura eſt, quæ loco ſolutionis cedit, vt in
l. ſi debitor. s̄. qui pot. in pign. hab. Illa admittitur, poſito, ꝙ deli-
cta ſint diuerſa, & ad diuerſos effectus tendentia, licet ſecus, qn̄
agitur de compenſatione delictorum compulſiua, quæ nō vim
ſolutionis ſed impugnationis habet, vt ex ſupradictis apparet.
Iſte eſt caſus in l. ſi ambo. s̄. de compēſa. vbi patet, ꝙ ſi tu ſocius
furtum feciſti in vna re ſocietatis, & ego conſocius damnum
dedi in alia communi, quorum delictorum occaſione alter cō
tra alterum agat ciuiliter, fiet compenſatio, quæ fictam ſolutio
nem inter agentes introducit, vt ibi patet. Sed certe dici poteſt,
quod ibi illa delicta quamuis diuerſa tendunt ad eundem effe-
ctum, ſcilicet ad eundem cōtractum ſocietatis in obſeruandū,
cum ſatis ſocietas non ſeruetur, cū in ea bona fides inter ſocios

violetur, vnde iſta concluſio cadere poteſt in altera ex ſ. poſitis. Iſtæ ſunt in hac materia concluſiones do. Bal. quæ, quia per eũ erant imperfecte poſitæ, vt ex ſuperioribus vides, per me perfe-
76 ctè ſunt ſuppletæ & dilatatæ. Poſtmodum † vero ipſe idem volens aliter decidere hanc materiam iunctis dictis Dy. & Iac. de Are. conſiderat duos caſus principales dicens, aliquando agi criminaliter, aliquando ciuiliter. Primo caſu, aut loquimur de compenſatione delictorum extinctiua pœnæ, & iſta non admittitur, vt in d. l. is qui reus. & d. §. ſi publico. & d. l. neganda. cum ſimil. ſ. alleg. Aut loquimur de compenſatione excluſiua perſonæ, id eſt, quæ opponitur ad perſonam accuſantem repellendã, & tunc iſta oppoſita poſt litem conteſtatam, vel nomen rei receptum inter reos, non admittitur, vt l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ĩ. de adul. oppoſita vero ante litem cõteſtatam admittitur, cum idem eſt delictum accuſatoris & accuſati, vt in l. ſi filium. ſ. de libera. cau. C. de teſti. l. quoniam liberi. & in c. j. eod. tit. lib. 6. Melius patet in c. nemini. cum alijs ſuperius alleg. Si autẽ delictum eſt diuerſum, tunc ſi eſt adhærens ſeu connexum, vt adulterium & lenocinium, admittitur huiuſmodi compenſationis exceptio, vt hic in fi. Et huius eſt ratio, quia cum hic delicta habeant vnum & eundem principalem effectum, merito pro vno delicto reputantur, per l. j. eum ibi no. per Cy. C. ſi reus vel accuſa. mot. fuer. Cum enim finis delictorum eſt vnus, delicta non cenſentur diuerſa, vt l. ſi familia. ad fi. ſ. de iuriſdict. om. iud. & quod no. gl. in l. qui de crimine. C. de accuſa. & quod habetur per Dy. & Bart. in l. nunquam plura. ĩ. de priua. delic. Voluntas enim & propoſitum maleficia diſtinguunt. vt l. qui iniuriæ. ĩ. de furt. & in c. cum voluntatis. de ſent. excomm. ſicut ergo qñ delictũ accuſatoris & accuſati eſt vnum numero & effectu, admittitur cõpenſatio excluſiua perſonæ accuſantis ante litem conteſtatã oppoſitã, vt probant præcedentia. Ita & quando delicta ſunt duo diuerſa, ſed ad eundem effectum tendentia. Aut delicta ſunt diuerſa, & vnum non infert in aliud, ſed ambo producunt diuerſos effectus, & tunc huiuſmodi exceptio compenſatiua non admittitur, vt in d. l. is qui reus. & d. l. negãda. & huius eſt ratio, quia multiplicare inconueniens nõ eſt ſoluere,
77 vt in l. ratas. C. de reſcinden. vend. Secundo caſu † principali, quando agitur ciuiliter, breuiter dicit, ꝙ cum ex communi delicto vult quis lucrum captare, non auditur neque agẽs, neque excipiens, vt in agente eſt caſus in d. §. Marcellus. In excipiente eſt caſus hic, ſi vero vult euitare damnũ, vel tueri ius ſuum iam radicatum, tunc auditur. Caſus eſt hic, & in l. viro. ſ. eod. In pari etenim turpitudine petitor debet excludi a præmij conſecutione, quia turpitudo non debet eſſe cauſa actionis productiua, vt dicit tex. in d. l. itaque fullo. §. j. ĩ. de furtis. & hoc procedit in cõpenſatione delictorum compulſiua. Alia etenim compẽſatio, ſ. vnius debiti ad aliud, etiam ſi deſcendat ex crimine, admitti-
78 tur, vt patet in caſu d. l. ſi ambo. ſuperius declaratæ. † Sed certe diſtinctio iſta licet in ſuis membris optima, tamen ſatis eſt imperfecta, quia non includit in ſe plurima membra ex ſupra poſitis, vnde deſcendo vltimo ad ſubtiliter dicta per Inn. in ſæpius allegato c. intelleximus. de adult. Ipſe enim primo inſtat circa ſolutionem tertij d. §. Marcellus. qui videtur fortiter refragari illi capitulo, & huic legi. Vnde primo dicit, ꝙ §. ille loquitur, qñ dolus vtriuſque commiſſus eſt circa idem. Illud autem capitulum, & iſta lex, loquuntur quando delicta ſunt diuerſa. Sed certe hæc ſolutio non videtur bona, quia potius admitti debet cõpenſatio in his, quæ ſunt quodammodo eadem, quàm in his, quæ ſunt diuerſa, vt patet, quia admittĩ de quantitate ad quãtitatem, ibi vero de quantitate ad ſpeciem, vt patet in l. ſi cõuenerit. cum ſi. ſ. de pignor. act. Et ratio eſt, quia in habentibus ſimilitudinem vel identitatem facilior eſt trãſitus, vt in l. in rem. §. idem quæcunque. ſ. de rei vend. & l. ſed cum patrono. ĩ. de bono. poſ. vnde dubitans forte de his obiectionibus tranſit ad ſolutionem ſecundã dicens, ꝙ in d. §. Marcellus. ponitur regula. Fallit fauore matrimonij, vt d. c. intelleximus. & fauore dotis, vt hic. Sed certe iſta ſolutio non videtur bona, quia imnio potius in d. c. & in iſta l. ponitur ius regulare. ſ. ꝙ dolus cum dolo compenſetur, quod paria delicta mutua compenſatione tollantur. Iſtæ enim ſunt iuris regulæ, quarũ prima patet in d. l. ſi duo. cũ ſim. Secunda in d. l. de viro. cum alijs allegatis, & ſic §. Marcellus. ponit caſum ſpecialem a regula exceptũ, vnde erit totum oppoſitum eius, quod Innoc. Quamobrem ipſe pro maiori declaratione ſubtiliter more ſolito conſiderat tres caſus principa-
79 liter. Primus, † ꝙ quandoque duo faciunt contra legem delinquendo, & crimen committendo, & tunc ponit pro regula, ꝙ deterior eſt illius conditio, qui incipit de dolo proponere, vnde ſi erit actor, non poterit contra reum excipientem replicare. Et ſic intelligitur ſecundum eum §. Marcellus. Et ſic etiam procedit regula dicens, quòd in pari cauſa turpitudinis potior eſt cõditio rei, vt in d. l. ſi duo. Item alia dicens, quòd paria delicta mutua compenſatione tolluntur, vt in d. l. viro. Hinc etiam eſt, ꝙ ſi reus incipiat de dolo proponere, poterit contra eum de dolo replicari. Exemplum patet hic, vbi aduerſus maritum excipientem de adulterio, obiecta fuit replicatio lenocinij. Exemplum etiam patet in l. j. & l. ſi alterius. C. ſi mi. ſe maior. dixe. vbi patet, quòd ſi minor petit reſtitutionem tanquam læſus, & aduerſus eum excipiatur de dolo commiſſo, in hoc, ſcilicet quòd ſe maiorem aſſeruit, poterit ipſe replicare aduerſus excipientem, ꝙ dolo eius rei ad hoc aſſerendum inductus fuit. Sed tunc obſtat ſecundum eundem, cap. cum ſecundum. de priuileg. vbi patet, quòd licet quis fuerit in dolo faciendo ſe ordinari ad ſacros ordines ſine titulo, tamen auditur, ſi agat contra ordinatorem dicens ſe ordinatum ſine titulo, ex quo facto ordinator in dolũ incidit, quare petit ſibi pro neceſſarijs prouideri, donec de aliquo titulo beneficij ſibi prouideatur. Ecce ergo, ꝙ melior eſt cã ordinati, qui incipit de dolo ordinatoris proponere, ꝙ̃ econtra. Soluit tripliciter. Primo, ꝙ illud eſt ſpeciale ea ratione, ne quis mendicare cogatur in opprobrium, argu. 93. diſt. diaconi. l'vlti. Vel ſecundo, ꝙ ibi agens non fundabat ſe ex dolo, nec ipſum allegabat, ſed dicebat ſe pauperem & in ſacris, & ideo petebat ſibi ab epiſcopo prouideri, qui pauperibus ordinatis prouidere tenetur, vt patet in d. c. cum ſecundum. & in c. ſi epiſcopus. de præben. lib. 6. Quod eſt verum, etiam ſi alias ad titulum fuerit ordinatus, argu. 7. q. j. c. paſtoralis. Vel tertio dici poteſt, ꝙ non peccat quis ſe ordinari faciens ſine titulo, ſed potius meretur, cum faciat ſe aſcribi in ſortem domini, vt in d. c. cum ſecundum. Nec obſtat, quòd propter hoc pœna imponitur ordinanti, quia illa eſt in odium ipſius ſine titulo ordinantis impoſita, vt patet 70. diſt in princ. & c. ſequen. Secunda ſolutio magis omnibus mihi placet, hæc autem dicit vera, cum dolus per duos committitur circa idem, cum vero circa diuerſa, regulariter non admittitur compenſatio, vt d. l. quemadmodum. in fi. nec poteſt de diuerſo crimine obijci exceptio, niſi in caſibus, quibus a iure ſpecialiter diſpoſitum reperitur contrarium, quæ de iure ciuili habentur ĩ. de accuſ. l. qui accuſare. canonizata 2. q. j. prohibentur. & hoc de iure ciuili. Cum de iure canonico contra accuſantem, vt ab accuſatione repellatur, obijci poſſit exceptio criminis cuiuſcunque, de accu. c. j. cum ibi plene no. In caſibus autem iſtis, quibus de iure ciuili obijci poteſt exceptio diuerſi criminis, quia talis exceptio introducitur, ergo iuris rigore ꝯ omnes non generaliter, ſed ſpecialiter in odium certæ perſonæ ꝯ talem exceptionẽ non dabitur replicatio. & ſic intelligit c. dilecti, de excep. Nec obſt. ſecundum eundem præalleg. c. intelleximus. vbi erant diuerſa adulteria, & ſic diuerſa crimina, & tamen fit compẽſatio, quia reſpõdet, ꝙ ibi commiſſa erant circa idem, quia in eiuſdẽ matrimonij præiudicium. Et ita ẽr reſpondetur ad iſtam legẽ.
80 Secundus caſus principalis eſt, † ꝙ quando duo ab initio faciũt contra legem, crimen committendo, ſed poſtea repetendo crimen non committitur, vt contingit, cum duo faciunt contractum vſurariũ, poſtmodum vero vſuras ſoluens repetit eaſdẽ, & tunc videtur, ꝙ contra exceptionem non detur replicatio, ꝑ c. quia fruſtra. de vſuris. vbi patet, ꝙ ſi conſuetus fœnerari, cum ipſe pecunia indigeret, ab alio mutuam ad fœnus acceperit, ꝙ cum ſoluiſſet, poſtea repetit, poteſt excipi contra eum, quod ipſe eſt etiam vſurarius, quare debet repelli, nec iuuari ex lege cõtractus vſurarios prohibente, cum aduerſus illam ipſe deliquerit, ſ. de mino. l. auxilium. cum ſim. Allega. etiam ſecundo l. in arenã. C. de inoffic. teſtam. nec refragatur, ꝙ contra excipientẽ debet poſſe replicari, quòd ipſe etiam excipiens non debet audiri, quia ipſe etiam in eodem aduerſus eandem legem prohi-
81 bitiuam deliquit. Quia reſpondet, † ꝙ petitio agentis venit lacerãda tanquam contra ius, per id quod no. glo. in l. j. ſ. de offic. aſſeſſo. & ipſe idem Innoc. in c. j. ad fi. de offic. vic. & quod no. gl. ĩ. de bo. libe. l. ſi cum maior. §. ſi patris. ad fi. Sed certe hæc nõ videtur bona reſponſio, quia tũc petitio contra ius venit lacerãda, quando ex eius tenore notorie deprehenditur, quod cõtra ius eſt, & non alias, vt patet ex no. in l. vbi pactũ. C. de trãſac. in glo. magna. hoc autem non contingit in caſu iſto. Item ſecũdum hanc theoricam ſequeretur, ꝙ ſi filiuſfamilias mutuaſſet alteri filiofamilias, & ſic feciſſet cõtra ſenatuſcõſultum, ſi poſtea alter mutuaret ſibi, quod contra mutuum petentem non poſſet excipere de ſenatuſconſulto, conſiderato, quod aduerſus illum deliquit. Quod videtur abſurdum & falſum, per l. j. & ꝑ totũ. ſ. ad Macedo. vnde finaliter concludit, ꝙ de iuris rigore, quando duo faciunt contra legem circa diuerſa, licet faciant cõtra legem eandem, non debet de vno ad aliud obijci poſſe exceptio compenſationis propter rerum diuerſitatem, arg. d. l. ſi cõuenerit. Et per regulam, quæ vult, quòd ius proprium proſequendi criminis per eum commiſſi, non obſtat exceptio. ĩ. de accuſa. l. hi tamen omnes. 7. q. vlt. omnibus. & in d. c. quia fruſtra. ꝯ ſtatutum fuit odio vſurarũ, vnde tex. ille continet caſum ſpecialem, & ſic in alijs remanet regula firma in oppoſitum. Satis eſt. n. ꝙ delinquens in legem nõ iuuetur per eã in eo, in quo deliquit,

deliquit,ſed in alio, in quo non deliquit iuuari poterit ex eadẽ,
per regulam ſupra poſitam. Nec refragatur l.in arenã. quia lo-
quitur in perſona priuata,quæ certum miniſtrum approbauit,
vnde non poteſt illud deteſtari in perſona filij,cũ quis,quod per
ſe recepit,in aliorum perſonam improbare non debeat, vt ſ̃.di-
xi.Nos autem loquimur in iudice, qui ſecluſa perſonarum ac-
ceptatione,debet iuſtitiam miniſtrare,de iudi.c.nouit.de accu.
82 c.qualiter & quando. † Tertius caſus principalis eſt, quando
duo faciunt ſecundum legem, quo caſu verior concluſio eſt,
vnum contra alium iuuari, vt in l.fi.ſ̃.ex quibus cau.maio.Hæc
eſt doctrina eius,ipſum intellectualiter cõſiderando, quam cõ-
muniter ſequuntur Canoniſtæ. Ego autem cenſeo aduerten-
dum primo, ꝙ inepta eſt eius allegatio, qui ad hoc probandũ,
ꝙ deterior ſemper eſt eius conditio doloſi, qui de dolo propo-
nere incipit,allegat §.Marcellus.qm̃ ille tex.probat totaliter op
poſitum. Ibi enim actor fundabat intentionem ſuam ex cõtra-
ctu tacito de dolo, qui in eodem vtraque parte interuenerat.
Reus vero de fraude incipiẽs dicere, exceptionẽ doli oppoſuit,
determinat Iuriſcon.non audiri replicationem doli, quã obijcit
actor,& ſic ibi non deterior,ſed melior eſt eius conditio, qui al-
legationis doli ſumpſit initiũ.Non ergo cõſiderat tex. ibi initiũ
proponendi dolum,ſed quis ex agente, vel conuento tractet de
lucro captando, & quis de damno vitando, quoniam meliorẽ
vult eſſe conditionẽ eius,qui damnũ vitare quærit. Nos tamen
pro eius dicto allegare primo poſſumus tex.l.j.§. fi. cum l.ſeq.
ſ̃.ne quis eum, qui in ius voc.vbi patet, ꝙ ſi inique realiter quẽ
in ius vocans,agat ↄ eximentem eum qui vocatus eſt,dicens eũ
dolo exemiſſe,& incipiens de dolo proponere, repellitur ea ex-
ceptione.ſ.quod ipſe inique ſeu dolo vocari fecit. Et ſic ibidem
deterior conditio eſt incipientis dolũ proponere. Secundo poſ-
ſumus allegare textum in l 2.§.idem ait.j̃.ne quid in loco publ.
vbi ſi is, qui inique in loco publico ædificauerat, agere incipiat
cõtra alium,quem dicit inique ædificare in eodem, cum per il-
lud ædificium ſuo noceatur,certe repelli poterit exceptione,ſci
licet quod eius præcedens ædificij conſtructio iniqua fuit,& ſic
ibi ẽt deterior conditio eſt incipientis proponere. Tertio allega
mus l.quidam Titiũ. & l.ſi non ſolus.§.i.j̃.ſi quis omiſ.cau.teſt.
83 cum ibi no. Præterea dum Inn.† dicit,d.c.quia fruſtra.contine-
re caſum ſpecialem odio vſurarum, igitur non extendendum.
Aduertendũ pro illius declaratione, nunquid ille tex.locũ ha-
beat,cum vſuræ repetantur coram iudice ordinario, ſ.vt eas re-
petens repelli poſſit exceptione hac,tu ẽt vſurarius fuiſti &c.Et
in hoc reperio Lap. in ſuis allegationibus alleg. 35. mirabiliter
dicẽnrem exceptionẽ paris criminis vſurarij,vſurario vſuras re-
petenti,opponi poſſe ſolum, cũ cã agitatur coram iudice dele-
gato,non autem cum coram ordinario. Fundat ſe, quia tex. di-
cti c.quia fruſtra.in iudice delegato loquitur,vnde cum ſit odio
ſus & exorbitans a regulis iuris, vt infra probabitur, igitur re-
ſtringendus,nec extendendus ad ordinarium, vt in regula, quæ
a iuris.li.6.ſ̃.de legib. l.quod vero.cum ſim. Quod autem odio
ſus ſit,patet,quia denegat repetitionem vſurarum, vbi illa regu-
lariter conceditur, de iureiur.c.debitores. cum ſimil. Quod ſit
exorbitans patet, quia regula iuris eſt, ꝙ exceptio criminis nũ-
quam repellit quem a proſecutione iuris proprij, vt in d.l.ita ta
men omnes.& d.c.omnibus.Aut in vſurario in vſurarũ odium
contrarium ſtatuitur,& propter bonum animę,vt propter hoc
quilibet ab vſurarum dulci cupidine retrahatur, & in hoc ſalua
reuerentia tanti viri,teneo contrarium. Et cõtra eum do caſum
expreſſum in eod.tit.c.Michael.Ibi enim Michael laicus ad re-
petitionem vſurarũ agebat contra quoſdam ciues Bonon.corã
Bon.epiſcopo,vt ex ſupraſcriptione dictæ decretalis apparet,&
ſic corã iudice ordinario. Et nihilominus ibi Papa determinat
contra dictum Michaelem opponi potuiſſe exceptionem pa-
ris criminis vſurarij. Nec refragatur, ꝙ dici poſſet ibi Bonon.
epiſcopum procedere vt iudicem delegatum, quia authoritate
84 reſcripti apoſtolici,quoniam † reſcriptum principis, per quod
iudici alias ordinario, prout iſte epiſcopus erat,cauſa cognoſcẽ-
da mandatur, non delegationem, ſed iuriſdictionis ordinariæ
excitationem inducit, vt in c.licet in corrigendis. de offic. ordi.
& quod no.ff.de offic.pręſid.l.ſæpe.cum l.ſeq.ſ̃.de offi.eius cui
mand.eſt iuriſdi.l.& ſi prętor.niſi in eo reſcripto iuriſdictionali
apponat princeps verba hæc,authoritate noſtra cognoſcat &c.
Quoniam tunc iudex alius ordinarius delegatus efficitur, vt in
c.cũ aliquibus.de reſcrip.in 6.vbi ad hoc eſt tex.no. & licet dici
poſſet in d.c.Michael. eſſe verba illa, authoritate noſtra &c. vt
patet in tex.ibi dum dicit, ne authoritate noſtra in negocio pro
cedas &c. Et conſequenter ꝙ ibi Bononien. epiſcopus de lega-
tionis iure cognoſceret, nihilominus reſpondeo dupliciter.
Primo, ꝙ verba illa, authoritate noſtra. referuntur ad verba
eiuſdem tex.ſcilicet attentius prouiſurus.quaſi dicat,authorita
te noſtra mandamus, vt attentius prouideas &c. non autem re-
feruntur ad perſonam epiſcopi, vt ipſe apoſtolica authoritate
procedat. Vel ſecundo ibi putabat epiſcopus, ꝙ ex quo Papa ſi-
bi mandauerat ſimpliciter, vt Bononienſes ciues compelleret
ad reſtitutionem vſurarum faciendam Michaeli, non deberet
admittere dictam exceptionem dilatoriam, quaſi reſcriptum
hoc aliquid deberet operari vltra ius commune,in d.c.quia fru
ſtra. vnde Papa ibi declarando dicit authoritatem reſcripti ſui
ex hoc ad epiſcopum directi, vt ipſe vſuras faciat reſtitui, intel-
ligi debere ſecundum ius cõmune. i. dummodo idem Michael
per prius eas reſtituat, quas ipſe extorſit ab alijs ſecundum for-
mam d.c.quia fruſtra. quod in delegatis loquens Papa in d.cap.
Michael.extendit ad ordinarios. De iure enim cõi reſcripta iu-
riſdictionalia ſeu iuriſdictionis ordinarie excitatiua, interpreta-
tionem recipiunt,& ſm̃ illud reſtringuntur, vt de primo eſt ca
ſus de reſcri.cauſam quæ.de offi.deleg.c.ex parte.& c.ſuper eo.
Secundo eſt caſus de offic.ord.c.graue. Tertio clare dici poteſt,
quòd ex quo verba illa literæ, ſcilicet ne authoritate noſtra in
negocio procedas &c.ſunt abnegatiua, merito conſequens eſt,
vt iuriſdictionem delegatam in epiſcopo non induxerint, ex re-
85 gula quæ habet, ꝙ † verba abnegatiue prolata non inducunt af-
firmationem, vel diſpoſitionem affirmatiue, vt l.Titia. §.fi.j̃.de
manumiſ. teſtam. Secundo principaliter contra Lapum mo-
ueor, quia ratio poſita in d. c.quia fruſtra. ex qua tex.deciſionẽ
præſentis dubij facit, cum cauſæ cognitio vertitur coram dele-
gato,locum habet. Et cum eadem vertitur coram ordinario, vt
ex ſeipſo apparet, vnde in vtroque par iuris debet eſſe diſpõ, cũ
exorbitantia iura, quale eſt d.c.fruſtra, vt ſ̃.probaui, propter idẽ-
titatem rationis extendantur ad caſum non expreſſum, ſ̃.de ri.
nup.l.libertum. §.ſenatuſconſul. C. de reuocã.dona.l.his ſolis.
de reg. c. conſtitutionem.lib.6.& infinitæ glo. ſunt, licet aliter
ſenſerit Ioan.And.vt dicetur in §.de viro.quod maxime verum
eſt,cũ tractatur de iuribus principaliter tendẽtibus ad dilaquea
tionem animarũ a peccato, vt eſt dictũ c.quia fruſtra. Et hoc eſt
quod no.Bart.in authen.ſacramenta. C.ſi aduer.vendi.tradens
doctrinam, ꝙ iurium, quorum diſpoſitio principaliter tendit
ad dilaqueationem animarũ a peccato, prout eſt dicta authen.
propter identitatem rationis ſemper fit extenſio. & ita anno p̃-
terito cum acceſſiſſem ad curiam conſului in ciuitate Florẽtię,
& iudicatum fuit inter Dominos meos.vnde tene menti,quia
paſſus iſte valde vtilis eſt & neceſſarius ad declarationẽ d.c.quia
fruſtra. Et mirandum, ꝙ nullus Canoniſta de hoc ibi faciat mẽ
tionem. Ex his ergo apparet doctrinam do.Inn. non eſſe vſque-
86 quaque veram, nec perfectam. Vnde ad concluſiuã † theoricã
reducendo ſubſtantialiter hanc difficilem materiam, poſſumus
duo membra principalia facere. Primum, ꝙ aliquando quæri-
tur, an & quando dolus cũ dolo compenſetur, ſeu delictum cũ
delicto, quando ciuiliter agitur, & tunc ſit regula, ꝙ cum com-
mittitur circa idem eodem vel diuerſo tempore, vnum cum re-
liquo compenſetur, & ſic contra exceptionem doli dabitur re-
plicatio. Et apparet hic,& in d.l.viro atq; vxori. & in d.c.intelle
87 ximus.cũ alijs allega. Fallit, quia aliqua † euidens ratio inducat
oppoſitum, vt puta cum ex dolo actoris inſurgeret in fauorem
rei exceptio dilatoria, vt quando duo forent excommunicati,ẽt
ex eadem cauſa, quoniam ſi vnus agat, vt alter excipiat, ꝙ nõ po
teſt agere, quia excommunicatus non poterit replicare, ꝙ nec
excipiens debet audiri, cum ipſe ex eadem cauſa excommuni-
catus ſit, vt eſt tex.in d.c.dilecti.de excep. & eſt etiam caſus in d.
88 c.quia fruſtra. Fallit ſecundo dicta † regula, vbi ſecundus dolus
conſumeret primum, quoniam tunc de conſumpto non poteſt
excipi, vt eſt caſus in l.ſi quis ad ſe fundũ. & l. qui poſſeſſionẽ.
præallega.vbi patet, ꝙ ſi ego te primo ſpoliaui, deinde tu me ex
interuallo ſpolias, competit mihi poſſeſſorium interdictum, vn
de vi,ad recuperandam poſſeſſionem, neque tu ſpolians ſecun-
do potes excipere de ſpoliatione, quam ego aduerſus te primo
commiſi, quia illa primo commiſſa per me eſt extincta per ſe-
cundam commiſſam per te. Simile eſt in mora, vbi patet, ꝙ ſe-
cunda commiſſa per vnam ex partibus extinguit primã cõmiſ-
ſam per aliam, adeo ꝙ de illa non poteſt excipi, vt in l.illud.ſ̃.de
peric.& commo.rei vend.l.ſi per emptorẽ.ſ̃.de act.emp. l.Cel-
ſus.§.fi.cum l.ſeq.ſ̃.de arbi.l.prætor. §.ſi aliquando. j̃. de noui
ope.nunc.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.& l.interdũ.§.fi.j̃.de verb. ob-
lig.l.qui decem.cum ſi.j̃.de ſolu. Fallit tertio, quando ſi fieret
89 † cõpẽſatio, alter remaneret in damno, quoniam tunc ad illius
præiudicium, qui certat de damno vitando, non debet fieri cõ-
penſatio ad illius fauorem, qui certat de lucro captãdo,& ſic eſt
caſus in d.§.Marcellus. Fallit tñ deciſio illius, in caſu l.ob turpẽ.
cum ſi.ſ̃.de condi.ob tur.cau. cuius fallentiæ ratio ſuperius eſt
declarata. vbi autem vterque eſſet in pari cauſa, puta quia vter-
que in lucro captando, tunc ſemper melior eſſet conditio rei, vt
d.l.quidam Titium.& l.ſi nõ ſolus.§.i. cum alijs ſuperius alleg.
90 j̃.ſi quis omiſ.cau.teſtam. Quando vero dolus, † ſeu delictũ cõ-
mittitur circa diuerſa, & non ſit regulariter compenſatio, vt in
d.l.quemadmodum.§.fi. Fallit autem hoc in caſibus, quos ſ̃.la

tiſſime declaraui, dũ recitaui dicta Bal. in ſuppletionibus meis.
91 Eſt ſecundum membrum † principale. ſ. an doli cum dolo, vel
delicti eum delicto compenſatio admittatur, vbi agitur crimi-
naliter? & in hoc formaliter dic, vt ſ. dixi in ꝯcluſionibus, quas
circa hoc feci, partim ex Bal. & partim ex me. Poteſt pro cõple-
mento materiæ adijci membrum aliud. ſ. an fiat compenſatio
mali cum bono? & vt intelligas, exemplum pone. Meus procu.
tutor, neg. geſt. ſeu ſocius, quædam egit, ex quibus mihi lucrum
allatũ eſt, & ſic bonum prouenit. Quædam vero egit, ex quibus
damnificatus ſui, & ſic prouenit malum. An vnius cũ reliquo
fiat cõpenſatio? & in hoc dic breuiter, ꝙ aut loquimur quo ad
forum conſcientiæ, & tunc dicendum ꝙ non, tex. eſt no. Augu.
14. diſt. quod ait. vnde ſumitur regula c. deficat. de reg. iur. Aut
loquimur quo ad forum temporale, & tunc formo has conclu-
92 ſiones. Prima, † boni ſeu lucri contingẽtis ex legali prouidentia
principaliter magis, ꝗ̃ ex facto mei adminiſtratoris, non fit cõ-
penſatio cum damno ſeu malo, quod ego ſentio ex eiuſdẽ do-
lo, culpa vel negligentia. Iſte eſt tex. ſing. ſ. de vſu. l. Caius. qui lo
quitur de lucro proueniente principaliter ex vi conſuetudinis.
93 † Secunda, damni ſeu mali, quod mihi prouenit ex caſu fortui-
to contingẽte in eo, ꝙ facit meus adminiſtrator, fit cõpenſatio
cũ lucro ſeu bono mihi proueniente ex eius induſtria, ẽt vbi ip
ſe alias de caſu fortuito teneretur. Iſte eſt caſus no. in l. ſi nego-
94 cia. ad fi. ſ. de neg. geſt. † Tertia, damni ſeu mali, quod mihi pro-
uenit ex culpa, dolo, ſeu negligentia adminiſtratoris ſeu conſo-
cij mei, non fit cõpenſatio cũ lucro ſeu bono, quod prouenit ex
eiuſdẽ induſtria. Caſus eſt no. in l. de illo. & l. & ideo. cũ l. p̃ced.
95 ſ. pro ſoc. Quarta eſt † ceſſationis lucri, quod prouenit ex negli-
gentia adminiſtratoris ſeu conſocij, fit compenſatio cũ lucro,
quod prouenit ex induſtria eiuſdẽ. Iſte eſt tex. no. ſingu. ſm verũ
intellectum in d. l. Caius. ſ. de vſu. & hoc intellige in adminiſtra-
tore voluntario. Quod autem ex neceſſario adminiſtratore, nõ
pono, quia data eſt in hoc doctrina Iuriſconſulti j. de admi. tut.
l. cum quæritur. Princeps vero non illicite cenſetur facere, ſi bo
num cum malo in eiuſdem perſona compenſat, vt patet ex tex.
in l. 2. § poſtea Appius. ſ. de ori. iu. vbi patet, ꝙ ſenatus ſeruum
Appij Claudij glorioſis muneribus donauit, eo quia librũ quẽ-
dam iuris ciuilis, quem Appio Claudio ſubtraxerat, populo Ro
mano tradidit, per quem manifeſtatum plurimum reſpublica
aucta eſt. hoc etiam apparet in l. non omnes. § ſi j. de re mili. &
in l. ſi quis in graui. § hi quoque. j. ad Silla. cum ſim. Et has con-
cluſiones tene menti, quia valde quotidianę & confuſæ mate-
riæ declaratiuæ. quas adijce ad gl. quæ in hoc paſſu tranſit, ſicut
muſcipula ſuper prunas, in l. etiã. C. mand. Quæ plene illud no.
ꝙ licet dolus cum dolo, culpa cum culpa, compenſentur, vt ſ. di
cta demonſtrant, non tñ dolus cum lata culpa, vel lata cum le-
ui, ſeu leuis cum leuiſſima. eo quia vnum reliquo præpõderat.
Ita probatur in l. item ſi obſtetrix. in §. fi. ſ. ad leg. Aquil. & pro
hoc habes vltra omnes expeditam huius legis ſubſtantificã ma-
96 teriam. Hæc autem † materia inducitur hic per Bart. & Bald. ad
dictas duas q. Primum, quid ſi ex forma ſtatuti bannitus nõ de-
bet in iudicio audiri, an reus excipiens contra agentem de ban-
no, alterius banni replicatione repellatur, & habet iſta quæſtio
multa membra per Doct. male diſcuſſa. Eam autem Domino
concedente perfecte tractabo in l. contumacia. j. de re iudi. Se-
97 cunda, ꝙ ſi ſtet ſtatutum, ꝙ de quolibet contractu † ſolui de-
beat gabella, alias ille ſit nullus. & tunc contractus emptionis
& venditionis eſſet celebratus, atque emptori traditio facta, &
nulla ex parte gabella ſoluta, venditor propter hoc dicens ꝯctũ
nullum, rem repetit, reus excipit, ꝙ nec ipſe venditor gabellam
ſoluit, vnde eſt in pari delicto ſeu negligentia, actor replicat, ꝙ
nec ipſe emptor conuentus ſoluit. Quæritur, quis debeat obti-
nere? & quamuis Bar. ſuccincte pertranſeat, nihilominus Bal.
ſubtiliter hanc dubitationẽ in 3. q. diuidit. Prima, an ꝯctus ſit
nullus, prout vult ſtatutum. Secunda, præſuppoſita nullitate, &
quod venditori competat actio ad rẽ repetendã, quæritur, quæ
cõpetat, an rei vendicatio, quaſi in eum ſit dñium retranslatũ,
an vero condictio ſine cã, quaſi cã venditionis, propter quam
facta fuit traditio, redacta ſit ad nõ cauſam. Tertia, an ipſe agẽs
excludatur ſimiliter exceptione non ſolutæ gabellæ. Circa pri-
98 mum omiſſis argumentationibus † ſuis, quæ prolixæ ſunt &
ſubtiles, ego dico, ꝙ contractus iſte ex poſt facto propter non ſo
lutam gabellam cenſetur nullus quo ad obligationem ciuilẽ,
non autem quo ad obligationem naturalem. Quod probo du-
pliciter. Primo ex regula generali dicente, ꝙ ciuilis ratio ciuilia
iura, non autem naturalia corrumpere poteſt, vt l. eas. ſ. de cap.
di. l. 2. ſ. de vſufr. ea. re. Inſti. de hære. quæ ab inteſt. §. minus. In-
ſti. de le. agn. tu. § fi. & Inſtit. de iuſt. & iu. §. ſed naturalia. cũ ſi.
Secundo, quia vbi lex inualidat contractum iam perfectum in
pœnam contrahentium, prout eſt iſto caſu, tunc ſemper ex eo
remanet naturalis obligatio, quæ a principio erat producta, vt
in l. 3. §. fi. ſ. quod quiſque. iu. & l. ſi bene. ſ. de cond. indeb. Quo
99 ad ſecundum dico, † quòd præſuppoſito, quòd competat ven-
ditori actio, non tamen ꝯpetat rei vendicatio, quaſi dominium
ſine traditione cenſeatur retranſlatum in eundem, hoc autem
verum eſſe probo, quia verba illa ſtatuti, cõtractus ſit nullus ip-
ſo iure, & poſſunt gloſſari dupliciter. Primo, ſ. ſit nullus, ſupple.
& ſic res ſit inepta, quo caſu dominium cenſetur retranſlatum
ipſo iure in venditorem, & ſic competeret rei vendicatio, vt l. ſi
quis ac. ſ. de rei vend. l. cõmiſſoriæ C. de pac. inter emp. in l. 5. §.
ſi & Marcellus. ſ. de in diem addic. Scdo ſic, ſit nullus, ſupple, &
res ad venditorem reuertatur, vel pertineat, & iſto caſu non cẽ
ſebitur dominium retranſlatum, vt l. qui ea lege. C. de pac. inter
emp. vnde agetur condictione ſine cauſa, non autem rei vendi
catione, quæ præſupponit dñium ex parte agentis. Cũ ergo ver
ba ſtatuti ſint dubia propter duplicem intellectum, qui eis pro-
babiliter dari poteſt, vt ex præmiſſis patet, igitur eſt ꝯñs, vt ea in
telligamus ſm illum intellectum. ſm quem inducitur retranſla
tio dñij ipſo iure, ſed neceſſaria eſt traditio Iſta eſt glo. aurea &
ſing. in l. 1. j. de dona. tit. gñali. dicens, ꝙ vbi reſolutio contractus
venditionis poteſt habere duplicem intelligentiã, ex cuius vna
inducitur retrãſlatio dominij ſine traditione, & ex cuius alia ne-
ceſſaria eſt traditio, aſſumenda eſt intelligentia, ſm quam indu-
citur neceſſitas traditionis, ea ratione, quia in obſcuris, ꝙ mini-
mũ eſt ſequi debemus, vt in regula iuris. Et quia ambigua ora-
tio eſt aduerſus venditorẽ interpretãda, de pac in l. veterib. cum
100 ſi. infinitis. Scdo ea † ꝯclo probaĩ, quia ambigua cuiuſcunq; vo
lũtas eſt trahẽda potius ad ius cõe, & regulare, ꝗ̃ ad ius exorbi
tans & ſpeciale, vt eſt caſus no. in l. in teſtamento. & l. ꝗ̃ꝗ̃. C. de
teſta. mili. Sed ius cõe & regulare eſt, ꝙ dominia ſine traditione
non transferanĩ, ꝯtrium aũt eſt ſpeciale, vt l. ſi ager. ſ. de rei vend.
l. traditionib. C. de pac. cum ſi. igiĩ &c. Et ideo innuit hic Bart.
qui terminos quæſtionis poſuit in venditore rem vendicãte. ẽt
dato, ꝙ actio competat per prędicta, ſed condictio ſine cauſa, eo
quia vẽditionis cã, propter quam fuit facta traditio, reducta eſt
ad non cãm, vt in l. j. in fi. & l. nihil refert. ſ. de cõdi. ſine cau. &
101 hæc de ſcdo. Quo ad tertium veritas eſt, † ꝙ agens exceptione
nõ ſolutæ gabellæ repelliĩ, nec de eadẽ per excipientẽ non ſolu-
tã põt replicari. Et iſtud triplici ratione demonſtro. Prima, quia
cum vt dixi ꝯctus iſte fuerit inualidus in pęnã non ſoluentium
gabellam, igiĩ remanſit ex eo naturalis oblĩo, vt d. l. 3. §. fi. quod
quiſq; iu. vnde ſuccedit doctrina Iuriſconſulti volẽtis, ꝙ vbi tu
mihi debitũ, & ꝑꝑ pęnam mihi illatam applicatum ſoluis mihi
non potes ſolutum repetere. caſus eſt in d. l. ſi pęnæ. & in l. pę-
næ. ſ. de condi. indebi. Secunda, quia iſte venditor, qui agit ad
rem rehabendam, tractat de lucro captando, emptor autem ex-
cipiens tractat de damno vitando. Vnde potior eſt exceptio rei
de damno tractantis, ꝗ̃ replicatio actoris de lucro certantis, vt in
d. l. apud Celſum. §. Marcellus. vbi eſt caſus. Tertia, quia ſi agẽs
replicat dicẽdo nec per reũ gabellam ſolutã, id in replicatione
deducit, quod deduxit in petitione. Sed replicatio actoris ſuper
eo ſe fundans, ſuper quo petitio, nunꝗ̃ excludit exceptionẽ rei,
vt ſ. dixi, & eſt caſus in l. 3. & l. ſi ob turpem. ſ. de ꝯdi. ob tur. cau.
cum ſimi. igitur &c. Nec ob. huic concluſioni l. fi. C. de liti. quia
ad illam reſpondet hic Bar. & clare. Et hæc procedũt præſuppo
ſito, ꝙ vterq; contrahens ad ſolutionem gabellæ teneatur, licèt
tex. videaĩ dicere, ꝙ hæc pertinet ad onus emptoris, cõtractu ta-
men reſoluto eam gabellam repetere poteſt a venditore. Ita vĩ
dicere Iuriſconſultus in l. debet. ad fi. ſ. de ædil. edic. Item proce
102 dũt hæc, vbi neuter ſoluit. Quid autem ſi ſoluiſſet † alter, an pro
parte ſoluentis contractus ſit validus, licèt nullus pro parte non
ſoluentis? tractat hoc Bar. in l. bona fides. ſ. de act. emp. & Bal. in
l. mortis cauſa. C. de peric. & cõmo. rei vend. & adinuicem ꝯdi-
cunt, non tñ pro nunc diſcutio, quia nõ pertinet ad præſentem
materiam, & vide ẽt ad hoc do. Bal. in d. l. j. §. fi. cum l. ſeq. ſ. ne
103 quis eũ, qui in ius vo. Poſtremo † quia iura ſ. diſcuſſa loquunĩ,
vbi altera pars alteri delictũ obijcit, igiĩ vidẽ. quid ſi altera pars
non collitigãti, ſed teſti aduerſus ſe producto, infamiam, vel ex-
cõicationem obijciat, ſeu crimẽ aliud, ꝑꝑ quod a teſtimonio re
pellaĩ. an eius exceptio repelleĩ replicatione teſtis dicẽtis aduer-
ſus excipientem de ſimili infamia, excõicatione, vel criẽ? Iſtam
quæſtionem vltimo hic tractauit Bar. cuius breuis deciſio eſt, ꝙ
aut iſti ambo ſunt infames ratione eiuſdem ſectæ, & tunc vnus
aduerſus alium in teſtem admittiĩ. C. de hære. in l. qm̃. §. inter
ſe. & hanc allegat ipſe. Tu adde 2. q. 7. ſi hæreticus. Aut ambo
nõ ſunt infames ratione eiuſdem ſectæ, ſed quilibet ratione pro
prij criminis, & tunc quicquid ſenſerit gl. in l. 3. §. lex Iulia. ſ. de
teſti. veritas eſt ſm eum, ꝙ infamis vel criminoſus teſtis oppone
re non poteſt aduerſus morbo ſimili laborantem. Et huius eſt
ratio, quia infamis non poteſt infamiam obijcere in his, quæ iu
ris ſunt, vt in l. in arena. C. de inoffic. teſtam. At hic teſtis nihil
dicit parti aduerſus eum excipienti, ſed facit fidem iudici de ve
ritate. Dicit enim Legiſlator, quòd probationes iudici fiunt, &
non parti, vt in l. quinquaginta. ſ. de proba. & l. j. C. de condi. ob

tur.

104 tur. cau. Iudex † aũt teſti vili ſeu criminoſo fidẽ adhibere non
debet aduerſus aliũ paris conditionis, immo ſi ille non excipit,
debet ipſe ex proprio officio parte non poſtulante conditionẽ
teſtis inueſtigare. Dicit glo. ſing. de iure ciuili, j̃. de magi. cõuen.
in l. j. §. ſi præſes. & alia 4. qõ. 3. in c. ſi teſtes. §. item ſæpe. & ſi eũ
criminoſum inueniat, etiam parte non opponẽte a teſtimonio
repellere, vt eleganter no. Inno. de teſti. c. intimanit. arg. l. quos
prohibet. s̃. de poſtu. Tu adde, ꝙ iſta fuit primo ſnĩa glo. ordin.
de teſti. c. teſtimoniũ. in Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. ſed nunquid
excõicatus. & ver. ſed pone, ꝙ repello teſtẽ. & probatur ea opi.
in c. pſonas. eo. tit. Et rõne, quia defendenti ius propriũ non ob-
105 ſtat criminis exceptio, vt in d. l. omnibus. & q. vlt. Et ex his † de-
ciditur, quid ſi omnes de vna vniuerſitate, vel oppido ſint infa-
mes, vel criminoſi crimine repellen. a teſtimonio, an vnus poſ-
ſit ꝯ alium eſſe teſtis? de hoc habes gl. ſing. in Auth. de teſtib.
§. ſancimus. Et ponit Spec. in d. §. j. ver. quid ſi oẽs de vniuer. Et
106 veritas ex prædictis reſultat. Inquantum † aũt s̃ dixi admitti cõ
penſationem non confuſiuam delictorũ, ſed repræſentatiuam
ſolutionis, quamuis ea ſolutio delictorũ trahat originem, alleg.
l. ſi ambo. de compen. Adde, ꝙ melior tex. eſt j̃. rer. amo. l. mu-
lier. Item inquantũ s̃. dixi aliquo caſu eũ non puniri, qui verba
iniurioſa refert in ſibi iniuriã dicẽtẽ, intellige illud verũ, vbi ani-
mo defenſionis, & non vindictæ ipſa iniuria refricatẽ, vt probatẽ
in d. §. qui cũ aliter. In gl. fi. ibi, ſolutio. hic nõ erat nomen accu-
107 ſati receptũ inter reos &c. Concludit † ergo & recte exceptio-
nem lenocinij accuſanti de adulterio obijci non poſſe poſt rece-
ptionẽ nominis rei inter reos, licet ante ſic li. ꝯteſt. in d. §. pſcri-
ptiones. quãuis ſpeciale ſit in muliere. vt ẽt poſt receptionẽ in-
ter reos poſſit lenociniũ obijcere ad effectũ punitiuũ, non autẽ
repulſiuũ, vt in d. §. ſi publico. Quod in extraneo ꝯ eſt, vt in §. q
hoc dicit. & d. §. ſi extraneus. Ratio autem, quare ante nomen
receptũ, & non poſt, põt ipſa exceptio obijci, illa eſt ſm d. Bald.
quia hæc vr̃ exceptio dilatoria tendens ad perſonam repellen-
dã, ſeu declinatoria iudicij. Cũ aũt in criminalibus ad inſtar iu-
diciorũ ciuilium regulariter procedatur, vt in l. abſentẽ. j̃. de pœ-
cũ ſi. merito ꝯñs eſt, vt quemadmodũ in ciuilibus exceptiones
hmõi non pñt poſt litem ꝯteſt. opponi, ſed ante, vt patet in l. pe.
& fi. C. de excep. in l. exceptione. C. de proba. & in l. ita demum.
C. de procu. de re iudi. c. inter monaſterium. Ita pariter & in cri-
minalibus poſt nomen receptum inter reos, quod vim li. conte-
108 ſta. habet, vt j̃. patebit. Exceptio autem peremptoria, † quæ tan-
geret merita cauſæ, etiam poſt dictam receptionem opponi
poſſit, per l. j. ſecundum vnam lec. C. qui accu. non poſſ. Et hu-
ius eſt ratio, quia in ciuilibus poteſt peremptoria obijci vſque
ad ſententiam, ante tñ concluſum in cauſa, vt l. peremptorias.
C. ſen. reſcin. non poſ. Ergo multomagis idem in criminalibus,
vbi de maiori præiudicio agitur, ar. j̃. de Carb. edic. l. j. §. ſed & ſi
quis. l. nam vel magis. de elec. vbi periculum. lib. 6. Quando au-
109 tem dicatur † nomen rei receptum inter reos, longa eſt dubita-
tio, de qua per Bar. in d. l. is qui reus. & Bal. in d. l. j. C. qui accu.
non poſ. & hic, dicentem ideo contingere, quando reus reſpon-
det accuſationi vel inquiſitioni aduerſus eũ inſtitutæ coram iu-
dice ſedente pro tribunali in loco conſueto, non in domo pri-
uata, vel alio loco, ar. C. de cuſt. reo. l. 2. C. de li. cau. l. Iulianus.
in glo. Hoc autem hic non expedio, quia non eſt propria mate-
ria, & alibi Domino concedente dicetur. & hæc in l. iſta dicta
ſufficiant, ne legibus alijs dos debita ſubtrahatur a iure com-
muni exorbitantibus.

Sequitur ſolemnis repetitio §. de viro. poſiti in l. ſi vero. quæ licet manca impreſſa fuerit, tñ in hac nouiſſima impreſſione ad complementum editur, & in quingentis locis & vltra corrigitur, vt per te facile legendo, & cum alijs impreſſis conferendo comperies. Adduntur etiam aliquæ apoſtillæ nouæ ſuis in locis accuratè poſitæ.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio ꝙ non fiat in exorbitantibus a iure communi ad caſum ſimilem ex identitate rationis.*
2 *Lex prouidens de remedio ſpeciali & extraordinario, non extenditur ad ſimilem ex identitate rationis.*
3 *Legis diſpoſitio quòd ceſſat, vbi ceſſant eius verba.*
4 *Lex ponens caſum exorbitantem directa ad vnam perſonam, non extenditur ad aliam ex rationis identitate.*
5 *Duæ negationes, quarum qualibet habet ſuam determinationem, non inducunt affirmationem. & nu. 18.*
6 *Manumittens ſeruum de alterius voluntate, quod non teneatur ratione lucri, quod percipit ratione iuriſpatronatus.*
7 *Condictio ex iure conſuetudinario deſcendens, licet ſtricti iuris ſit, tamen ex rationis identitate extenditur.*
8 *Intellectus ſecundus ad hunc tex.*
9 *Dos eſt quid vniuerſale.*
10 *Acceſſiones naturales augent peculium.*
11 *Dos num id in ſe habeat, vt in ea vnum ſubrogetur loco alterius.*
12 *Intellectus tertius ad iſtum tex.*
13 *Veritas regulariter fictioni præualet.*
14 *Pater & filius pro eadem perſona reputantur, patria poteſtate durante.*
Intellectus Roma. ad hunc tex. nu. 15.
16 *Donatio inter ſocerum & nurum valet.*
17 *Legis derogatiuæ introductæ fauore certæ perſonæ, quæ certat de lucro captando, non fit extenſio ad alium caſum per rationis identitatem, vbi ſi fieret extenſio, præiudicium incurreret, qui certat de damno vitando.*
19 *Interpretatio duplex ſ. reſtrictiua & extenſiua.*
Lex vel conſtitutio generaliter loquens, generaliter intelligi debet.
20 *Lex generaliter loquens generaliter non intelligitur propter maiorem perſonæ excellentiam.*
21 *Statutum Bononienſe prohibens Doctorem forenſem aſſumi poſſe ad lecturam, non habet locum, ſi in forenſe detur excellentia doctrinæ.*
22 *Vilitas perſonæ operatur, quòd lex generaliter loquens, generaliter non intelligatur.*
23 *Meretrix coniugata carcerari non poteſt.*
Statutum permittens meretricem iniuriari, non habet locum in meretrice coniugata.
24 *Paruitas rei inducit, quòd lex generaliter, vt loquitur, non intelligatur.*
25 *Perſonæ gradus prohibet legem generaliter nón intelligendam.*
26 *Intellectus elegantia & bonitas perſonæ, operatur vt lex generaliter non intelligatur.*
27 *Pax vt facilius intelligatur, ſeu vt inducta conſeruetur, lex generaliter non intelligitur.*
28 *Scandalum vt euitetur, lex generaliter non intelligitur.*
29 *Pontifici facienti contra ſtatum generalem eccleſiæ non eſt parendum.*
30 *Celeritas ſi deſideratur propter ſuſpicionem futuri mali, ex tunc generaliter non intelligitur.*
31 *Promotio inordinata facit, vt lex non intelligatur generaliter.*
32 *Vtilitas reipublicæ cauſat legem generaliter intelligi non debere.*
33 *Qualitas loci, in qua quis ſe reperit, operatur quòd lex generaliter non intelligatur.*
34 *Tenuitas & ſterilitas rei facit quòd lex generaliter non intelligatur.*
35 *Seueritas nimia, ſeu nimia inertia perſonæ operatur legem generaliter non intelligi debere.*
36 *Origo vel domicilium loci inducit, quòd lex generaliter non intelligatur.*
37 *Hoſtilitas perſonæ, ſeu inimicitia cauſat, ꝙ lex nõ intelligitur generaliter.*
38 *Qualitas ſublimitatis perſonæ remouet generalem legis intelligentiam.*
39 *Affinitas perſonarum operatur, quòd lex generaliter, vt loquitur, non intelligatur.*
40 *Affectionis paritas idem etiam operatur.*
41 *Aequalis æquitas ſeu bonitas idem cauſat.*
42 *Ius non originaliter competens, ſed ex ſubrogatione, operatur, quòd lex generaliter non intelligatur.*
43 *Melioratio rei idem operatur.*
44 *Metus ſuſpicio probabilis prohibet, ꝙ lex generaliter non intelligatur.*
45 *Priuilegiorum clauſura, ſeu confirmatio facit, quòd lex non intelligitur generaliter.*
46 *Priuilegia, quæ tranſiuerunt in contractum, vel facta ad pias cauſas, non reuocantur ex generali priuilegiorum derogatione.*
47 *Iuſtitia cauſæ quando præſumatur adeſſe in principe.*
48 *Paupertas perſonæ tollit generalem legis intellectum.*
49 *Amicitia ſumma prohibet generalem legis intelligentiam.*
50 *Amicus pro amico ſine mandato agere poteſt.*
51 *Variatio ſeu defectus qualitatis hẽt effectũ, ne lex generaliter intelligatũ.*
52 *Infamiam facti vix Deus abolere poteſt.*
53 *Abſentia perſonæ requiſitæ, vel aliud impedimentum cauſat, quòd lex generaliter non intelligatur.*
54 *Paterna, ſeu filialis coniunctio operatur, quòd lex generaliter non intelligatur.*
55 *Notorietas rei idem inducit.*
56 *Geminatio actus, ſeu multiplicata reiteratio, tollit legis generaliter loquẽtis generalem intelligentiam.*
57 *Confeſſio geminata quòd non tollat exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
58 *Confeſſio etiam geminata, quòd prætextu erroris reuocari poſſit.*
Reſponſio facta poſitioni ſeu interrogationi abſque alia probatione erroris incontinenti reuocari poteſt, ſi facta fuit non præcedente termino ad deliberate reſpondendum.
59 *Reſponſio facta poſitionibus poſt terminum deliberatiuum non poteſt prætextu erroris reuocari.*
60 *Reſponſio iurata prætextu erroris reuocari non poteſt per iurantem, ſed bene interpretari.*
61 *Nullitas actus, qui ex inſpectione ipſius, vel de qua incontinenti peteret poteſt, operatur, quòd lex generaliter non intelligitur.*
62 *Statutum excludens exceptiones, non excludit illas, quæ reſultant ex his, quæ facit vel deducit quid faciens, vel petens.*
Exceptio peremptoria ꝙ opponi poſſit ante litem conteſtatam, quãdo eius probatio reſultat ex notorietate vel inſtrumento, cõtra quod nihil poſſit per partem aduerſam opponi. ibi verſ. ſecundo principaliter.

63 *Inualiditas actus ſeu iniuſtitia quòd induceat, quòd lex generaliter non intelligatur.*
64 *Conſtitutio ſecunda procuratoris, quòd non reuocat primam, quando ſecū-da non habuit eff.ctum.*
65 *Deuiatio, ſeu non perſeuerantia, vel non continuatio, quòd operetur, quòd lex generaliter non intelligatur.*
66 *Affectio magna perſonarum idem operatur.*
67 *Affectatio quod idem operetur.*
68 *Neceſsitas officij ꝙ operatur, ꝙ lex generaliter loquens generaliter non intelligitur.*
69 *Remotio ab officio ex delicto, ꝙ operatur, ꝙ diſpoſitio generaliter, vt loquitur, non intelligatur.*
70 *Neceſſitas in perſona propria ꝙ idem operetur.*
71 *Periculum in mora quod operatur, quòd generaliter lex non intelligatur.*
72 *Defectus copiæ ſuperioris ꝙ idem inducat.*
73 *Fictio, ꝙ inducat, ꝙ lex generaliter, vt loquitur, non intelligatur.*
74 *Vicinitas actus, ſeu rei, ꝙ cauſet legem generaliter loquentem generaliter intelligi non debere.*
75 *Vicinitas ſcripturæ inducit declarationem verbi ambigui in oratione poſiti.*
76 *Valetudo corporis aduerſa quòd operetur, quòd lex generaliter non intelligatur.*
77 *Multitudo actuum ſeu perſonarum, ꝙ inducat legem generaliter loquentē generaliter intelligi non debere.*
78 *Numerus teſtium arbitrandus per iudicem in teſtibus producendis, ne dicatur ineffrenata productio.*
79 *Criminis immanitas tollit generalem legis intelligentiam.*
80 *Contumacia nimia facit, ꝙ lex generaliter non intelligitur.*
81 *Remuneratio idem operatur.*
82 *Dignitas concedentis ampla, ſeu conferentis operatur, vt diſpoſitio generaliter non intelligatur.*
83 *Noua rei ſuperuenientia operatur, ꝙ lex generaliter intelligatur.*
84 *Ignorantia iuſta ſeu probabilis facit diſpoſitionem generaliter loquentem generaliter non debere intelligi.*
85 *Cauſæ concluſio tollit generalis legis intelligentiam.*
86 *Antiquitas operatur, ꝙ lex generaliter non intelligatur.*
87 *Antiquitati in quibus deferatur.*
88 *Neceſſitas prohibet legem generaliter intelligi.*
89 *Præſumptio ſeu informatio qualis, quòd tollat legis generalem interpretationem.*

LEX LXV.

L. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matrim. Interpretatio.

§. De viro. Prouiſio legis a iure cōi exorbitantis non
extenditur per identitatē rationis. h. d. ſm
Bart. Vel ſic ſm do. Bal. Vbi lex prouidet de remedio extraordi-
nario, ſi ceſſant eius verba, intelligitē ceſſare & eius mens, ideo
non extenditur ad caſum ſimilem. h. d. Vel ſic ſm mod. Legis
in aliquo caſu derogantis iuri cōi regulari, non fit extenſio ad
alium caſum, in quo non eſt omnimoda identitas rationis. h. d.
1 No. primo † ſm vnum modum intelligendi, ꝙ in exorbitanti-
bus a iure cōi non fit extenſio ad caſum ſimilem, propter iden-
titatem rationis. Ad idem ſupra de leg. l. quod vero. j̄. de regu.
iur. l. quod contra. & l. quæ propter neceſſitatem. eo. tit. lib. 6.
c. quę a iure. & in c. argumentum. & c. quod alicui. No. ſecūdo
2 † ſm aliud ſummariū, ꝙ legis prouidentis de remedio ſpeciali
& extraordinario, non fit ad aliū caſum ſimilem pp identitatē
3 rationis extenſio. No. tertio, † & ita cōiter allegatur, ꝙ vbi ceſ-
ſant verba legis, intelligitur eiuſdem ceſſare diſpoſitio. Ad idē
j̄. de acquir. hæred. l. ſi ſeruū quis. §. non dixit prætor. j̄. de aqua
quoti. & æſti. l. j. §. loquitur. j̄. de dam. infec. l. 4. §. prætor ait. ver.
totius. Et hoc quod dicitur, ꝙ a diuerſis non fit illatio, s̄. de mi-
no. l. Papinianus exuli. s̄. de calum. l. fi. j̄. de verb. oblig. l. inter ſti-
4 pulantem. §. ſacrā. ver. ſed hæc diſſimilia. No. quarto, † ſm aliū
modum allegandi, ꝙ lex ponens caſum exorbitantem directa
ad vnam perſonam, non extenditur ad aliam, etiam ſi concur-
rat identitas rationis. Eſt enim tunc ſtrictim intelligenda, ſicut
& conuentio, quæ vnius perſonæ cōprehenſiua, nō eſt alterius
incluſiua, l. ſi vnus. §. ante omnia. s̄. de pac. cū ſi. No. vltimo ibi,
5 non erit † vtilis actio &c. ſecundum verum intellectum, ꝙ duæ
negationes, quarum quælibet ſuam habet determinationem,
ſeu relationem, non inducunt affirmationem. Ad idē C. de ſer.
fugi. l. j. de iureiu. c. & ſi Chriſtus. & ſic limitatur regula l. duob.
6 j̄. de verbo. ſignific. In glo. fi. ibi, † quia non ſit æquitas &c. vult
igitur intelligere gl. tex. iſtum, ꝙ ſocer manumittens ſeruū do-
talē, non teneatur nurui ad lucrum reddendum, quod percepit
occaſione iuris patronatus, quāuis manumittēs maritus tenea-
tur vxori, l. dotalem. vſque ad hunc §. s̄. eo. Rōnem m̄ diuerſita-
tis non reddit. vnde Bar. hic, & in l. ſi ꝯſtante. s̄. eo. hūc intellectū
ſecutus, eſſe rationem dixit, ꝙ regula iuris eſt, ꝙ manumittens,
ſeruum de alterius voluntate, non tenetur rōne lucri, quod ra-
tione iuris patronatus percipit, l. naturalis. §. fi. s̄. de præſcrip.
verb. l. planc. la 2. in fi. j̄. de lega. 1. l. nemo prætor. §. locupletior.
j̄. de reg. iur. vnde l. iſta, dotalē. cum alijs ꝯrium ſtatuens in ma-
rito manumittendo dotalem ſeruum, vt ad ea reddenda tenea-
tur vxori, quæ rōne iuris patronatus a liberto percipit, eo quia
contra ius cōe regulare s̄. poſitum, non eſt extendendum ad ꝑ-
ſonam manumittentis ſoceri, eo quia quæ a iure communi re-
gulari exorbitant, non ſunt trahenda ad conſequentias, vt d. c.
quæ a iure. cū alijs allegatis. Et per hoc repræhendit ipſe glo. in
prin. huius legis dicentem, ꝙ ad petendum lucrū, quod a mari-
to ſeruum dotalē manumittente, & negocium vxoris gerente,
occaſione iuris patronatus perceptū eſt, cōpetit vxori negotio-
rum geſtorum actio, vel mandati. Si enim illæ actiones compe-
terent, certe cum illæ ex iure communi regulariter procedant,
quod vult, ꝙ quis mandati actione reddere teneatur ad id om-
ne, quod ex mandato in eo ad eum deuenit, l. ex mandato. s̄. mā
dati. l. qui proprio. §. procurator. s̄. de procur. Conſequens fo-
ret, vt eædem actiones competerent aduerſus perſonam ſoceri,
cum ius commune regulariter ad caſum ſimilem extendatur,
in quo concurrit rationis identitas, s̄. de leg. l. non poſſunt. de
transla. præla. c. inter corporalia. cum ſi. hoc tamen eſt falſum,
vt in hoc §. vnde dicit mulieri cōpetere actionē hoc caſu aduer
ſus maritum, ex lege Iulia de maritandis ordinibus, cuius diſpō
refertur in d. l. dotalem. cū ſi. Quæ cum ſtricti iuris ſit, merito
non extenditur ad caſum in eadem non compræhenſum, & ſic
non ad perſonam ſoceri. Do. Bal. in l. 2. C. de pa. qui fi. diſtr. hūc
intellectum Bar. impugnat. Primo, quia d. l. naturalis. §. fi. & d. l.
planc. in fi. s̄. allegatis per Bar. loquuntur eo caſu, quo quis ma-
numittat ſeruum, pro quo neg. geſt. act. poterit cōueniri, noſtra
vero materia loquitur, vbi manumittitur ſeruus dotalis, & fit
talis, pro quo reſtituendo ſoluto matrimonio adueniente caſu
reddendæ dotis aduerſus manumittentem cōpetit actio, vnde
caſus ſunt diuerſi. Præterea iura illa loquuntur vbi manumitti-
tur ſeruus, qui non erat in caſu reſtitutionis, hic autem vbi ſer
uus manumittitur, qui in caſu reſtitutionis erat. Cæterum di-
cere, ꝙ huius legis diſpoſitio non ſit extēdenda, quia ꝯ ius cōe,
regulariter hoc eſt falſum, quia non ꝯ ius commune eſt, poſi-
to, ꝙ vera ſit regula Barto. Sed prætor non illud abrogat, ſed
eidem derogat, l. derogare. de verbo. ſignific. vnde ſuccedit do-
ctrina volens, ꝙ lex derogatiua introducta in fauorē certæ per-
ſonæ extenſionem patiatur ad caſum ſimilem per identitatem
rationis, vt patet ex glo. l. quæ propter neceſſitatem. de reg. iur.
& l. vnicę. C. de his qui ante aper. tab. & l. ſi conſtante. in princ.
s̄. eo & l. illud. C. de ſacroſan. eccle. Cum. n. derogatiua odioſa ꝑ
identitatem rationis ad caſum ſimilem extendatur, l. libertum,
§. ſenatus. de ri. nup. l. his ſolis. C. de reuoc. do. & j̄. plene dicetur.
Cū igitur diſpō huius legis quamuis derogatiua introducta eſt
in fauorem mulieris, qm̄ aduerſus perſonam mariti, nihilomi-
nus extendatur ad perſonam manumittentis ſoceri pp rationis
identitatem. Præterea dicere, ꝙ condictio ex lege, quæ hoc caſu
competit, non extendatur ad caſum ſimilem, eo quia ſtricti iu-
7 ris, hoc eſt falſum, vt probatur dupliciter. Primo, † quia vide-
mus condictionem ex iure conſuetudinario deſcēdentem, quę
etiam ſtricti iuris eſt, ad inſtar conditionis deſcendentis ex lege
ſcripta extendi per rationis identitatem, l. de quibus. ver. ſed ſi
qua. s̄. de legi. vbi eſt tex. Secundo, quia videmus condictionē
ex moribus feudorum, quæ ſimiliter ſtricti iuris eſt, competens
domino aduerſus vaſallum pro repetitione feudi, in cuius pri-
uationem incidit, quāuis pœnalis ſit, & ſic reſtringenda, nihilo-
minus extenditur ad caſum ſimilem propter identitatem ratio
nis, ſeu maioritatem, vt in c. j. ver. ideoque. quæ fuit pri. can. be-
ne. amit. in vſi. feud. vnde ſupereſt concluſio, ſocerum recipien-
tem in dotem ſeruum a nuru, eumque manumittentem, tene-
ri pariter nurui. Et manumittentem teneri vxori volunt lex iſta,
& ſuperiores, quare intellectus Bar. relinquitur non bonus. Se-
8 cundus aūt † intellectus ad hunc tex. fuit Pet. de Bellaper. quem
ſequi videtur Bal. in d. l. 2. quod ideo hic ſocer condictione ex le
ge Iulia non teneatur nurui, quia ipſe a liberto nihil meruit,
ſed maritus, quamuis poſtmodum id, quod maritus meruit iu-
re poteſtatis patriæ ex legali prouidētia, ſocero acquiratur, ego
libenter voluiſſem videre Pet. in originali, quia Bal. eum valde
confuſe recitat. Sed nō potui videre, quia mihi ignotum eſt, vbi
hoc ponat, interpretemur ergo intentionem Pet. dupliciter. Pri
mo, ꝙ ipſe velit per maritum ſuū fuiſſe manumiſſum, qui ſub
patris poteſtate erat conſtitutus, & cōſequenter iure iſto quic-
quid quærebat, patri quærebat ex legali prouidentia ſic diſpo-
nente iure poteſtatis, l. j. infra ſi quis a pa. fue. manu. Vult ergo
ipſe hoc caſu ſocerum nurui non teneri occaſione eius, quod
per medium filii iure patriæ poteſtatis quæſitum eſt ſibi ex bo-
nis ſerui dotalis manumiſſi. Sed certe iſte intellectus vr̄ falſus.
Primo, quia video in ſimili, ꝙ occaſione vſusfructus aduenti-

tiorum filio prouenientium, quod iure patriæ poteſtatis acquiritur patri ex legali prouidentia, vt in l.j. C. de bon.mater.cum ſim. ipſe pater aſtrictus eſt æri alieno ſatisfacere, cui eſt aſtrictus filius, vt eſt caſus in l.cum non ſolum.§.ſi aũt ęs alienum. aliàs, vbi autem. C.de bo.quæ libe.Secundo, quia video, ꝙ ſi filius iure iſto ſine iuſſu patris dotẽ recipiat, cum illa iure iſto quæratur patri, penes quem ſunt onera matrimonij, l.is qui Stichũ. §.vbi dos.s̃.de iure do. l.ſi maritus. & l.ſi filia. §.hoc amplius.s̃.fam. erciſcun.cum ſim.& tamen ipſe pater tenetur nurui actione de peculio, quatenus in peculio, & tunc integra, ſi penes eũ eſt integra, l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.s̃.e.l.ſi filio. la j.& la 2. s̃.de pec.& in l.in bonæfidei.cum ſi. Secundo poſſum interpretari eius dictum, ſ.ꝙ ipſe filius receperat dotalem ſeruum ſine iuſſu patris, & quod idem pater manumiſerat eundem, certe hoc caſu certum eſt, ꝙ filius actione de dote tenetur, pater aũt ſolummodo de peculio, vt d.§.tranſgrediamur.& d.l.ſi filio. cũ ſim. Nunc ad propoſitum etiam ipſe filius tenebitur ad ea reddenda occaſione iuris patronatus a ſeruo manumiſſo, tanquã
9 illa ſint ſubrogata in locum dotis. Eſt enim dos quid † vniuerſale, l.quod dicitur.j̃.de impen.vnde merito in ea vnum poteſt in alterius locum ſubrogari, prout in alijs vniuerſalibus, l.Imperator §.fi.cum l.ſequen.j.de lega.2.l.ſi rem & precium.s̃ de peti.hæred.& l.venditor ex hæreditate.s̃.de hæred.vel act.ven. At ſocer non tenetur, quia ipſe hoc caſu, cum filius ſine ſui voluntate receperit, non tenetur niſi de peculio, ſed eoipſo, ꝙ ſeruus dotalis manumittitur, deſinit eſſe de peculio, s̃.e.l.& ſic deſinit. deſinet actio de peculio, qua tenetur ſocer. Sed certe iſta opinio quãuis a modernioribus repetentibus approbata, iudicio meo immo eſt falſa. Primo ex quo facto ſoceri manumittentis deſinit ſeruus dotalis eſſe dotis & peculij, ergo ſequitur ꝙ non deſinit actio de peculio aduerſus eũ, s̃.de pec. l.ſummam. & l.ſed ſi damnũ. §.præterea. Secundo arguo ſic, peculiũ eſt quid vle, ſicut ipſa dos, quod probo per l.peculiũ eſt.§.ſi habetur.s̃.de pe
10 cu. Secundo, quia † video, ꝙ acceſſiones naturales ipſum peculiũ augent, vt patet s̃.de pecu.l.peculium naſcitur.& l.pen.s̃.qñ ac.de pe.eſt anna.l.ſi. j̃.de lega.2. l.peculium. in prin.cum ſim. qd̃ non foret, ſi non eſſet quid vniuerſale, ſed particulare, quia res particulares acceſſiones naturales non augent, l.videamus. §.ſi actionem.s̃.de vſur.l.ſi filius. §.fi. j̃.de verb.obli.cum ſi. Sicut ergo tenetur maritus manumittens ad reddenda ea, quæ ꝑcepit vt patronus, tanquã ſubrogata in locũ dotis, vt rei vniuerſalis, ita debet pariter teneri ſocer manumittens ad reddẽda ea, quæ conſequitur vt patronus, tanquam ſubrogata in locũ peculij, quod cauſatum eſt a dote data, & patientia patris præſtita in receptione dotis per filium facta, vt l.non ſolum.& l.peculium eſt.& l.quam Tuberonis. §. ſunt quidã.cum ſim.s̃.de pecu. Et ad hanc rõnem non video quod poſſit reſponderi. Præterea ter
11 tio arguitur, non eſt verum, † ꝙ vnum in loco alterius in dote ſubrogetur regulariter, quia videmus preciũ loco rei dotalis nõ ſuccedere, l.ex pecunia. s̃.de iure do. & no.glo.in c.j. §.cũ vero Conradus.ſuper verbo, nominatim. qui feu.da.poſ.in vſib.feu. licet ꝯ dixerit gl. in l. Labeo & Sabinus. §.item ſi dñs.j̃.de verb. ſign. Fallit autem hoc duobus caſibus. Primus, vbi mulier conſentit, ꝙ res alia loco dotis ſubrogetur, & ſibi hoc eſt vtile, l. ita conſtante.cum ſeq.& l.fi.& l.res quæ ex dotali pecunia. Secundo fallit in ſubſidium, puta quia rei in dotem datæ nõ poſſet haberi recuperatio, s̃.de dona.inter virum.l.vxor marito. s̃.ſi cert. pet.l.ſi cum ſeruũ.s̃.de nego.geſt.l.fi.C.de rei vend.l.mater. Si enim præſupponimus manumiſſionem ſerui dotalis validam, & ꝯñr eius recuperationem a muliere fieri non poſſe, certe eadem ratio æquitatis eſt, vt aduerſus ſocerum, ſicut aduerſus maritum competat actio ad id recuperandum, quod ex iure patronatus percepit ſocer, tanquã illud in locum dotis ſucceſſerit in ſubſidiũ, quę ex permiſſione patris erat in peculiũ filij. Vnde
12 quidam alij Moder.† dant ad iſtum tex.alium intellectũ, dicentes, ꝙ debet intelligi dicere, ꝙ ſi ſeruus per maritum manumiſſum aliquid relinquat ſocero, vel eius hæredi, non poteſt peti ꝑ mulierem ab eis, licet poſſit petere a marito, ſi ea inuita ſeruum dotalem manumiſit. Et huius diuerſitatis eſt ratio, quia quemadmodum non poſſet mulier petere id, quod ipſe ſeruus dotalis manumiſſus reliquiſſet filio exhæredato ipſius mariti, s̃.ea.l. §.proximo. ita nec petere poterit, quod reliquit ſocero, quemadmodũ nec petere poſſet id, quod reliquiſſet alicui extraneo, & ſi dicatur, quæ erat ratio dubitandi? Reſpondet hanc eſſe. ſ. quia pater & filius eadem perſona eſſe cenſetur, l.fi.C.de impu. Inſti.de inuti.ſtipu. §. ei qui. C.de agri.& cẽſi.l.cũ ſcimus.li. 11. Merito videbatur, ꝙ ſtatutum ſuperioribus legibus, & ita in ꝑſonam mariti, & filij manumittentis, extendi deberet ad ſocerum & ad patrem propter perſonæ identitatem. Cuius contrarium determinauit hic Iuriſcon. conſiderans veram perſonæ
13 diuerſitatem non fictam identitatem. Veritas † enim fictioni præualet regulariter, & ab illa obumbrari non poteſt, C.de iure do.l.in rebus.j̃.de lib.& poſthu.l.filio, quem pater. cum ſim. Sed certe iſte intellectus ſtare non poteſt, quia ſi præſupponis maritum manumittentem fuiſſe in poteſtate ſoceri, præſupponis ſeruum dotalem fuiſſe peculiarem per ſupradicta, & tunc ſic. Aut filius & maritus hunc manumiſit ſine patris voluntate, & tunc manumiſſio nulla.& ſic cũ ſeruus remanſerit, nõ expedit tractare de materia legis. Aut manumiſit de voluntate patris, & tunc manumiſſio valida. ſed ipſe pater eſt ille, qui patronus efficitur. Iſta probãtur in l.filius. j̃.de iure patro.in l.nepos. j̃.de manumiſ. Quemadmodum ergo non reliquit ſeruus dotalis manumiſſus marito manumittenti effecto patrono, illud vxor petit, vt in prin.l.& eam præcedentibus, ita pariter petere poſſe debet, cũ reliquit ſocero ſimiliter patrono ꝑꝑ identitatem rationis, per ſupradicta ꝯ intellectum Barto. Si vero præſupponis maritum manumittentem fuiſſe emancipatum, tunc caſus iſtius §. volentis ſm̃ intellectum iſtorum relictum a ſeruo dotali manumiſſo ſocero non poſſe per mulierem repeti, non continet dubium ꝯ l.quod Labeo. j̃. ad Carbonia. & l.ancillæ. C.de
14 fur. Nec ob. ꝙ † dubitationem faciebat perſonarum identitas, quia quod dicitur patrem & filium pro eadem perſona reputari, locũ habet durante patria poteſtate, non autem ſecuta emancipatione, vt no.glo.ſingu.quam ſæpius commendat Bal. in l.2. C.qui profeſſ. eo.li. ex quibus vides nullum ex his intellectibus
15 poſſe ſuſtentari. Quare mihi aliquid † noui dicere cogitanti, vt moderna tempora fruſtra eſſe non videantur, occurrit hic vera declaratio huius §. ſcilicet, ꝙ velit, ꝙ ſi ſocer manumittat dotalem ſeruum de voluntate nurus, certe iſto caſu non teneatur ad reddendum nurui, quod a ſeruo manumiſſo percepit occaſione iuris patronatus, vel alias licet in marito manumittente ſit ſecus, vt in prin.l.& præcedentibus eam. Ratio autem diuerſitatis nouiſſime aſſignatur iſta, quia ille conſenſus, quem præſtat vxor marito manumittenti dotalem ſeruum, non inducit donationem iuris patronatus, quod ex manumiſſione reſultat inter ipſos cõiuges. Et huius eſt ratio, quia nõ præſumitur vxor velle ex præſtatione conſenſus huius, ſeu voluntatis donare id, quod ipſa non poteſt in ſpecie velle. Sed in ſpecie non poſſet donare ius patronatus marito ꝑꝑ prohibitam inter cõiuges donationem, vt in toto tit.de dona.inter vir.& in c.donatio.eo.ti. igitur &c. Nec obſt.huic concluſioni tex.in l.quod autem.§.fi. cum l.ſeq.& ſequen.s̃.de dona.inter vir. quia quamuis illa iura dicant mulierem donare poſſe ſeruum marito, cum hoc, vt illum manumittat, non tamen debet intelligi, quod ex ea manumiſſione ius patronatus quæratur marito, niſi quo ad operas,
16 vt l.quod ſi vir.s̃.eod.tit. In ſocero † ꝯ eſt, quoniam inter ſocerum & nurum donatio cadit, l.3.§.ſocerum.s̃.de dona.inter virum. Et igitur illa eſt iſto caſu præſumẽda propter conſenſum, quẽ generaliter præſtat nurus ſocero in ſeruo dotali manumittẽdo, qm̃ coniunctionis ratio præſumptam donationẽ inducit, l.ſi ſeruus communis. s̃.de dona. inter vir. maxime in re modica, vt in l.vtrum. in eod. tit. Modica autem res ius patronatus a iure reputatur, vt patet, quia qui id habet, propter illud non dicitur locupletior, l.nemo prædo. §.locupletior.j̃.de reg.iur. Et ſi pur velles dicere, ꝙ etiam inter coniuges valet quo ad omnia donatio iuris patronatus, per d.l.quod ſi vir. igitur præſumi debuit ex præſtatione generalis conſenſus in manumiſſione illius donatio inter coniuges ratione coniunctionis, prout præſumitur inter ſocerum & nurum. Reſpõdeo, ꝙ in marito noluit donationem præſumi propter legem dicentem, ꝙ regulariter nõ debet circa idem duplex cõcurrere ſpecialitas, l.j.C.de dot.promiſ. Concurreret autem duplex iſto caſu, ſi præſumeremus donationem iuris talis marito. Prima ſpecialitas foret, ꝙ donatio iuris patronatus valeret inter coniuges, vbi alias regulariter eſt prohibita. Secundo, ꝙ præſumeretur donatio, vbi alias non pręſumeretur, j̃.de ſolu.l.ſi cũ aurũ.s̃.de proba.l.cũ de indebito. de renunc. c.ſuper hoc. cum ſim. At in ſocero non concurrit, niſi ſpecialitas vna. ſ.donationis præſumptæ, qm̃ inter ſocerũ & nurũ donatio eſt permiſſa, vt in d.§.ſocerum. Secundo, §.iſte vult, ꝙ ſi ſocer iſte manumittat ſeruum dotalem inaudita nuru, nõ valeat huiuſmodi manumiſſio, licet intelligatur valida manumittente marito fauore libertatis, s̃.eo.l.dotalẽ ſeruũ. C.de iure do.l.& ſi dotis.§.manumiſſio. l.ſeruũ dotalẽ. C.de ſer. pi.da.l.j. Et ſi dicas quare non valet manumiſſio ſoceri inuita muliere, vt illa mariti, cum concurrat vtroque caſu identitas libertatis? Reſpõdeo, ꝙ noluit lex permiſſam alienationem rei dotalis fauore libertatis in perſona mariti extẽdere ad perſonam ſoceri, ne fauor prohibitio. alienationis dotis ipſi doti conceſſus, vt l. vnica.§.& cum lex.C.de rei vxo.act.& in authẽ.ſiue a viæ.C.ad Velle.cũ ſim. nimis diminueretur, quod contingeret, ſi ſocer & maritus manumittendi facultatem haberet. Magis enim fauore voluit reſtringendo hanc permiſſionẽ alienationis libertatis fauore conceſſam marito ipſi mulieri, quæ tractat de damno vitando ꝗ extẽdere ad perſonam ſoceri, fauendo ipſi ſeruo dota-

li,qui certat de lucro libertatis captando, argu. C. de codi. l. fi.
C.de iure delib.l.fi.ĩ.de reg.iur.l.nõ debet. §.in re obſcura. cũ ſi.
17 Et ſm hoc † erit hic caſus vnicus,& ſingu. ſm me in hoc.ſ.ꝙ le
gis derogatiuæ introductæ fauore certæ perſonæ,quæ certat de
lucro captando,non fit extenſio ad alium caſum per identitatẽ
rationis, vbi ſi fieret extenſio, præiudicium incurreret, qui cer-
tat de damno vitando. Et hoc ſic deducitur, fauore libertatis le-
gi prohibenti alienationem rei dotalis derogat lex concedens
poteſtatem marito ſeruum dotalem manumittendi etiam inui
ta muliere , vt in d. l.dotalem. cũ aliis allega. certe vult iſte §.ꝙ
diſpoſitio legis derogatiuę fauore lucri libertatis captandi indu
ctæ,non extendatur ad perſonam ſoceri in præiudicium mulie-
ris,quæ certat de damno vitando,& conſequenter ſi ſocer ma-
numittat inuita muliere,ſit manumiſſio nulla. vnde ceſſant le-
ges loquentes de materia manumiſſionis & iuris patronatus
ex ea,quæ fit in perſona mariti,& nunc habes veritatem huius
§.& ſi dicere licet,noſtris maioribus incognitam.Cæterũ,ꝙ ha-
beatur conſideratio iuris patronatus , dũ eſt manumiſſus ſer-
uus,qui ſubiectus erat reſtitutioni, licet Bar. ꝯdicat & peſſime,
quia do caſum apertiſſimum in l.in ſumma.§.ſi ſeruum. in ſe-
cundo rñſo. ſ.de condic.indeb. & hæc ſufficiant pro intrinſeca
materia huius §. In ea. ibi , vel dic negationes duas facere affir-
18 mationem &c. † male dicit in caſu §. quia cũ quælibet ex nega
tionibus referatur ad diuerſa, igitur oẽs negant, & nõ affirmãt,
vt in d.l.j.C.de ſer.ſug.cum ſi. Vlterius ſciendum, ꝙ Doc.mod.
tradunt hic materiam interpretationum ad leges vel conſtitu-
tiones pertinentiũ,in iure valde diffuſam, & licet ipſi conentur
certas theoricas tradere, nihilominus impoſſibile reputo mo-
do aliquo determinatè poſſe docere,nihilominus tñ ex quo via
ad rem ipſam præſentẽ a maioribus noſtris tradita eſt , nos ſe-
qui illam feliciter conabimur,ꝑut intellectus ſuggeret,& lega-
19 lis ſapientia miniſtrabit. Eſt igitur ſciendum , ꝙ † inter varia
interpretationũ genera , quæ narrat glo.in l.j. ſ.de orig.iu.& in
l.j.§. qui operas. ĩ. ad Tertul. duplex eſt, de qua ad præſens tra-
ctaturi ſumus. ſ. reſtrictiua & extenſiua . Primam tractat Bar.
in l.j.§. nunciatio.ĩ.de no.oper.nunc.& in l.omnes populi.ſ.de
iuſti.& iu.& in l.nõ dubiũ.C.de legi. Bal.in rub.C.qui accu. nõ
poſſ.& aliquid in l.momentaneæ. C. qui leg.perſo. & in l.cum
quis.§.iniuriarũ.ſ.ſi quis cau.& d.Bar.de Sali.in l.2. C. de noxa.
Nos aũt vt alium modum, q̃ ipſi videamur ſcire ſeruare, longe
copioſius procedemus per regulas & fallẽtias. Sit igitẽ regula, ꝙ
lex ſeu conſtitutio generaliter vel indefinite loquens, generali-
ter debet intelligi , ĩ. de lega.præſtan.l.j.§.& generaliter. ĩ.de te-
ſtam.mil.l.in fraudem.in fi.de pub.l.de precio.de lega.2.l.ſi plu
ribus.de maio.& obed.c.ſolitæ. 19.diſt.c.ſi Romanorũ.31.q.1.
20 c.quod ſi dormierit . Fallit † primo propter perſonæ maiorem
excellentiam. Ad hoc põt allegari tex. ad propoſitũ valde no.ĩ.
de excu.tut.l.ſed & reprobari.§.amplius.verſi.valde tñ.vbi a le-
ge generaliter dicente,ꝙ alibi exercens artem leg.quàm in loco
originis,nõ excuſatur ab onere tutelæ in loco originis,excipitur
vir valde excellens , qm̃ ille alibi docẽs in loco originis ab one-
ribus immunitatem habet. Secundo poteſt allegari tex.no.in l.
ſi cum dies.§.ſi arbiter.ſ.de arb.vbi lex generaliter dicens, vt ar-
biter extra locum compromiſſi nõ poſſit ſñiam ferre,ita reſtrin
gitur,vt non comprehendatur arbiter dignitatis vel preæminẽ-
tiæ excellentis, quoniam ille extra locum pronunciare poterit.
Tertio põt alleg.tex.valde no.in §.his omnibus authoritatibus.
61. diſt. vbi canon prohibens laicũ eligi in epm,ita reſtringitur,
vt non cõprehẽdatur laicus, qui ſingularitate bonæ vitæ reſplẽ-
det , prout contingit in Ambroſio, Nicolao, & Seuero , qui ꝓꝑ
meritum vitæ ſingularis ex laicis ad epatum fuerunt aſſumpti.
Quarto põt alleg.tex.in l.2.C.de ſen.ex peri.reci.& c.fi. de re iu
di.in 6.vbi lex j generaliter dicens iudicem non poſſe ſententiã
per aliũ legere, ita reſtringitur, vt ille non comprehendatẽ, qui
excellenti dignitate polluerit,ſicut eſt eps,vel præfectus ꝑtorio.
Quinto poteſt allegari tex. in c. vbi periculum.de ſent.excom.
in 6.vbi conſtitutio generaliter ſñiam excõicationis vel ſuſpen-
ſionis emittens,ita reſtringitur, vt illi non cõpræhendantur,qui
præeminentiæ dignitate pontificali extiterint inſigniti. Et alia
his ſimilia ſubdam in materia reſtrictionis, quæ contingit ꝓꝑ
gradum perſonæ, & propter peritiam ſeu prudentiam præma-
21 turam . Sed huic ſallentiæ † refragatur c. innotuit. de elec. c. de
mulcta.in fi.de præb.vbi tex. videntur velle cõſtitutiones gene-
rales includere & perſonam excellentis ſcientiæ, & bonitatis,
adeo ꝙ ꝓꝑ hoc reſtrictionem non accipiat , licet ea excellentiæ
qualitas inducat ſuperiorem ad iuſte diſpenſãdũ . vnde ſunt
hæc argu.ꝙ licita eſt tranſgreſſio Bon.ſtatuti prohibentis Doct.
forenſem aſſumi poſſe ad lecturam ordinariã de mane , ſi in ſo-
renſi detur excellentia, vel ſaltem hæc ſit iuſta cã, ꝓꝑ quam mo-
22 ueri poſſit ad diſpenſandum. Secundo ſallit † propter perſonæ
vtilitatem. Ad hoc allegare poſſumus tex. l. ſed ſi vnius. §.filio.
ĩ.de iniur. vbi lex generaliter dicens , ꝙ pater cõtradicente filio
remittere põt iniuriam filio illatam,ita reſtringitur, vt non cõ-
prehendatur pater,qui vitæ vilitate ſordeſcit. Secundo ad idem
tex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore. ſ.eo. & l.ſi filiusfa-
milias.ſ.de procu. vbi lex generaliter loquens patri competere
actionem de dote,exercitium & facultatem præſtandi conſen-
ſus,filiã ad eam agere nolente,ita reſtringitur, vt pater vilis vitę
non cõprehendatur. Tertio ad idẽ l.ſi lenones. C.de epiſc. aud.
Quarto ad idem tex.no.ſ.de ritu nup.l.ſenatoris filia.vbi lex li-
beris concedens ꝓꝑ patris dignitatem beneficium,ita reſtringi-
tur,vt ad liberos non extendatur, qui viliſſimam vitam agunt.
Quinto ad idem tex.ſing.in l.2.in eo.tit.& in l.ſi patrona. Sexto
ad idem tex.in l.2.ver.& ſi perſona.C.vt intra cer.temp. vbi lex
generaliter mandans pro aliquo delicto a iudice pœnam infa-
miæ irrogari, ita reſtringitur, vt non comprehendatur ille, qui
viliſſimam vitam ducit,ꝙ ei parum, vel nihil infamiæ ſuperad-
datur,immo tunc iſta eſt iuſta cã mutationis pęnę. Ad idẽ ĩ.de
accu. l.hos accuſare. §.omnib. Septimo ad idem quod no. do.
Bal.in l.conſentaneum. C.quo.& quan.iud. vbi dicit legem ge
neraliter loquentem prohibentẽ mulierem capi , ita reſtringi,
vt non comprehendatur perſona , quæ in vilitate vitæ eſt con-
23 ſtituta propter meretricium. Aduerte, † quia Ioan.And. in ad-
dit.Spec.in rub. de iniur.& damno dato . videtur iſtud mirabi-
liter limitare.ſ.vt procedat,niſi ipſa meretrix ſit cõiugata, quo-
niam tunc propter coniugium detrimentum , quod alias pati-
tur propter vitæ vilitatem, euitabit, vnde infert , vt conſtitutio
reddens iniuriam vel offenſam illatam meretrici impunibilẽ,
ita reſtringatur, vt ad meretricem coniugatam nõ extendatur.
Quod eſt valde no.fundat ſe ex l.ſi vxor. §. j. ſecundum intelle-
ctum communem. C.de adult.prohibens accuſationem illiciti
coitus cum meretrice commiſſi, non extendi ad meretricem
cõiugatam. vnde illud dictum ſumme notatur,quia eſt magna
declaratio ad ſententiam Bal. in d. l. conſentaneum . Tertio
24 fallit propter † rei paruitatem .[a] Et ad hoc primo poſſumus al-
a leg.tex.ſing.in l.decurio fortunam. C.de decu.lib. 10.vbi lex ge
neraliter alicui graui perſonarum præbens immunitatem ab
oneribus, ita reſtringitur, vt non extendatur ad conceſſionem
immunitatis ab onere,quod breui tempore poteſt expediri. Se-
cũdo ad idem tex.no.in l.mediterraneæ. C.de ann.& tri.lib. 10.
vbi lex generaliter mandans quid fieri,in quo explicando ſum-
ptus requiritur, ita reſtringitur , vt non includatur caſus ille, in
quo eſſet maior ſumptus , quàm valor ipſius rei ad explicatio-
nem ipſius faciendus. Tertio ad idem tex.no.in l. 2.§.quod ſi pe
nitus egenis.& §.tractari.ĩ.ad Tertul. vbi lex ſub pœna genera-
liter mandans matribus,vt petãt tutores filiis pupillis, ita reſtrin
gitur, vt nõ extẽdatur ad caſum , in quo ipſius pupilli patrimo-
niũ ſit puſillũ, & quodammodo nullius valoris . Quarto ad idẽ
ĩ.de lega.i.l.ſenatus.§.Marcellus. vbi lex generaliter prohibens
legari ædibus adfixa,ita reſtringitur, vt non extendatur ad lega-
tũ,quod ſit eorũ,q̃ adfixa ſunt annulis & domunculis. Quinto
ad idem tex. in l. j. circa fin. de ventre inſpi. vbi lex generaliter
inualidans actum ratione ſolemnitatis omiſſæ, ita reſtringitur,
b vt non extendatur ad caſum , quo omiſſa [b] eſt ſolemnitas . Pro
quo regula valde no.infra de regu.iur.l.& ſi nihil. ſic dicens, &
ſi nihil ex ſolemnitatibus immutandum ſit, tñ ex prætoris arbi
trio, vbi æquitas ſuggerit aliud, immutatio erit. In arbitrio autẽ
prætoris

ADDITIONES.

a Paruitatem . Adde tu de iſtis minimis . & vide dictum Barto. in l diuus. infra de bo.dam.in fi.& Ange.in l.fi.C.eod.& Bart.in l.illud.C.de cupreſſ.lib.10. & ibi Ange.in l.fi.qui dixit in his minimis ſtari iuramento adminiſtratoris. Bal.in addi.Spec.in tit.de poſi.in 6.col.ver.porro contra eum,qui agit vt tutor.Barto. in l.leuia.in fi infra de accu.Bald.in c.cum I.& A.extra de re iudi. alleg.glo.in proœ. Sexti , in ver. filijs. quæ dicit generalius inſpici, nec curandum de modico. & in authen. minoris debitor. C.qui da.tut. pnſſ. vide tamen in contrarium dictum Bal.in l.fi.circa fi.ver.ſed reuocatur in dubium. C.com.& quæ ponit Lud.Rom.in l.diuus. infra ad Silla. vbi de gabella non ſoluta & eundem in l.j.§.pen. eod tit. & Bal. in l.fi.in 1.col. C. de ædi.act.& tex.& ibi Bal. in l.j.§. vitium . verſic. proinde. ſupra de ædil.edic. ubi vulneris appellatione non venit modica ſciſſura , nec vulnuſculum. Item adde & vide Bal.in l.fi. C.de ſepul.vio. vbi de pœna corporali , quę debet imponi in defectum pœnæ pecuniarię. & aliqua per Arc.in conſi.59. col. fi. & vide relata per Barb.in c.teſtimonium. colum.18. extra de teſti.in ver.faciat elegans.& ſingulare dictum Bal.in l.apud antiquos.& vide eũdem in cap.adeo. de reſcriptis. vbi quod facilius diſpenſatur cum habente plura beneficia parua,quàm cum habente vnum beneficium pingue.& vide in cap.ſi motu proprio.de præben.in 6.& ibi Domi.vbi quòd in materia beneficiali taciturnitas reddit literas ſubreptitias. & vide aliqua per Barb.in conſi.59. colum.fi. & in cap.ſi proponente.colum.pen.circa fi.de reſcrip.vbi,quòd non dicitur paruum,a quo dependet magnus effectus.& Bal.in l.ædem.colum 4. C. loc. & in rub.de contrahen.emp. in 10.quæſt. & uide etiam ad dicta hic eundem Lud.in ſuo no.24.& in conſi.83.circa me.

b Omiſſa ſolennitas. Et quòd modicæ ſolennitatis omiſſio non vitiat , adde tu Barto.in l.leuia.in fi.infra de accu.& eundem Lud.in l.j colum.3.circa prin. ſupra de aſſeſ & in conſi.262.in fi.& quod no. Bal. in l.obſcuriare.§.proficiſci.col.ult.uerſi.73.ſupra de offic.procon.

prætoris id eſſe debet, vt propter paruę ſolennitatis omiſſionē, actum non decernat inualidum. Qui enim parum tranſgredit,
a non vituperatur, [a] ĵ. de condit. & demonſtra. l. quàmuis. & ita ſemper illam l. allegabat Bal. Sexto poſſumus allegare l. j. §. proinde. ſupra de ædil. edic. l. quæſitum. §. poteſt. ĵ. de re iudica. & l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. infra de iniur. l. j. §. quod ſi vulnerati. ĵ. ad Sillania. vbi lex generaliter de vulnere ſeu infirmitate loquens, ita reſtringitur, vt ad vulnuſculum ſeu febriculam non extendatur. Septimo poſſumus hanc fallentiam probare, vt in auth. niſi breuiores. C. de ſenten. ex pericu. rec. ex l. leuia. ĵ. de accuſa. vbi lex tradens ſolennitatem procedendi in cauſis ciuilibus vel criminalibus, ita reſtringitur, vt non extendatur ad cauſas, in quibus deducuntur viles res ciuiliter, vel leuia
b crimina criminaliter. Octauo ad idem glo. no. in auth. minor. [b] C. qui tu. da. poſ. dicens legem generaliter prohibentē debitorē ſeu creditorē decerni poſſe tutorem, ita reſtringi, vt non extendatur ad debitorē ſeu creditorem modicæ quātitatis. Nono ad idem l. plebiſcito. ſ. de offic. præſi. & l. ſolent. §. non vero. ſ. de offic. procon. & c. ſtatutum. de reſcri. in 6. dicens iura generaliter prohibentia ius dicenti receptionem munerum, ita reſtringi, vt non extendatur ad paucam rem breui tempore conſumibilē. Decimo ad idem c. ſi quæſtionis. de ſimo. dicens iura generaliter dicentia munera a petente beneficium data crimen inducere ſimoniæ, ita reſtringi, vt nō extendatur ad munera parua, cōſiderata qualitate perſonæ dantis & recipientis. Vndecimo ad idem tex. no. in l. non tantum. in princip. & in l. iſti tres. §. eum qui. ĵ. de excu. tuto. vbi patet iura dicentia generaliter ſupportationem oneris trium tutelarum inducere excuſationē a tutela quarta, ita reſtringi, vt non extendatur ad tutelam quartā, quæ pauci oneris affutura eſt, vel quia paruum eſt patrimoniū, vel paruo tempore duratura, & probabitur etiam iſta cōcluſio ex his, quæ infra dicam in fallētia propter rei nimiam vilitatem, ſeu ſterilitatem. Vltimo probatur ex eo, quod no. glo. ſingulariter, 11. q. 4. c. non licet. dicens legem generaliter permittentem aduocato, ſeu Doctori conſulēti petitionem ſuæ mercedis ſeu ſalarij, non extendi ad eum, qui cum pauciſſimo labore & ſine chartarum reuolutione exercitio aduocationis ſeu conſulendi ſe confecit. illi enim denegatur ſalarij petitio. Sed aduerte, quia glo. illam reprobat Ioan. And. & recte in addit. Specu. in titu. de ſala. in §. ſequitur. circa fi. Eo quia tunc remunerari debet labor præteritus, propter quem de præſenti ſine chartarum reuolutione de iure reſpondere poteſt, poſito, quòd non remuneretur labor præſens, quia modicus, aliàs tamen ſequeretur, ꝙ melioris conditionis eſſet imperitus, qui ratione modicæ inſiſtentiæ ad ſtudium omnia cum labore haberet repetire, quàm peritus, qui longo ſudore maximiſque vigilijs ita in præteritū laborauit, vt in præſenti eminentis ſcientiæ ſit, adeo vt quæ didicit cordi, non chartę habeat, quod eſſet abſurdum, & hoc bene no. quia pauciſſimi ſciunt illius gl. reprobationem. Quar-
25 to fallit † propter perſonæ gradum. Iſta fallentia poteſt primo probari ex tex. no. in l. quoties. C. de dign. li. 11. vbi patet legem generaliter dicentem citationem poſſe fieri verbo, ita reſtringi, vt non extendatur, cum eſt citandus ille qui præſidet in aliquo caſu dignitatis illuſtris, quoniam citari debet in ſcriptis. Secundo ad idem gloſ. ord. in l. deſertorem. §. pœna militis. ĵ. de re mili. dicens iura mandantia aliquem occaſione delicti commiſſi ſuſpendi, reſtringi ad plebeos, non autem ad illos, qui ſunt in gradu militiæ, quemadmodum nec ad decuriones, & his ſimiles, vt patet ĵ. de pœn. l. capitalium. §. non omnes. & §. 2. & l. more. §. iſte fere. Tertio ad idem l. quacunque. de procu. vbi patet legem generaliter dicentem liberum eſſe, per ſe, vel per procuratorem litigare, ita reſtringi, vt non extendatur ad perſonam gradus illuſtris, quoniam ille non per ſe, ſed per procuratorem debet litigare. Quarto ad idem tex. in l. fi. C. de iniu. vbi patet legem dicentem, quòd ad cauſam criminalem agitandam, cuius pœna eſt arbitraria, non poteſt conſtitui procur. ita reſtringi, vt non extendatur ad perſonam gradus illuſtris. Quinto ad idem in l. medicos. C. de profeſ. & medi. lib. 10. & l. ne quis. C. de aduoca. di. iud. vbi patet legem permittentem citationē realem, hoc eſt capturam perſonæ, vel impoſitionē onerum perſonalium, ita reſtringi, vt non includatur Doctor. Sexto ad idem tex. in c. dilecti. de arbit. vbi patet legem prohibētem in mulieres poſſe compromitti, C. eo. l. fi. ita reſtringi, vt non extendatur ad illam, quæ eſt in aliquo gradu excellentiæ, vel dignitatis. Septimo ad idem tex. in cap. 1. in fi. extra de offic. ordin. lib. 6. vbi patet legem generaliter dātem vicarijs illam iuriſdictionē, quam habent ordinarij conſtituentes, ita reſtringi, vt non intelligatur eis conceſſa iuriſdictio in perſonam, quæ ſit in aliquo gradu dignitatis illuſtris: vnde vicarius archiepiſcopi non intelligitur habere iuriſdictionem in perſonam epiſcopi. Vel vicarius poteſtatis non intelligitur habere iuriſdictionem in perſonam vnius ex dominis, ſeu ex vexilliferis, qui in his modernis ciuitatibus, quæ vmbram libertatis obſeruant, locum illuſtrium obtinēt. Octauo ad idem cap. 2. de offic. deleg. lib. 6. vbi patet legem generaliter dicentem, in delegatum contumacem propter contumaciam ſtatim promulgari poſſe excōicationis ſentētia, ita reſtringi, vt non extendatur ad eum contumacem, qui eſſet in aliquo dignitatis gradu, vt puta ſi eſſet epiſcopus. Nono iſtud apparet ex l. milites. C. de queſt. vbi patet iura dicentia eum, aduerſus quem laborant indicia de commiſſo delicto, poſſe ſubijci torturæ, locum non habere, nec extendi ad illum, qui eſt in aliquo dignitatis gradu vtili reipublicæ. Decimo ad idem, quod no. Bal. in c. 1. §. ſacram. de pa. iur. fir. in vſib. feu. dicens legem prohibentem donationem inter patrem & filium in poteſtate, ita reſtringi, vt non extendatur ad parentem. qui foret in gradu dignitatis illuſtris, puta regem, ar. l. donationes, quas diuus. C. de do. inter vir. Fuit tamen hoc dictum originale Oldra. in conſil. ſuis, conſi. 149. ſecundum verum ordinem. Poſſet etiam hoc allegari omne id quod infra dicam in fallētia reſtrictionis propter ſummum principem. Poſſet etiam alleg. l. miles. ĵ. de re iudi. & l. milites agrum. de re mil. l. filiusfamilias. §. veteranus. ſ. de procura. & totus tit. de teſtamen. mil. plura alia, quæ reperi-
26 re laborioſum potius foret, quàm vtile. Quinto fallit † propter
nationis,quæ eſt cauſa finalis dictæ regulæ, vt in clem.j.de teſti. cum ſimilib.& dicit hoc eſſe notabile dictum in titu.de proba. §.videndum.verſi.eſt quoque.el 2.& licēt non ſit verum,quòd Specula.ibi hoc dicat, nihilominus dictum verum eſt in ſe propter rationem allegatam. Et exemplum potes ponere, ſi teſtes, quorum dicta ſunt publicata,depoſuerūt Titium obijſſe ex vulnere illato ſuper caput,certe contraria probatio poterit geri per inſpectionem capitis, in quo quidem nullum vulnus, ſeu cicatrix apparet.Non eſt enim dubium ab hoc probandi genere ceſſare quemlibet timorem ſubornationis. Septimo probatur ex tex.no.in l.minor 25.ann.ex aſpectu.ſ.de mino.vbi patet legem generaliter dicentem, ſententiam ſuper ætate dictam,ius facere inter omnes,non extendi ad caſum,quo illa lata eſt ex probatione reſultante per aſpectum perſonæ.Illa enim non facit ius quo ad eos, qui contrarium eius verum eſſe ſciuerunt, quod in ſententia declaratum eſt. Octauo probatur ex eo, quod dicit per illam l.Bal.in l.ſi minorem. C.de in integ. reſtitu.titulo generali. volens iura generaliter volentia ſententiam interlocutoriā poſt decendium in rem iudic.tranſire quo ad partes,non extendi ad caſum quo eadem lata ſit ſuper ætate ex inſpectione perſonæ. Illa enim nunquam tranſit in rem iudicatam, quominus contraria probatio admittatur. Nono probatur ex tex. in l.eadem. ſ.de ferijs.ibi,dum dicit,aut vt ex aſpectu aliorum iniuria æſtimetur &c.vbi patet legem dicētem, neminem in ferijs propter meſſem in ius vocari poſſe,non extendi ad caſum,quo ex inſpectione atrox æſtimetur iniuria. Vltimo probatur ex eo,quod in terminis notabiliter dicit Ioan.And.referendo ſuper hoc diſputationem Nico.de Mattarel.in additio.Specu. in titu.de ſententia.§.vt autem.in additio. quæ incipit,Ad hæc &c.dicens ſtatutum aduerſus præſentiam iudicis non poſſe exceptionem nullitatis opponi,non extendi ad caſum,quo opponitur talis nullitas, de qua conſtat ex actorum iudicialium inſpectione, puta quia factum fuit in iudicio quid ipſi minori,qui ſine tutore,vel curatore,licèt extitit proſecutus. Aliàs enim aliter dicendo contineret ipſum ſtatutum abſurdum. verba autem cōſtitutionis, & ſic vniuerſalia,ita reſtringenda ſunt,vt in ſe abſurditatem nō cōtineant,dicit tex.j.de excu.tut.l.ſcire oportet.§.alitid.ver.ſed

a & ſi maxime. Trigeſimatertia [a] principalis fallentia eſt propter

63 actus inualiditatem ſeu iniuſtitiam. † Probatur primo ex his quæ no.Barto.in l.j.ſ.de his qui ſunt ſui. dicens conſtitutionem generaliter confirmatiuam ſtatutorum,ſeu conſuetudinū,non extendi ad conſuetudinem ſeu cōſtitutionem iniuſtam. Et per hoc eſt caſus notabilis in l.j.C.de monopo.& ita illum ibi no.d. Bald.Secundo probatur ex tex.in c.j.de iureiuran.in 6.vbi patet generalem conſtitutionem ſeu conſuetudinem mādantem iurari ſuper obſeruatione ſtatutorum ſeu cōſuetudinum certi loci, & iuramentum illud obſeruari, non extendi ad caſum, quo

b ipſa ſtatuta ſeu ꝯſuetudines illicita sūt,vel iniqua [b]. Et ad idē de iureiuran.c. Quintauallis. & c.veniens.licèt pro hoc allegat do. Bald.gloſ.in l.non videtur.§.qui iuſſu.j.de regulis iuris. Tertio probatur ex tex.in l.quod ſeruus.j.de acquiren.poſſeſ.vbi patet legem generaliter dicentem,quòd quicquid quęrit ſeruus,domino quærit,non extēdi ad caſum,quo quid quærit illicite, vel inique.Illud enim non quæritur domino.Et idē concludit glo. in filio reſpectu patris in l.cum oportet.in ver. ex ſubſtātia eius. C.de bon.quæ libe.Quarto probatur per tex. in c.j.per quos fi. inueſti. in vſibus feudo. vbi patet generaliter inueſtituram vaſallo factam per dominum de feudo ſibi conceſſo, non extendi ad illa feuda,quæ ſibi conceſſa ſunt illicite, vel inique. Quinto probatur ex caſu notabili C.de eunuchis. vbi patet legem generaliter dicentem de contractibus quibuſcunq; gabellam ſolui debere,non extendi ad caſum, quo fuerit celebratus contractus illicitus vel inualidus.Sexto probatur ex eo,quod no.Bar. in l.filium.§.ſi quis bonorum.alias §.ſi quis cōtratabu.j.de leg. præſtan.per illum tex. dicens conſtitutionem gn̄alr̄ punientem

c cedentem actionem nobili contra popularem,[c] non extendi ad caſum,quo ceſſio facta tamen inualida. Et huius eſt ratio quod dicimus in ſimili,ꝙ ad conuentionalis pęnę cōmiſſionem non ſufficit quid de facto,& ſic inualidum factum fuiſſe,cum ex eo non infertur parti,ↄ̄ quam ſit præiudicium, vt in l.ea quidē.C.ſi man.ita fue.alie. per quam hanc regulam in iſta tradidit Bar.in l.vbi pactum.ad fi.C.de trāſa.& ibi late hoc expediui. Septimo iſtud probari poteſt ex gn̄ali doctrina l.4.§.condemnatum. j.de re iudi.& l.non putauit.§.non quæuis.j.de contratabu.l.2.§.teſtamentum.j.quemadmo.teſta.aperiā.l.ſi is cui.§. Flauius.j.de ſolu.& l.fideiuſſor.j.de fideiuſ.& l.2.§.quod ait prætor.el 2.iuncta gl.qui ſatiſd.cog.& c.relatum.de cle.non reſi.vbi in gl.ↄcor. & in l.vel obligatus.j.de ver.ſig.vbi patet leg.de actu aliquo, vel re in emptionē faciente,non extendi ad actū inualidum,vel debitum infringibile,vnde dicit Bal.in l.ſi abſentis.C.ſi cert.pet.& in l.ēt.C.de exe.rei iudi.conſtitutionē volētem ↄ̄ctum,hoc eſt, c̄ta guarentigiæ,habere executionē paratam, non extēdi ad ca-

d ſum,quo ipſe ↄ̄ctus inualidus [d] eſt. Si enim ruit principalitas cōtractus,ruunt ēt eius clauſulę acceſſorię,vt eſt guarētigia, vt notabiliter probatur in l.fi.ſ.de conſtit.pecu. in l.non dubium.C. de legi.& habetur glo.j. ſi quid in frau.patro. Octauo probatur ex eo,quod no.glo.de reſcrip.c.ex tenore.c.in noſtra.de conceſ. præb.c.cum noſtris.de regu.iur.c.non præſtat.lib.6.dicens iura gn̄alr̄ dicentia ſubreptitiam cenſeri gratiam Principis ſcdam,ſi in ea non ſit mentio de prima,non extēdi ad caſum, quo gratia aliquo reſpectu ſit inualida, tunc enim non eſt ſubreptitia ſecūda,licèt de prima mētio facta non fuerit. Nono probatur ex l.ſi quis ante.ad finem.j.de acquir.poſ. vbi patet iura gn̄aliter volētia vltimam conuentionem tollere priorem,non extendi ad caſum,quo ipſa vltima ſit inualida.quoniam tūc prima firma remanet.Decimo probatur ex l.ſi filius,qui in poteſtate.j. de libe. & poſthu.& l.cum in ſecundo.j de iniuſ.teſta.& l.ſi quis cum. §.fi.j de vulg.& pupil.vbi patet iura gn̄aliter dicentia per ſecundam voluntatem tolli primam,non extendi ad caſum,quo vlti

64 ma ſit irrita,tunc enim prima manet firma.Quod melius † probatur ex l.ſi id quod.§.ſi ante.ſ.de reſcin. vendi. Quod eſt argu. quod per ſecundam cōſtitutionem procuratoris non intelligatur reuocatus procurator primus,quando ſecunda conſtitutio non habuit effectum,quia ſecundus procurator noluit acceptare.& ita limitetur l.ſi quis cum procuratorio.§.fi.ſ.de procura. Sed certe contrarium firmat Specu.in tit.de procura.§. ratione autem formæ. verſi.ſed cum daretur.gloſ.in c.ſi duo.de procura.lib.6.argu.Inſtitu.quibus modis teſtam.infir.§.poſtremo.& l.pater filio.j.de hæredi.inſtituen.ſed amplius pro nunc non inſiſto, quia pendet de facto in curia. Vltimo probatur in l. certa.§.mala medicamenta.ſ.fami.erciſcun.vbi patet legem generaliter dicentem, in inſtituta actione famil.erciſcun. venire diuiſionem omnium inter hæredes communium in hęreditate, nō extēdi ad ea,quæ ex quæſtu illicito ſunt quæſita. Et ad idem l.cum duobus. §.ſocium vniuerſ.& l.nec prætermittendum.ſ. pro ſocio.& ſ. cōmu.diui.l.cōi diuid.§.inter prædones. Trigeſi-

65 maquarta principalis† fallentia eſt propter deuiationē non perſeuerantium,ſeu non continuationem.Iſta probatur primo ex l.j.C.de primip.& l.3.C.de domeſti.& protec.lib.12.& l.fi.C.de aduoca.diuer. iudic. vbi patet iura generaliter loquentia de aduocatis,ſeu alio genere officialium,non extēdi ad eos,qui quinquēnio deſtiterunt ab exercitio proprij officij,illi enim tunc priuantur officio & a matricula abraduntur.& ita duo præcedentia iura allegauit Bar.in l.ex eo.j.de teſta.mili.l.aut facta.§.tempus.j.de pœnis.Tertium autem ego addidi. Secundo probatur ex l fin.C.de reſtitu.in integ.& l.ne quidam.C.de teſtam.milit. vbi patet iura generaliter militibus concedentia priuilegia,non extendi ad eos milites,qui actum militiæ non continuant. Tertio probatur ex l.j.C.de colla.lib.11.& l.ſi ſub prætextu.C. de ſacroſan.eccle.& l.generaliter.C.de epiſ.& cleri. vbi patet iura cōcedentia priuilegia hominibus alicuius collegij,non extendi ad eos, qui ab exercitio eius, quod ad hoīes pertinet, denij ſunt,& abſq; continuatione. Quarto probatur ex l.ſemper.§.negociatores.& §.licet.& §.quibuſdam.j. de iure immu. vbi patet iura aliquibus artificijs immunitates concedentia,ad eos non extendi,qui ab exercitio actus hmōi deſtiterūt. vn̄ ad propoſitū ſcholaris ab exercitio ſtudij diſcedens, ſcholaſtica immunitate non gaudet. Et ita tenent Legiſtæ & Canoniſtæ in principijs librorum ſuorum.Nō enim ſufficit diu in ſtudio fuiſſe,ſed bene ſtuduiſſe requiritur,dicit glo.C.de proxi.ſacro.ſcri.l.vnicuique.lib. 12.& in c.cum ex literis.de in integrum reſtitu.vnde alibi dicit, quòd

ADDITIONES.

a Tertiadecima principalis.Adde tu ad hanc fal.& vide Bal.in l.fi.ſupra qui ſatiſda cogan.& in l.ſi quis in graui.§.ſi autem.infra ad Sillania. & ibi iſtum circa fi.& idem eundem Bal.in l.j C. de ſepul.vio. Et ibi an teſtis teſtificans falſum,ſi teſtificatio eſt nulla,poſſit puniri.Et Bar.in l.quiſquis.C.de fal.& in l.vis eius.C.de proba.& Bal.in c.quod in dubijs.in princ.de renunc. & Pau.de Caſt. in conſi.157.

b Vel iniqua.Adde & vide eundem Ro.in.ſuis notab.notabili 488.

c Popularem.Adde,& vide circa hoc etiam Bal.in l.quid ergo.§.cum autem.ſupra de his qui notantur infamia.

d Contractus inualidus.Adde tu & vide Bal.in l.non dubiū.C.de leg.Et pro hoc facit,quia verba ſtatuti ſunt cum effectu intelligenda,vt intelligantur ex contractu effectuali,arg.l.j.§ hæc verba.quod quiſq. iu. Facit quod no. extra de offi.deleg.in c.ſignificantib.circa fi.in glo.& de preca. c.2. & de re.permu.c. fi.vbi tangitur,ꝙ ſi compromiſſum vel cōtractus de iure non valeat eorum vigore aliqua pęna non petitur,etiam ſi non ſeruetur. Et ita vidi conſultum Senis.& adde Lud.Ro.in conſi.77.Ange.in conſi.2.& Bar.in l.non putauit.§. non quæuis.infra de contrata.Et vide in propoſito eundem Lud.in l.qui dotem.ſupra eo.& in conſi.428.Bal.in l.fi.C.quæ res expor.& eundem Ro.in l. uinum in uer.in gl.magna.in fi.ſupra ſi cer.pe.ubi inualiditas actus, qui non erat neceſſarius,negotium,quod gerebatur,non uitiat.Et etiam uide Bal. in l.nihil intereſt.§ j.ſupra de inoffi.teſta.ubi quod per actum, qui non ſortitur effectum,factum coram iudice a quo, non uidetur renūciatum appellationi. alleg.c.cum ueniſſent.& ibi glo.in uer.per hanc.infra de eo qui mit. in poſ.

a ꝙ tyro ſeu ſcholaris [a] vagus nunquam efficitur magiſter. Quin-
to probatur ex l. qui in collegio. in princi. ī. de excu. tuto. vbi pa-
tet priuilegia conceſſa hominibus alicuius collegij, non exten-
di ad eos, qui per ſe ea, quę ſunt collegij, non exercent, poſito ꝙ
exerceant per ſubſtitutos, imo tunc nec ipſi ſubſtituti ea immu-
nitate gaudent, dicit tex. in l. j. C. de excu. mu. lib. 10. Sexto hoc
probatur in l. nemini. C. de conſuli. lib. 12. Septimo probatur
ex eo, quod not. glo. ſingu. in c. placuit. el 2. §. poteſt. 16. q. 3. vbi
patet iura generaliter volētia per litem conteſta. induci præſcri-
b ptionis & actionis perpetuationem, [b] non extēdi ad caſum, quo
lis conteſtata eſt, & deſtitit a proſecutione, & ſic non animo nō
perducendi cauſam ad finem iudicium inſtituit, quoniam non
inducitur interruptio, quod eſt bene notabile. Et hoc intellige,
niſi per aduerſos caſus fortuitos litē proſequi fuerit impeditus,
quoniam tunc proſecutionis interruptio & perpetuatio indu-
cuntur, vt eſt caſus no. in l. fi. C. de præſcri. 30. anno. Et ad hoc vi-
de l. j. de præſcri. lon. temp. & l. cum mota. C. de tranſac. quas ad
hoc propoſitum allegat d. Ang. in l. cum lite mortua. ī. iudi. ſol.
& l. j. ī. de priua. deli. Octauo iſtud probatur per l. nam & ſi parē
tib. §. hæredi. ſ. de inoffi. teſta. vbi patet iura gñaliter dicētia, que
relam inofficioſi in iudicio inſtitutam tranſmitti ad hæredē, nō
extendi ad caſum, quo quis ante obitum a querelæ perſecutio-
ne totaliter deſtitit. Nono probaē ex l. Papinianus. §. meminiſ-
ſe. eo. tit. & l. alia cauſa. C. de his quib. vt indi. vbi patet iura gña-
liter volentia accuſantē teſtamentum de falſo, vel de inofficio-
c ſo, [c] priuari cōmodo eius, quod in teſtō eſt relictum, non extēdi
ad caſum, quo quis ab inchoata lite deſtitit, & ſic non continua
uit. Decimo probatur ex l. qui cum maior. §. accuſaſſe. & l. in ſer
uitutis. §. petijſſe. ī. de bo. libe. vbi patet iura gñaliter volentia pa
tronum accuſantē de crimine capitali, amittere iuſpatronatus,
non extendi ad caſum, quo quis a lite inchoata deſtitit, & ſic eā
non proſequitur. Vndecimo probatur ex l. quamuis. ſ. de in ius
voc. vbi patet legem generaliter punientem filium vel libertum
in ius patrem vel patronum vocantem ſine venia, non extendi
ad caſum, quo ipſi vocationem in ius non continuant, ſed ab ea
deſiſtūt. Nec enim debet humanitas iſti. pa. amputari. C. de ap-
pel. l. ſi quis libellos. ī. de fal. l. qui falſam. cum ſim. Duodecimo
probatur ex l. is qui ſe obtulit. ſ. de rei vendi. vbi patet legem ge
neraliter dicentem offerentem ſe liti, vt poſſeſſorē, cum tamen
non poſſideret, perinde condemnandum, ac ſi verus poſſeſſor
exiſteret, non extendi ad caſum, quo quis ſui oblationē non con
tinuat, ſed ante lit. conteſta. ab ea deſiſtit. Decimotertio proba-
d tur [d] ex eo, ꝙ no. gl. in l. in criminali. C. de iuriſ. om. iud. & quod
not. in c. ſi diligenti. de fo. compe. vbi patet iura dicentia trahen
tem reum ad vetitum examen cadere ab inſtituta actione. non
extendi ad caſum, quo quis ab ea vocatione ante lit. conteſt de-
ſiſtit. & ad hoc vide quæ no. Bat. ī. de fur. l. qui ea mēte. Decimo
quarto probatur ex eo, quod habetur in l. electio. §. neq;. ſ. de in
terrog. actio. & quod no. glo. in §. item in iſta. Inſti. de actio. & in
c. j. §. porro. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. in vſib. feudo. vbi
patet iura generaliter punientia quem ob mendacem negatio-
nem, non extendi ad caſum, quo quis re integra eius negationis
pęnitentiam ducat, & ſic in ipſam non cōtinuet. Decimoquin-
to probatur ex eo, quod dicit tex. notabi. in c. licet is qui. de pro-
cura. lib. 6. vbi patet iura generaliter volentia non induci contra
ctum mandati, ſi procurator mandatū non acceptauit, cum ad
eum ipſius notitia deuenit, nō extēdi ad caſum, quo re integra,
id eſt anteq̄ ad dñm peruenit notitia nō acceptationis procu. ip-
ſe non acceptationis pęnitentia ducitur. Decimoſexto probatur
per l. ſi quis ſuus. ī. de iure delib. & l. filij mater. §. filius. ī. ad Ter.
& ex eo, ꝙ hr̄ C. de iur. & fac. igno. l. 2. & 3. vbi patet iura dicen-
tia filium repudiātem paternam vel maternam hæreditatem,
deſinere ex toto eſſe hæredē, non extēdi ad caſum, quo repudia-
tionis pęniteat illam non continuando, poſſet ēt ad præmiſſam
fallentiam deduci materia l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi-
ſco. & cleri. ſed ſatis per prædicta eſt probata. Trigeſimaquinta
66 † principalis fallētia eſt propter perſonarum magnam affectio-
nem. Iſta probatur ex tex. quem ibi valde ſolēniter no. Bart. ī. de
ali. le. l. liberta. §. j. vbi patet iura generaliter volētia in diſpoſitio
ne, quam facit pater nominando filios, non contineri nepotes.
l. Lucius liberta. ī. de hære. inſti. l. quid ſi nepotes. ſ. de teſta. tute.
& Inſti. qui tutores dari poſſunt. §. ſi quis filiabus. non extēdi ad
eum nepotē, quem quis ex ſingulari affectione per oīa ēt noīat
& tractat vt filium, qm̄ ille in diſpoſitione aui ēt filiorū appella
tione venit, quod eſt ſingula. & de hoc non fuit recordatus Bar.
iſtud tractans in l. liberorum. ī. de verb. ſignifi. licèt in d. §. j. nota
uit in tex. Scd̄o probaē ex eo, quod colligitur in l. ſi quis ſeruū.
§. ſi ita duos, a ꝯrio ſenſu. ī. de leg. 2. & in l. ſi fuerit. ī. de reb. dub.
vbi patet iura generaliter volentia vitiari legatum, vel inſtitutio
nem, quæ reſultat ex eo, quod nuncupata fuit nomine proprio,
quod tamen cōmune erat pluribus alijs, non extendi ad caſum,
quo teſtator ad vnum ex his habet ſingularitatē affectionis, iu-
re charitatis, vel amicitiæ, quoniam ille cēſetur inſtitutus vt le-
gatarius, & igitur relictum validū. Tertio probaē ex c. requiſiſti.
extra de teſta. vbi patet legem generaliter dicētem relictum ſa-
cerdoti cenſeri relictum contemplatione eccleſiæ, non extendi
ad caſum, quo illud relinquitur ſibi ab eo, qui eſt ſibi ſingulari
affectione coniunctus, tunc enim cēſetur relictum ſuimet con-
67 templatione. Trigeſimaſexta principalis fallentia † eſt propter
affectationem. Iſta probatur ex c. 2. de tempo. ordi. lib. 6. & in l.
qui contra. C. de inceſt. nup. vbi iura generaliter volentia quem
propter errorem vel ignorantiam excuſari, non extēduntur ad
caſum, quo fuit ignorantia & error affectatus. Secundo proba-
tur ex eo, quod no. Bar. in l. j. §. hæc autem actio. per illum text.
ibi ſi quis teſta. lib. eſſe. dicens remiſſionem delictorum com-
miſſorum tempore guerræ generaliter factam tempore pacis,
quam de proximo eſſe ſecuturam ſciebant, non extēdi ad eos,
qui ob hoc affectatè delicta commiſerunt. Tertio probatur ex
eo, quod idem dicit in l. præcipua. C. de primicer. lib. 12. volens
per illum text. eum, qui ex forma conſtitutionis generaliter pro
hibetur notarius exiſtens, vel in alio officio, de dominis fore, ſi
de matricula notariorum ſe caſſari facit affectatè, vt inter domi-
nos eſſe poſſit, non propter hoc dominum eſſe poſſe, imo pari-
ter prohiberi, ac ſi nunquam fuiſſet ſecuta caſſatio, licèt in con-
trarium allegare ſoleam l. reſcripto. §. debitores, ī. de mune. &
hono. Quarto probatur ex l. vniuerſi. C. de lega. lib. 10. ſecūdum
vnam lectu. gloſ. vbi eſt tex. notab. quòd iura generaliter conce-
dentia priuilegia ſeu immunitates alicui propter aliquod offi-
cium, vel immunitatem, non extēdi ad eos, qui affectatè, & per
ſupplicationis importunitatem officium illud vel dignitatē fue
rit aſſecutus. Quinto probatur in l. penul. C. quomodo & quan
do iud. & l. & qui data. ſ. ex quibus cauſis maior. vbi patet iura
concedentia prærogatiuas aliquas abſentibus cauſa reipublicę,
non extendi ad eos, qui talē abſentiam cum affectatione & ſup-
plicatione procurauerunt. Sexto probatur ex l. ſpadonem. §. fi.
ī. de excuſa. tu. & Inſti. eo. §. tria onera. & l. j. C. qui nu. tut. lib. 10.
ſecundum vnam expoſitionem glo. in d. l. tria onera. la j. ī. de ex-
cu. tut. vbi patet iura generaliter dicētia onus trium tutelarum
excuſationē præbere a tutela particulari, non extendi ad caſum,
quo illa tria fuerunt affectata. Sexto probatur ex l. ſeruus plu-
rium. §. ſi quis autem. ī. de leg. j. vbi patet iura generaliter dicen-
tia adeundam hæreditatem, antequam necem teſtatoris vindi-
cauerit, illa priuari, quæ fiſco applicantur, non extēdi ad caſum,
quo quis antequam vindicauerit, adiuit, vt ſe onere & vexatio-
ne hæreditatis exueret, & ſic affectabat vt illa fiſco applicaretur.
Octauo probatur ex l. vxori. §. j. ī. de falſis. & l. ex ſententia. ī. de te
ſtamen. tutela. vbi patet iura generaliter concedētia certas cau
ſas excuſationis creatis tutoribus, non extendi ad eos, qui tan-
tum tutelas affectauerunt, quod ſeipſos tutores aſcripſerunt. Vl-
timo probatur ex l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. ī. de contra
tabu. vbi patet iura dicentia exhæredatis competere querelam
inofficioſi, non extendi ad eos, qui adeo exhæreda. affectaue-
runt, quod ſeipſos hæredes aſcripſerunt, de quo tamen dicen-
dum vt ibi, & plenius per gloſ. in l. ſi quando. §. fina. C. de inof.
68 ficioſo teſtamento. Trigeſimaſeptima principalis † fallentia eſt
e propter officij neceſſitatem [e]. Iſta fallentia probatur primo ex l.
quæſitum. ſ. de in ius vocando. vbi patet iura generaliter volen-
tia libertum vel filium, patronum, vel patrem, in ius ſine venia
vocare non poſſe, non extendi ad caſum, quo illi eos in ius vo-
cent neceſſitate officij tutelaris, vel procuratorij. Tunc enim ve
niæ non eſt neceſſaria imploratio. Et idem in ſimili ex textu illo
deciditur in l. cum non ſolum. §. neceſſitate. C. de bonis quæ li-
beris. Secundo probatur ex l. aduerſus. §. j. de inoffic. teſtamen.
& Inſtituta eodem. §. ſi tutor. & in l. tutorem. ī. de his quibus vt
indignis. & in l. cum quædam. C. de adminiſtratione tutorum.
vbi patet iura generaliter dicentia quem ſemel infringentem te
ſtamentum, non poſſe quod ſibi in eodem relictum eſt petere,
vel ſemel approbantē nō poſſe poſtea infringere. non extēdi ad
caſum, quo approbatio reſultet ex neceſſitate officij procurato-
ris, tutoris, vel hæredis, vel ſimilium. Ad idem ſ. de inoffic. teſta.
l. ſi.

ADDITIONES.

a Vagus. Adde & vide. Flo. in l. j. §. habitare ſupra de his, qui deie. vel effu. & vide gloſ. in c. cum ex literis. hic allegato. in verbo, inſtructus. & tex. in c. Socrates. 11. q. 2.

b Perpetuationem. Adde & vide Bal b. in repeti. rubri. de reb. eccle. non alie. in quarto principali dubio. ad fi. & Bal. in c. quod ſicut. ad fi. de elect. Et adde & vide dictum Bal. in l. ſi cum. C. quando prouoc. non eſt ne. in verſi. item no. quòd ſtatim. vbi quòd ſtatim quòd prodigus definit eſſe prodigus & pariter & furioſus, ipſo iure finita eſt cura, vt C. de impube. & alijs ſubſtitutio. l. humanitatis.

c Vel de inofficioſo. Adde & vide Bal. in l. ſi teſtamentum. eo. titu.

d Decimotertio probatur. Adde & vide, quod dixit etiā Bal. in c. j. §. porro. quæ fuę. prima cauſa benefi. amit. dum alleg. d. l. in criminali. & eundē in l. quamuis. circa me. ſupra de in ius vocan.

e Neceſſitatem. Adde ad hanc fal. in l. ab hoſtibus. C. de poſtu.

a l.filiusfamilias non impeditur. Tertio probatur idem ex l. 2.[a] C.
qui accu.non poſſunt.& l.mater.C.de calumnia.vbi patet iura
generaliter dicentia,nõ probantem accuſationem præſumi ca-
lumniatorem,non extẽdi ad caſum, quo quis accuſat ex neceſ-
ſitate dicti officij,ille enim poſito. quod non probet, calumnia-
tor non præſumitur. Quarto probatur ex l.proxime. s̃.de nu-
ptijs.& l.patrono.s̃.de diuortijs. & in l.manumiſſionis cauſa. &
l.mater tua. C.de ope.liber.& l.j.C.de liber.& eorum liber.& l.
ſi ſeruo fideicõmiſſaria.j̃.de hæred.inſti.vbi iura generaliter cõ
cedentia in perſona manumiſſi multa beneficia,ſeu prorogati-
uas,non extendi ad eos,qui ex neceſſitate alicuius officij a teſta
tore iniuncti manumiſſionem fecerũt.Quinto probatur ex eo,
quod ſcribit Bar.in l.ſi quis in graui.§.vtrum.j̃.ad ſenatuſcõſul-
tum Sillanianum.dicens per illum tex.conſtitutiones concedẽ
tes generaliter præmium capientibus delinquentes, vel banni-
tos,non extendi ad eos, qui ceperunt ratione officij ducti. Qui
enim quid facit compulſus,legis beneficio nõ gaudet.j̃. ad ſena
tuſcon.Tertul.l.2.§.ſi mater.ver. quid ergo ſi petijt. Sexto pro-
batũ ex c.inter dilectos.de fide inſtru.& c.ſuborta.de re iudi. vbi
patet iura dicentia generaliter dicentem ius alium fouere, ſibi-
ipſi in eo iure præiudicare propter eius confeſſionem,non extẽ
di ad caſum, quo quis declarauit ius eſſe alterius propter neceſ
b ſitatẽ officij,[b] puta quia iudex erat,ad quod etiam videnda ſunt
no.in l.re tua.C.de rei vendi.& in l.inter officium.s̃.eo.& quod
dixi illa iura allegando in l. cum mulier.s̃.eo. Trigeſimaoctaua
69 principalis † fallentia eſt propter remotionem [c] ex delicto ab of
c ficio. Iſta probatur primo in l. nullus. C. de pala. ſacra.larg.lib.
12.vbi patet legem gñaliter dicẽtem cuicunq; liberum eſſe adi
tum pro officio ſupplicandi,non extendi ad theſaurarium,qui
ratione commiſſæ culpæ ab eo officio eſt remotus.Ille enim ad
idem ſeu ad aliud officium non permittitur aſpirare,niſi ex cer-
ta ſcientia Principis.l ſi quis.C.de cohar.Princ.lib.12. & l.ſi ali-
quid.C.de ſuſcep.& arca.& in Authẽ.de armis.ad fi.vbi patet
prædictam regulam non extendi ad tabellionem,qui aliqua ex
culpa a tabellionatus officio eſt remotus, qm̃ ad idẽ, vel aliud
officium nõ permittitur aſpirare.Et idem videtur in tutore,qui
vt ſuſpectus ſemel a tutelari officio remotus eſt, qm̃ ita etiã re-
mouetur a tutela alienus.j̃.de ſuſpec.tuto.l.3.§.quæri poteſt.Et
ad idem de accuſa l.ſi cui.§.iiſdem.Secundo idem probatur ex
l.iudices.C.de digni.lib.12.vbi patet prædictam regulam nõ ex-
tendi ad iudicem,quia magiſtratus in vno,in loco alio non per-
mittitur ius dicẽtis officio fungi.& ita illam legem alleg. Bal.in
rub.C.de priua.iudi.& in l.mancipia.C.de ſer.fugi. Et ex his ve-
rificatur quod no. ipſe in l.2.C. de iure liber. volens poteſtatem
Comitis Palatini in creando tabelliones,non extendi ad facultã
tem creandi illum,qui ob aliquod cõmiſſum delictum a tabel-
lionatus officio amotus eſt. Iſtud enim omnia iura pmiſſa pro-
70 bant. Trigeſimanona principalis † fallentia eſt propter neceſſi-
tatem in perſona propria.Iſta quidem probatur ex tex.no.in l.ſi
venditor.§.ſi conſtat.s̃.cõmu.prędio.vbi patet conſuetudinem
generaliter permittentem dñm compelli ad lapides vendẽdós,
vel aliam materiam.quæ in eius agro germinat,non extendi ad
caſum, quo ipſe re illa indiget pro re propria, tunc enim quate-
nus indiget, vẽdere non compellitur. Secundo probatur ex l.ſi
quis.la 2.C.de aquæ ductu.lib. 11.vbi eſt caſus notabilis, ꝙ con
ceſſio rei annuæ alicuius ad rempublicam pertinentis facta pri-
uato,quamuis generaliter non extenditur ad caſum,quo res pu
blica eo conceſſo indiget,quatenus indiget,priuati ꝯceſſio non
habet effectum, quæ ſolum trahitur ad id quod ſupereſt ex fa-
cto reipublicæ neceſſario. Tertio idẽ probatur ex eo quod not.
Io.And.in c.dilecti.extra de arbi.dicens præſcriptionem conce-
dentem alicui vſum nemoris alieni,non extendi ad caſum,quo
prior dominus pro ſui neceſſitate vſu illius indigeat, quoniam
ſi plus commoditatis non affert vſus nemoris,quàm neceſſita-
ti expediat domini prioris,tunc poſterior, qui præſcripſit, nihil
poteſt cõſequi.Quarto probatur ex his quæ dixi in l.maritum.
& l.maritus.s̃.eodem. vbi patet iura generaliter concedẽtia ali-
cui beneficiũ, ne conueniatur vltra quàm facere poſſit,non ex-
tendi ad caſum,quo propria perſona agentis etiã indigeat, tunc
enim exactio fit a reo inſolidum, vt verificetur regula dicens,ꝙ
omnis ordinata charitas incipit a ſeipſo. C.de ſeruitu.& aqua.
l.præſes.cum ſimili. Quinto probatur ex c.petitio.extra de iure-
iuran.vbi generalis promiſſio facta alicui in omnibus cauſis de
præbẽdo auxilium,ita reſtringi, vt non intelligatur contra ſeip-
ſum patrocinium præſtare, vnde conſtitutio emanans generali
ter, vaſallum pro domino defenſionẽ debere aſſumere contra
quemlibet, non intelligitur mãdare aſſumptionem defenſionis
contra ſeipſum,licèt cõtra filium,vel eius parẽtes vaſallus dñm
defendere teneaũ,vt eſt expreſſum in c.j.ad ſi.hic fi.lex Corra.in
vſib.feudo. & habetur glo. Cano.in c.de forma.22.q.fi. Sexto
probatur ex l.licet.s̃.de arbit.& l.ſi longius.in prin.s̃.de iudi.vbi
patet iura generaliter dicentia iudicem vel arbitrum poſt ſuſce-
ptam notionem,vel cognitionem compelli iudicare,non exten
di ad caſum,quo ita ipſi in concernẽtibus perſonam propriam
impediti ſunt,quod terminandæ liti operam dare non poſſunt.
Septimo probatur ex l.filiusfamilias.§.fi.cum l.ſeq.s̃.de procu.
vbi patet iura generaliter volentia poſt ſuſceptum peragẽdum
negotium procuratorem ad proſecutionem compelli, non ex-
tendi ad caſum , quo procurator circa concernentia perſonam
propriam ita ſit occupatus,quòd alienis vacare nõ poſſit com-
mode. Octauo probatur ex l.ædem.C.loca. & c. propter ſterili-
tatem.extra eodem titu.vbi patet iura generaliter dicentia con-
ductorem intra tempus conductionis non poſſe compelli , non
extẽdi ad caſum,quo locator domo indiget pro neceſſitate pro-
pria,tunc enim poteſt conductor expelli.Quadrageſima princi-
71 palis fallentia † eſt propter periculum in mora.Iſta probatur in
l.de pupillo.§.ſi quis riuos.j̃.de operis noui nuncia.vbi patet iu
ra generaliter dicentia, nunciationem noui operis, etiam ſi in-
iuſta ſit,ſperni nõ debere,imo ex ea proſecutionem ædificij im
pediri,non extendi ad caſum,quo mora in ędificij continuatio-
ne facta,eſt vtilitati reipublicæ periculum allatura.& ibi notabi
lia exempla ponuntur. Secundo probatur ex tex. notabi. in l. ſi
quis ex ſignatoribus.ver.& ſi forte.j̃.quemadmo. teſt. aperian.
vbi patet iura generaliter dicentia,quòd ad hoc vt teſtamentũ,
quod in ſcriptis confectum eſt,poſſit aperiri, hæc primo ſolen-
nitas debet præcedere, ſcilicet vt teſtes eorum ſigilla recogno-
ſcant,non extendi ad caſum, quo teſtes abſentes forent, & mo-
ra in expectando ipſos foret periculum allatura,quoniam tunc
teſtamentum poteſt aperiri.& poſtea ſignorum recognitio fie-
ri, vnde ſemper allegabat d.Bal.illum tex. pro ſing. ad hoc quod
propter periculum imminens ex mora licita fit ſolennitatis prę
poſteratio.Sed ego allego ſimilem & notabilem j̃.de in integ.l.
ſi quis exhæredato ver.qui.ad fi.Tertio probatur ex l.fi.j̃.de ap
pella.recipien.vbi patet iura generaliter volẽtia omnem oppreſ
ſum, appellationis habere beneficium , non extendi ad caſum,
quo ſententia lata eſt ſuper re, in qua mora eſt periculum alla-
tura, puta ſuper alimentis. tunc non obſtante appellatione, fit
ipſius ſententiæ executio. Quarto probatur in l.eadem. s̃.de fe-
rijs. vbi patet iura dicentia generaliter tempore feriato ob vtili-
tatem hominum inuitis partibus ius dicẽtem non poſſe cogno-
ſcere, non extendi ad caſum,quo mora periculum eſt allatura,
puta,ſi agitaretur alimẽtorum cauſa.Quinto probatur ex l. Ari
ſto.cum ſeq.j̃. de iure deliberan. & l.prohibere. j̃.de acquiren.
hæredi. vbi patet iura generaliter dicentia hæredem ante aditã
hæreditatem non habere facultatem rei hæreditariæ diſtrahen
dæ,non extendi ad caſum, quo tractatur de alienatione rerum,
circa quas periculum eſt in mora.puta,quia ſunt tempore peri
turę.Sexto probatur ex l.mulier.§.ſi hæres.ver.ſed & ſi cum di-
ſtrahetur.iuncta ſuppletione Dy.j̃.ad Trebel.vbi patet iura ge-
neraliter prohibentia hæredem de reſtituendo grauatum, alie-
nare res hæreditarias,non extẽdi ad caſum,quo quæratur de re-
rum alienatione,circa quas periculum eſt in mora,puta quia tẽ
pore corrumpuntur.Septimo probatur ex l.ſi magiſtratus. j̃.de
priui.credi.vbi patet iura generaliter volentia immiſſum ex pri
mo decreto in poſſeſſione nil iuris in re quærere, niſi ſimplicẽ
detentationem,non extẽdi ad caſum,quo quęritur de alienatio
ne fructuũ ex re perceptorum, circa quos mora eſt periculũ al-
latura,quia tempore corrumpuntur. Tunc arbitrium ſibi con-
cedetur illos diſtrahendi,preciumq; ſeruandi. Et ita notabiliter
probatur in l.ſi oleum.§.de dolo.& l.litibus.C.de agric. & cẽſi.
lib.11.& l.fi.C.de ord.cogni.vbi patet iura generaliter volentia
ſequeſtrarium non habere facultatem diſtrahẽdi rem in ſeque
ſtrum datam, non extẽdi ad caſum, quo talis res in ſequeſtrum
eſt poſita,circa quam ſeruandam.quia tempore perit, periculũ
eſt in mora.Illius enim rei permittit alienatio, preciiq; inde per
cepti conſeruatio.Nono probaũ ex l.lex quæ tutores.j̃.de admi.
tut.Decimo probaũ ex tex.ſing.iuncta gl.ſua in l.quæſitum.s̃.de
pig.vbi patet legem gñaliter dicẽtem,exercitium hypothecariæ
actionis non cenſeri in eſſe productum,anteq̃ producatur exer-
citium actionis principalis.l.ſolutũ.§. ſi paciſcaũ. s̃.quib. mod.
pig.vel hypo.ſolu.& l.cum ſoluendum.s̃.de diſtrac. pigno.non
extendi ad caſum, quo periculum eſt in mora expectandi exer-
citij actionis principalis productionẽ,puta quia ſuſpectus debi-
tor erat de fuga vna cum portatione rerũ ei obligatarum. Tũc
enim ingeri poteſt hypothecaria,ẽt ſi non poteſt actio princ.ꝙ
non reperitur alibi. Vndecimo probatur ex eo, quod dicit In-
noc.

ADDITIONES.

a Ex l.2. Adde dictum Bal. in l.ſancimus. circa fi.C. de iudi.& Bal.in c. quoniam cõtra.col.14.ver.quærit quid iuris præſuppoſito ſtatuto.de prob.& in d.l.2.

b Officij.Adde & vide gl no.in ſimili.& ibi Ant.3.q.7.c.item cõtra patra.& vide eundẽ Lud.in l.cũ mulier.col.13.s̃.ę.& Doc.in l.trãſactione finita C.de trãſ.

c Remotionem.Adde & vide Bar.in l.nullus.C.de diuer.offi.lib.12.ad fi.& Bal.in c.j.§.ſi domino.in fi.de pa.ten.in vſib. feud.

noc.in c.venerabilem.ad fi.extra de ele. volens iura generaliter volentia iuramenti illiciti, vt quia vi, vel metu extorti, non fore licitam tranſgreſſionem, niſi prius habita abſolutione, non extẽdi ad caſum, quo euidens periculum eſt in mora, & ſuperioris non poteſt haberi copia, arg. 11.q.3.c. anteceſſor. quod eſt notãdum. & d.Bal. illud referendo ſequitur in l.non dubium.C.de legib. Duodecimo probat̃ ex gloſ.ordi.in l.dies feſtos.in ver.nulla fideiuſſoris flagitetur exactio.C.de ferijs. vbi patet legem generaliter dicẽtem, die feriata in honorem Dei peti non poſſe fideiuſſorem de iudicio ſiſti, non extẽdi ad caſum, quo in mora eſt periculum, puta quia reus eſt de fuga ſuſpectus. Decimotertio probatur ex l.ſi alius.§.belliſſime.ſm intellectum glo.ibi, & l.fi. §.ſi ad ianuam.ĵ.quod vi aut clam. vbi patet iura generaliter volentia rem violenter obligatam auferri non poſſe ex interuallo, non extendi ad caſum, quo mora eſt euidens periculum allatura, quia ſunt fructus, quos violentus ablator corrumpi patiebatur, vel clauſa fuit mihi vi, aut clam ianua domus, quam feſtinãter intrare intererat mea, tunc etiam ex interuallo vim vi repel-

a lere poſſum. Decimoquarto probatur ex l.ait prætor a.§. ſi debitorem.ĵ.de his quæ in frau.credi. & ex eo quod no.glo.in l.pe.C. de pig.act. vbi patet iura generaliter dicẽtia pecuniam mihi debitã propria authoritate auferri non poſſe, ſeu pignus mihi obligatum, non extendi ad caſum, quo periculum ſit in mora, puta quia debitor cum pecunia fugiat, vel ſit de fuga probabiliter ſuſpectus. Et ad id quod no.glo.in ſtit.de act.circa prin. & in c.j. §.iniuria.de pace.iura.firman.in vſib.feud. Decimoquinto probatur ex l diuus.ſ.de peti.hære.& l.alienationis.ſ.fami.ercif. vbi patet iura gñaliter dicentia pẽdente controuerſia iudicij vniuerſalis, res particulares in eo incluſas alienari non poſſe, non extendi ad eas res, circa quarum conſeruationem, periculum eſt in mora, puta quia de facili corrumpuntur. Decimoſexto probatur ex c.fi.extra de iud. vbi parer iura dicentia tempore feriato in hominum vtilitatem, non poſſe quem inuitum in ius vocari, non extendi ad caſum, quo venit agitanda cauſa, ſ.an quis admitti debeat in rectorem, ſeu officialem, illa enim tali tempore põt agitari. Et huius eſt ratio, quia deſiderat celeritatem cũ periculũ ſit in mora, ex quo periculoſum eſt, quod locus rectore careat. & ita illum tex. ſæpe ſolet allegare do.Bal. Decimoſeptimo probatur ex caſu nota.in l.j.ĵ.de leg.2.per quem patet iura generaliter dicentia inſtantiam ciuilis cauſæ recipere terminum triennalem, non extendi ad caſum, quo agitur controuerſia in re, quæ breui tempore perit. Illam enim terminare debet tempore breuiſſimo, & ſic antequã ſuperueniat ipſius rei deperitio ſeu corruptio. & ita ibi illum text.no. Barto. & plenius in l.ſi prius.de noui operis nunc. Decimooctauo probatur ex caſu ſingu.in l.ſi iactum rhetis.ſ.de act.emp. vbi patet iura dicentia vẽditorem dominum compelli ad rei venditæ dominium trãſferendum, adeo quòd tunc non ſuccedat propter moram obligatio ad intereſſe, non extendi ad caſum, in quo empta eſt ſpes dubia rei tempore perituræ, & ſic circa eius conſeruationem periculum eſt in mora. Tũc enim etiam tali caſu ſuccedit obligatio ad rei æſtimationem poſt morã. quod eſt valde notabile. Et circa eius declarationem vide quod hoc anno dixi in l. ſtipulationes non diuiduntur.ĵ.de verb.oblig. Decimonono probatur ex eo, quod eleganter determinat Spec.in tit.de ſecundo decreto. §.iuſta.verſi.quid ſi electus.quem refert Ioan.And.in c.contingit.ſuper glo.fin.de dolo & contuma.in nouella. dicens in cauſa, quæ agitatur ſuper hoc, ſcilicet, an quis admitti debeat ad officium vel dignitatem ſæcularem, eo quia periculum eſt in mora, quod locus rectore careat, non requirit exactam ſolennitatẽ iudicij, & ſic non li.cõteſta. & hoc per c.vnicum.de eo qui mit. in poſſeſ.cau.rei ſer.lib.6. Qui tamẽ tex.loquitur, cum agitatur cauſa ſuper beneficio vel dignitate eccleſiæ. Vigeſimo probatur ex eo, quod no.do.Bal.in l.conſentaneum.C.quomodo & quãdo iudex. & quod ibi no. in l.ſi quis curialis.C.de epiſco.& cleri.dicens iura generaliter dicentia actum præiudicialẽ parti per ius dicentem non poſſe decerni ſine eius citatione, non extendi ad caſum, quo quæritur de captura debitoris, qui ſuſpectus eſt de fuga, & ſic circa cuius capturam periculum eſt in mora. Non enim ad decernẽdam eius capturam eſt neceſſaria eius citatio, maxime ne eius citatione celerius ad fugã inſtruatur, argu.d.§. ſi debitorem.l.j.C. vbi quis de curia.ali.con.& d.l.ſi quis curialis. Vigeſimoprimo probatur ex his quæ dixi allegando dictum Spe.& do.And.in l.j.ĵ.de dam.inſe.dum terminaui in cauſa deſiderãte celeritatem, & ſic circa cuius expeditionem periculum eſt in mora, non eſſe locum reconuentioni. Quadrageſimaprima

72 ma principalis † fallentia eſt propter defectum copiæ ſuperioris. Et iſta probatur primo ex caſu l.generali.C.de decur.lib.10. vbi patet iura generaliter dicẽtia neminem poſſe ſibijpſi dicere ius in perſona proprij debitoris, non extendi ad caſum, quo ius dicentis copia deficit, tunc enim capi poteſt propria authoritate tempore fugæ. Secundo probatur ex eo, quod no.gl.in l.nullus. C.de iudicijs. vbi patet iura generaliter dicentia neminem poſſe ſibi authoritate propria facere poſſe propriæ iniuriæ vltionẽ, non extendi ad caſum, quo ſuperioris copia deficit. Tertio probatur ex l.ſi alius.§.belliſſime.ĵ.quod vi aut clam. vbi patet iura generaliter dicentia neminem poſſe ex interuallo propria authoritate rem ſibi violenter ablatam recuperare, non extẽdi ad caſum, quo deficit ſuperioris copia. Et ad hoc quod no. Inno.in c.olim.de reſtitu.ſpolia.& Archidia.23.q.2.c.dominus noſter. quos allegando declaraui ſ.eo.l.cum mulier. Quarto probatur ex l.vbi abſunt.ĵ.de tuto.& cura.datis ab his. vbi patet iura generaliter dicẽtia pro poſtulandis tutoribus, adiri debere magiſtratus municipales, non extendi ad caſum, quo illorum copia tanquàm abſentium haberi non poteſt, tunc enim adiri debent decuriones, & ſic ſecundum expoſitionem Bart. ciuitatis priores, vel verius ciuitatis conſilium, vt inferius declarabo in fallentia, propter vrgentem neceſſitatem, ſeu impoſſibilitatem, dum tractabo ad quem appellari debet, quãdo deficit iudex appellationis. Quinto probatur in c.licet ex ſuſcepto.de fo. compe. vbi patet iura dicentia pro cauſis tẽporalibus vertentibus in terris imperij non eſſe adeundum tribunal apoſtolicum, vt in c. ſi duobus.ad finem.de appella.non extendi ad caſum, quo imperij copia haberi non poteſt, quia tunc adiri põt apoſtolicus, licèt non econtra, vt in c.qualiter. extra de iudic. Quadrageſimaſecunda

73 principalis fallentia † eſt propter fictionem. Iſta probatur ex l.2. §.hoc interdictum.cum his quæ ibi no. Barto.el 2.ĵ.de fon. vbi patet iura municipij generaliter punientia mulieres portantes perlas, ſeu ſiricum, non extendi ad eas, quæ ferunt non veras &

b naturales, ſed fictas b & artificiatas, licèt cõtra porẽter faciat tex. ad hoc valde notabi.in l.velle. de veſtib. holober.lib.11. vbi eadem pœna, qua punit̃ priuatus ferens veſtes tinctas colore muricis vero & naturali, qui tantum conuenit imperiali maieſtati, punitur etiam ferens veſtes tinctas eodem colore ficto & artificialiter fabricato. Secundo probatur ex clem.vt circa. de ele. vbi patet iura generaliter loquentia circa actus collegiales ſeu vniuerſitatis de minoritate numeri, non extẽdi ad minoritatem numeri fictam. Exempla patent ibi in gloſ. Tertio probatur ex l.ſi maritus. §. le. Iul.ĵ. de adulte. vbi patet iura volentia generaliter de abſentib. non extendi ad eos qui abſentes ſunt fictè. Quarto probatur ex l.fi.C.de his qui veniam æta.& l.ſi ita quis. §.ſi.ĵ. de lega.3.& ĵ.de condi.& demon.& l.fideicommiſſum. vbi patet iura generaliter loquẽtia circa ætatem legitimam, ſeu filios, non extendi ad ætatem, quæ reputatur legitima ex priuilegio, & ſic vt ita dixerim quodammodo ad fictionem, ſeu ad filios, qui ſunt filij nõ natura, ſed ſui iuris ciuilis aucto.& ſic quodammodo fictione. Et ad idẽ §.adoptiu⁹.ſi de feudo defuncti.in vſibus feud.& Inſti.de excu.tuto.circa prin. longa tamen hæc ma-

c teria eſt, an conſtitutio c loquens in caſu vero extendatur ad caſum fictum, quam tractant Legiſtæ in l.3.§. hæc verba.ſ.de nego.geſtis.& in l.j.§.lex Falcidia.ĵ.ad leg. Falci.& in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ĵ.de libe.& poſthu. & Cano. in c.ad audiẽtiam. & in c.cum dilectus.de cler.non reſiden. Et aliquid in c.fina.de conſuetu.lib.6.do.Bal.in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.& ego tetigi in l.ſi is qui pro emptore.ĵ. de vſucap. Plenius & notabilius omnibus ponit Io.And.in mercuria.in regula, pro poſſeſſore.de regu.iuris.in 6.& ibi dictis adhæreas. Quadrageſimatertia prin-

74 cipalis fallentia † eſt, propter rei ſeu actus vicinitatem. Iſta probatur primo ex tex.ſingu.in l.j.in verſi.vel ad proximos.C.de cano.largi.lib.11. vbi patet, quòd deficiẽte theſaurario vnius prouinciæ, ſeu ciuitatis, ſolutio, quæ illi debebat fieri, fieri dẽt theſaurario ciuitatis vicinæ ſeu prouinciæ vicinæ, adeo vt ſibi ſoluens liberetur, vnde deficiente pro eccleſia in ciuitate Peruſij theſaurario, ſolutio ibi fiẽda, fieri debebit theſaurario terræ proximç. Et ſic ratione vicinitatis reſtringunrur iura generaliter dicentia, fines mandati fore diligenter cuſtodiendos. Secũdo probatur in l.4.§.ſi tam vicinum.ĵ.de dam.infec. vbi patet iura generaliter dicentia iudicem denegantem id, quod ab eo iuſte petit̃, teneri ad intereſſe, vel facere litem ſuam, non extendi ad caſum, quo illi negligẽti iudici a quo quid iuſtum petebatur, erat alter iudex proximus æqualis iuriſditionis cũ eo, quoniam tũc imputatur parti, quod illum alium pro eo, quod proſequi intẽdebat, non adiuit, & ſic nec tunc contra primum negligentẽ habet regreſſum. Tertio probat̃ ex l.ſi ita.ad finẽ. ver. ne quid vicini.ĵ.de fun.inſtru.iuncta doc.Iac.de Are.& Bar.ibi, vbi patet iura gñaliter dicentia neminẽ deliquiſſe præſumi, non extendi ad caſum, quo damnum vicino allatum eſſe præſumit̃. & ad idẽ ſ. locati.

ADDITIONES.

a L.ait prætor. Adde & vide eundem Ludo.in l.2.ſupra de iuriſdi.om.iudi.& vide tex.in l.fi.infra de requir.reis.

b Sed fictas. Adde, & vide eundem Lud.in l.j.ad fi. ſupra quod quiſque iur.

c Conſtitutio. Adde & vide Bal.in l.ſi quis nõ dicam.C.de epi.& cle.& in l.tranſigere.ad fi.C.de tranſac.& in addi.ad Specu.in titu.de acc.ver.quid ſi ſtatuta terrarum.

locati.l.dñs horreorum. Quarto probatur ex c.cum olim.extra de ↄſue.vbi patet iura dicẽtia, ꝙ tñ in materia, in qua vtimur iure ↄſuetudinario & non ſcripto, ſi in prouincia, in qua occurrit, ↄſuetudo ſpecialis non reperitur, recurri debet ad ↄſuetudinem ciuitatis, vel eccleſiæ Romanæ. vt Inſti.de ſatiſda.ad fi.& in l.de quibus.ſ.de legib. Si vero in ciuitate, in qua caſus occurrit, non reperitur ſpecialis ↄſuetudo diſponens, debet recurri ad ↄſuetudinem eius ciuitatis, quę principatum obtinet in prouincia. 12. q.2.c.de his. non extẽdi ad caſum, quo in terra vicina ſpecialis ↄſuetudo reperitur, qm̃ tunc illa, quæ eſt in cõuicina, ſeruanda eſt. quod eſt notandum. Quinto probatur in l.diuus.j.de tut.& cura.datis ab his. vbi patet iura gñaliter dicẽtia ius dicentem in eos, qui ſui territorij non ſunt iuriſdictionem non habere, non extendi ad caſum, quo in loco ſuæ iuriſdictionis non reperiẽ iudex, qui tutorem dare poſſit pupillo idoneum, qm̃ ſibi facultas eſt idoneos eligere de locis vicinis, illoſq; magiſtratui præſentare, cui ſuper eos eſt iuriſdictio, vt ab eodem tutores decernãtur. Sexto probatur ex tex.cum gloſ.in l.quod ſæpe. §.fi.ſ.de ↄhen. emp. vbi patet iura dicentia vẽditorem non aſtringi ex neceſſitate ad ↄfines declarandos, cum rem vendidit mẽſura limitata, non extendi ad caſum, quo mihi rei vẽditæ ↄfinis eſt improbus vicinus, ſeu reprobæ vitæ, qm̃ tunc illum in notitiam deducere tenetur, aliàs verò tenetur ad intereſſe. Septimo probaẽ in l.pro locis.C.de anno.& tribu.lib.10.vbi patet iura dicẽtia hominib. parium diuitiarum imponendum eſſe onus collectarum, quæ pro neceſſitate reipublicæ imponunẽ, pariter non extendi ad caſum, quo vnus æquè diues, ſit magis vicinus ciuitati, ad quam fieri debet ſolutio impoſiti oneris alio ęquè diuite, qui eſt remotior, vicino debet imponi onus maioris ſolutionis. Et hoc, quia ↄſideratur, ꝙ minor eſt ſibi impẽſa pro eundo ad locum deputatum ſolutioni. Octauo probatur ex c.quoſdã. & c.quanto.extra de præſump.& c.ſi vicinis.cum ibi no.C.de nup.vbi patet iura gñaliter volentia in dubio præſumi ignorantiam non extẽdi ad caſum, quo tractẽ de ſcientia vicini, tunc enim ſcientia non ignorantia præſumiẽ. Nono probatur ex l.ſi ventri.§.fi j.de priui.credi.vbi patet iura imponentia neceſſitatẽ probationis, qui aliquid ex ſua pecunia ſolutum eſſe dicit, non extẽdi ad caſum, quo incontinẽti ſeu de proximo alia pecunia eſt recepta per recipientẽ, & ſolutio alteri facta, qm̃ tunc ex vicinitate actuum ſolutio ex pecunia de proximo recepta facta preſumitur. Decimo probatur ex his quę no.Bar.& Bal.in l.j.C.de ſer.fug.& in l.multum intereſt.C.ſi quis alteri vel ſibi.dicentes iura dicentia gñaliter neminem præſumi delinquere, non extẽdi ad caſum, quo ego Titij inimicus vicinus exiſtẽs cum tertio ſecreto loquor, & de proximo per collocutorẽ reperitur occiſus Titius, tũc enim ex vicinitate actuum iuncta qualitate inimicitiæ, præſumiẽ mãdato inimici ſecuta occiſio. Vndecimo probaẽ ex l. præſenti.C. de his qui ad eccleſiã ↄfugiunt.& in c.decet domum Dei. §.ceſſant vltimo.de immu.eccle.lib.6.& in c.ſi quis antiquitus.& in c.ſi quis contumax.17.q.4. In quibus patet iura dicentia in quocũq; municipij loco præter eccleſiã delinquentẽ capi poſſe, ad hunc caſum non extendi, vt dicamus permiſſam eſſe capturam in loco eccleſiæ vicino & cohærenti. Talis enim locus immunitate eccleſiæ conceſſa gaudet, vnde ſicut non licet in eccleſia priuatam ædem ædificare, ita nec eccleſiæ atrio, & ſic in loco vicino ſibi, 12.q.j.c.nulla ædificia. Et idem dicimus in palatio Principis, qm̃ in loco vacuo, q̃uis illi palatio vicino, non poſſunt priuati ædificare. Intereſt enim Principis palatiũ priuatorum ædibus non coarctari, ne ex vicinitate ſecuta pandantur imperij ſecreta, & defenſionis tutela tollatur, dicit tex.not.C.de ædifi.publi.l.quicunq;. Adeo vt voluerit no.Io.And.in addi.Spe.in rub. de immu.eccl.ad fi.ꝙ qua pęna punitur ex lege municipali vulnerans in eccleſia, eadem pęna punitur vulnerans iuxta illam, per prædicta iura. Connexorum enim ſeu cohęrentium ratione vicinitatis idem eſt iudicium.ſ.de rei vend.l.quæ religioſis.j.de dam.infe.l.ſi finita.§.ex hoc edicto.de paro.c.ſuper eo de priui. c.ſuper ſpecula.14.diſt.in prin.de iudi.c.q̃to.vbi in gl.cõcordantiæ.& ẽt patet in c.præſenti.de pręb.lib.6.& in c.filias de pę.eo.lib. Duodecimo probatur ex l.opus nouum. & l.de operibus.j. de ope.pub.& in l.per prouincias.cum glo.ſua.C.de ędifi.pri.& l.pe.§.muros.ſ.de rer.diui.& l.quicunq; caſtrorum.C.de ſun.limi.lib.11. vbi patet legem gñalr dicẽtem in ſuo territorio quẽlibet ædificare poſſe, prout vult, non extendi ad caſum, quo ædificare velit in loco ſuo vicino muris ciuitatis, ita quod ea ędificatio tendere poſſit ad ciuitatis emulationem ſiue damnum. Hęc enim ſibi prohibetur, adeo ꝙ nedum ita nouiter ædificare põt, ſed nec iam ædificatum reficere, vt eleganter no.Inno.de reſtit. ſpolia.c.Piſanæ, Decimotertio probatur ex caſu notabili in l.cũ nauarcorum.C.de nauicu.lib.11. vbi patet conſtitutiones mandantes per homines certi loci quid debere fieri, non extendi ad caſum quo ibi idonei non reperiuntur ad id agẽdum. Ideo poſſunt compelli alij, qui ſunt de territorio vicino, & hoc ibi oſtenditur iuncta gl.in ver. alios. Decimoquarto probatur ex caſu in l.2.C.de ann.ciui.lib.11.& l.ſi quis ad declinandam. ver.ſi vero nullus.aliàs, ſi autem.C.de epiſ.& cleri.vbi patet conſtitutiones gñaliter mandantes erogationem ad pias cauſas relictorum fieri debere in pauperes, vel erogationem alicuius liberalitatis prouenientis à republica, fieri debere in egẽtes, reſtringi primo debere ad pauperes, ſeu indigentes magis proximos & vicinos, & ſic primo eligi debebunt pauperes, qui eius ciuitatis ſunt, vbi debet fieri erogatio. Decimoquinto probatur j.de leg.j.l.qui filiabus. vbi patet legem dicẽtem filiarum appellatione poſthumã non comprehendi, non extẽdi ad caſum, quo in vicina particula teſtamenti mens teſtatoris colligitur, quod cum filias nomi-
75 nauit, poſthumam comprehendi voluit. Scripturæ † etenim vicinitas verbi in oratione ambigui declarationẽ inducit.j.de teſta.l.hęredes palam.§.ſi quis notam.ibi, vel ex vicinis ſcripturis. j.de hære.inſt.l.qui non militabat.§.Lucio.& l.cum in teſtõ.§.fi.j.de leg.j.& l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.j.de leg.3.l.minimis.ſ.de peti.hæred. vel iterum poſſunt etiam probari prædicta ex his quæ dixi in l.j.ſ.eo in q.de fabro vicino ſcholis.& in l.qui ante calẽdas.j.de verb.obli.in q.illa de citato vnica citatione ad ſingulos actus cãę vſq; ad ſiñam incluſiue. Quadrageſimaquarta princi-
76 palis † fallentia eſt pp aduerſam corporis valitudinem. Iſta probatur primo ex tex.nota. in l.ſi cui.§.tam diuus.ſ.ex quib.cau. maio vbi patet iura gñaliter dicẽtia ad finem deducto negotio, pro quo quis a re publica tranſmiſſus.non dicitur tranſmiſſum
a amplius reipublicæ cã abeſſe, non extendi ad caſum, quo quis finito negotio igitur abſens manet, quia in ægritudine perſiſtit. Tunc enim reipublicæ cauſa abeſſe dicitur, & immunitatibus quibuſcunq; gaudet. quod eſt ſummè notãdum. Scđo probatur ex c.ſi in teſtium.extra de teſti.vbi patet legem gñaliter dicentem citatum ad præſtandum iuřm pro reddẽdo teſtimonio apud iudicis tribunal debere comparere, non extẽdi ad caſum, quo quis citatus perſiſtit in ægritudine, tunc enim ad domũ iuramentum eſt deferendum. Tertio probatur ex caſu notab. in l.ex agentib.C.de prin.agen.in reb.lib.12.vbi patet legem gñaliter dicentem, neminem pręrogatiuis conceſſis perſonis pp adminiſtratum officium gaudere debere, niſi id ad finem deduxerit, non extendi ad caſum, quo igitur ad finẽ deducere non potuit, quia ęgritudo ſuperuenit. Is enim pręrogatiuas itá ↄſequiẽ, ac ſi perfeciſſet. Quarto probatur ex caſu not.in l.j.§.& ſcimus. C.de Lat.lib.tol. vbi patet iura gñaliter volentia ſeruum ex domo repulſum, & cui denegata ſunt alimẽta, cẽſeri habitum pro derelicto, & igitur non eius dñium ante perdit, q̃ ipſum alter occupet, non extendi ad caſum, quo ſeruus exiſtens in ſeruitute excluſus eſt, & cum denegatione alimentorũ, tunc enim ipſe non cenſetur habitus pro derelicto, ita vt eius dñium primo occupãti concedatur, ſed ſtatim libertatem cõſequitur. Quinto probatur ex l.ſi longius.in prin.& l.iudex.ſ.de iudi.& l.licet.ſ.de arbi. & l.filiusfam.§.fi.ſ.de procur.& §. igitur propter aduerſam.Inſtit.de excu.tut.& l.j.C.qui morbo.& l.poſt ſuſceptum.& l.nõ ſolũ.§.fi.cum l.ſeq.& l.Philoſophi.§.aduerſa quoq; valitudo.j. de excu.tut.In quib.patet iura dicẽtia, iudicem ſeu arbitrũ, procuratorem, ſeu tutorẽ compelli ad finem deducere onus, ꝙ acceptauit, non extendi ad caſum, quo ſuperueniat ægritudo, tũc enim ab hmõi onere excuſati ſunt. ꝙ intellige. ſi ægritudo peritorum iudicio diu eſt duratura, ſecus ſi breui tempore, vt patet in l.prætor.§.& ſi poſt cauſam.j.de vac.& excu mu. Sexto probatur ex l.quæſitum.j.de re iudi. & l.2.§.ſi quis in iudicio.ſ.ſi quis cau.vbi iura dicentia, in aliquem vt cõtumacem procedi poſſe, ſi in termino a ius dicente ſtatuto copiam ſui non fecit, non extẽdi ad caſum, quo ægritudo ſuperuenit in citato, tunc enim ob ægritudines pręṫor diẽ iudicij iubet eſſe diffuſum. Septimo probatur ex l.j.ſ.de offi.ↄſul.& c.cum plures.de offi.deleg.in 6. vbi patet iura dicentia, vno ex iudicib.habẽtib.iuriſdictionem inſolidum præoccupante cognitionem alicuius negotij, alterũ non poſſe agnoſcere, non extendi ad caſum, quo in præoccupãte inchoatam proſequi poterit. Et ad idem quod habetur de procu. c.ſi duo.lib.6. Octauo idem probatur in c.qm̃ frequenter. vt li. non ↄteſt.vbi patet legem dicentem, teſtium examinationẽ fieri non debere ante lit.cõteſt.non extendi ad caſum, quo in ipſis ſuperueniat ægritudo, ex qua veriſimiliter habetur ſuſpicio de mortis periculo, tunc enim etiam ante ad eorum receptionem procedi poterit. Ad idẽ j.de Carb.edic.l.duæ ſunt cauſæ.in ver. aut decedens. Nono probatur ex c.præterea. de obſer.ieiu.vbi patet iura gñaliter mandantia, certis temporibus ieiunium, nõ extendi ad perſonam, quæ ægritudinem patitur. Illa enim inducit iuſtam diſpenſationis cauſam, quæ in quocunq; caſu, ſaltem ad cautelam peti debet, quia bonarum mentium eſt culpam timere.

ADDITIO.

a Ad caſũ quo. Adde & vide eundem Lud.in ſingu.ſuis ſig.415.vbi habes vnũ pulchrum dictum.

mere, vbi non eſt, vt ibi dicit tex.& ſunt verba Dy.Decimo pro-
batur ex l.arboribus.§.de illo.ſ.de vſufru.vbi patet iura gñaliter
dicentia,ex non vſu vſumfructum per fructuarium amitti,non
extēdi ad caſum,quo quis igitur opera ſerui non vtiť,quia ægri-
tudine impeditur.Et eſt ratio,quia vt alibi dicit tex.humanitatis
enim ratio illa eſt, vt nobis etiam ſeruire intelligantur. qui cum
ſeruire velint,ægritudine aduerſa impediti ſunt.j̃.de ſtatulibe.l.
cum hæres.§.Stichus.Et igitur dubium eſt, an ægritudinis tem
pore poſſint ſalarium petere. de quo in l.ſi vno.§. itē cum qui-
dam.ſ.loc.& in l.operæ.ſ.de vſufru.leg.vbi per Bar. & in l.liber
ti libertæq;.de ope.libe.vbi ponit d.Bal. Vndecimo probať ex c.
de electorib.& c.tua.& c.fi.de cle.ægro.& l.2.§ minus audiens.
& §.corporis debilitas.j̃.de vaca.mu.& l.2. & fi.qui mor.li.10.
C.& l.pe.cum l.ſeq. j̃.de leg.tut. Duodecimo probať ex l.quod
in vxorem.in prin.C.de neg.geſt.vbi patet iura dicētia,magnas
vxori impenſas factas caſu, quo illæ non debentur ſibi per ma-
ritum,puta quia promiſſam dotem non ſoluit, eſſe per maritū
repetibiles,vt patet ex his quæ no.in l.alimenta.C.eo.tit. nō ex-
tendi ad caſum,quo illæ factæ fuerunt in vxorem ægrotantem,
qm̄ maior humanitatis inducit tunc ratio, vt illæ donatæ præſu
mantur,ſi non præceſſit proteſtatio de reddendo. Decimoter-
tio probatur ex l.cum patronus.§.fi.l.hæ operę.in ver.ſicut.j̃.de
ope.libe.vbi patet iura gñaliter dicentia liberto ſeu vaſallo ope-
ras ſeruitiales a dño ſeu patrono induci poſſe, non extēdi ad ca-
ſum,quo ipſi aduerſa valitudine impediuntur,qm̄ tunc ab illa-
rum præſtatione excuſantur.Decimoquarto probať ex l.in me-
tallum.j̃.de pę.vbi patet legem dicentem iudicem, quod ſemel
diffinitiue pronunciauit,reuocare non poſſe, non extendi ad ca
ſum, quo ipſe in pęnā criminis impoſuit delinquenti onus ope
rarum reipublicæ præſtandarum. Si enim tunc condēnatus ad-
uerſa valitudine,quæ diu ſperať durare, illas præſtare impediať,
iudex ob id ſolet iubere vnum ex ipſius affinibus ſubrogādum.
Decimoquinto probatur ex l.qui cum vno.§.examinātur. j̃.de
re mili. Decimoſexto probať in l.iudicio.ſ.de procu. Decimoſe
ptimo probatur ex eo quod eleganter terminat Guil.de Cun.in
l.nullus clericus.C.de epiſ.& cle.dicēs per illum tex.in fi.& tex.
in Auth.iuſiur.quod præſta. ab his.ver.qui vero. vbi patet iura
gñaliter dicentia , quem de domicilio ſeu ciuitate propria eijci
non poſſe,non extendi ad caſum,quo ipſe ęgritudinem patiať,
quæ alios inficit ex contagione . Ille enim ex loco domicilij ſeu
ciuitatis eijci poterit,ne alios inficiat.Decimooctauo probatur
in c.ſi ægrotās.5.q.3.& in c.eps.& in c.placuit.18.diſt. vbi patet
gñaliter mandanti quem ad actum gerendum,non extendi ad
caſum,quo aduerſam valitudinem corporis patiatur, quia tūc
alium loco ſui poterit ſubſtituere. & propter hoc forte non be-
ne dicit gl.Io.And.in c.fi.in ver.non ſequendo. de re iudi.lib.6.
dicēs nullam eſſe ſnīam iudicis ab eo non ſedentis prolatam,ēt
ſi nō ſeſſio ab ægritudine ꝓueniat. Quadrageſimaquinta prin-
77 cipalis fallētia † eſt ꝑ perſonarum ſeu actuum multitudinem
Iſta probatur in l.j.§.q̃q̃.ſ.de teſt.vbi patet iura dicentia proba-
tionum copiā non debere coarctari,non extendi ad caſum,quo
quis ad ſui intentionem fundandam producit ineffrenatam te-
ſtium multitudinem,tunc enim iudex poteſt coarctare reducē-
do eam ad ſufficientem numerum pro ſui arbitrio.Sed quis eſt
78 iſte ſufficiens† numerus,quem arbitrari debet? Ius canonicum
dicit hāc effrenatam teſtium multitudinem reduci poſſe ad nu-
merum teſtium quadraginta, adeo quod non vltra debet extē-
dere. Tex.iuris ciuilis,quem pauci ſciunt,in l.quoties.C.de nau
frag. lib.11. ſimpliciter & æquius determinat reduci debere ad
numerum trium,quem ſumme no.ibi Bart. ad declarationem
d.l.j.ſ.de teſti.Probatur ex tex.ſing.in Auth.de tabel.ver.ſed nec
quęſtus. vbi patet iura gñaliter dicētia tabellionem cōpelli poſ-
ſe ad rogitum ꝯctus,ſuſcipiendaq; inſtrumenta,non extendi ad
caſum,quo ipſe impeditus ſit conficiendorum multitudine. Vt
enim dicit moraliter tex.melius eſt paucis bn̄ ſubuenire,q̃ mul-
tis periculoſe.& ita ad hoc notabiliter illum tex.alleg.Bar.in l.j.
j̃. fur. aduerſus nautas caup. Tertio probatur ex eo, quod ibidē
ipſe dicit volēs arg.illius tex.d.l.j.ver.viatorum.dicentem gñali
ter hoſpitem compelli ad ſuſcipiendos viatores,non extendi ad
caſum,quo ille occupatus ſit illorū viatorū multitudine. Quar
to probatur ex eo,quod determinat Bal.in j.ꝯſtitu.Digeſtorum.
§.itaq;.ad fi.dicens argu.illius tex. iura dicentia ſnīam ferri non
poſſe de nocte, vt in c.conſuluit.l.more Romano.ſ. de ferijs.&
l.non minorem. C.de tranſac. non extēdi ad caſum,quo iudex
ex ſnīarum nimia multitudine occupatus ſit.Tunc enim de no
cte pronunciare poterit.quod tamen ſane intelligendum arbi-
tror,niſi ea die forte inſtantiæ periret tempus, tūc enim ratione
imminentis periculi tolerarem hoc dictum,& non aliter,argu.
opti.ſ.de arbit.l.ſi de meis.§.fi.& l.ſi feriata.vbi patet arbitrum
die feriata pronūciare poſſe tunc,cum nō ſupereſt, niſi vna dies
temporis compromiſſi præfixi.& ſic in mora imminet pericu-
lum.Quinto probatur ex eo quod no.glo.ordi.in c.ſignificaue-
runt.in ver.effrenatam.de teſtib.dicens,iura dicentia ius dicen-
tem vſq; ad quartam dilationem cōcedere pro teſtibus proba-
torijs producēdis,iuxta c.vltra tertiam.de teſtib.& l.in pecunia-
rijs.de dila.non extēdi ad caſum,quo poſt dilationem primam,
intra quam producti ſunt teſtes ad ſufficientiā,petit quis ſecun
dam vel tertiā,intra quam producere vult teſtium nimiā multi
tudinē.Poteſt enim tunc ipſa dilatio poſtulata denegari. quod
no. Sexto probať ex caſu notabili in l.aut facta.§.fi.j̃.de pœ.vbi
patet iura imponentia pęnam pro aliquo crimine,non extendi
ad caſum,quo ius dicēs illo in loco præſidet,in quo reperit eius
loci homines circa tale delictum ſæpiſſime maiori pro parte de
linquentes,tunc enim ad refrenandum homines a tali delicto,
permiſſum eſt excedere pęnam a iure ſtatutam. Et huius eſt ra-
tio, vt alibi dicit canon,ſ. vt quos Dei timor & pęnæ paruæ im-
poſitio a malo nō reuocat,ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ.
Septimo probatur in c.latores.de cleri.excom.min.& in c.2.de
tēp.ord.& in c.comeſſationes.47.diſt.& in c.ordinationes.9.q.j.
& in c.quoties.el 2.j.q.7.& in c.nō ꝑt.& in c.ipſa pietas.23.q.4.
& in c.vt conſtitueretur.in fi.40.diſt.vbi patet iura gñaliter mā-
dantia delinquentes puniri.item & in pęnis,a iure ſtatutum nō
extendi ad caſum , quo coniunctim deliquit nimia multitudo.
Tunc enim quia oīs propter multitudinem iudicare nō poteſt,
ſolet inultum tranſire delictum,vel ſaltem diſpēſandi circa mi-
noritatem pęnæ, vt enim dicit notabiliter tex. in dictis iurib. vbi
non huius, vel illius hominis plurimorum numero ſtrages quę
ritur, ſeueritati iuris eſt aliquid detrahēdum, vt ſanandis malis
charitas ſincera ſubueniat. Octauo probatur ex eo quod no. gl.
in l.ſenatus. ver.reſtituerentur.ſ.de offi.præſi. vbi patet iura di-
centia peremptionem inſtātiæ præiudicium recuperabile affer
re parti,non extendi ad caſum,quo iudex intra inſtantiam pro-
nunciare non potuit, quia cauſarum multitudine extitit impe-
ditus. Tunc enim aduerſus lapſum temporis inſtantiæ concedi
tur in integrum reſtitutio , qm̄ facto iudicis decurſum ſit tēpus,
arg.ſ.ex quib.cau.maio.l.ſed & ſi per prætorem.in princ. Nono
probatur ex caſu l.fi.§.ſi plures.j̃.de bo.damna. vbi patet ſm ve-
rum intellectum gl.iura dicentia bona damnati nō niſi pro cer-
ta portione penes eius liberos remanere, nō extendi ad caſum,
a quo ex damnato ſuperſit plurima filiorum multitudo. Tunc
enim fauetur,& ſibi non portio,ſed oīa damnati bona applicā-
tur.Decimo probatur ex c.quod dilectio.& c.quia circa.de con
ſang.& affi. vbi patet iura dicentia difficilimum eſſe Principem
in diſpenſando circa matrimonium ꝯctum in gradu prohibito,
non extendi ad caſum,quo ex eo matrimonio abſq; diſpēſatio-
ne de facto ꝯcto proles plurima eſt, qm̄ tunc gratia euitandi ſcā
dali debet Principem facilem reddere circa diſpenſationem ip-
ſius matrimonij. Eidem vbi plurimæ perſonæ,ex loco vno ſup
plicantes forēt,quæ oēs in prohibito gradu matrimonium ꝯxe-
runt de facto. Vndecimo probatur ex his quę habentur in l.pro
latæ.C.in quib.cau.tut.hab. Duodecimo probatur ex tex.nota.
in l.in noīe Dñi.§.interea vero.C.de offi. præto. Afri. vbi patet
legem gñaliter dicentem ſuperioris ſtudium eſſe debere circa
ciuitatis ampliationem,non diminutionem,non extendi ad ca
ſum,quo ciuitas murorum habet multitudinem hominū,non
paucitatem, & ꝯñr tute cuſtodiri non poſſit . Tunc enim ſupe-
rioris officium eſſe debet circa murorum coarctationē, ſeu di-
minutionem ad hoc vt ex faciliori cuſtodia maior ſit intra ciui-
tatem ſecuritas.quod eſt ſumme notandū. Quadrageſimaſexta
79 † principalis fallentia eſt propter criminis immanitatē. Iſta pro
batur primo ad propoſitum Bal.no. in l.per oēs. C.de defen.ci-
ui. vbi patet iura dicentia iudicē audire debere aduocatū vniuſ-
cuiuſq; in ius vocati, cum illius rationē deducit in medium,nō
extendi ad caſum, quo aſſumit aduocatus patrocinium pro eo,
qui cōmiſit immane crimē lenocinij , vel aliās poteſt iudex illū
nō audire.& ad hoc illum text.no.Bal.allegat in auth.ſed nouo
iure.C.de ſer.fugi. Scđo probatur ex c.tanto. extra de ſimo. vbi
patet iura repellētia meretricem a facultate accuſandi in crimi-
nalibus,vel teſtimonium in his reddendi,non extēdi ad caſum,
quo quæritur de immani crīe,puta ſimoniæ,vel aliās. In hmōi
enim iudicio meretrix admittitur. Tertio probatur ex l.in quæ-
ſtionibus.j̃.ad legem Iuliam maieſta.l.mulierem. j̃.de accu. vbi
patet iura gñaliter repellentia mulierem a criminali accuſatio-
ne,non extendi ad caſum,quo crimē immane ſit,puta læſę ma-
ieſtatis, vel alias. Quarto probatur ex c. in fidei fauorem.& c.ac-
cuſatus.extra de hæret.in 6.& c.per tuas de ſimo. vbi patet iura
repellentia crimino ſos a teſtimonio,non extēdi ad caſum,quo
crimen ſit immane,puta hæreſis, vel ſimoniæ,tunc enim ob cri
minis immanitatem & fidei fauorem iſti alias inhabiles admit-
tuntur. Vlti.probatur ex doctrina Inno.in c.j.extra de cōſti. quē
ſæpe ſolitus eſt allegare do. Bal.& maxime in d.auth. ſed nouo
iure.dicentis,ratione enormitatis criminis puniendi licitū fore
iudici facere transgreſſionē legis pro eo delicto pęnā gñaľr im
ponentis. Et pro iſto dicto poteſt allegari tex.opti.in l.fi. ver.ſed

nec

nec ad hmōi.C.de mo.mulc.vbi pro eo videtur eſſe caſus.Scdo
tex.melior in c.Fęlicis.§.cęterum.de pę.lib.6.vbi expreſſe dicit,
propter immanitatē criminis creſcere debet eius pęna. Sed cer
te ꝯ verum,quia tex.eſt ſingularis,quod ad hoc,vt pro immani-
tate criminis augmentatiue poſſit fieri trāſgreſſio pęnæ legalis,
conſulēdus eſt ſuperior, qm̄ iudex ex ſeipſo hoc non poteſt, ita
eſt expreſſum in l.diuus. vlti.ſm cōem intellectum gl.ſuper ver.
non poſſunt.j̄.de fal.Et cum hac determinatione dicunt,intelli-
gi iura,quæ argumentatiue allego pro Innoc.Idem probatur in
c.mulier.15.q.j. vbi patet iura dicentia irrationale aīal non pu-
niri propter deficientiam intellectus, non extēdi ad caſum,quo
cum eo cōmiſſum ſit immane crimen, puta ſceleſtus ꝯcubitus.
Tunc enim rationale aīal & irrationale mortis pęna puniunr̄.
Vlti.probar̄ ex eo quod no.glo.ſing.ſuper ver.tanq̄ ad latrones.
in l.3.j̄.arb.furt. cæſa.vbi eſt expreſſum ſm cōem veram opi.vo
lentes corpus delinquentis iam mortui pęnæ ſubijci non debe-
re,licèt ꝯtrium ſeruent imperiti practicantes, non extendi ad ca-
ſum,quo crimen immane ſit,vt in latrone conſueto & famoſo.
Ille enim primum ſuſpēdi & poſtea beſtijs ſubijci debet, & hoc
vt alij pęna hac grauiſſima terreātur,& vt affines eius, in quem
crimen cōmiſſum eſt,ex hmōi pęnæ ſolatio dolorem mēte ob-
ijciant.& ita mirabiliter glo.illa intelligit l.capitalium.§.famo-
80 ſos.j̄.de pę.Quadrageſimaſeptima † principalis fallentia eſt pro
pter nimiam contumaciam.Iſta probar̄ ex eo quod no.gl.ſing.
in l.3.§.duas.ver.decedatur.j̄.de dam.infe. vbi patet iura gn̄ali-
ter dicentia,eum,ꝯ quem facta eſt miſſio in poſſeſſio.ex primo
decreto,nō debere exire ex re,ex qua eſt facta miſſio,imo in ea-
dem vna cum immiſſo ſtare debere, non extēdi ad caſum, quo
in eo,ꝯ quē eſt facta miſſio,adeſt nimia ꝯtumacia. Tunc enim
hæc eſt iuſta cauſa, vt iudex illi mādare poſſet exitum ex re, quę
ex primo decreto tenetur. Scdo probatur ex l. Fulcinius.§.fi.j̄.
in quib.cau.in poſſeſ.ea.vbi eſt expreſſum iura gn̄aliter dicētia,
miſſione in poſſeſſionē ex primo decreto facta, lucrari fructus,
non extendi ad caſum, quo immiſſio fit ob nimiam ꝯtumaciā.
Tertio probatur ex l.conſentaneum. ibi dum dicit, cogendum
eū,vt ſe repræſentet &c.C.quō & qn̄ iudex. vbi patet iura gn̄a-
liter dicentia nō eſſe locum remiſſioni ad locum ꝯctus, non ex-
tēdi ad caſum, quo quis ſortitus eſt forum ratione ꝯctus,& ad-
eſt nimia contumacia.Et ad hoc ita illum text.ſing.reddidit ibi
do.Bal.Quarto probatur ex l.relegati.j̄.de pę.& c.qm̄.frequen
ter.§.ſin autem.extra vt li.non cōteſt.vbi patet legem dicentem
contumaciam non debere eſſe pluribus pęnis punitam,non ex
tendi ad caſum,quo illa ſit nimia, qm̄ tunc nimietas contuma-
cię inducit cumulationem pęnę.Quinto probatur ex eo,quod
no.gl.ord.in l.ſed & ſi per prætorem.§. ſed ſi cum decreto.s̄.ex
quib.cau.maio.vbi patet ius dicens nemini audiētiam denega-
re debere,non extēdi ad caſum, quo ſit nimia contumacia, tūc
enim poteſt gn̄aliter in oīb. cauſis audientiam denegare. Qua-
81 drageſimaoctaua principalis † fallentia eſt propter remunera-
tionem. Iſta probatur ex c.quicūq; ſuffragijs.& c.eccle.12.q.2.
& c.per tuas.cum ibi no.de dona.vbi patet iura gn̄aliter dicētia,
prohibitam fore rerum eccleſiæ alienationem, non extendi ad
caſum,quo eas velit alienare ſuperior,vt eos remuneret,qui ec
cleſiæ grata opera impenderunt.Secundo probatur ex l. diuus.
ibi dum dicit, & ſi quid forte eguerint milites, deinde eis do-
nare.j̄.de bon. dam.l. in mulctarum. C. de mo. mulc. vbi pa-
tet iura generaliter volentia mulctarum ſeu pęnarum, quę de-
ueniunt ad rem publicam,ius dicens alienationem facere non
poſſe,non extēdi ad caſum, quo ipſe velit remunerare eos,qui
neceſſaria opera impēduntrei publicæ. Tūc enim mulctas ſeu
viles res,quæ ſunt inter bona eius,cū patrimonium ꝯfiſcar̄,poſ
a ſet in hmōi remunerationem conuertere [a]. Et ita intelligi debet
ꝙ no.Guil.de Cun.& Bar.in l.j.in fi.prin.s̄. de iuſti. & iu.& Bal.
in l.programa.C.cōml.vel epiſt.& idem Bar.in l.illud.de cano.
largi.& in l.j.C.de præbē.ſala.lib.10.Tertio probatur ex tex.no.
in l. cum nauarcorum. C.de naui.lib.11.vbi patet legem gn̄ali-
ter dicentem, neminem poſſe remittere onus ſolutionis tributi
reipublicæ debiti,non extendi ad caſum,quo ſuperior in remu-
neratione velit illi remittere, qui in aliquo neceſſario ſeruitio
reipublicæ gratus extitit. Quarto probatur ex l.2.§. poſtea cum
Appius.s̄.de orig.iu.& in l.nō omnis.§.fi.de re mili.vbi patet le
gem generaliter dicentem,delinquentes pœnis affici,non præ-
mijs,non extendi ad caſum,quo ipſi quid vtile pro republi.ege
rint,qm̄ tunc in remunerationem poterit ſuperior eis præſtare
pęnæ immunitatē,& etiam ipſos multis donare prę mijs.Quin
to probar̄ ex eo quod no.glo.in auth.vnde & ſi parens. C.de in-
offi.teſta.& in l.ſi donatione. C.de colla. vbi patet iura gn̄aliter
dicētia inter patrem & filium in poteſtate non cadere donatio-
nem, non extēdi ad caſum, quo donatio fit ob remunerationis
cauſam. An aūt inter cōiuges remuneratiua donatio ſit permiſ
ſa? vide l.quod aūt.§. ſi vir & vxor.l.quæ iam nup. & l.cum hic
ſtatus.§.ſi cum ſocer.& §.præced.s̄.de dona.inter vi.& vxo.& ꝙ
no.Pet.& alij poſt eum in l.ſi pater puellæ.C.de inoffi.teſta.Sex
to probar̄ ex l.vnius libertus.j̄.ſi quid in fraudem patro.vbi pa-
tet legem dicētem patronum donata per libertū,vt in eius frau
dem alienata,poſſe reuocare,non extēdi ad caſum, quo fiat per
libertum remuneratiua donatio, tūc enim cenſer̄ ceſſare fraus.
Septimo probatur ex l.ſi vero non remunerandi.§.Papinianus.
s̄.mand.vbi conſtat legem generaliter dicentem, donationem
in dubio non præſumi,non extendi ad caſum, quo aliquid præ-
cedit dationem ſimpliciter factam,quod quidem de honeſtare
remunerationem requirit.Tunc enim ſimpliciter datum in re-
munerationis cauſam cenſetur donatum. Octauo probatur ex
l.ſi patrem.§.ſi quis aliquem.iuncta gl.in ver. irreuocabilis.j̄.de
dona.vbi patet legem gn̄aliter dicentem,ex ingratitudine factā
b donationem poſſe reuocari,non extēdi ad donationem [b] remu
nerationis cauſa factā. Nono probatur per tex.in l. Attilius Re-
gulus.eo.tit.& in auth.eo decurſum.C.de dona.ante nup. & in
l.fi.circa principium,cum glo.ſua.C.de iure do.vbi patet legem
dicētem,exceſſiuam donationem inſinuationem requirere,nō
extēdi ad donationem ob remunerationis cauſam factam. Vlt.
probatur ex eo,quod no.do.Bal.in l.ſi vnq̄.C.de reuoc.dona.di
cens declarando illam legem,ꝙ eius diſpoſitio volens donatio-
nē oīum bonorum,vel maioris partis reuocari per ſuperueniē-
tiam liberorum, non extēdi ad donationem remuneratoriam.
quod eſt notandum.Idem probar̄ in l.metum.§. ſed licite. s̄.qd̄
met.cau.vbi apparet non deſtruendo aliter literam,ꝙ iura pro
pter metum gn̄aliter reſcindentia contractum donationis,pro
ut alium quemlibet, non extenduntur ad caſum, quo donatio
metu facta eſt remuneratoria,quod eſt notandum.Quadrageſi-
82 manona principalis fallentia † eſt propter concedentis,ſeu con
ferētis amplam dignitatem.Iſta probatur ex tex.in l.2.j̄.de albo
ſcri.& c.per tuas.de maio.& obe.& quod no.glo.eo.titu.c.j.vbi
patet iura generaliter dicētia,promotum ad dignitatem poſte-
rius poſtponi debere promoto prius,non extēdi ad caſum,quo
promotus poſterius eſt promotus ab eo, qui eſt in maiori excel
lentia dignitatis,q̄ ille,qui fuit promotor prioris.vnde eſt argu-
mentum ad doctoratum promori per Imperatorem, quàm uis
poſterius preferri debet alijs promotis ab inferioribus,quamuis
illi prius.Secūdo probatur ex caſu notabili in c.ſi a ſede,de præ-
ben.in 6.vbi patet iura generaliter dicentia locum eſſe gratifica-
tioni in altero ex duobus impetrantibus beneficium vacans ac
ceptando,& non apparet cui eorum facta ſit collatio,non extē-
di ad caſum,quo eorū vni facta eſt collatio a Principe,alteri ve-
ro ab inferiore.Tunc enim propter conferentis maiorem præ-
rogatiuam ille,cui Princeps contulit.preſumitur in collatione
prior.Tertio probatur ex c.hi qui authoritate.de pręben.lib.6.
vbi patet iura dicentia receptum per prius,potiorem eſſe deb e-
re in optione vacantis præbendæ,non extēdi ad caſum,quo re-
c ceptus per poſterius eſt receptus authoritate Principis [c], aut eius
legati. Ille enim præfertur recepto per prius authoritate inferio
83 ris,quod eſt notandum. Quinquageſima principalis † fallentia
eſt propter nouam rei ſuperueniētiam.Iſta probatur ex tex.no-
tabili, ſecundum vnam lecturam, quam ibi ponderat Bart.in l.
admonendi.s̄.de iureiurando. vbi patet iura generaliter dicen-
d tia [d], productionem inſtrumentorum non admitti poſt conclu-
ſum in cauſa,non extēdi ad caſum,quo illa ad manus partis no-
uiter deuenit.Illorum enim productio etiam poſt admittitur.
Secundo probatur ex l.eleganter.§.ſi quis poſt.s̄.de condic.in-
debi.& l.2.in gloſ. C.de conſortib.eiuſdem litis. & l.ſi alter.s̄.de
iudi.& l.non diſtinguemus.§.cum quidam.s̄.de arbit.in c.inſi-
nuante.de offi.deleg.& in c.paſtoralis.de exceptio.& in c.nulli.
& in c. vt circa. de electio. lib. 6. vbi patet iura dicentia gene-
raliter exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam opponi non
poſſe poſt litem conteſtatā,non extendi ad caſum,quo illa poſt
litem conteſtatam nouiter ſuperuenit, quod declara vt dixi s̄.
eodem

ADDITIONES.

a Conuertere.Et vide eundem Ludo.in l.de diuiſione.in fi.ſupra eo.& in conſi. 328.& Moder.in c.cum in officijs.extra de teſtamen.

b Ad donationem.Adde & vide eundem Lud.in conſi.295.

c Principis.Et doctorati ab Imperatore præferantur alijs,vide tex.& glo.fi.in l.reſtituendæ.C.de aduo.diuer.iudi.& Ludo.met,ſupra in 9.fal.& Domini. in c.hi qui authoritate.de præben.lib.6.& in conſi.328.circa fi.& in ſuo nota.294.& intellige prædicta cęteris paribus,iuxta tex.in Authen. de mon.§. ordinationem.& ibi no.Nico.de Neapo.facit tex.cum ibi no. in l.vndecunque.in princi.in ver.niſi forte.C.de proxi.ſac.ſcri.lib.12. facit etiam gloſ. in l.iubemus.§.& filios.in verſi.ſumptibus. in verſi.& quòd alijs, & æquè bonis. C.de aduo.diuer.iu. & eundem Ludo. infra in fal.54.in fi.

d Dicentia.Adde ad hanc fal.& vide eundem Ludo.in rubr.l.hæres quandoque. infra de acquiren.hæredi.& Bal.in l.caſus.C.de teſtamen. vbi propter ſuperuenientes excommunicatos poteſt ſuſpendi officium miſſæ.& eundem in l. 3.C.de libe.& eorum liber. vbi exempti propter ſuperuenientem ingratitudinem poſſunt in priſtinam ſubiectionem reuocari.& vide Ang. in l.diuus.in princi.ſupra de peti.hæredi.

eodē.l.ſi mulier. Tertio probatur ex eo quod eleganter determi
nat Bal.referendo Dy.in l.inuitus.C.de procura. dicens conſti-
tutionem volētem in cauſa nullitatis nouas probationes admit
ti non debere, vel appellationē ab interlocutoria iuſtificari non
poſſe ex nouis cauſis, non extendi ad caſum, quo nouiter nouæ
cauſæ, vel probationes emergunt. Iuſtum eſt enim, vt nouiter
ſuperuenientia nouum habeant auxilium.ſ.de interrog. act.l.
de ætate.§.ex cauſa. de iura.calum. c.cæterum. Quarto proba-
tur ex l.2.§.fi.C.ſi ſæpius in integ.reſtitu.poſtu.vbi patet iura di-
centia poſtulationem reſtitutionis in integrum non poſſe itera-
ri, non extendi ad caſum, quo nouæ cauſæ reſtitutionem iuſtifi-
cantes ſuperueniant illius poſtulationem iterare volenti. Quin
to probatur in l.ſi a te.de excep.rei iudi.& l.ſullo.ſ.de condic.ſi-
ne cau. vbi patet iura dicentia exceptionem rei iudicatæ perpe-
tuam eſſe in fauorem, pro quo ſententia eſt prolata, non exten
di ad caſum, quo poſt ſententiam ſuperueniat noua cauſa eius
cauſæ, ſuper qua ſentētia fundabatur extinctiua. Exemplum po
ne, iudex abſoluit Titium rei vendicatione conuentū ex ea cau-
ſa, quia nō poſſidebat, certe tunc ſi poſt rem iudicatam Titius
poſſidere incipiat, poterit efficaciter cōueniri, nec ſibi exceptio
rei iudicatæ ſuffragabitur. Sexto probatur ex l.tigni.§.ſi quis cū
poſſideat.ſ.ad exhiben.& l.ſin autem.§.quod ſi decre.ſ. de rei
vēdi.& in c.pe.de excel.& l.vti frui.§.ſi poſt litem.ſ.ſi vſusfru.pe
ta.& l.ſi ſeruus.ſ.de cō.ſur.& l.fi.j.rerum amo. vbi patet iura di
cētia inceptum iudicium finē accipere debere, nec agentem in
præiudiciū rei inuiti poſſe pęnitere, non extendi ad caſum, quo
eo pētēte ſuperueniat cā eius iudicij extinctiua. Exemplum po-
ne, matrimonium eſt ſolutum diuortio, inſtitutum eſt iudiciū
reſti.dotis, eo pēdente matrimonium eſt reintegratū, certe per
reintegrationē matrimonij ſoluīt dotis iudicium. Septimo pro-
batur ex l.ſi rem.§.omnes.ſ.de pig.actio. & l.ſi mandauero.al's,
ſi tibi mādauero.la piccola.ſ.manda.vbi patet iura dicētia nul-
lum fore iudicium inſtitutum per carentem actione, non exten
di ad caſum, quo pēdente iudicio illa ſuperueniat. Pro cuius tū
declaratione videnda, quæ hoc anno dixi in l.Titius.j.de ver.ob
li. Octauo poteſt probari ex c.venerabili.de offi.dele. & c.grādi.
de ſupplen.negli.pręla.in 6.poteſt etiam probari ex multis, quę
in ſuperioribus fallentijs deduxi. Quinquageſimaprima princi-
24 palis † fallētia eſt propter iuſtam ſeu probabilem ignorantiam.
Iſta probatur primo ex toto tex.no.in c.2.& c.ex tenore.qui filij
ſint legi.& l.qui in prouincia.§.diuus.de ri. nup. & ex eo quod
no.gl.in l.qui cōtra. C.de inceſt.nup. vbi patet iura generaliter
dicentia natos ex inceſt.nup.illegitimos cenſeri, non extendi ad
caſum, quo matrimonium q̄uis illegitimū per ignorantes ꝯctū,
etiā ignorantes cauſam illegitimitatis, adeo vt ad faciendū cen-
ſeri filios legitimos ſufficiat alterum coniugū in ignorantia con
ſtitutum, vt eſt caſus nota.in d c.ex tenore.quicquid not.glo.in
d.l.qui contra. Quod tamen limita ſm̄ tex. nota.in c.inhibitio.
de clandeſt.deſpon.impu. Scđo probatur ex eo, quod no.glo.or
di.in l.j.j.de recep.vbi patet iura dicētia receptatores delinquē-
tium acriter puniri, non extendi ad caſum, quo receptatio delin
quentis facta eſt ignoranter. Dicit enim Imperator, ſcientē non
autem ignorantem volumus obligari, in l.generali.C. de tabu.
lib.10. vnde ſtatutum puniens receptantem bannitum, non ex-
tenditur ad receptatorem ignoranter.& concludit Bar.in l.om-
nes.C.de agri.& cenſi.lib.11.& in l.j.C.de colo.Illyr.eo.lib. Ter
tio probatur ex c.ſi vero aliquis.de ſent. excom. & eo quod no.
glo.in l.ſi ignorans.ſ.loca.vbi patet iura dicētia ipſo facto excōi
catū eſſe eijcientē in clericum manus violentas, non extendi ad
inijcientē ignorantem illum clericum eſſe. Quarto probaī ex l.
item apud Labeonē.§.ſi quis virginem.j.de iniu.vbi patet iura
dicentia appellantem virginē, iniuriarum teneri, non extēdi ad
caſum, quo ignoraī mulieris virginitas, & iuſte puteī eius mere
tricaria qualitas. Quinto probaī ex c.genera.de reſcrip.in 6.vbi
patet iura dicentia generaliter impetrationem beneficij cenſeri
ſubreptitiam, ſi taceatur per impetrantem beneficium ſibi col-
latum aliud non extēdi ad caſum, quo impetrator alterius ſibi
collati iuſtam prætendit ignorantiam. Sexto probaī ex cle.eos.
de cōſang.& affi.& l.ſi adulterium cum inceſtu j.de adul.& d.l.
qui ꝯ. vbi patet iura punientia ꝯhentes inceſtas nuptias, non ex
tendi ad eos qui inceſtus cauſam ignorant. Septimo probatur
ex l.ſi forte.ſ.de offi.præſi.vbi patet legem dicentē aduentu ſuc-
ceſſoris finiri iuriſdictionem magiſtratus præcedentis, non extē
di ad caſum, quo præcedens magiſtratus ſucceſſoris ignorat ad
uentum. Tunc enim valēt ea, quæ vi iuriſdōnis volūtarię agit,
vt ibi eſt tex.notab. Octauo probaī ex eo quod no.gl. in l.error.
C.de iur.& fac.igno.& in c.paſtoralis.extra de exce.vbi patet iu-
ra dicentia declinatoriam ſeu dilatoriam exceptionem opponi
non poſſe poſt litem conteſtatam, vel alium præfixum termi-
num, non extendi ad caſum, quo, cum agitur intra terminum,
non fuit oppoſita, quia ignorabat competere, tunc enim etiam
poſt pōt opponi. Et ad idem d.c.nulli.& d.c.vt circa. Nono pro-
batur ex c.ad probandum.de re iudi.& l.Barbarius.de offi. præ-
to.C. de teſtam l.i.3.q.7.§.tria.& in l.2.C.de ſenten. In quibus
patet actum factum per illum, qui ad eum celebrandum eſt in-
habilis, ſuſtentari, ſi eius inhabilitas ignoret, & inhabilis eſſe pu
tetur. Et ſic ratione cōmunis ignorantiæ leges dicentes actum
factum ex inhabilitate perſonæ, aliàs corruere, reſtrictionem re
cipiant. Decimo probatur ex c.ad apoſtolicam.de cle. ægro.vbi
patet iura generaliter dicentia ſacerdotem ab officio diuino ſu-
ſpenſum miniſtrātem effici irregularem, non extēdi ad caſum,
quo quis probabiliter ſuſpectionem ſui ignorat. Vndecimo pro
batur ex c.ſi feudum vaſallus ignorans. ſi de feu. fue. contro.in
ter domi.& agna. in vſibus feudo. vbi patet iura dicentia vaſal-
lum vel emphyteutam ius feudi, vel emphyteuticum perdere,
cū illud ſine cōſenſu domini alienat, non extēdi ad caſum, quo
alienatio facta eſt per ignorantem rem eſſe feudalē vel emphy-
teu. Duodecimo probatur ex c.vaſallus feudum.eo.titu.vbi pa-
tet iura dicētia vaſallum vel emphyteutam negantem rem feu-
dalē vel emphyteuticam eſſe ius feudi vel emphyteuſis perde-
re, non extendi ad caſum, quo ipſa negatio procedit ex ignoran
tia. Decimotertio probatur ex eo, quod no.gloſ.ordi.& fi.in l.2.
C.de iure emphy.& Dyn.in c.cum quis.de regu.iur.in 6.& alij
in l.qui in alterius. j.eo.tit. vbi patet iura dicētia emphyteutam
non ſoluētem canonem intra tempus præfixum, ius emphyteu
ſis amittere, non extēdi ad caſum, quo ſolutio non eſt facta, eo
quia ignorabatur rem eſſe emphyteuticam, tunc enim ex æqui
tate aduerſus iuris emphyteutici amiſſionē conceditur in inte
grum reſtitutio. Decimoquarto probatur ex eo, quod no.gloſ.
in l.cum filius.§.in hac.j. de verbo.obliga. vbi patet iura dicen-
tia hæredem facientem ea, ad quæ non facienda teſtator ſe obli-
gauit ſub pęna, in pęnam incidere, non extendi ad caſum, quo
ea faciat ignorāter, tunc enim de æquitate aduerſus incurſum
pęnæ ſibi competit in integrum reſtitutio. Decimoquinto pro
batur ex tex.quem ibi ſumme no.Bar.in l.j.§.ſi quis autem pro
pter.de itinere actuq; priua. vbi patet iura dicentia præſcriptio
ne ius agendi ſubmoueri, non extendi ad caſum, quo aduerſus
ignorantem actionē ſibi competere, cucurrit præſcriptio, quo-
niam tunc quamuis ſuccurrerit ipſo iure.l.fina.ad fi.C.de præ-
ſcriptio.longi temporis. tamen de æquitate conceditur lapſus
temporis reſtitutio. Et idem probatur in l. Attilicinus. ſupra de
ſerui.ruſticorum prædiorum. & ex eo quod no.in l.ſi patrem.
§.ſi per fundum.ver.non vtendum.ſ.quemadmo.ſerui.amit.&
in l.omnes.verſi.milia.C.de pręſcriptio.triginta annorum. De-
cimoſexto probatur ex l.ſi ideo.C. de his quibus vt indig. & l.j.
§.occiſorum.j.ad ſenatuſconſultum Sillanianum. vbi patet iu-
ra punictia hæredem non vindicantem necem defuncti, & ſer-
uos non offerentes auxilium domino, quem alter aggreditur,
non extēdi ad caſum, quo igitur vindicatio facta non eſt, vel au-
xilium non eſt oblatum, quia ignorātur occiſores defuncti, vel
aggreſſores domini. vnde ſtatutū puniens ſyndicos non denun-
ciantes maleficia commiſſa, non extenditur ad non denuncian
tem ex ignorantia, vt not.Barto.in l.diuus Pius.ff.de cuſtodia &
exhibit.reorum.& in l.ſemper aduerſus.§.interdum.per ſinem
illius text.j. quod vi aut clam. Decimoſeptimo probatur ex l.j.
§.ſi mulier.j. de liberis agnoſcendis. vbi patet iura certo modo
mulctantia mulierem, quæ poſt diuortium intra triginta dies
marito, a quo diuertit, non denunciat ſe ex eo fore prægnātem,
non extēdi ad caſum, quo denunciatio facta non eſt, ex eo quia
ſe pręgnantem ignorauit. Decimooctauo probatur ex eo quod
not.Barto.j.ad Sillania.l.ſi quis in graui.§.vtrum.& in l.ſi is qui.
§.quod ſi ſeruus.j.de acquiren.rer.domi.& quod no.in l.2.j.de
conditio.& demonſtra.vbi patet conſtitutiones præmiantes ca
pientes, vel occidentes bannitos, non extēdi ad caſum, quo quis
occidit bannitum ignorans eius bannum. Ad hoc enim vt con
ſequatur præmium, neceſſe eſt eum ſcire bānitum fore, & prin-
cipaliter ex cauſa banni occiſionem ſequi, non autē ex alia, pu-
ta, ſi eum occideret ad ſui defenſionem. & idem dicit in l.nulla
macula.C.de dela.lib.10.& de hoc dicas, vt al's plene dixi in d.§.
vtrum.iam ſuperius allega. Decimonono probatur ex eo quod
idem no.in l.fi.j.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.vbi patet conſtitutionē
dicentem, non poſſe cognoſcere rectorem de maleficijs, quorū
a die commiſſionis iam eſt lapſus annus, non extēdi ad caſum,
quo intra annum nō fuit cognitum, quia ignorabaī cōmiſſum
maleficiū. Quæ quęſtio dubia eſt & de ea dic vt pleniſſime dixi
in d.l.j.§.occiſorū.j.ad Silla. Vigeſimo probatur ex c.vt aīarum.
de conſti.in 6.& in l.fi.j.de decre.ab ord.faciē.& qđ plene nc-ʼn
c.cognoſcentes.extra de conſti. vbi patet iura gn̄alr dicētia con-
ſtitutiones municipales quoſcunq; ligare, non extēdi ad ignorā
tes illas probabiliter. quod examinatur ēt in l.cunctos populos.
C.de ſum.trin. Vigeſimoprimo probatur ex l.qui cum vno.§.fi.
j.de re mili. & l.qui commeatus.§.tyroni.eo.tit. vbi patet iura di-
cētia puniēdos milites non obſeruantes conſuetudines, non ex-
tēdi ad tyrones.i.nouellos cōmilitones, quib.ignoranib.ob no-
uitatem

uitatem gradus militiæ, militares conſuetudines. Idem eſt in ci
uibus nouellis, quibus ignoſcitur, ſi tranſgreſſores fuerint conſti
tutionum loci, ad cuius ciuilitatē nouiter ſunt electi. Ob nouita
tem enim iuſtam prætendunt ignorantię cauſam. & ita per illū
tex. dicebat d. Bal.[a] Vigeſimoſecundo probatur ex eo quod no.
Bar. in l. filio præterito. ĵ. de iniuſ. teſta. & in l. j. ĵ. de iure codi. di
cens tex. ex cauſa. C. de libe. præte. dicentem præteritionem filij
teſtamētum irritare quo ad inſti. non autem quo ad legatum,
non extendi ad caſum, quo teſtator ampla legata faciēs filium
præterijt ignoranter, puta quia ignorabat vxorē prægnantē, vel
eum deceſſiſſe. Tunc enim filio exiſtēte, etiam quo ad legata te
ſtamentum irritatur, quia non eſt veriſimile patrem amplis le-
gatis eius patrimonium diſtraxiſſe, ſi filiū eum habuiſſe ſciuiſ-
ſet. Quod ēt tractat d. Bal. in l. Titius. ĵ. de libe. & poſthu. & l. mi-
litis codicillis. §. miles in ſupremis. ĵ. de teſta. mili. & eſt valde du
84 bitabile, & pro nūc aliter non examino. Vigeſimotertio† proba
tur ex l. ſicut certi. & l. ſi cum vel in vtero. C. de teſta. milit. & in
d. §. miles in ſupremis. & l. ſi filiusfam. eo. tit. vbi patet legem di
centem præteritionem filij factam a milite haberi pro exhære-
datione, non extendi ad caſum, quo præteritio facta fuerit igno
ranter. Tunc enim pro præteritione eſt, & irritatur teſtm̄. Vige-
ſimoquarto probatur ex caſu valde nota. in l. fi. ĵ. de leg. 2. & l. fi.
ſ̄. de tranſac. vbi patet iura generaliter dicētia, alienationem re-
rum fideicōmiſſo ſubiectarum factam per hęredem irritam cē
ſeri, non extendi ad caſum, quo illam fecerit ignoranter. Vigeſi
moquinto probatur ex l. fi. C. de liti. & l. ſi in emptione. §. ſi em-
ptor. ſ̄. de ꝯhen. emp. Vigeſimoſexto probatur ex c. 2. & fi. de or-
di. ab epiſ. & in c. innotuit. extra de ele. Vigeſimoſeptimo proba
tur ex l. Theodorus. quæ eſt l. 2. C. ad Maced. & l. ſi quis in patrē.
ſ̄. eod. titu. & l. ſi mulier. ſ̄. ad Vellei. vbi patet iura dicentia, fi-
liumfamilias recipientem mutuum, tutum eſſe exceptione Ma
cedoniani, vel mulierem intercedentem tutam eſſe exceptione
Velleiani, non extēdi ad caſum, quo mutuans, vel ipſe, pro quo
mulier interceſſit, iuſte ignorabat illū eſſe filiumfamilias, & mu
lierem, puta quia filiumfamilias eſſe ſui iuris, vel mulierem eſſe
virum rōne virilis habitus. tunc enim dictarum exceptionum
beneficium locum non habet. Vigeſimooctauo probatur ex c.
quoniam multos. 11. q. 3. & c. inter alia. extra de ſen. excom. vbi
patet iura punientia cōicantē excōicato, non extendi ad caſum,
quo illi cōicat aliquis ignoranter. Vigeſimonono probatur ex
c. conſuetudo. 8. diſt. & c. presbyterorum. diſt. 56. & c. ſi quis de-
derit. 24. q. j. Trigeſimo probatur ex l. pen. & l. fi. ĵ. de adult. & ad
propoſitum poſſet etiam adaptari quæſtio Bar. ibi de occidente
illum, quem credebat bannitum, ignorante bannitū illegitime,
vel a banno abſolutum. Trigeſimoprimo probat̄ ex l. demum.
ſ̄. de ꝯhen. emp. quæ no. Quinquageſimaſecunda principalis
85 † fallētia eſt propter cauſæ concluſionem. Iſta probatur in c. pa-
ſtoralis. de cauſa poſſ. in clem. vnica. eo. titu. vbi patet iura gene-
raliter dicentia, in fauorem ſpoliati eſſe conceſſum ſuſpēdi poſ-
ſe per eum petitorium, & nouiter mouere poſſeſſorium, nō ex
tēdatur ad caſum, quo poſſeſſorium moueatur poſt concluſio-
nem in cauſa factam ſuper petitorio. Secundo probatur ex eo,
quod eleganter dicit Bar. in l. is qui reus. ad fi. ĵ. de publi. iudi. vo
lens generaliter legem dicentem accuſatum de crimine inſcri-
bere poſſe ſe in accuſatione maioris, vel paris criminis contra
alium, vt in l. negāda. C. qui accu. non poſ. non extēdi ad caſum,
quando inſcriptio fieret poſt concluſum in cauſa ſuper accuſa-
tione facta de ſe. Tertio probatur ex tex. in c. auditis. de procur.
vbi patet iura dicentia ſententiam latam cum procuratore re-
uocato, reuocatione notificata legitime, nullā eſſe, vt plene no.
in c. mandato. de procu. l. abſentem. ſ̄. eo. tit. l. vnica. C. de ſatiſd.
non extendi ad caſum, quo notitia reuocationis habita ſit poſt
cauſæ concluſionem. Quarto probatur ex eo, quod no. gl. ſing.
in l. ſi rem. §. quod licet. ſ̄. de euic. vbi patet iura dicētia, quòd ad
hoc vt habeatur recurſus de euictione, ſufficit præcedētem cau
ſam oneroſam notificare, licèt motā authori ſuo quocunq; tē-
pore, non extendi ad caſum, quo notificatio facta foret poſt cō
cluſum in cauſa mota aduerſus eum. Quinto probatur ex eo ꝙ
terminat Bar. in l. ſi mater. §. eandem. ĵ. de excep. rei iudi. dicens
iura dicentia ius ſuperueniens ex cauſa de præterito ipſi agenti,
pendente iudicio inducere conualiditatem iudicij ab initio nul
liter inſtituti, non extendi ad caſum, quo ius ipſum nouiter ſu-
perueniat poſt concluſum in cauſa. Vltimo probat̄ ex eo, quod
notabiliter dicit Io. And. in nouella, in c. cū dilectus. de ordi. co-
gni. dicens iura dicētia ex cauſa ſuſpicionis proueniente poſt li-
tem conteſtatam iudicē, vt ſuſpectum recuſari poſſe, non extē-
di ad caſum, quo illa ſuſpicionis cauſa ſuperueniat poſt conclu
ſum in cauſa. quod dictum aliàs plene declaraui in notabilibus
86 meis extraordinarijs. Quinquageſimatertia † principalis fallen
tia eſt propter antiquitatē. Iſta probatur primo ex eo, quod no.
glo. in l. cum quis. ſ̄. ſi cer. peta. vbi patet iura dicētia paribus exi-
ſtentibus hincinde probationibus teſtium ſnīam ferri pro reo,
cum iura inclinent magis ad abſoluendum, vt plene patet in l.
ob carmen. §. ſi teſtes. ſ̄. de teſtib. & in c. in noſtra. eo. tit. non ex-
tendi ad caſum, quo cum paritate numeri teſtium altera ex par-
tibus concurrit præualentia ſenectutis, tunc magis credendum
eſt ſenioribus, q̄ iunioribus. Secundo probatur ex l. vnius facino
ris. & l. j. §. i. ĵ. de quæſtio. vbi patet iura generaliter dicētia, datis
pluribus, contra quos eſt præſumptio de cōmiſſo delicto, ius di
cens non poſſe gratificare in eo, in quo facere vult initium tor-
turæ, non extēdi ad caſum, quo inter ſuſpectos ſint ſenes & iuue
nes, tunc enim tortura a iunioribus initium ſumere debet. Ter
tio probatur ex l. fi. ĵ. de fi. inſtru. vbi patet legem dicentem plu-
ribus exiſtentibus inſtitutis hęredibus tabulas teſtamenti depo
ni debere penes eum, qui maiori ex parte eſt inſtitutus, vel data
portionum qualitate eſſe arbitrium iudicis. l. cæterę. ver. fi. ſ̄. fa-
miliæ erciſ. non extendi ad caſum, quo inter hæredes ſit gradus
antiquitatis & iuuentutis, tunc enim antiquiori eſt cuſtodia cō
mittenda. Et hoc eſt quod dicit tex. in l. cum pater. §. pater pluri
bus. de lega. 2. patrem pluribus hæredibus inſtitutis cuſtodi am
clauium & annuli relinqui debere filio maiori natu. Et ita illū
b tex. no. d.[b] Bal. in l. procura. C. de edēdo. Quarto probatur ex eo
quod no. Inno. in c. j. de maio. & obe. & Bar. eum referens in l. j.
ĵ. de al. ſcri. dicens iura volentia conuocationē collegij, ſeu red-
ditionem ſuffragij pertinere primo loco ad eius priorem, nō ex-
tendi ad caſum, quo prioris defectus eſt. Tunc enim in his agē
dis ſubrogatur ſenior. Et hoc eſt quod dicit tex. in l. 2. C. de præ-
fec. præt. lib. 12. Hoc eſt etiam, quod alibi dicit tex. ſi is enim gra-
dus cæteros antecedat. quem labor prolixior & ſtipēdia longio-
ra fecerint ante ire. C. de offi. mag. of. l. nemo. & C. de tyroni. l. fi.
lib. 10. Hinc etiam dicit tex. illum. in locum decedētis quo ad di
gnitatē, vel officium ſubrogandum eſſe, qui antiquior reperit̄.
j. eo. 74. diſt. c. ēporum. & in c. epiſcopi. 24. diſt. quod tamē intel
lige, niſi minor in collegio ſuperiorem ſuperet virtute & boni-
tate, tunc enim ille præferendus eſt antiquiori, vt in §. ordinatio
nem. in Auth de mona. & d. §. ēporum. Et hoc, ꝙ iunior ſenio-
rem virtute ſuperet, requirit probationē per teſtes 15. vt eſt tex.
ſing. in l. vnicuiq;. C. de proxi. ſac. ſcri. lib. 12. & vt quandam bre-
87 uem ſummulam de antiquitate faciamus. Scire debes † primo,
ꝙ antiquitati defertur in conſilijs quærendis, 20. diſt. c. de quib.
vbi dicit, ꝙ ſi nihil ſcriptum repetiri poterit, ſeniores prouinciæ
congregandi ſunt. Eius enim rei veritas facilius inuenitur, quæ
a pluribus ſenioribus quæritur, & ideo non immerito Iuriſcō.
ĵ. de lega. 3. l. ſi chorus. §. j. loco authoritatis allegauit ſe audiuiſ-
ſe ruſticos ſenes dixiſſe pecuniam ſine peculio fragilem eſſe. Il-
lum tamen ſeniorem non intelligas, qui ſola ætate abundat, &
non prudētia, dicit tex. 84. diſ. c. porro. dū dicit, presbyteri enim
ſeniores pp prudentiam, non pp ætatem appellantur, licèt præ-
ſumptiue ſenex prudens iudicetur, vt ibi dicit tex. gloria ſenum
eſt canities. canities enim ſapientiam arguit. & alibi dicit text.
26. alias 31. q. 4. c. ſciēdum. ſic, ſcilicet nemo dæmonum ſapien-
tiam miretur, ob longitudinem enim temporis, qua in omnem
ætatem producti ſunt, maiorem habent rerum geſtarum expe-
rientiam ea, quæ poteſt terrenis hominibus propter vitæ breui
tatem prouenire, vnde nō immerito dr̄ ſeniorum ſnīam melio
ri ratione fundatam, antiquiori præferri, vt patet C. de offi. rect.
prouin. l. potioris. ſ̄. de ꝯd. ob cau. l. 3. §. ſed ſi ſeruus. Non enim
antiquioribus fit iniuria, ſi iunioribus eſt perfectius veritas reue
lata, vt ibi dicit tex. Et alibi dicit pulchre, ſi cum aliquorū libros
lego, & ſi eorum authores, quantalibet ſanctitate vel authorita-
te polleāt, non enim verum puto, quia ipſi dixerūt, ſed quia per
probabiles rationes, quæ a vero non abhorreāt, id mihi perſua-
dere poterunt. 9. diſt. c. ego ſolis. Et alibi dicit ſic, nō qui maior
fuerit in honore & antiquitate, ille eſt iuſtior, ſed qui fuerit iu-
ſtior, ille eſt maior. 40. diſt. c. multi. & alibi ſic, non enim gradus
elegātior ob antiquitatem, vel aliter, ſed vitæ melioris actio cō-
probat̄, 23. q. 4. c. ſicut. & 16. q. j. c. ſunt nonnulli. Et alibi ſic, viliſ-
ſimus computandus eſt, niſi præcedat ſcientia & ſanctitate, qui
eſt antiquitatis onere, vel aſs preſtantior. j. q. j. c. viliſſimus. Et ali
bi ſic, poterit enim qn̄q; vnius, ſeu deterioris ſnīa, quia fortiori
ratione roborata plurimorum meliorum ſnīam ſuperare. C. de
vete. iure enuc. l. j. §. oībus. & inde habetur intellectus ad glo. in
l. Gallus. ĵ. de libe. & poſthu. dum dicit, quanto iuniores tanto
perſpi-

ADDITIONES.

a Dicebat d. Bal. Adde, quòd Bal. hoc dicit in l. data opera. colum. 11. verſi. quan-
doque ſtatuta de nihilo. C qui accu. & vide eundem in l. ſi quis. C. de natu. li-
be. vbi quòd magis fauendum eſt ciuibus nouis, quam antiquis. & vide Ca. &
d. Domi. in c. vt animarum. colum. 10. circa fi. de conſtit. lib. 6. & adde prædi
ctis, quæ ponunt Moder. in l. cunctos populos. & Albe. de Rola. in prima par-
te ſtatutorum. q. 37.

b No. do. Bald. Adde & vide eundem Bald. in dicta l. ſi ra. C. de fide inſtrumen. &
in l obſeruare. §. antequam. circa fin. de offic. procon. Abb. & Cano. in c. cum
olim. colum. pen. de confiſe.

perſpicaciores. Poteſt enim in primo intelligi minor perſpica-
cior aptitudine, in ſecundo minor tempore, quia natus in ætate
poſteriori, non autem minor ætate eo ſene, qui viuat de præſen
ti. In ipſo enim ſene propter experiẽtiam rerum geſtarum, & vi
ſionum plurimorum maior eſt præſumptio prudẽtiæ, vt in d. c.
porro. Primum autẽ intellectum confirmat tex. in l. præcipiant.
de ædil. edic. Sed tex. in l. j. in fi. prin. ĵ. de appel. dum dicit, nemo
ideo melius iudicaturus eſt, quàm nouiſſimus iudicaturus ſit.
Secundo antiquitati defertur in conſiliis ſequendis. Iſte eſt tex.
notab. in c. domino ſancto. 50. diſt. & 33. q. 2. c. hoc ipſum. in fi.
dum dicit, & cum diſcordes fuerint conſiliorum ſentẽtiæ, ea in
dubio potius eſt ſequenda, cuius antiquior potior extat autho-
ritas. Illius autem dicitur extare authoritas potior ſemota anti-
quitate, cuius ſententiam plures grauioreſquè viri ſecuti ſunt,
dicit tex. not. 19. diſt. in c. canonicis. Tertio defertur in onere ex-
cõmunicationis. Iſtud probatur primo ex c. quamuis. de ſen. ex-
cõmu. vbi patet cano. generaliter dicentem iniicientem manus
violenter in clericum, per neminem abſolui poſſe, niſi per ſe-
dem apoſtolicam, non extendi ad caſum, cui propter ætatem o-
nus huiuſmodi iterum remittitur, adeo vt abſolui poſſit ab epi-
ſcopo loci. Secundo probatur ex c. ſi teſtium. extra de teſtib. vbi
ob ſenectutẽ remittitur teſti onus accedendi ad iudicẽ, vnde do-
mi poterit teſtimonium explicari. Tertio probatur ex l. inuiti.
quæ eſt canonizata. ſ. de teſtib. vbi ſeni remittitur teſtimonium
reddẽdi onus, ſi inuitus adſit. Quarto probatur ex c. placuit. 18.
diſt. vbi propter ſenectutem remittitur onus perſonaliter com-
parendi. Quinto probatur ex l. non tantum. ĵ. de decur. & l. excu
ſant. ĵ. de excu. tut. & l. j. C. qui ætate. lib. 10. vbi patet, ꝙ propter
ſenectutem remittitur onus officii publici authoritate, & vtili-
tate, vel authoritate latum. Quarto principaliter defertur in ſer
uitiorum exhibitione. Iſtud probatur ex c. j. in fi. legis Conr. in
vſib. feud. vbi dicitur, pluribus exiſtẽtibus dominis ſeruitio egẽ-
tibus, antiquiori tempore ſeruum ſeruire debere. Circa perſona
lium operarum enim præſtationem. qui prior in tempore, po-
tior eſt iure. ſ. locati. l. in operis. & ita limita text. ĵ. de ope. liber. l.
ſi operæ. §. ſi patrono. Quinto principaliter defertur in ſuſpicio-
nis remotione, ita patet 34. diſt. c. fraternitatis. vbi text. dicit pro-
pter ſenectutem vitari ſuſpicionem incontinentiæ. Item proba
tur ex l. ſi vt certo. §. cuſtodiam. ſ. cõmod. vbi patet ſenectutem
ceſſare ſuſpicionem fugæ, & ideo ſenẽ non eſſe cuſtodiendum,
ſicut iuuenem. Sexto defertur in pœnæ relaxationem. ita eſt tex.
86. diſt. c. tãta. & ad idem ĵ. de pœ. l. in metallum. Septimo defert
in maiori probationis fide. Iſtud probatur primo ex tex. notabi.
ſecundum vnum intellectum, ſ. de proba. l. Celſus. & monumẽ
ta publica. vbi patet in facto antiquo potiorẽ eſſe fidem inſtru-
menti, quàm teſtium. Secundo probatur ex eo, quod no. Inno.
in c. veniens. extra de verbo. ſignifi. in c. cum cauſam. de iuram.
calum. dicens in his, quæ ita antiqua ſunt, vt ætatem hominum
a tranſcendant, famam inducere [a] plenam probationem. Et hoc
dictum placuit do Bal. ipſum referenti in l. cum ſuper. C. de rei
vendi. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. & in l. con-
uenticulam. C. de epiſco. & cleri. Et ad idem, quod ipſe no. in l. ſi
arbiter. ſ. de probat. Tertio probatur ex c. notificamus. 35. q. 6.
vbi etiã patet in teſtificatione antiquitati deferri. Octauo defer-
tur in reuerentiæ exhibitione. ĵ. de iureiuran. l. ſemper. & quod
not. ſ. de in ius vocan. l. generaliter. 2. q. 6. c. ante eorum. §. illud.
extra de tranſac. c. quanto. Et igitur dicit alibi lex puniri debere
iuniorem, qui ſe maiorem auſus eſt fratrem appellare. C. de of-
fi. diuer. iudi. l. ſinguli. Nono defertur in ſeſſione, vocis redditio
ne, & priori ſubſcriptione. Ita patet 50. diſt. c. conſilia. §. verum.
& ſeq. de conſtitu. c. fi. Quod intellige non ſolum in antiquitate
reſpectu ætatis, ſed in antiquitate reſpectu receptionis ad colle-
b gium. Per prius enim receptus, [b] quamuis iunior, præferri debet
ſeniori recepto poſterius, vt ibidem. quod dupliciter limita. Pri
mo, niſi poſterius receptus ſit ordine maior, vt quia presbyter,
receptus vero per poſterius ſubdiaconus, tũc enim receptus po
ſterius præferri debet, vt in c. ſtatuimus. de maio. & obed. Scđo,
niſi receptus poſterius ſit in maiori dignitate recepto per prius,
tũnc enim etiam poſterius receptus præfertur, puta ſi in colle-
c gio Doctorum [c] receptus eſſet vnus abbas, vel auditor palatii,
tunc enim præferri deberet recepto per prius. Ita patet 18. diſt.
placuit. & ita intellige, quod no. in c. fi. de conſue. lib. 6. Decimo
ſu debetur ſibi ſalarium integrũ, iuxta plene notata in l.ſi vno.
§.idem cum quidam.ſ̃.locati. Et tunc poteſt illa ſibi pro debito
ſalario retinere, vt poteſt ſcriptor retinere quinternũ pro mer-
cede ſcripturæ, vt no.glo.in l.ſi non fortẽ.§.ſi centum.ſ̃.de con-
dictione indebiti. & quod plene dixi ſ̃. eod. l. ſi filio.la j.§.j. Aut
recedit ex tali cauſa, ex qua ſibi non debetur integrũ ſalarium,
quod iam recepit, imò eſt dubium, an ſibi debeatur pars, vel ni-
hil, puta quando recedit ante tẽpus cõuentũ, de quo plene per
Bal.in l.etiam ſi patris.de lega.j.& l.ædem.& l.aduerſus.C.loca
ti.& tunc dicit Bart. quòd poteſt propria auctoritate Dominus
retinere veſtem traditam æſtimatã, niſi ſibi reſtituatur quate-
nus plus percepit famulus, quàm ei de ſalario deberetur, eo qa
famuli tales, tanquam nihil poſſidentes præſumuntur de fuga
ſuſpecti, ſumpto argumento a cõiter accidentibus, qđ eſt in iu-
re validũ, C.de ꝓbationib.l.neq; natales.in gl. & igitur propria
auctoritate in ipſo veſtimento, quamuis per famulũ poſſeſſo,
poteſt ſibiipſi ius dicere, j̃.de his quæ in fraudẽ credito.l. ait præ
tor.§.ſi debitorẽ.C.de pignoratitia actione.l.penul.in glo.ſuper
27 verbo, vel præſidalem. Bal.contradicit, eo quia † quamuis famu
li præſumantur fures, vt notat glo.in l.Iulianus.§.i. in verbo, tan
ti minoris.ſ̃.de actio.emp.non tamen reperitur cautum, quod
prę̨ſumantur fugitiui. Et ideo cum eis traduntur veſtes æſtima
tæ, quod tunc in dubio propter æſtimationẽ inducatur vẽditio,
vt probatur ſ̃.locati.l.cum fundus.& igitur in ipſum famulum
tranſeat proprietas & poſſeſſio, igitur eſt conſequens, vt nullũ
habeat ius patronatus in veſte, ſed in pretio. Ego credo, quòd
an ſuſpecti de fuga præſumi debeant ex argumentis cõprehen-
dĩt. Si enim bonus familiaris ante ęſtimatus fuerit, prope eſt, vt
fugitiuus non cenſeatur, ſi vero alias fugitiuus, tunc & præſen-
ti tempore de fuga ſuſpectus iuſte habebitur, argumen. j̃. de re
milit.l.non omnes.§.a Barbaris. & hæc ſufficiant circa hunc ar-
28 ticulum. A quo ſumpta occaſione † tractant hic Barto. & Bald.
quid de veſtibus quotidianis ſeu feſtiuis, quæ per maritum vxo
ri fiunt, an ſoluto matrimonio veniant in repetitione? Quẽ paſ-
ſum hic non explico, quoniam ipſum vna cum quæſtione illa,
quid iuris in vidualibus, pleniſſime diſcuſſi in l. cum liberis. C.
de collationib. & igitur dicendum vt ibi. vnum tamen addo,
29 quòd † & coniugibus inter ſe caſtitatem vouentibus, non de-
bet inuito marito mulier veſtem aſſumere vidualem, ſed aliam
alterius generis, quæ matronali honeſtati conuenit. Iſte eſt tex.
ſingularis. 33.quæſtio. 5.in cap.quod Deo pari. In glo. eiuſdem
in §.mancipia.ſuper verbo, mancipia.ibi, ſol. vt ibi &c.tene pri-
mam & ſecundam ſolutionem glo.ibi. In glo.eiuſdem l. §. mu-
lier.ſuper verbo, errante.in fi.ibi, non tenetur, niſi inquantum
facere poteſt &c. verius eſt, quòd hoc caſu conſideratur forma
verborum ſtipulationis, ſecundum ea quæ plene no. gloſ.in l.ſi
prior.ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Acceptilatio facta per maritum debitori dotis ſine mulieris uoluntate, nõ impedit dotis repetitionem, & uide nume.2.*
3 *Maritus dotem, quam exigere non poteſt, ad illius reſtitutionem non tenetur.*
4 *Confeſſione dotis per maritum facta, ſi parentes uxoris eidem dotem promittunt, an dicta confeßio reddatur inefficax ad agendum, ubi ponit tres caſus.*
5 *Vicinitas actus facit, quod id, quod ineſt uni, inſit alteri.*
6 *Mulier an poſſit ſibi in dote praiudicare matrimonio conſtante.*

§. Si vir ſocero. Acceptilatio per maritum ſine iuſ-
ſu vxoris facta debitori dotis, vxori
non præiudicat, & igitur illa repeti poteſt, quemadmodũ ſi ve-
re ſoluta fuiſſet. Et culpam, ex qua lucrum ſentis, mihi imputa-
1 re non potes. hoc dicit cum §. ſequen. Nota † in §.ſi vir. quòd ſi
cut dotem pro vxore repetibilem conſtituunt promiſſio, & ve-
ra numeratio, C. de dote cauta non numerata.l.j. ita etiam pro
miſſio & eius a tertio promiſſæ facta per maritum ſine volun-
tate mulieris acceptilatio. Ad idem ſupra de iure dotium.l.pro
mittendo.§.acceptilatione.& l. licet.in princip. cum ſimilibus.
2 Nota ex eodem † ſecundo, quod acceptilatio facta per maritũ
promiſſori dotis ſine conſenſu mulieris, ipſi mulieri non præiu
dicat, quominus ſoluto matrimonio illam repetere poſſit, per-
inde ac ſi vere ſoluta fuiſſet. Acceptilatio enim, ex qua dotis ꝓ-
miſſor liberatur, hoc caſu damnum inducit marito, non autem
vxori, ſupra de iure dotium.l.vir ab eo. Sicut & ipſa nouatio, vt
3 in eodem titu.l.dote. Nota ex eodem, dotem † mariti periculo
non eſſe, id eſt, eum ad reddendum nõ obligatum, cum illa exi-
gi non poteſt propter inopiam a muliere, quæ ad eius ſolutio-
nem tenetur tanquàm hæres dotem promittentis. Idem & ſi te
neatur tanquàm principaliter ſe obligans, ſupra de iure dotiũ.
l.ſi extraneus.ad fin. In tex.§.ſi vir.ibi, viri tamen periculum fu-
turum &c. & ſic apparet facto mariti vxori in dote prę̨iudicare
4 non poſſe. Vnde † inducitur ad quæſtionẽ per Iacob. de Are.&
Bartol. an promiſſio dotis per parentes vxoris facta marito, ſe-
quens incontinenti eius mariti confeſſionẽ factam de dote ab
his parentibus recepta, ipſam confeſſionẽ inualidam cõſtituat,
adeo quòd ex eadem mulier ſoluto matrimonio repetẽs, eam
ſolutam probare non poſſit, & conſequenter, nec mariti hæres
condemnatur, ſed liberetur eam actionẽ mulieri cedendo, quã
maritus contra ipſos promiſſores habebat? Et quidem iſta quæ-
ſtio poſt Iacob.& Barto.tractata reperitur per Bald.ſupra in hac
l.in §.mulier.& in l.legem.C.de pactis.& l.ſi abſentis.C.ſi certũ
petatur. extensè per dominũ Angelũ in ſuo quodam conſilio
incipiente, In primis inquirendũ eſt ad ſolutionem dictorũ du
biorum, an promiſſio facta per ſocerum &c. mihi autem pro
eius elucidanda deciſione videtur conſiderandum eſſe tres ca-
ſus principales. Primus, quòd aliquando poſt confeſſionem do
tis ſolutæ emanauit promiſſio eiuſdem ſoluendæ incontinen-
ti.& eodem tempore, & tunc illa confeſsio præcedens, intelligi
tur emanaſſe ſub ſpe futuræ promiſsionis, quæ poſtmodum eſt
ſecuta. Hoc quidem probatur ex tribus. Primo ex tex. ad pro-
poſitum ſingul.in l.minor vigintiquinque annis, cui fideicom-
miſſum.ſupra de minoribus. In quo apparet, quod quando prę̨
cedit refutatio ſeu confeſsio de recepto, & ſtatim eiuſdem con
feſſati ſequitur promiſsio, ipſa refutatio ſeu confeſsio facta vi-
detur ſub ſpe futuræ promiſsionis. Secundo ad idem tex. ſingu-
laris in d.l.ab Anaſtaſio.C.mandati. Ex cuius verbo ibi, dum di
cit, hoc tantummodo exactionẽ ſortiri &c. colligit ibi do. Bald.
quòd ſi quis confeſſus fuerit ſe habuiſſe centum nomine dotis,
tandem poſt eius confeſſionem apparet, quòd ei fuerunt nu-
merata quinquaginta de illa ſumma, quod ex hoc prę̨ſumatur
quod non receperit, niſi illa quinquaginta, & conſequenter nõ
vltra teneatur. Quemadmodũ ergo ibi ſubſequens particula-
ris ſolutio eius ſummæ, quam quis integram recepiſſe ſe cõfeſ-
ſus eſt, inducit præſumptionẽ falſitatis confeſſionis in reſidua
ſumma, ita pari ratione ſubſequens promiſſio ſummæ, quam
quis recepiſſe confeſſus eſt incontinenti ſecuta ipſam confeſſio-
nẽ, inducit præſumptionẽ falſitatis eiuſdẽ, & ſic quod non con-
feſſus fuerit, eo quia receperit, ſed quia in futurum illã ſibi pro-
mitti ſeu numerari ſperauit. Et poſito quòd hoc non recte pro
baretur ex tex. dictæ l.ab Anaſtaſio. eſt ſententia glo. ſingularis
in l.2.C.de non numera. pecu. dicentis pecuniam integrã non
fuiſſe numeratam, prout confeſſio cantat, & conſequenter ip-
ſam confeſſionẽ factam ſpe futuræ numerationis, ſeu promiſ-
ſionis, probari ex diuerſis numerationibus partium ſummę cõ
feſſatæ poſt ipſam confeſſionẽ diuerſis temporibus factis. Ter-
tio idem probatur, quoniam ita quotidie facimus, & facere ſo-
lemus, ſcilicet vt primo præcedat confeſſio de dote recepta, ſe-
cundo poſt promiſsio eiuſdem ſoluẽdę. Ex eo autem, quod cõ-
muniter fieri ſolet, ꝓbatio inducitur, ſ̃.de ſpõſali. l.ſufficit.ſ̃.de
vſufructu.l.ſi quis donaturus.ſ̃.ſi certum petatur. l. certi condi-
ctio.in §.ſi nummos.C.de iudic.l.certi iuris. Cæterum ratione
eiuſdẽ contextus ambo hi actus debent iudicari actus vnus, &
de eo vt actu vno debemus diſponere, arg.C.de teſta.l.cũ antiq
tas.j̃.e.tit.l.hr̃des palã. §. vno ꝯtextu. Rõne enim ꝯtextualitatis
5 † ac vicinitatis actuũ illud, quod vni ineſt, alteri ineſſe creditũ, j̃.
de vulg.& pupil.l.patris & filij.j̃.de verb.obliga.l.Titia. §. idem
reſpondit.ſ.de pactis.l.item quia. §. Iuliano.ſ̃. de eden.l. ſi quis
ex argentariis.§.ſi initium tabularum. Accedat etiam optime l.
ventri. §.fi.j̃.de priuileg.credi.de elec.c.officij. Niſi enim hac de
cauſa, ſcilicet futuræ promiſsionis p̃ſumamus ꝯfeſsionẽ ema-
naſſe

naſſe, ſequeretur ꝙ ſocer vel extraneus dotantes duplici onere
præſtationis dotis ſe non aſtrinxiſſent, quod non eſt veriſimile,
j.de leg.2.l.Titia.§.qui dotem.cum ſimil. Secundus caſus prin
cipalis eſt, ꝙ aliqñ ex interuallo per confeſſionẽ emanauit pro
miſſio dotis ſoluendę, eo tamen tẽpore, quo promiſſio emana
uit, ſupererat de tẽpore opponendæ exceptionis non numera-
tæ dotis, & tunc idẽ dico, qđ in proximo caſu. Ex quo enim in
inſtrõ nõ ꝯtinebatur, niſi ſimplex ꝯfeſſio de recepto, adhuc mu
lieri perfecte ius ad dotis exactionẽ non erat quæſitum, cum re
pelli potuiſſet exceptione dotis non numeratæ, l.2. & l.fi.& au-
thẽ.quod locũ.C.de dote cau. Satis enim ꝯſtat, ꝙ aio ſeu ꝑtextu
futuræ promiſſionis & numerationis talis ꝯfeſſio ab initio ema
nauit, ex quo poſt confeſſionẽ intra dicta tpa emanauit promiſ-
ſio, per proxime dicta, quia nõ eſt veriſimile, vt prædixi, ꝙ ſi ſo-
cer vel extraneus dotẽ ſoluiſſet, iterũ eam ſoluere promiſiſſet,
vt d.§.qui inuita. & d.l Lucius. vnde his duobus caſib. duplex
eſt opi. Prima Bar. dicentis, ꝙ ex quo confeſſio facta præſumitẽ
ſpe futuræ promiſſionis, ea promiſſione ſecuta, non eſt cã qua-
re efficaciter non teneatur maritus, qui vr̃ voluiſſe fore de eadẽ
contentus: vnde illa cedit loco ſolutionis, ſ̃. manda.l. inter cau-
ſas.§.abeſſe. Et nomen illius promittentis in tm̃ ęſtimatũ, quã-
tum fuit dos promiſſa, accepiſſe vr̃, arg.C.de reſcind.vend.l.pre
tij cauſa. Et ſic periculũ eſt ipſius mariti, ar.hic, & ſ̃.eo.l.Meuia.
& d.l.promittendo.in §.pe.& d.l. dote.& l. vir ab eo. Quod in-
telligendũ eſt, ſi maritus in exigẽdo moram fecerit. Alias enim
periculum eſt mulieris, ſ̃. de iure dot.l. cum dotem. vel ſi dotis
promiſſor pater fuerit, qm̃ tunc mulieris etiam periculũ eſt, qa
genero parcendum eſt, ſi ſocerum ad ſolutionẽ non præcipita-
uerit, dicit tex.no.in d.l.ſi extraneus. de iu.dot. Secunda eſt opi.
Bal.& Ang.pro quorum opi. fuit Senis in ardua cauſa iudicatũ
contra do.Iac.de Beluiſ.dicentem maritũ, vel eiuſdem hæredẽ
hoc caſu liberari, ſi actionem ad dotem petẽti mulieri ceſſerit.
Ad hoc ſ̃.eo.l.ſi ſocer.§.Lucius.& l.etiam.§.fi.ſ̃.de pec.l. quod
debetur. Et hæc opi.mihi placet, vbi ipſe promiſſor eſt ſoluẽdo
dotem, per dicta iura. vel ſi ſoluendo non ſit, marito mora, cur
nõ exigit, imputari nõ poteſt, per d.l.Meuia. & d.l.ſi extraneus.
& d.l.promittendo.§.pe.& d.l.cum dotem. niſi maritus ipſe ab
initio pro dote nomen eius promiſſoris acceperit, quem ſcie-
bat non eſſe ſoluendo: quoniam tunc eius periculum eſt, quia il
la nominis acceptatio in dotis titulum loco ſolutionis cedit, d.
l.promittendo.§.pen. & d.l. abeſſe. de quo tamen plene dixi in
d.l.Meuia.& l. ſi cum dotem.§.j.ſ̃.eo. vel niſi promiſſorẽ per ac
ceptilationem liberauerit: quoniam tunc nec ceſſione actionis
liberabitur, vt hic. Tertius caſus principalis eſt, ꝙ aliquando ꝓ-
miſſio emanat poſt elapſa tempora ad opponendã exceptionẽ
non numeratæ dotis præfixa, & tunc quocunque animo ſeu in-
tentione emanauerit confeſſio, nõ eſt vis, quia ex lapſu dicti tẽ-
poris confeſſione viri ad dotis exactionem erat ius mulieri per-
fecte quæſitum: vnde ſuo facto non poteſt promiſſor circa mu
lieris voluntatem actionem ſibi quęſitam tollere. Ad hoc ſ̃.eo.
l.non ſolum.& l.quoties.& l.inſulam.§.fina.C.de iure dotiũ.l.
cum a ſocero. ſ̃. de pactis.l. fina.j.de noua.l.Stichum.§.fina.cũ
ſimilib. Et igitur ipſi mulieri, ſubſecuta promiſſione non obſtã
te, competit actio ad exigendam dotem propter cõfeſſionem,
cui amplius opponi non poteſt non numeratæ dotis exceptio.
Et per hæc habes iſtum ſubtilem & quotidianum paſſum per-
a fectiſſime declaratum, & ita cõſului [a] in ciuitate Caſtelli. In gl.
6 §.ſi vir.ſuper verbo, iniuſſu.ibi, alias ſecus &c.& ſic vr̃ † velle gl.
iuncto tex.quòd mulier poſſit ſibi præiudicare in dote, etiã con
ſtante matrimonio, quod videtur contra ea, quæ plene dixi in l.
ſi ſocer.§.Lucius.ſ̃.eod. Sed ſolue, ꝙ hic loquitur, quando non
ad vtilitatem viri tendebat voluntas mulieris, ſed quãdo ad cõ-
modum & liberationem patris dotem promittentis, quem lex
grauat ad filiam dotandam, ſ̃.de ritu nuptia.l.qui liberos.& ple
nius dixi in dicto §.Lucius.

D D I T I O.

a Conſului. Adde tu & uide hoc conſilium nu.445.incipit, Conſultatio præſens.
& aliud habeo nu.44.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus etiam ratione acceſſorij dotis tenetur de dolo & lata culpa.*
De dotis acceſſorio, ita iudicatur, ſicut de principali.
2 *Fructus prouenientes ex dotis acceſſorio, quod etiam pertineant ad maritum. & nu.5.& 9.*
3 *Vir cum poteſt, tenetur doti acquirere.*
4 *Maritus ad repetendum impenſas in re dotali factas, qua actione agat.*
5 *Caſtro in dotem dato per uxorem, in quo ius etiam patronatus in eccleſia ſit, an maritus eccleſia uacante, poterit pręſentare.*
6 *Fructus percepti per maritum ex iuriſdictione caſtri in dotẽ dati per mulierem, cuius ſint.*
7 *Imperator qualiter dicatur Dominus mundi.*

L E X F I N.

IN partem. Maritus tenetur de dolo & cul-
pa in quærendo, & conſeruan-
do peculio ſerui in dotem dati, cuius peculij fructus
marito conſtante matrimonio quæritur. hoc dicit.
1 Nota primo, ꝙ quemadmodũ † ratione dotis tenetur maritus
vxori de dolo & lata culpa, ſ̃.eo.l.etiam.§.licet. cum ſimilibus.
ita & ratione rei acceſſoriæ ad ipſam dotem, prout hic appa-
ret in peculio accedente ſeruo dotali. Vnde ſecundo nota, & ita
cõmuniter allegamus, quòd ita iudicamus de acceſſorio dotis,
2 ſicut & de ipſa re principaliter in dotem data. No. ex † eadem,
3. ꝙ ita ad maritum conſtante matrimonio pertinent fructus
prouenientes ex acceſſorio dotis, ſicut & de ipſa re principaliter
in dotem data. Et ad idem eſt iſta lex notabilis, & j. ſubdam. In
3 tex.ibi, † vel acquirẽdo &c. Et ſic videtur hic probari, ꝙ ex quo
vir cum poteſt, ipſi rei dotali acquirere teneatur. In eadem ibi,
4 vtiles † impenſas facere. Cuius contrarium eſt verum, quia ſe-
cundum hoc illas maritus ab vxore non repeteret actione man
dati, vel negotiorum geſtorum. Quod tamen eſt falſum, vt l.di-
uortio.§.impendi.ſ̃.eo.& in l.j.§.ſed nec ob impenſas. C.de rei
vxo.actio.& quod plene notatur j.tit.proximo.l.j. Nec refraga-
tur iſte textus, quia debet intelligi quando ageretur de acquiſi-
tione, quæ prouenit propter hæreditatem, vel legatum relictũ
ſeruo dotali, de quo ſupra eodem. l. ſeruus dotalis. In tex.ibi, &
fructus ex eo percepti ad maritum pertinebant &c. Et ſic patet
ꝙ fructus prouenientes ex eo quod accedit rei principaliter in
dotem datæ, pertinet ad maritum. Vnde eſt argumentũ ad quæ
5 ſtionem, † quam ponunt Domini mei in eorum deciſionibus,
iuxta ordinem meũ, deciſione octingenteſima quintadecima,
ſcilicet, quod ſi villa vel caſtrum per vxorẽ marito detur in do-
tem, in qua conſiſtebat eccleſia parochialis, cuius ius patrona-
tus pertinebat ad vxorem, an poſſit maritus ad eccleſiam ipſam
vacantẽ idoneã præſentare perſonam? & quidem dicendũ, ꝙ
vbi ſuper vniuerſitate caſtri ſeu villæ celebratur per vxorẽ talis
contractus, ex quo in eum, cum quo contrahit, non tranſit do-
miniũ, vt puta contractus pignoris, & tunc penes ipſam rema-
net ius patronatus ipſius eccleſię, & igitur ad eandem ſpectat
vacante rectoris præſentatio. Ita eſt expreſſum de re iudica.c.cũ
Bertholdus. Aut ſuper ea vniuerſitate facit contractũ talem, ex
quo in eum, cum quo ꝯhit, tranſit dominiũ, vt puta quia ipſum
caſtrum vel villam dat in dotẽ, & tunc in ipſum maritum ius pa
tronatus transfertur. Hoc eſt expreſſum de iure patronatus.c.ex
literis.ſecundũ intellectũ glo.ibi, & ita debent intelligi no.in l.
quædam.j.de acquirẽdo rerũ dominio.& in l.in modicis. ſ̃. de
contrahenda emptione. Nunc ad propoſitũ infertur, quòd ex
quo ad maritũ tranſit ius patronatus, ꝯſequens eſt, vt ad eundẽ
ius pertineat præſentandi. Quod manifeſte demonſtro, quia vt
iſta lex oſtendit, fructus prouenientes ex acceſſorio dotis, ita ꝑ-
tinent ad maritum, ſicut prouenientes ex ipſa dote. Modo ad
propoſitũ, fructus iuris patronatus eſt præſentatio, vt no. Imo-
la in capitu.conſultationibus. extra de iure patronatus, ſicut &
fructus iuris eligendi, eſt electio, vt idem no.de præbendis.cap.
de mulcta.de reſtitutio.ſpoliato.cap.in literis.& cap.cum eccle-
ſia.de cauſa poſſeſſionis. Igitur eſt conſequens, vt ipſa pertineat
ad maritum, ad quem tanquam dotis acceſſoriũ caſtro vel vil-
læ in dotem datis, pertinet ipſum ius patronatus. Et hoc eſt dili-
genter notandum, quia cõmuniter per iſtos magnos Dominos
in dotem dantur terrę, in quibus fundatæ ſunt eccleſię, quarũ
ius patronatus ſpectat ad ipſos. Præſtat, & ſecundo principaliter
6 argumentũ † iſta lex ad quęſtionẽ, qua quæri ſolet, ſi mulier dat
caſtrum in dotem, an fructus, qui percipiuntur ex iuriſdictione,
vt pecuniæ, quæ recipiuntur propter mulctas, vel pœnas, de-
beant eſſe viri, ita vt nec reſtituantur ſoluto matrimonio, ſicut
nec fructus conſtante matrimonio percepti. Et quidẽ præmit-
tendum, quòd cum in dotem datur caſtrum, maritus vti poteſt
iuriſdictione & iuribus alijs incorporalibus, ſicut & videmus cũ
idem datur pignori, vt eſt textus notabilis in l.eleganter.in fine.
verſic.planè ſi pro maleficijs.ſ̃.de pignoratitia actione, per quæ
ita determinat Bald.in c.1. circa finẽ principii, de feudo dato in
vicẽ leg.cõmiſſoriæ.in vſibus feudorum. Et ſic patet, ꝙ iuriſdi-
ctio in maritum tranſit, vt quid acceſſoriũ ad dotem. Quare eſt
a conſequens, ꝙ fructus ex iuriſdictione prouenientes, vt ſunt [a]
mulctę, vel pœnæ, ad maritum pertineant, apud quem, vt ita di
xerim, eſt burſa fiſcalis ipſius caſtri durãte matrimonio. Ad hoc
C.de modo mulct.l.mulctarum. quæ ſint regalia.in c.1.in vſib.
feu.& hoc etiam per iſtum textum, & ita hic determinant Pe-
trus & Bar.ad idem etiam allegando l.vſufructu legato. & l.itẽ
ſi fundi. §. aucupiorum. ſupra de vſufructu. Nec refragatur,
quod dicitur eas mulctas, ſeu pœnas non cenſeri eſſe in fructu,
cum

A D D I T I O.

a Vt ſunt. Vide Lud.conſ.70.

cum non renaſcẽtur,& illud in fructu eſſe dicitur, quod cæſum
renaſcitur, vt l.diuortio.§. ſi vir in fundum.ſ. eod. quia reſpon-
det hic Bar.ſubtiliter, quòd nunquam fructus renaſcitur idem
numero,ſed idem genere. Et ita eſt in pœnis ſeu mulctis,q̃ ha-
bent quotidie renaſcendi actum propter delicta,quę continuo
cõmittuntur. Et hac ratione idem tenuit Bald.in l.j.C.de fructi-
bus & litis expenſis. Hæc etiam eſt cõmunis opinio omnium,
excepto d.Bal.qui diſtinguit,quòd aut loquimur de pœna con
fiſcationis bonorũ immobiliũ,quæ cohærent territorio, & illa
debent reſtitui,aliàs non reſtitueretur integrũ territoriũ, & ſic
non fieret plena reſtitutio dotis. Aut loquimur in pœna ſepara
ta, & abſtracta ab omni territorio,vt a pęna pecuniaria, & tũc
illius non debet fieri reſtitutio, per iura & rationes quas ſupra
probabiliter deduxi. Ego ſequor indiſtincte opinionẽ primam
Petri & Bar.quia cum mulier dedit caſtrum in dotẽ, non tran-
ſtulit in maritum dominiũ rerum particulariũ,quas habẽt ho-
mines illius caſtri. Licèt enim ſit domina caſtri, non tamen eſt
domina dictarum rerum particulariũ, niſi quo ad protectionẽ
7 & iuriſdictionẽ.Sicut in Imperatore † dicimus,quòd Dñs mũ-
di eſt, vt l.de precario.ſ.ad legem Rhodiã de iactu. Quod tamen
intelligitur quo ad protectionẽ & iuriſdictionẽ,vt notat glo.in
l.bene a Zenone.C.de quadriennij præſcrip. & in prima conſti
tutione Digeſtorũ, vel eſt Dominus reſpectu totius vniuerſita-
tis orbis,& ſic vt vniuerſaliter conſiderari, non autem reſpectu
rerum particulariũ eiuſdem, & ſic non conſiderari per particu
las,vt no.Bar.in l.ſi pater.ſ. de rei vendicatio. argumento illius
tex.iuncto §.fina.l.præcedentis. Et ſic ad hoc vt dicatur fieri re-
ſtitutio caſtri dotalis integraliter,ſufficiens erit, vt reſtituat ple-
narie reſpectu iuriſdictionis, ſeu vniuerſitatis eiuſdem,licet nõ
reſpectu dominij rerũ immobiliũ ſibi applicatarum conſtante
matrimonio ratione illatæ pœnæ,vno tñ caſu verificabitur opi
nio Bal.ſcilicet ſi tale foret delictum,ex quo res in feudum con
ceſſa per ipſam mulierem,deberet confiſcari. Nam tunc ad fi-
ſcalem cameram ipſius mulieris reuertit vere feudũ, vt eſt ex-
preſſum in c.Fęlicis.verſi.ſi qua vero feuda.de pœnis.li. 6.& in
c.fundamenta.in §.quod ſi ſecus.de elec.eod.lib.

De teſtamentis, & qui teſtamentum facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamenti deſcriptio.*
2 *Priuilegium mirabile datum hominibus,ut mors non tollat eorum diſpo-ſitionem.*
3 *Infirmitas ſola corporis non impedit factionem teſtamenti.*
4 *Teſtificari an poſſit exiſtens in extremis,& mortis articulo.*
5 *Teſti dicenti in extremo mortis articulo, ſe in aliqua cauſa teſtificaſſe, & falſum dixiſſe,an credatur,& ſententia ideo lata retractetur.*
6 *Teſtamenti forma cum uno teſte mutari non poteſt,& quid per ſtatutum.*
7 *Ratio perſonarum in primis haberi debet.*
8 *Aetas legitima in teſtante quæ requiratur.*
Minor, qui teſtatus eſt,an aduerſus teſtamentum poſſit petere reſtitutionem in integrum.
Verbum,geſta,non comprehendit ius teſtandi.
9 *Annus cæptus quando habeatur pro completo? remißiue.*
10 *Filius in poteſtate,etiam cum conſenſu patris,teſtari non poteſt.*
Quid in peculio,in quo pater habet uſumfructum? remißiue.

L E X P R I M A.

TEſtamentum eſt. Hic ponit de-
ſcriptio teſta-
menti. Mente ſanus,licèt corpore ęger,teſtamẽ
ti factionem habet, quæ publici non priuati iu
ris eſt. Et in primis quærendum eſt de perſona
teſtãtis, cuius ætas in maſculo legitima eſt qua
tuordecim,& in fœmina 12. Qui ſi in poteſtate patris ſit, teſtm̃
facere non poteſt. hoc dicit vſque ad §.ſurdus.l. qui in poteſta-
1 te. No.j.deſcriptionẽ † teſtamenti.nota ibi,iuſta voluntas. Qua
re iuſta? quia iniuſta annullatur, vt l.ſeruo alieno.& l. ſi quis in-
quilinos.de leg.j.& l.conditiones contra bonos mores.j. de cõ-
di.inſti.cum alijs. Ibi in tex. de eo, quod quis poſt mortem ſuã.
Tu debes ſcire, ꝙ inter homines commerciũ poteſt eſſe per viã
ↄctus,qui cõtractus habet effectus in vita.in l.vnica. C.vt actio
nes ab hæredibus. Quia voluntas teſtantis vſque ad mortẽ eſt
ambulatoria, & per vltimum teſtamentum reuocatur primũ.
mors eſt vltimum ſuppliciũ, vt in c.cum Marthæ.de cele.miſſà.
2 Mirabile † priuilegium eſt datum hominibus, vt cum mors ſol
uat omnia, vt §.deinceps.in Authẽ. de nup.non tamen rumpit
diſpoſitionem, vt poſt mortẽ tollatur.glo.j.de hæred.inſti.l.illa
3 inſtitutio. Capio modo l.in eo. No.quod † ſi adeſt ſanitas men-
tis infirmitas corporis non impedit facere teſtm̃, l. ſenium. C.
qui teſtamenta. Similiter & ipſa ſanitas corporis, & mẽte ſanus
4 poteſt contrahere, vt l.ſenectus.C.de dona.cum ſi. Quæro † mo
do, nunquid infirmus exiſtens in extremo mortis articulo aliud
teſtm̃ facere poſſit, vt l.hac cõſultiſſima.§. at cum humana fra-
gilitas. C. qui teſtamenta.& tex.requirit, ꝙ ſit ſanus mente, &
ſciat quid dicat, in l.quidam tabularũ.in fi.de furtis. Sed in extre
mis conſtituto non reperiuntur iſta duo, ergo ſequitur, ꝙ non
poſſit teſtificari. Contrariũ eſt veritas, quia exiſtens in extremo
mortis articulo poſſit teſtari,pariter & teſtificari. Quod teſtẽt,l.
patri filio.§.propoſitũ. de leg.3. & l. iubemus. & l.quoniã indi-
gnum.C.de teſtamen.ſi teſtari,& pariter teſtificari, l.cum lege.
j.eo.Bal. 10.colla.in titu.de pace Conſtantiæ.in gl. vaſalli. & ibi
5 ponit. Ponas † aliam q̃onem, quidam ſanus exiſtens productus
fuit in teſtem contra me: vigore ſuæ teſtificationis lata eſt ſniã
contra me,tamen iſte teſtis dixit in extremo mortis articulo.ha
buit teſtes,& dixit in tali ſniã,in qua teſtificaui, & ille talis ami-
ſit litem,dixit ſe dixiſſe falſum ille teſtis, qui teſtificatus eſt, an
probet illud dictum, & reuocetur ſententia? videtur ꝙ ſic, quia
exiſtens in extremo &c.C.ad leg.Iul. repe. nihilominus contra
rium eſt veritas,quia non ſtetur dicto & cõfeſſioni eius, eſt tex.
in l.ſi quis in graui §.ſi quis moriens.j. ad Silla. vnde concludit
Bar.ibi,& l.generaliter.C.de non nume.pecu. ꝙ dicto vnius in
extremo vitæ non venit reuocanda ſniã. Caſus eſt de teſtib. c.ſi-
6 cut. In l.teſtamenti factio. No. † formã teſtamenti non poſſe mu
tari cum vno teſte.dic, ꝙ non valet illa mutatio, quia forma eſt
data a lege, vt l.hac conſultiſſima. C. de teſtamentis. cum l.ne-
mo.j.de leg.j.l.nemo poteſt. Nunquid poſſit mutari ſtatuto id,
quod eſt ſtatutum a iure, quod teſtamenta fiant cum ſeptẽ te-
ſtibus,quod teſtamenta poſſint fieri cum duobus teſtibus,quia
ſic eſt ſtatutum in ciuitate. tractant Docto. hic,& in l.ſi. C.de te
7 ſtamen. In l.ſi quæramus. † In primis habenda eſt ratio de per-
ſona. Ad idem l.liberum, necne.C.de petitio.hæredi. & l. quidã
referunt.j.de iure codicillorum. Secũdo no.ex eadem l. ꝙ duo
ſunt, ex quibus cognoſcitur validitas perſonæ, ſcilicet legitimi-
8 tas perſonæ,& obſeruatio formæ. In l.qua ętate. † No.ætatẽ in
maſculo ad teſtãdũ, 14. an.regri, in fœmina 12. Ad idem c.q te-
ſtamẽta.l.ſi frater adultus poteſt teſtari. Sed nunquid aduerſus
teſtamẽtũ,quod fecit, poſſit implorare reſtitutionẽ in integrũ?
dicas ꝙ non. Fatuus eſt minor, qui aduerſus teſtm̃ petit reſtitu-
tio.in integrum,quia edictum prætoris loquens in beneficio re
ſtitutio.in integrum, loquitur ſolum in contractibus, vel ad ea,
quæ ſunt geſta,& verbum,geſta, non comprehendit ius teſtan-
di,l.verba geſſerunt.de verbo.ſignifi.& ideo ea reſtitut. cauſata
aduerſus geſta,non datur ſecunda, quia vt minori, vt l.in cau-
ſis.cum ſimi.de minoribus. nemo enim poteſt facere teſtamen
tum,quatenus non poſſit aliud facere etiam, l.ſi quis in princ.
de lega.3. Iſta fuit concluſio Bar. licèt non alleget iſtas rationes,
in l.j.§. fuit quęſitum. ad Trebellianum. Capio l. quæ de tota.
9 † No.ꝙ annus incœptus habetur pro completo,l. ad rem publi
cam.j.de muneribus & honoribus. Iſta eſt materia brocardica,
ego remitto te ad glo.ordinariam in l. 3. §. minorem autem.ſ.
10 de mino. In l.qui in poteſtate. No. quòd † filius non poteſt teſta
ri, etiam ſi pater conſenſerit. Ad idem dicta l.ſenium.dicũt qui
dam fallere ad pias cauſas, quia tunc poteſt teſtari ad pias cau-
ſas,per c.licet.de ſepulturis.li.6.de iſta quæſtione tractaui in di-
cta l.ſenium.§.j.in authen.ſimiliter.ad legem Falcidiam. Nun-
quid iſte textus habeat locum in bonis peculij, in quibus pater
habet vſumfructum? Iſta eſt magna quæſtio, de qua in l.j.§ in
filij.ad Trebellianum.& plene in repetitione mea authen.ſimi-
liter.ibi dixi in caſtrenſi,& quaſi caſtrenſi non procedit hæc lex,
vt in d.l.fina.C.de caſtrenſi peculio.

S V M M A R I V M.

1 *Surdus & mutus quando teſtari poſſunt.*
2 *Lex, diſcretis.C.qui teſtamen.facere poſſunt,an habeat locum in contractibus,quòd ſic.*
3 *Teſtamentum quòd ſit de iure ciuili.*
4 *Fiſcus poteſt pro parte adire,& pro parte repudiare.*

L E X VI.

L.qui in poteſtate.§.ſurdus. Surdus &
mutus te-
ſtm̃ facere nõ pñt abſq; pricipis diſpẽſatione, factũ tñ prius nõ
irritatur his vitijs ſupueniẽtib.& captiuus atq; ẽt is, cui aqua &
igni interdr̃,& in inſulã deportatus,teſtĩ factionẽ nõ hẽt,nec ẽt
dãnati ad ferrũ, beſtias,vel metallũ,licèt relegatus ſic. h.d. vſq;
1 ad legẽ, ſi quis poſt. No.in principio,in §.ſurdus. Surdũ † & mu-
tum poſſe teſtari. hoc declaratũ eſt in l.diſcretis.§. qui teſtã. A
natura enim ſi ſurdus, vel mutus teſtari non põt, ſi aũt a natiui-
2 tate, de quo. Nunquid † in l.diſcretis. habeat locũ in contracti-
bus? glo.eſt in l.qui id quod. §.mutus.j.de donatio.qua ratione
non poterit teſtari ſurdus, vel mutus, eadem etiam nec con-
trahere. Noto in §. ſed ſi quis. quod defectus ſupeniens

in perſona teſtantis non annullat teſtamentũ. No. in l. ſi mutus.
principem diſpenſare, vt mutus aut ſurdus poſſit teſtamentũ fa
cere, l. ſi quando. C. de inofficio. teſtamento. No. in l. ſi cui aqua
& igni. deportatos & interdictos aqua & igni nõ teſtari. Ex quo
3 infertur † teſtamentum de iure ciuili eſſe, vt l. quidam. j. de pœ
nis. longa eſt illa quæſtio, dixi C. de teſtamentis. l. in teſtamen.
Secundo potes arguere, quòd non habens bona, non poteſt te
ſtari. Quid hodie dicendum in authen. damnatis. de bonis dam
na. dixi in l. ſtipulatio hoc modo concepta, & ibi plene dixi ꝙ
cum bona deportati fiſco non ſunt ſoluta, illa creditoribus dan
4 tur, nunquid fiſcus poſſit † pro parte adire, & pro parte repudia
re. Glo. infra de iure fiſci. l. non intelligitur. §. primo. C. de bon.
liberto. in glo. ſed hæres non poteſt pro parte adire, & pro par
te non. l. 2. C. de repu. hære. gl. eſt ſing. in cõtrarium in l. ea ſola.
j. de regulis iuris. quod fiſcus poteſt pro parte adire & pro par-
te repudiare.

S V M M A R I V M.

1 Pendentia accuſationis de cauſa capitali non tollit teſtamenti factionem.
Item an impediat teſtificationem.
Item an officium procuratoris. Item quid quo ad honores ciuitatis, numero 2.
3 Teſtamentum confirmatur fictione.
4 Captiuitas iniuſta non impedit teſtamenti factionem.
Damnatus de crimine capitali quando teſtari poſſit.

LEX IX.

SI quis poſt. Teſtamentum mortui, accuſa
tione pẽdente validum eſt. Et
manuſamiſſio non impedit factionem teſtamenti.
Et teſtamentũ mortui apud hoſtes validũ eſt propter
fictionem legis Corneliæ. Et captiuitas latronum factionẽ teſtĩ
non tollit. Et damnatus de crimine capitali appellatione pen-
dente teſtamenti factionem habet. hoc dicit vſque ad legẽ, qui
1 in domini. No. ꝙ pendentia † accuſationis de crimine capitali,
non impedit teſtamenti factionem. Sed an impediat teſtifican-
di? & videtur ꝙ non per iſtam legem, & tamen contrariũ eſt ve
2 ritas. Caſus eſt de teſtibus. c. fi. Item nunquid dependentia † ap-
pellat. de crimine capitali, impediat officium procuratoris? vide
l. reum. C. de procur. Item quo ad honores ciuitatis, in d. l. reus
de latro. j. de muneribus & hono. & l. j. C. de reis poſtula. lib. 10.
Ca. in c. accedens. c. nouimus. & in c. omnipotens Deus. de accu
3 ſa. & in c. accu. de ſimo. No. quòd † fictione confirmatur teſta-
mentũ, & ſic magis attenditur fictioni quã veritati, & ſic eſt ꝯ l.
4 eius qui. ſ. eo. & l. qui a latronibus. No. ꝙ iniuſta † captiuitas nõ
impedit teſtamenti factionẽ. Ad quod vide l. nam & ſi Seruius.
de nego. geſtis. No. in §. ſi quis in capitali, ꝙ ſententia pendente,
damnatus de crimine capitali confirmat teſtamentum, vel nõ
impedit teſtamenti factionem, l. furti. ſ. de muner.

S V M M A R I V M.

1 Opinio in factione teſtamenti actiua quòd præfertur ueritati.
2 Dubius & errans ęquiparantur, & quomodo.
3 Furioſus habet teſtamenti factionem paßiuam.

LEX XIIII.

QVi in domini teſtamento. Ser-
uus manumiſſus, ſi eius manumiſſionem ignorat, vel de
ea dubius ſit, teſtamenti factionem non habet, & fi-
liusfamilias ſurdus, furioſus, & mentecaptus, licet teſtamẽti fa-
ctionẽ nõ habeant actiue, hẽnt tñ paſſiue. & is, cui bonis eſt in-
terdictum, teſtari non põt, ſuperueniens tñ interdictio teſtm̃ an
te factum non irritat. & dãnatus ob crimen famoſum inteſtabi-
1 lis eſt. hoc dicit vſque ad l. ſi filius. No. in l. qui in dñi. † ꝙ circa
factionem actiuam teſtamẽti opi. pręfertur veritati. No. in l. de
ſtatu. quod dubius de ſtatu ſuo non poteſt teſtari. No. ſecundo,
2 dubium † & errantẽ ęquiparari. Et ad idem l. fi. C. de condi. in-
debiti. l. manifeſtiſſimus. §. ſin autẽ neſcius. C. de furtis. Et ꝑ hoc
ego ſoleo reprehendere Bar. teſtator ſcienter adijciens cõditio.
impoſſibilẽ legato, non vitiat leg. l. j. de condi. inſti. cum ſimilib.
Capias caſus erroris, ſi teſtator circa impoſſibilitatẽ cõditionis
errat, & tali caſu vitiatur legatum. Caſus eſt ſing. in l. ſeruo ma-
numiſſo. ſ. de condictione indebiti. Capias tertium, aliqñ teſta-
tor dubitat circa impoſſibilitatẽ, vel poſſibilitatem, & tali caſu
vult Bar. ꝙ iſtud tale legatũ valeat, & non vitietur. Iſte eſt caſus
ſing. ſm Bar. in l. ab omnibus. §. j. de lega. j. Hoc non eſt verũ, qa
dubitatio & error æquiparantur, vt eſt caſus hic. Et ſi dicas, quo
modo reſpondetur ad illum §. primum? dico quod nil facit. No
3 ta in † l. filiusfamilias. furioſum habere teſtamenti factionem
paſſiuam. Secundo vero ignoranti acquiri actionem perſona-
lem. no. in l. is cui. ꝙ is, cui bonis interdictum eſt, teſtamentum
facere non poſſit: tamen ante factum non irritatur.

S V M M A R I V M.

1 Habilitas perſonę teſtantis, ut teſtamentum ualeat, requiritur tempore teſtamenti & mortis.
2 Teſtamentum ab initio inualidum, ex poſt facto non reconualeſcit.
Teſtamentum uſurarij, qui poſt illud uſuras reſtituit, an ualeat.
3 Legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
4 Exiſtens in poteſtate teſtatoris, teſtis in teſtamento eſſe non poteſt.
5 Captus ab hoſtibus, & redemptus, iure pignoris retinetur, donec ſe redimat.

LEX XIX.

SI filiusfamilias. Teſtamentum ab initio
inualidum ratione inha
bilitatis perſonę teſtantis, ex ſuperuenienti habilita-
te non conualeſcit. Et hæres inſtitutus, item & pupil
lus, & in poteſtate teſtatoris exiſtens in teſtamẽto teſtes eẽ non
poſſunt. Similiter nec furioſus, licèt contra in legatario & tuto-
re, ac etiam patre, qui in teſtamento filij teſtis eſſe poteſt. hoc di
1 cit cum l. ſequen. vſque ad §. eum qui. No. in l. ſi filius. † ꝙ inte-
ſtante requiritur habilitas perſonæ tempore teſtamenti condi-
ti, & tempore mortis, l. j. §. exigit. de bono. poſſeſſio. ſm tabu-
2 las. & in l. j. §. ſi filio. de leg. 3. Secundo nota † ex eadem, ꝙ teſtm̃
ab initio validum, ex poſtfacto non reconualeſcit. Ad idem d. l.
j. de leg. 3. Vſurarius ad hoc, vt teſtm̃ eius valeat, oportet, vt pri-
mo caueat de reſtituendis vſuris. ca. quanquam. de vſuris. lib.
6. Et pone ꝙ teſtetur, & poſtea reſtituat vſuras, nunquid valeat
eius teſtamentum. Iſta lex facit, quod non. de hoc nota. in d. c.
quanquàm. Bar. in l. filio præterito. de iniuſto teſtamen. Bal. in
3 l. poſthumo. C. de contratabu. No. in † l. qui teſtamento, legata-
rium poſſe eſſe teſtem in teſtamento. Ad idem Inſtitu. de teſta-
mentis. §. legatarijs. l. omnibus. de teſtamen. & in l. dictantibus.
4 C. eo. No. † ſecundo, in poteſtate teſtatoris exiſtentem, in teſta
mento eius non poſſe eſſe teſtem, non ſolum hoc eſt verum in
5 teſtamento, ſed etiam in contractu, vt hic patet. No. † captum
ab hoſtibus redemptum iure pignoris poſſideri, donec ſe redi-
mat. vide l. 2. C. de cap. eſt ergo fallentia vnius regulæ, quod li-
ber homo non poteſt pignorari. fallit in hoc.

S V M M A R I V M.

1 Teſtis, qui probibetur in iudicio teſtificari, probibetur & in teſtamento.
2 Mulier in teſtamento inter filios poteſt eſſe teſtis, & etiam in teſtamento ad pias cauſas.
3 Argumentum a contrario ſenſu in iure ualet.
4 Teſtificandi officium eſt de iure ciuili.
5 Diuerſitas identitatis non impedit officium teſtificandi.
6 Teſtis quod deponit, debet ſenſu percipere.
7 Compulſio teſtium reddit teſtamentum nullum.

LEX XX.

L. qui teſtamento. §. eum qui. Dam-
natus lege Iulia repetũ. mulier, & ſeruus ad teſtm̃ teſtes adhiberi non
poſſunt, & non intelligẽs ſermonẽ teſtatoris in teſtõ in ſcriptis,
põt in teſtem adhiberi, duntamen ſenſu percipiat ſe ad hoc vo-
cari. Et ſtultũ eſt teſtamentũ, ad quod teſtes inuiti detenti ſunt.
1 h. d. No. in §. eum qui. † ꝙ in materia teſtium, bonum eſt argm̃
ad prohibitionẽ teſtamenti in iudicio, & in conſequentiã in te
2 ſtamento. No. † in §. mulier. mulierẽ in teſtamento non poſſe
eſſe teſtem. fallit inter filios, vt in auth. ꝙ ſiue. & authẽ. vnde ſu-
mitur. C. de teſta. Item in codicillis. no. glo. in l. fi. §. in oĩum. C.
de codicil. Fallit etiam in teſtõ ad pias cauſas, & omne illud, qđ
fit ad pias cauſas, dicitur fieri pro anima. gloſ. eſt in l. ſi quis Ti-
tio. de leg. 3. Ita cõcludunt Doc. in l. j. C. de ſacroſan. eccl. No. vl-
3 terius, † ꝙ arg. a ꝯrio ſenſu eſt bonum in iure, vt patet hic, & C.
de fur. l. apud antiquos. Cano. de elec. c. publicato. No. in §. ſer-
uus, ꝙ ad ea quę ſunt iuris ciuilis, ſeruus non dr̃ habere idoneã
4 perſonã. & in l. qđ attinet. de reg. iu. No. ẽt, ꝙ † officiũ teſtifican
5 di eſt de iure ciuili. No. in §. veteres. † ꝙ diuerſitas idoneitatis nõ
impedit officiũ teſtificandi in teſtõ in ſcriptis, & ita allegatur §.
6 hic. Vlterius † no. ꝙ teſtis id, qđ deponit, ſenſu percipere dẽt, C.
de teſti. l. teſtiũ. & glo. in l. ꝙ meo. j. de acq. poſſ. enumerat ſen-
7 ſus. No. vlti. † ꝙ cõpulſio teſtiũ reddit teſtm̃ nullum, & ita ſin-
gulariter alleg. Sed quid in ꝯctu, non reperitur in iure cautum.

S V M M A R I V M.

1 Nominatio hæredis inſtituti in teſtamento nuncupatiuo per teſtatorem, vt teſtes audiant, fieri debet.
Quid ſi inter teſtatorem, & teſtes ſit cortina in medio? remißiue.
2 Palam dicitur, quod fit coram ſeptem perſonis.
3 Solẽnitas in actus cõfectione requiſita, eadẽ requiritur in illius mutatione.
4 Declarans nil noui facit.
5 Amicitia ſpecialis quòd declarat nominis obſcuritatem in teſtamentis.
6 Verba diſpoſitionis obſcura declarantur ex conſuetudine diſponentis.
7 Vſus ſpecialis teſtatoris prævalet generali prouinciæ ipſius.
8 Rogitus teſtium quòd requiratur in teſtamentis.
9 Contractus quòd fieri poſſint in teſtamentis.

LEX XXI.

HAeredes palam. Nominatio hæredũ per teſtatorẽ ita fieri
debet, quòd exaudiatur a legitimo numero teſtiũ.
Et mutatio teſtamenti eam ſolẽnitatẽ requirit, quã
eiuſdem confectio. Et in teſtamento debent teſtes eſſe rogati,
nec alius actus a teſtamento extraneus eſt in ipſa teſtamẽti cõ-
1 fectione intermiſcendus. hoc dicit tota lex. No. † in teſtamẽto
nuncupatiuo nominatim hæredis fieri inſtitutionẽ debere per
teſtatorẽ, vt intelligant teſtes, C. eo. titu. l. iubemus. Quid autem
ſi teſtator & teſtes habent cortinam in medio? gloſ. eſt in l. 2. §.
item Labeo. de aqua plu. arcen. & dixi plene C. de teſtamentis.
2 l. ſi non ſpeciali. No. illud † palam dici factum, quòd fit coram
ſeptem. vide l. palam. ꝭ. de verbo. ſignifi. de hoc quando dicatur
fieri palam, dixi in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. de noui operis
3 nunciatio. No. in l. † quod ſolennitas, quæ requiritur in actus
confectione, intelligitur requiſita in eiuſdem actus reuocatio-
ne, l. ſi vt proponis. C. de nup. Ea etiam quæ requiruntur in ip-
ſius actus reſolutione, l. ſi ad reſoluendã. de prædiis minorum.
adeo eſt verum, quòd ſi ſolennitas actus ſit ſpeciali priuilegio,
alia quoque requiritur de iure cõmuni, l. in fraudem. §. ſicut. ꝭ.
de teſtamento militis. fallit hoc in caſu auth. hoc ita. C. de teſta-
4 mentis. Not. vlterius in §. ſi vero quis. † quòd declarans nil no
ui facit. Ad idem eſt ꝭ. de acquirendo rerum dominio. l. adeo. §.
5 cum quis. No. vlterius in verſi cum omnes. † quòd ſi quis inſti
tuat Titium, pluribus datis Titiis, ſi nullus illorum Titiorum
ſit amicus, ille eſt inſtitutus, qui eſt amicus ſpãlis, ꝗa ſpãlis ami-
citia declarat noĩs obſcuritatẽ in teſtamentis. Ad idem ꝭ. de reb.
dubiis. l. cum fuerit. l. ſi quis ſeruum. §. inter duos. de leg. 2. eſt no
tab. ad legem, duo ſunt Titij. de teſtamentaria tutela. No. vlte-
6 rius tex. in verſicu. ſed ſi notam. † obſcura verba diſpoſitionis de
clarari ex conſuetudine loquendi in ipſa prouincia. de lega. 3. l.
7 nummis. de lega. 2. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. No. † ex eodem, ꝙ
ſpecialis vſus loquendi teſtatoris preualet generali ipſius ſuæ
prouinciæ. Ad idem dicta l. ſi ſeruus plurium. §. fi. notabile eſt
hoc ad declarationem l. Labeo. de liber. leg. c. ex literis. de ſpon
8 ſalibus. Nota in §. in teſtamentis. † ad ſolennitatem teſtamenti
requiri rogitum teſtium. Quot autem ſint caſus, in quibus ro-
gitus teſtium requiratur, habetur in authenti. rogati. C. de teſt.
An autem iſte textus habeat locum in teſtamento ad pias cau-
ſas, & in teſtamento inter liberos? dixi in auth. ſimiliter. in mea
repetit. Nota vlterius continuationem teſtamenti debere fieri.
nõ autem l. cum antiquitas. C. eo. titu. No. in teſtamento. non
debere fieri actum extraneũ, an poſſit fieri ꝯctus in teſtõ. Ha-
bes hic glo. & ego allego tex. in l. ex ſententia. de teſtamentaria
tutela. & l. vxori. §. primo. infra de falſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes omnes in teſtamento eſſe poſſunt de eadem domo, & idem in con-
tractibus.*
2 *Teſtis inhabilitas conſideratur tempore teſtamenti in teſtamentis, ſed in
iudicio tempore depoſitionis.*
3 *Signa teſtium turbata facto teſtatoris, inducunt nullitatem teſtamenti.*
Signum notarij ſi reperitur vitiatum, an inſtrumentum reddatur nullum.
4 *Signum notarij, an neceſſe apponi debeat in inſtrumento.*
5 *Varietas ſignorum tabellionatus in inſtrumentis punitur pœna falſi.*

LEX XXII.

AD teſtium. Ad teſtamenti factionem inter-
uenire poſſunt plures teſtes, qui
ſub vnius ſint poteſtate. Et conditio teſtis inſpici-
tur tempore, quo ipſe rogatur, vel teſtamentum ſi-
gnat, non autem tempore mortis. Et poteſt alieno annulo te-
ſtamentum ſignari, & ſigna turbata a teſtatore faciunt teſtamẽ
tum haberi pro non ſignato. Et ad validitatem teſtamenti re-
quiritur ſignum teſtis & ſui nominis inſcriptio. Item & ꝙ cũ an
nulo ſignetur. Et vnius teſtamenti poſſunt plura fieri exempla,
1 vel inſtrumẽta. h. d. vſq; ad legẽ, ſi is qui. No. ĩ l. ad teſtiũ. † ĩ prin.
teſtiũ non vitiari, quamuis omnes teſtes rogati ſint de eadẽ do-
2 mo, ita nec ꝯctus, l. pater & filius. ſ. de teſti. No. in §. condi. † ꝙ
habilitas teſtium conſideratur tempore rogitus, & tempore ſi-
gnationis, adeo ꝙ ſuperueniens inhabilitas non reddit inuali-
dum, l. j. §. j. eo. tit. cum ibi no. Quid autem ſi teſtis producatur
in iudicio, & tempore, quo iurat, eſt habilis, tempore quo depo
nit, reperitur inhabilis, nunquid vitietur teſtimonium eius, vel
valeat? Spec. in tit. de teſti. §. j. verſi. quid ſi teſtis. Ioã. An. in mer-
curialibus. in c. factum legitimum. de reg. iur. in 6. Caſus eſt ro-
tundus, ꝙ attenditur inhabilitas veniens tempore depoſitionis,
de teſtibus cogendis. c. præterea. No. in §. ſi ab ipſo teſtem ſigil-
3 lare poſſe annulo alieno, ẽt ſi ſit teſtatoris. No. in † §. ſi ſigna. ꝙ
ſigilla teſtium turbata facto teſtatoris inducunt nullitatem te-
ſtamenti. Quid autem ſi reperiatur ſignum tabellionis turba-
tum, an reddatur nullum ipſum inſtrumentum? vide c. inter di
lectos. de fide inſtrumentorum. & probat iſte text. ꝙ in teſta-
4 mento in ſcriptis eſt neceſſarium ſignum. † Quid autem in in-
ſtrumento, nunquid tabellio neceſſe habeat ponere ſignum?
ponunt hic Doct. Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de inſtru-
mentorum edit. in additio. incipien. Ille §. non probat. Butr. de
5 fide inſtrumen. in c. j. Item no. ꝙ varietas ſignorum tabellio-
nis in inſtrumentis punitur pœna falſi. Guil. C. de fide inſtru-
mentorum. l. comparationes. & refert Bald. illud in proœmio
C. argu. l. falſi. ꝭ. de falſis. No. in §. ſignum. ꝙ in teſtamento in
ſcriptis, ꝙ eſt neceſſe interuenire ſigna nominum & teſtiũ. No.
etiam hic neceſſarium fore, ꝙ quis ſignet annulo, iſta tria ſunt
neceſſaria in teſtamento in ſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, quod non eſt in omni parte perfectum, eſt nullum.*
*Subſtantia teſtamenti quod ſit indiuidua, etiam quo ad uoluntatem te-
ſtantis.*
2 *Allegans imperfectionem voluntatis, illam probare debet.*
Statutum non fuiſſe in totum productum, cui incumbat probare.
3 *Inteſtabilis qui dicatur.*
4 *Teſtis in teſtamento vel contractu, quando dicatur rogatus.*
5 *Fatuè quærenti ſuperbè eſt reſpondendum.*
6 *Teſtamentum imperfectum ratione uoluntatis eſt omnino nullum.*
Quid in teſtamento militis.
7 *Verba ad iactantiam dicta, non ſunt obligatoria.*

LEX LXXV.

SI is, qui teſtamentum. Teſtamẽ-
tum incõ
pletum eſt inualidum etiã reſpectu eius orationis,
quam perfecit teſtator, & inteſtabilis eſt ille, qui te
ſtari non poteſt. nec teſtis eſſe, & qui etiam aliter non poteſt te-
ſtificari. Et in eodem teſtamento poteſt quis fungi officio ſcri-
ptoris, & teſtis. Item ſcriptura priuata teſtamenti per ſeruũ fieri
poteſt. Et teſtamentum nõ validum vt teſtamentum. põt vale-
re vt codicillus, ſi de intentione teſtatoris appareat. Et verba ad
iactantiam dicta non inducunt diſpoſitionem. hoc dicit vſque
1 in finẽ tit. No. in l. † ſi is qui teſtamentum. niſi ſit omni ex parte
perfectum, nullum eſſe. Et ita allegatur cum l. ex ea. ꝭ. eo. & l. fu-
rioſum. C. qui teſtamen. vnde allegatur ſecũdo, ꝙ quemadmo-
dum ſubſtantia ipſius teſtamẽti eſt indiuidua quo ad ipſius vo-
luntatem, l. hæredes palam. in prin. de teſtamentis, ita etiã quo
2 ad ipſius voluntatem. No. ſecundo in † verbo, ſi cõſtaret voluiſ-
ſe. ꝙ alleganti imperfectionem voluntatis, incumbat probatio.
Et hoc facit ad quæſtionẽ, de qua in l. j. de noui oper. nuncia. &
ibi Batt. in c. j. de noui operis nuncia. & ibi But. nunquid ſtatutũ
debeat produci, pars, vel totum? modo iſtud ſtatutum non eſt
totum productum, & ſic imperfectum, cui incũbat probatio?
3 dic ꝙ incumbet allegãti. No. † in l. cũ lege. illum dici, inteſtabilẽ,
qui teſtis eſſe nõ põt, neq; teſtari, in cuius fauorem non poteſt
teſtimoniũ quis reddere. Et no. ad ſtatuta facientia quem inte-
ſtabilem. No. in l. Domitius. poſſe in eodem teſtamẽto vti quẽ
officio ſcribentis, & teſtãtis. No. in fi. ibi, aliquis iure teſtis adh-
4 ibitus ſit. † ꝙ teſtis ſe ſubſcribens teſtamento vel cõtractui præſu
mitur propter ſubſcrip. rogatus, ẽt ſi aliter non cõſtet de rogitu.
ita ad hoc ſingulariter. No. longa eſt differentia, an in ſolennita-
te teſtamenti vel contractus prǽſumantur teſtes rogati, plene di
5 xi in l. ſciẽdũ. de verb. obli. Vlterius ſemper allegatur, ꝙ fatuè
quærẽti eſt ſuperbè reſpõdẽdũ. Ad hoc vide qualiter Impera-
tor ẽt reſpõdet. in l. preſ. b. C. de impuberũ. l. vt reſpõſum C. de
trãſac. l. cũ duobus. ſ. pro ſocio. & c. de muliere. de ſpõſalibus.
No. in l. ſeruus. & ita allegaẽ, ꝙ licèt ſeruus nõ poſſit vti officio
tabellionis, vt l. generali. de tabularijs. lib. 10. tñ poteſt eſſe priua
6 tus ſcriptor. No. in l. ex ea. ꝙ teſtm̃ imperfectũ rõne voluntatis
eſt omnino nullũ. Et in hoc tene mẽti illã glo. ꝙ imperfectũ &
nullum eſſe dicitur, ſi ſcriptor poſtquam ſcripſit, non relegit
coram teſtatore, & teſtibus, certè illud eſt nullum, & dicitur im
perfectum, vt eſt gloſ. in l. fideicommiſſa. §. quoties. de legat. 3.
Nunquid illa gloſ. ſit vera in teſtamento militis? dic quòd non
habet locum in milite. de hoc eſt tex. in l. Lucius. ꝭ. de teſtamẽ.
militis. Vlterius no. in ea. l. ex ea ſcriptura. quòd teſtator facere
poteſt voluntatem ſuam, quæ non valet, vt teſtamentum, po-
teſt ſi vult facere valere iure inteſtati, per adiectionẽ illius clau
7 ſulæ. No. in l. ſi. † quòd verba ad iactantiam dicta, non ſunt obli
gatoria. vnde allegant Vltramontani, quod licitum eſt ſeruire.

De liberis & poſthumis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Nominatim exprimi dicitur, quando exprimitur nomen, prænomen, &
cognomen.*
2 *Specificatum in forma dicitur, quando nomen uel prænomen exprimitur.*
3 *Nomen appellatiuũ quando importat expreſſionem nominis proprij.*
4 *Indefinita in odioſis quòd non æquipollet vniuerſali.*

LEX

LEX PRIMA.

Q Vid ſit nominatim. Nominatim dicit exhæredatio fieri, qualitercunq; quiſque exhęredetur, dũmodo exhæredatio certa ſit. hoc di-
1 cit cum l. ſequẽ. † No. in l. j. ꝙ illud dicitur plena forma noĩatim exprimi, cuius expreſſata ſunt nomen, pronomen & cognomen. Quæ drĩa ſit inter nomẽ, pro nomen, cognomen, & prænomen, vide gl. in l. in noĩe. de teſta.
2 vide glo. Inſti. eo. §. nominatim. No. ꝙ † illud dicitur ſpecificatũ in plena forma, cuius vnum iſtorum eſt ſpecificatũ. No. in l. 2.
3 † nomen appellatiuũ, cuius ſignificatio non poteſt, niſi in vno eſſe, importare noĩationẽ nominis proprij, vt qñ dico, filiũ exhæredo, qñ non habeo, niſi vnum. Ad idem l. nominatim. ȷ̄. de condi. & demon. & l. nominatim. de manumiſſis teſtamẽ. No.
4 ſecundo, quòd in odioſis indefinita non æquipollet vniuerſali. No. ad declarationẽ l. ſi ex pluribus. de leg. 3. & c. vt circa. de electio. in 6. in gl. Nunquid ſi quis filio leget, dicatur eum ꝑterire, de hoc eſt caſus in l. filius. ſ̄. de minorib. quia dr̄ ꝑteritus filius,

SVMMARIVM.

1 *Delictum quòd poſſit in teſtamento committi.*
2 *Iniuriari aliquem dicitur, qui illum appellat ſpurium.*
Spurij an ſint infames infamia facti.
3 *Exhæredatio conditionalis eſt nulla, & uide nu. 8. & 12.*
4 *Idem ſi eſt facta a certa perſona, & nu. 6.*
5 *Exhæredatio poſita inter vnum gradum, refertur ad omnes, qui illum gradum faciunt.*
7 *Filia excluſa per ſtatutum a paterna ſucceſſione, an intelligatur excluſa a legitima.*
Diſpoſitio ſtatuti & teſtatoris æquiparantur.
8 *Ademptum ſub conditione, quando uideatur ſub contraria conditione datum.*
9 *Argumentum a contrario ſenſu dicitur ſumi mentaliter, & per coniecturam.*
10 *Exhæredatio facta inter plures gradus, uel ante, regulariter refertur ad omnes.*
11 *Ratio quare in extraneo exhæredatio ſit inepta.*

LEX III.

E T ſi pepercerit. Sufficit, vt nominatim dicatur exhæredatio facta exhæredandũ ex matre demõſtrari, & conuitioſa exhæredatio valida eſt, niſi fiat cõditionaliter, qm̃ tunc eſt nulla. Et clauſula poſita inter vnum capitulũ, ad illud tantum refertur, ſecus ſi inter plura, vel ante plura, quoniã tunc refertur ad omnia. hoc dicit vſque ad §. fi. No. ex l. & ſi peperce-
1 rit, ꝙ † quamuis dubitetur, an poſſet contractus admiſceri teſtamento, vt l. hæredes palam. ſ̄. titu. j. tamen hoc certum, ꝙ poteſt admiſceri teſtamento delictum. argue ſic, de delictis ad contractum procedit argumentũ, l. omnẽ. ſ̄. de iudic. ergo contra-
2 ctum &c. Nota ſecundo iniuriam † eſſe alicui dicere, tu es ſpurius, nec eſt hoc mirum, quia ſpurij ſunt infames infamia facti, vt dicit Azo in ſumma ſua, C. de infamibus. Si dicis, hoc eſt verum quod dicit Azo: Bal. ſequitur hoc in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. Sed argue in ꝯrium, infamis infamia facti non poteſt promoueri ad dignitatem, ſaltem in defectũ legitimi, vt l. generaliter. §. ſpurij. & l. ſpurios. C. de decurio. ſi ſaltẽ põt promoueri ad dignitatẽ, ergo non eſt infamis. Et ſi dicis, quòd hoc argumentũ non obſtat: dic quod ſic, quia non poteſt quis pro parte eſſe infamis, & pro parte non, l. j. in prin. de Latina libertate tollenda. l. libertas & ad tempus. de manumiſſis teſtamento.
3 No. in §. pure. † exhæredationẽ cõditionalẽ eſſe nullam. Ita eſt textus hic, & in cõſequenti §. Quæ eſt ratio, quod exhæredatio conditionalis eſt nulla? Quod ſit valida, arguitur: inſtituere & exhæredare ſunt duo contraria, tunc ſic, contrariorũ eadem eſt diſciplina, l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. ff. de verbo. obliga. ſi valet inſtitutio conditionalis, ergo exhæredatio. Declaro ibi rationem. Ratio quare conditionalis exhæredatio eſt nulla, eſt iſta, teſtamentũ, in quo filius eſt præteritus, eſt nullum ipſo iure, l. filio. ȷ̄. de iniuſto & irri. Ad propoſitum, quia eſt nulla exhæredatio conditionalis, quia in defectum conditionis eſt filius præteritus, & ſic exhæredatus, & exhæredatio eſt nulla, quia non proui-
4 det in defectum conditionis, ergo &c. No. in † §. filius familias. Exhæredationẽ a certa perſona eſſe nullam, & ita eſt hic caſus. ſunt rationes, quia reſpectu alterius perſonæ reperit ſe præteritũ filius, alia rõ exhæredatio eſt a tota hæreditate priuatio, ſed
5 hic ponitur exhæredatio ad partẽ, ergo nulla. No. ex † eodẽ §. ꝙ exhæredatio poſita intra vnũ gradũ refertur ad oẽs, qui faciunt illum gradũ. In teſtamento poſſunt fieri plures gradus, l. vel ſingu'is. ȷ̄. de vul. & pupillari. Plures perſonæ in eodẽ tempore vocatæ faciunt vnum gradũ, diuerſo tẽpore vocatæ plures, faciũt
6 plures gradus, l. poteſt quis. de vulgari & pupillari. Nota in † §. filius, ꝙ exhæredatio facta a certa perſona inſtitu. vel ſubſti. eſt nulla. Cõcordat ȷ̄. de contratab. l. non putauit. §. ſi ab vno. Quæ eſt huius ratio duplex. Prima ratio eſt, quia eo ipſo quod filius exhęredatur reſpectu vnius exhæredationis, ſolũ reſpectu certæ partis hæreditatis datę illi perſonæ, ſed exhæredatio a certa parte hęreditatis eſt nulla. l. cum quidam. ȷ̄. eo. igitur &c. Secunda ratio eſt, quia ſi exhæredatus ab vno ex hæredibus intelligitur præteritus quo ad alios hęredes, quia non reperitur eſſe in-
7 ſtitutus, & ſic præteritus. Et hæc faciunt † ad qõnem, poſito, ꝙ legitima ſit quota hæreditatis, de quo diſputabatur heri. Nunquid filia per ſtatutum excluſa a ſucceſſione paterna, intelligatur excluſa a legitima? Iſte tex. facit quod ſic. dico, ꝙ iſte tex. probat quòd ſic. Diſpoſitio enim ſtatuti, & teſtatoris æquiparantur, vt l. Labeo. de ſtatuliberis. & l. ſeruus hac. de manumiſ. ti. generali. ſed ſi teſtator vult exhæredare, requiritur ꝙ filius exhęredetur a toto, adeo ꝙ ſi a parte, diſpoſitio eſt nulla, vt hic, & ȷ̄. eo. l. cum quidam, ſed ſi priuaret in certa parte, ſic & in certa parte, non ſtatim eſt nullũ. hoc dico per viam argumẽti. No. in codẽ §. quòd teſtator volens hæredẽ haberi pro exhęredato, poſt aditam hæreditatẽ exhæredat, nulla eſt ipſo iure exhęredatio. Ita eſt caſus hic. Quod ſit verum, vides tex. hic, & ratio eſt, quia ante aditam reperit ſe pręteritum, ergo teſtm̃ nullum: vnde præ-
8 teritus & præteritio facit teſtm̃ nullum. No. vlterius, † ſcilicet ꝙ exhæredatio conditionalis eſt nulla, quiſquis denotat. Primo argue ſic, exhæredatio conditionalis eſt valida, & probo ſic, hæreditas filio adempta ſub vna conditione, ſub contraria conditione intelligitur ſibi data, vt l. legatum ſub conditione. ȷ̄. de alimẽ. legatis. Ad ꝓpoſitum, exhęredo filium meum, ſi nauis ex Aſia venerit, ergo ſi non venerit, inſtituo eum. Reſponde dupliciter primo ſub vna conditione adempta intelligitur data. Eſt verũ, quòd id, quod adimitur ſub conditione nunc, per prius erat expreſsè datum, quia tunc contraria conditio facit ademptionem ceſſare, & dationem reconualeſcere, ſed vbi ademptum ſub cõditione, nunquam antea fuit expreſſe datum, tunc ſub contraria cenſetur fore verum. Quia inducta ad diminutionẽ nõ operantur augmentum, l. cum tale. in fine. de conditio. & demon. l. legata inutiliter. de leg. j. & de adimen. leg. Sed ſi dico ſic, adimo Titio centũ ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, & hæc centum nunquam antea Titio legaueram, ſi nauis venerit ex Aſia, debent ne dari? dic, quòd non, vt d. l. cum tale. Vel ſecundo poſſumus reſpondere, iſtud argumentũ a cõtrario ſenſu cõditionis facit illam rem, quæ a contrario ſenſu colligitur, nõ videri in teſtamento ſcriptam proprie, ſed videri ſcriptam mentaliter, non ocularīter, tex. eſt ſing. in l. j. ȷ̄. ſi tabu. teſtamẽ. exta. nul. iuncta l. apud antiquos. C. de furtis. Sed inſtitutio debet in teſtõ legi ocularīter, neque ſufficit, quòd legatur mentaliter, l. j. ȷ̄. de his, quę in teſta. delen. igitur &c. Debet etiam articulate declarari. l. iubemus. de teſtamen. Tertia reſpõſio poteſt eſſe, ex quo tu impius es erga filium tuũ exhæredando, lex vult tibi eſſe pia, filium impie exhæredanti, tuã voluntatem impie interpretãdo. Ad propoſitum exhęredo filium meũ, ſi nauis ex Aſia venerit &c. Quia male facis eum exhęredando, tu ſcis bene, quòd pater num officium in pietate, non autem in atrocitate conſiſtere de-
9 bet, l. diuus. ad legem Pompeiam de parricidijs. Illud, † quod ſumitur a contrario ſenſu, dicitur ſumi mentaliter, non ocularīter, tex. eſt in l. j. ſi tabu. teſtamen. exta. tex. in l. apud antiquos. dicit, quòd præſumitur a contrario ſenſu, quod ſumitur per coniecturam, tex. in d. l. j. ſi tabu. teſtamen. exta. per coniecturã &c.
10 Vlterius no. † in §. ante hęredis, quòd exhęredatio facta inter plures gradus vel ante, refertur in dubio ad omnes gradus. Ita eſt caſus. Idem ſi poſtea fiat, quia tunc refertur ad omnes, l. j. C.
11 eo. titu. Iſta ſolum ſunt notanda in hac l. Sed quę eſt † ratio, ꝙ in extraneo exhęredatio eſt inepta. Priuatio preſupponit habitum, l. decem. cum materia ſua. de verb. oblig. Sed priuare hęreditate filium in poteſtate, eſt res apta, l. cum ratio. de bonis damna. cum ſimilibus. Et eſt hęreditas debita filio, vt d. l. Sed nõ intelligas, quòd ſit tantum inepta, quòd illa priuatio non ſit tantum inepta, ſed prout operatur ſignificatio, vt ſi diceres, coruus niger, §. paterfami. ȷ̄. de hęredibus inſtituen. Actus vltimę voluntatis beneficij collatiuus cum ſpeciali conuitio, eſt nullus, l. turpia. de leg. j. & l. quoties. §. ſed ſi nomẽ. de hęredibus inſtituẽ-
12 dis. † An exhęredatio conditionalis valeat? quędam eſt conditio exhęredationi adiecta, non tamen eiuſdem ſuſpenſiua, & iſta eſt valida. tex. eſt in dicta l. j. §. ſed ſi incertum. de ventre in poſſeſſionem mittẽdo. l. ſi ita. ȷ̄. de iniuſto rupto & irrito teſtõ. Sc̃da ꝯcluſio: exhęredatio ꝯdõnalis hñs adiectã ꝯdõnem ſuſpenſiuam in iam nato, eſt nulla, niſi ſit facta in defectũ ꝯdõnis adiectę inſtitutioni. Caſus eſt hic iuncta dicta l. ſi pr̃. de inſti. & ſubſt. & eſt rõ, quia in nullo caſu eſt dare filiũ eſſe preteritũ, aut venit nauis ex Aſia, & eſt inſtitutus, aut nõ venit, & eſt exhędatus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, quod poteſt innipere a ſecundo gradu ualido, ſi primus eſt inualidus, & uide nu. 8.*
2 *Caput impotentiæ, ad quod trahitur ſubſtitutio vulgaris, verificatur in impotentia reſpectu nullitatis uel inſtitutionis.*
3 *Verba indefinita fauore teſtamenti trahuntur ad omne tempus.*
4 *Poſthumus quòd poſſit inſtitui etiam ab eo, qui ex accidenti generare non poteſt, ſecus ſi eſt impotens a natura. nu. 6.*
5 *Senectus non impedit matrimonium.*
7 *Hermaphroditus denominatur in eo ſexu, quo magis calescit.*
8 *Exhæredatio filij facta ab uno gradu, quando reperitur ab alio prǽteritus, an ualeat.*
9 *Prǽteritio matris an habeatur pro exhæredatione.*

§. Si ita teſtatus ſit. Teſtamentum ſi non poteſt incipere a primo gradu ex de
fectu p̄teritionis, incipit a ſecundo, in quo reperitur exhæreda-
rio. Et inſtitutio indefinite cōcepta, ad omne tp̄s refertur, adeo
vt nec reſtringatur ad tempus teſtamenti. Et qui perdidit poten
tiam generandi propter accidens, poteſt poſthumū inſtituere,
ſecus ſi ſit impotens a natura. hoc dicit vſque ad legem, ſi filius
1 eius qui in poteſtate. No. ex † §. fi. ꝙ vbi gradus primus teſtamē
ti eſt nullus propter præteritionē, poteſt teſtamentū incipere a
gradu ſecundo, ſcilicet ſubſtitutionis, qui reperitur validus pro
pter filij ſibi annexā exhæredationē. No. ſecundo valere exhære
dationē. filij ab vno gradu, qn̄ reperitur ab altero præteritus, ſcili
2 cet primo, & etiam econuerſo. No. hic † caſum, ꝙ caput impo-
tentiæ, ad quod trahitur ſubſtitutio vulgaris, verificatur in im-
potentia pp̄ reſpectū nullitatis, vel inſtitutionis, & ita allegatur
3 hæc l. No. in l. placet. † ꝙ fauore inſtitutionis verba indefinita,
id eſt inſt tuo poſthumum fauore teſtamenti, non reſtringunt
ad teſti tp̄s, ſed trahunt ad tp̄s omne. Ita eſt hic caſus. In legato
ſecus eſt, vt in l. ſi ita. j. de auro & ar. leg. cum ſi. & ſic habes, ꝙ fa
uorabilior eſt inſtitutio, q̄ legatum, vt patet hic, iuncta d. l. ſi ita.
4 No. in l. ſed eſt quęſitū. † poſthumū inſtitui poſſe tam ab eo, qui
difficulter generat, q̄ ab eo qui ex accidēti generare non poteſt,
Et rō eſt, quia licèt non poſſit gn̄are, & ſic filios non hr̄e, tn̄ po-
teſt hr̄e per viam iuris ciuilis, & in illo verificatur inſti. No. vlte
5 rius, ꝙ † ſenectus non impedit matrimonij facultatē. Ad idē C.
6 de ſuis & legi. l. ſi maior. No. vlterius, † ꝙ eum, cui impedimen-
tum generandi præſtitit natura, priuat eum lex potētia inſtituē
di poſthumū. Et rō eſt, quia inſtituit hæredē illū, in quo impoſſi
7 bile erat eum habere. No. vlterius in §. hermaphroditus. † her-
maphroditū debere nominari in eo ſexu, in quo magis caleſcit.
Et ita eſt tex. hic. Ad idem l. vulgaris. de ſta. homi. & de teſtib. l.
repetundarū. Iſtud eſt contra Bal. in l. omnes populi. de iuſti. &
iure. Pone, ꝙ dicit ſtatutum, ꝙ minor non poſſit ɔ̄here ſine con
ſenſu duorum conſanguineorū, & pone, ꝙ erant hermaphrodi
ti, nunquid poterint, quia æquiparantur, l. hoc legatū. j. de lega.
3. ɔ̄rium eſt veritas. videtis, ꝙ regulariter ſm̄ ſexum incaleſcen-
tem, quare non poterit, vlterius attende. Oppono modo ibi ex-
8 tra gl. † dicitur hic, ꝙ filius a gradu primo fuit præteritus, a gra
du ſecundo fuit exhæredatus, poſtea dicitur, quòd gradus inſti-
tutionis eſt nullus, & ſic nulla dicitur ſucceſſiue, quod gradus
ſecundus eſt validus, a quo ſolo reperitur exhæredatus, adeo ꝙ
ſubſtitutus admittitur, j. de leg. 3. in §. filius. ſ. eod. vbi eſt tex. ꝙ
ab vna ſola perſona exhæredatio facta eſt nulla. Dic, quando al-
ter gradus, a quo eſt facta exhæredatio, facta a ſecundo eſt vali-
da, quia primus gradus habetur pro non facto, inſtitutus nō po
teſt admitti propter nullitatē, ergo ſubſtitutus admittetur. Pri-
ma cōcluſio, teſtm̄, a cuius primo gradu filius in teſtō reperitur
præteritus, valet in ſecundo gradu ſubſtitutionis, a quo ipſe re-
peritur exhæredatus. Secunda concluſio: teſtm̄, a cuius primo
gradu filius emācipatus reperit ſe præteritū, annullatur, ēt quo
ad gradum ſm̄, a quo reperit ſe exhæredatū. Et ratio eſt, præteri
tio filij emācipati non reddit teſtamentū nullū, ſed querelatur
poſtea per contratabulas, & reddit nullum, & quando querela-
tur per contratabulas, eſt nullum, & rumpitur primus gradus,
& in conſequens ſecundus, & rupto principali, & acceſſorium
rumpitur. Capias in poſthumo concluſionē, teſtamentū, a cu-
ius primo gradu poſthumus reperit ſe præteritum, per ſuper-
uenientē poſthumi natiuitatem, annullatur eius natiuitate. Et
iſte eſt tex. in d. l. nam & ſi ſub condit. §. fi. j. de iniuſto teſta. Fi-
lius exhæredatus ex vna perſona, quæ facit vnum gradum, eſt
valida, tex. eſt hic. Silentiū matris habetur pro patris exhæreda
tione, vt Inſtitu. de exhæredat. libero. in §. mater. Sed nunquid
9 † hodie hoc ſit verum, ꝙ ſilentiū matris habeatur pro patris ex
hæredatione? dic ꝙ aut mater filiū ſuum prǽterit cū cā, & talis
eſt valida. Aut mater nullam facit mentionē de filio ſuo, vel ſi
præterit ſine cauſa, tali caſu teſtm̄ eſt nullū ipſo iure. De hoc eſt
gloſ. ſingul. in §. exhæredatos. in Authenti. de hæredit. & Falci.
Probatur in §. aliud quoq; capitulū. in Auth. vt cum de appel-
latione cognoſcitur. Sequitur l. ſi filius eius q in poteſtate &c.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſio contratabulas, ut competat contra teſtamētum, in quo filius eſt præteritus, neceſſe eſt teſtamentum eſſe tale, quòd ex eo hæreditas adiri poſſit.*
2 *Teſtamentum ſecundum imperfectum ratione deficientis ſolēnitatis, quòd a iure ſuſtentatur, fauore uenientium ab inteſtato poteſt contratabulari.*
3 *Teſtamentum nullum contratabulari non poteſt. & nu. 1.*
4 *Teſtamentum ſecundum, in quo filius eſt præteritus, quando tollat primum.*
5 *Teſtamentum ſecundum, ex quo de iure prætorio poteſt adiri hæreditas, nō tamen de iure ciuili, quando tollat primum.*
6 *Caſus, in quibus teſtamentum ruptum reconualeſcit.*

LEX VII.

SI filius eius. Teſtamētum ſm̄, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, non
rumpit primum, licèt poſſit contratabulari, ſi in eo
ſint inſtituti venientes ab inteſtato poſt filium. hoc
dicit cum l. ſi duobus. §. ſi prius. infra de contratab. Et per hunc
modum hæc duo iura ſunt contraria. Pro euidentia primum,
1 † quod ad hoc vt competat contra teſtamentū, in quo filius re
perit ſe præteritum, bonorum poſſeſ. contratabu. eſt neceſſe, ꝙ
teſtamentū ſit tale, ex quo poſſit adiri hæreditas, tex. eſt in l. qđ
vulgo. infra de contratabu. Ratio, quia bonorum poſſeſſio con
tratabulas datur, vt rumpatur teſtamentū, quod erat ualidum,
ſed ſi teſtamentū nullum eſt, rumpi non poteſt, l. nam & ſi ſub
conditione. §. rumpendo. de iniuſto teſtamento. Secundo op
pono contra prædicta. Certum eſt, quod teſtamentū, in quo fi-
lius in poteſtate eſt prǽteritus, redditur ipſo iure nullum, l. filio
præterito. ſ. de iniuſto. Quod filius præteritus poteſt contrata-
bulare, ergo &c. Sed dic, quòd filius in poteſtate, eo quòd repe-
rit ſe prǽteritum, eo ipſo inſufflat ſpiritum in teſtamento, quod
incipit contratabulare. Tertium exemplum, quòd teſtamentū,
in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, non omni ſolenni-
tate perfectum validum cenſetur. ſi ſunt ſubſtituti illi, in quo
ſucceſſuri venirent ab inteſtato ipſi defuncto, & rumpit primū
teſtamentū, quamuis ſolenne, l. hac conſultiſſima. §. ſi quis au-
tem. C. de teſtamētis & l. 2. §. j. de iniuſto. No. in l. ſi filius eius q
in poteſtate, quod teſtamentū ſecundū, ex quo non poteſt adiri
hæreditas de iure ciuili, non tollit teſtamentū primum, & ſic al
2 legatur. Nota in §. ſi prius. caſum, quòd † teſtamentum ſecun-
dum imperfectum ratione deficientis ſolennitatis, quòd tamē
a iure ſuſtentatur, propter fauorem veniētium ab inteſtato po-
teſt contratabulari. Ita eſt caſus in §. ſi prius. Nota ex eodem,
3 † quòd teſtamentum nullum ipſo iure, & ex quo hæreditas nō
poteſt adiri, non poteſt contratabulari. Ad idem ſupra eodem
4 l. quod vulgo. Conclude † extra glo. teſtamentū ſecundum, in
quo filius in poteſtate reperit ſe præteritum, non tollit primum
validum. Ita eſt caſus hic. Secunda concluſio, teſtamentū ſecū-
dum, in quo poſthumus reperit ſe præteritum, tollit primum
validum, textus eſt in l. 3. §. ſed ſi ſtante. j. de iniuſto. Ratio, quia
iam natus, ſi reperiat ſe præteritum, annullat teſtamentū. Ter-
tia concluſio, teſtamentū ſecundū, in quo filius emancipatus re
perit ſe præteritum, tollit teſtamentū primum. Caſus eſt in l. ſi
duobus. §. ſi prius, infra de contratabul. ſecundum Bartol. &
alios. Quarta concluſio, teſtamentū ſecundū ab initio validū,
ex poſt facto deficiens ratione deficientis ſolennitatis teſtato-
ris, tollit primum validum, vt in §. poſteriore. Inſtitut. quibus
modis teſtamenta infir. & in l. cum in ſecundo. infra de iniuſto.
Alia concluſio, teſtamentum ſecundū inualidum ratione defi-
cientis numeri teſtium, ſi ſit factum apud acta vna cum lapſu
decennij, tollit teſtamentum primum, l. ſancimus. C. de teſta-
mentis. & eſt ſingu. Alia concluſio, ſecundū inualidum ratione
deficientis ſolennitatis, in quo tamen reperiuntur ſubſtituti il-
li, qui aliàs ſucceſſuri ab inteſtato, primum validum rumpit. tex
tus eſt in l. hac conſultiſſima §. ſi quis. C. de teſtamentis. & in l.
2. infra de iniuſto. Capias regulam generalem. Illud ſecundū te
ſtamentū tollit primum, ex quo poſſibile eſt de iure ciuili adiri
hæreditatē. glo. eſt in d. l. cum in ſecundo. j. de iniuſto. & in l. ſi
quis eum. §. fina. de vulgari & pupillari. Quid ſi ex teſtō ſecun-
do poſſit adiri hæreditas de iure prætorio ſolum, nunquid ex il-
lo ſecundo tollatur primum ſolenne? Doctores in dictis duab.
legib. concludunt, quòd non, vt eſt concluſio cōmunis. Ego di-
co tibi contrariū per textum in l. pater filio. j. de hæredibus in-
ſtituendis. & ibi vide, qui ſunt caſus, in quibus ſolum de iure
prætorio poteſt hæreditas capi, & de iure ciuili eſt impoſſibile.
glo. eſt in l. certum. in gloſ. magna. C. vnde legitimi. Natiuitate
6 poſthumi rumpitur † teſtamentū. Pone, quòd ille poſthumus
viuente ſuo patre moriatur, reconualeſcit, & hoc de iure præto
rio, l. poſthumus. in principio. j. de iniuſto. Si hæres ex illo ſe-
cundo vult adire hæreditatem, vadat ad prætorem. Secundus

caſus

caſus eſt,qñ teſtm̃ eſt nullum,eo quia fuit prӕteritus filius iam natus,& in eo inſtituti veniẽtes ab inteſtato,quoniã ſi ille filius iam natus decedat viuo teſtatore, illud teſtm̃ reconualeſcit. tex.eſt in d.l.poſthumus.verſi.idẽ & circa.Hoc limita eſſe verũ, niſi hoc teſtm̃ ſ̃m, in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, vel niſi ſit factũ coram principe,tunc reconualeſcit,ſi filius matris ſit prӕteritus,adeo quod nõ ſolum de iure prӕtorio, ſed de iure ciuili poterit adiri hӕreditas.gl.in l.omnium.verſic.teſtiũ. C.de teſtamentis.& illam glo.tene menti. Nota in §.ſi prius. & ſic ſumma,ſi teſtm̃ primum ſtet, in quo filius ſiue in poteſtate, vel emancipatus,ſit exhӕredatus,ſtet teſtamentũ ſ̃m,in quo filius emancipatus,vel in poteſtate repetiat ſe prӕteritũ, hoc ſ̃m poteſt per ꝯtabulas reſcindi, ſi in eo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato,& non alias. Quӕ eſt ratio,ꝙ ſi ſ̃m ſit imperfectum ratione ſolemnitatis,filius emancipatus, vel in poteſtate reperiat ſe prӕteritum? quia tunc in teſtõ ſecundo, licet deficiat ſolemnitas teſtium,tanquam validũ rumpitur. Quӕ eſt ratio, qñ ſ̃m eſt imperfectũ? quia ex eo tunc imperfecto non poteſt hӕreditas adiri,vt l.quod vulgo.de contratab.ꝭ. & l.nam & ſi ſub condit. §. rumpendo.ꝭ.de iniuſto. Sed ſi tu dicis,quis reuelauit tibi hoc? dico diſtinctio,quam facit tex.ibi, & meus iſte intellectus eſt verus ſicut Deus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum,in quo filius in primo gradu eſt exhӕredatus, & in ſecundo prӕteritus,ꝙ ſit nullum.*
2 *Poſthumus prӕteritus ſtatim non rumpit teſtamentum, ſed tunc cum naſcitur.*
3 *Tertius gradus,a quo poſthumus reperit ſe exhӕredatum, rumpitur a natiuitate eiuſdem.*
4 *Teſtamentum ruptum pro parte,cenſetur in totum ruptum.*
5 *Teſtamentum ruptum natiuitate poſthumi prӕteriti, quando reconualeſcat per mortem illius.*

LEX VIII.

SI à primo hӕrede. Iam natus prӕteritus rumpit ipſe eius gradus,a quo ſe prӕteritum reperit ſtatim,poſthumus vero tũc demũ,vt naſcitur. Et licet mortuo teſtatore decedat, antequam ſpes eius gradus eueniat, nihilominus non reconualeſcit. Et teſtm̃, quod rumpitur pro parte, rumpitur in totũ.Et filiũ inſtitutum in primo gradu , non eſt neceſſe exhӕredari a ſecundo. Et exhӕredatio facta eũ cauſa, quӕ reperitur falſa, non eſt valida. h.d. cum l. ſi poſthumus a primo.
1 ꝭ.eod. No.ex iſto tex.ꝙ † quemadmodũ filius,ſi reperiat ſe prӕteritũ a gradu primo inſtit. exhӕredatũ a ſecundo ſubſtitutionis,teſtm̃ quo ad gradũ primũ eſt nullum, quo ad gradum ſ̃m eſt validum,vt ſ.e.l.3.in fi.Ita & eꝯ cum filius ſe reperit exhӕredatũ a gradu primo,prӕteritum tñ ſecundo,licet primus ſit validus,ſecundus eſt nullus. Cõcordat l.ſi poſthumus.quã ſtatim legi. No.ſecundo,ꝙ gradus ruptus ſeu nullus pp prӕteritionem filij iam nati,ſeu pp natiuitatẽ poſthumi,non reconualeſcit pp ſuperuenientem mortem in perſona poſthumi prӕteriti poſt mortem prioris. concordat l.ſi quis poſthumos.ꝭ.eo. Vlterius
2 no.† ꝙ licet prӕteritus rumpat gradum ſtatim,ꝙ reperit ſe prӕteritum, tñ poſthumus non ſtatim annullat, ſed tunc cum naſcitur.ita eſt textus hic. No.in l.ſi quis poſthumos . hic in princ. iſtius legis poſſunt notari ea tria, quӕ in alia prima. No.in ver.
3 † itaq; ſi a primo eiuſdem. ꝙ gradus tertius, a quo poſthumus reperit ſe exhӕredatũ, rumpitur per ſuperuenientem natiuitatem eiuſdẽ,ſi dependeat a ſecundo, a quo fuit prӕteritus, quia ex quo rumpitur principale, ergo & acceſſorium . Nota in ver.
4 † nam & cũ duobus. ꝙ teſtamentũ ruptum pro parte vna,cenſetur eſſe ruptum in totũ.Ita eſt tex. hic.Et ratio eſt,ne quis pro vna parte teſtatus decedat, & pro alia inteſtatus . Quia ius noſtrum non patitur,vt decedat pro parte inteſtatus, & pro parte teſtatus,l.ius noſtrũ. de reg.iu. No.in §.quod vulgo. ꝙ prӕteritio filii primo inſtituti in poſterioribus, non annullat eoſdem, cũ ſe reperit inſtitutũ in primo. & alleg. ad hoc ſemper. No. in §. fi. ꝙ falſa cauſa exhӕredationi adiecta, eius falſitate reperta
5 exhӕredationem annullat. Capias hic † ex hoc duas concluſiones.Prima concluſio, ꝙ teſtm̃ ruptum natiuitate poſthumi pteriti,non recõualeſcit, ſi ille moriatur poſt mortem teſtatoris. Ita eſt caſus hic,& in l. 2.C.de poſthu.hӕre.inſtit.Secunda concluſio,ꝙ teſtm̃ reconualeſcit, ſi moriatur poſthumus viuo teſtatore, teſtm̃ duas habet confirmationes, primam & ſecundam. Prima confirmatio teſtamenti eſt mors teſtatoris, vt in c.cum Marthӕ.de celeb.miſſa. qui ante nunquã durat firmabile, ſed poſt,l.quod ſi iterũ.in fi.de alim.leg.Secunda & vltima eſt inſtitutio & aditio. Iſte eſt tex.in l.ſi ſeruus cõmunis Mӕuij.ꝭ.de teſtam. Habilius reconualeſcit id, quod eſt in pendenti,quàm id quod eſt in facto,cum citius ſaluatur caput vni,qui ad furcas ducitur,quàm ei qui eſt ſuſpenſus.Facilius reconualeſcit,cuius eſſe eſt in pendenti, quàm cuius ſolius ſubſtantia eſt in facto eſſe. Filius iam natus qñ eſt prӕteritus, teſtm̃ nullũ reddit, ſed poſthumus nunquã rumpit teſtm̃, donec naſcatur, ſed agnatione poſthumi rumpitur teſtm̃. Et ratio diuerſitatis eſt.Ille demum rumpit,qui reperitur eſſe in poteſtate teſtatoris,l.ſi quis poſthumos.§.j.ꝭ.eod.& l.ſi quis exhӕredato.& l.poſthumorũ. ꝭ.eo.vnde emancipati prӕteritio non rumpit, poſthumus quouſq; naſcatur,non eſt in poteſtate patris,vt in l.fi.ꝭ.de colla.bon. cũ nõ ſit in poteſtate patris,donec naſcatur,ſed poſtea,& ideo rumpit. Et iſta eſt ratio inter poſthumum & iam natum. Dicitur hic,ꝙ poſthumus reperit ſe prӕteritum a gradu primo, & exhӕredatus a gradu ſecundo &c. vt dicetur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Poſthumum inſtituere poteſt, qui ex accidenti priuatur poteſtate generandi, ſecus in eo,qui ex natura, & verificatur in poſthumo de iure ciuili.*
2 *Prӕteritio nepotis,quem prӕcedit filius in poteſtate,non rumpit teſtamẽtum,ſecus ſi filius non prӕcedat,& vide nu. 8.*
3 *Proximus,vt ſuccedat,ſatis eſt,quòd ſit proximus tempore,quo teſtamentum deſtituitur,non autem tempore mortis.*
4 *Liberorum appellatione in teſtamento quando veniant poſthumi, & etiã liberi ciuiles.*
5 *Poſthumus naſciturus ex vidua,quòd inſtitui poteſt.*
6 *Poſthumi inſtitutio ex ea, quam temporaliter prohibeor habere in vxorem,eſt valida.*
7 *Poſthumus alienus quando inſtitui poſſit.*

LEX IX.

SI quis poſthumos. Non poteſt quis poſthumũ vt ſuũ hӕredem inſtituere, quem non poteſt habere impediente natura, vel aliqua turpitudine, ſecus ſi habere poteſt,licet difficulter.Et filio exhӕredato, & a querela excluſo morte,vel repudiatione, nepos,ex eo, quia tẽpore mortis primum locũ non tenuit, licet prӕteritus, non rumpit.alias ſecus.Sed repudiante inſtituto,poteſt ſuccedere,vt legitimus.hoc
1 dicit tota lex.No. † ꝙ priuatus poteſtate generandi ex vitio accidentali, poteſt poſthumũ hӕredem inſtituere. Ad idem ſ.eod. l.ſed eſt quӕſitum.No.ſecundo in verſic.ſed ſi ex ea,ꝙ inſtitutio poſthumi ex ea naſcituri, quã iure naturӕ in vxorem habere non poſſum,eſt nulla,& ita eſt hic caſus. No.in verſic.ſed & ſi per adoptionem. ꝙ inſtitutio poſthumi ex ea naſcituri,quam
2 non poſſum vxorem habere de iure ciuili,eſt valida. No. † in §. ſi filium.ꝙ prӕteritio nepotis,quem tempore mortis teſtatoris prӕcedit eiuſdem teſtatoris filius in poteſtate,non rumpit teſtamentũ,aut illud nullũ nõ reddit.Ita eſt hic caſus.No.ex eo.§.ſecundo, ꝙ prӕteritio nepotis, quem tempore mortis teſtatoris non prӕcedit filius in poteſtate, facit teſtm̃ nullum, & inducit rupturam teſtamenti. Concordat tex in l.poſthumorum.& l.ſi quis exhӕredato filio.ꝭ.de iniuſto.l.ex ſcripto.ꝭ. vñ liberi. l.Gallus.§.nunc de lege.ꝭ.eo.Inſtit.de exhӕred.liberorum. §.poſthumorum. & Inſti.de hӕred. quӕ ab inteſt.§.nunc autem. No.ex
3 † eodem. §.ꝙ ad hoc, vt quis tanquã proximior eius, ſuccedat, cuius teſtm̃ deſtituitur, id eſt ad irritum deducitur, ppea quia hӕres non vult adire,ſufficit,ꝙ ſit proximior eo tẽpore, quo teſtamentũ deſtituitur, licet non fuerit proximior tempore mortis teſtõris. Concordat §. proximus. Inſt.de legitima agnat ſuc.
4 In glo.j.ibi, vel poſthumos.no.iſtã † glo.ſcilicet ꝙ id,quod dr̃,ꝙ verbum, liberorum, in teſtõ prolatum non extenditur ad poſthumos filios, ſeu liberos ciuiles, procedit eo caſu , quo non eſt poſſibile aliter verificari, quàm in adoptiuis . Quia iſto caſu ad adoptiuos extenditur.glo.eſt in ſimili in l.ſed eſt quӕſitũ. ſ.eo. Ad hoc in ſimili tex. in l. hӕredib.ꝭ.ad Treb. l. quibus diebus. §.dños ꝭ.de condit.inſti.Et ad hoc no.iſtum tex.iuncta gl. tu vides,ꝙ poſthumus naſciturus ex ea, quã teſtator non poteſt hr̃e in vxorẽ, impediente iure diuino non põt inſtitui. Et ita eſt caſus hic.& ita eſt tex.in §. poſthumus.Inſt.de leg. Et ratio eſt, quia illa,quӕ vxor eſt tua,non poteſt eſſe mea. Ad propoſitum, ſi inſtituo poſthumũ alienũ, oportet ꝙ intelligatur, ꝙ poſthumus ſit durante matrimonio, alio modo oportet, ꝙ poſthumus intelligatur,quia poſthumũ ex te naſciturum poſt mortẽ tui mariti,quem hr̃e ex te non poſſum,& in conſequentiã non poteſt
5 inſtitui.Secunda concluſio,† valet inſtitutio naſcituri ex vidua, l. poſthumum ꝭ. eod. quia de iure diuino & poſſum capere in in vxorẽ, & ideo poſſum poſthumũ naſciturũ ex ea inſtituere.
6 Tertia concluſio, † inſtitutio poſthumi naſcituri ex ea , quã iure ciuili prohibeor tẽporaliter in vxorẽ habere, eſt valida inſtitutio, l. filius a patre. in fi.ꝭ.eo. & eſt tex.hic in fi.Quӕ eſt ratio? quia poteſt ſperare, ꝙ adoptione diſſoluetur, non ergo eſt turpis expectatio, ergo inſtitutio valida. Procedit hoc, qñ quis inſtituit

ſtituit poſthumum naſciturum ex alia, & ex ſeipſo. Sed nũquid
7 † poſthumus naſciturus ex vna & ex alio, quàm inſtituẽte poſ-
ſit inſtitui? gl. concludit hic ꝙ ſic, quod valet, tex. eſt Inſti. de bo.
poſſ. §. nam ſi alienum. In hoc glo. male loquitur, & miror, ꝙ
Doct. eam ſequuntur. Et capias duas concluſiones. Poſthumus
alienus naſciturus ex ea, quam ego in vxorem habere non poſ-
ſum, non poteſt inſtitui. tex. eſt Inſti. de bo. poſ. §. poſthumus.
Et poſthumus naſciturus ex ea, quam ego in vxorem habere
poſſum, tpe teſtamenti poteſt inſtitui. & ita loquitur tex. Iuſt. de
bo. poſſ. Fallit hoc in auo, qui poteſt inſtituere poſthumum na-
ſciturũ ex filio ſuo. & in auo, vt d. l. poſthumorum. ſuperius al-
leg. inducitur ſpecialitas, ne in futurũ rumpatur teſtm̃. Vt intel-
8 ligas tex. † & glo. conclude, & primo. Preteritio nepotis, cuius pa
ter tempore mortis teſtatoris viuebat, & in poteſtate eius teſta-
toris exiſtebat, non rumpit teſtm̃. Ita eſt caſus hic. Concordat
l. ſi quis filio exhæredato. j̃. eod. l. illud. §. j. j̃. de contratab. con-
cordat. §. cum autem. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſta. Se-
cunda concluſio, præteritio nepotis, cuius pater tempore mor-
tis aui non reperitur viuere, rumpit teſtm̃ auitum. tex. eſt in l.
poſthumorum. j̃. de exhæred. libe. §. poſthumorũ. Tertia con-
cluſio, præteritio nepotis, cuius pater tempore mortis aui repe-
ritur viuere, ſed eſt emancipatus, rumpit teſtm̃ auitum, vt l. 3.
§. ſi emancipatus filius. & l. ſi filius emancipatus. j̃. de ontratab.
l. j. §. ſi pater. j̃. de coniũg. cum emanc. lib. Venias ad rationes di-
uerſitatis. Et ratio primæ concluſionis eſt hæc, quia eorum ſolũ
præteritio rumpit teſtm̃, qui de neceſſitate erant inſtituendi a
teſtatore. Ita probatur in l. ſi quis exhæredato. j̃. eod. ſed nepos,
cum auus habet filiũ in poteſtate, qui quidem filius reperitur
viuere tempore mortis, non eſt de neceſſitate inſtituendus, vel
exhæredandus, vt eſt tex. in l. Gallus. §. in omnibus. j̃. eo. Ergo p̃-
teritio eius non rumpit teſtm̃. Ad hoc vt teſtator valide teſte-
tur, requiritur ꝙ exhæredet, vel inſtituat eos, qui tempore mor
tis ſuæ tenent primum gradum filiorũ in poteſtate. Iſte eſt tex.
in l. inter cætera. j̃. eo. Qñ ergo tenet gradum primum filius, ne-
que requiritur, ꝙ nepotem inſtituat, vel exhæredet. Quæ eſt ra
tio concluſionis ſecundæ & tertiæ? hæc eſt, quia eo ipſo ꝙ tu
præſupponis patrẽ nepotis tempore mortis aui eſſe emancipa-
tum, vel mortuum filiũ, igitur nepos de neceſſitate eſt inſtituẽ-
dus, vel exhæredandus, alias teſtamentum eſt ipſo iure nullũ.
De materia querelæ ego volo tibi diſcutere pro iſtis intelligen-
tibus edictum ſucceſſorium, hoc eſt iuris priori competentis,
quo ipſe prior priuatus eſt, in ſequentem a lege dilatorium. &
iſtud eſt edictum ſucceſſorium.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio facta per teſtatorem in vno caſu, non cenſetur facta in alio diuerſo.*
2 *Caſus omiſſus a teſtatore remanet in diſpoſitione iuris communis.*
3 *Suitas ꝙ operetur quatuor effectus.*
4 *Pater & filius, licet quo ad dominium bonorum cenſeantur eadem perſona, quo ad ſubſtantiam tamen differunt.*
5 *Exhæredatio illorum, qui licite occidi poſſunt, eſt licita.*
6 *Exſectus ex materno ventre, ꝙ rumpit teſtamentum, ſicut natus per communem modum.*
7 *Poſthumi inſtitutio facta ſub vna conditione, an includat contrariam.*

LEX X.

Commodiſsimè. Qui ſibi prouidet in
vnum caſum tm̃, in
alijs prouiſionem vr̃ omittere. Et in ſuis dr̃ cõtinua-
ri dominiũ poſt mortem teſtatoris, non aũt de no-
uo hæreditas obuenire, licet poſſint exhæredari. Et qui ex ſecto
ventre extrahitur in patris poteſtate, dicit teſtm̃ nullum. h. d. cũ
1 duabus ſequent. No. ꝙ † teſtator, qui ſibi prouidet in vnum ca-
ſum, non cenſetur prouidere in alio ſibi diuerſo. Ita ſemper al-
legatur hæc lex. No. ſecundo ſm alium modum allegandi, ꝙ
2 † caſus omiſſus a teſtatore remanet in diſpoſitione iuris cõis.
Ad idem s̃. ſol. matr. l. ſi cum dotem. & dicemus j̃. eo. l. Gallus.
3 §. & quid ſi tantũ. In l. in ſuis. † no. quatuor caſus. Primo hoc, ꝙ
ſuitas in hæredibus ſuis operatur continuationẽ dominij poſt
mortem aſcendentis. Ita eſt tex. hic, & ita allegatur hæc l. No.
ſecundo, hæredes ſui in vita aſcendentis, ſunt quodam modo
domini bonorum paternorum. Ad idem §. ſui. Inſtit. de hære-
4 dum quali. † No. tertio, ꝙ licet quo ad dñium bonorũ pater &
filius cenſeantur eadem perſona, nihilominus quo ad ſubſtan-
5 tiam differunt, vt cã & cauſatum. No. vltimo ex eadem l. in fi. re
gulã generalem, ꝙ eos, quos licitum eſt occidere, licet eos exhæ
6 redare, ita probatur hic in fi. literæ. No. in l. quod dr̃. ꝙ exſectus
ex materno vtero ita rumpit teſtm̃, ſicut & per cõem modum
naſcendi natus. Ad idem j̃. de verb. ſignificat. l. etiam ea. No.
ex eadem l. 2. ꝙ poſthumus, quãuis natus cum defectu alicuius
membri, ſi tñ viuus natus eſt, teſtm̃ rumpit. Hic eſt tex. hic. Op-
7 ponitur modo ꝯ † iſtam l. de l. fi. de poſthumis hæredibus inſti-
tuendis. vera ſolutio eſt hæc, ꝙ aut poſthumus inſtituitur ſub
conditione, & tali caſu inſtitutio ſub vna conditione concepta,
comprehendit contrariam. Iſte eſt caſus ſing. in d. l. Aut inſtitu-
tio poſthumi ſub conditione fit ab illo, qui non credit ſe mori-
turum, & tali caſu dicendũ, ꝙ iſta talis inſtitutio concepta ſub
conditione vna, non comprehendit contrariũ, vt hac l. & d. l. fi.
Conclude, ꝙ inſtitutio poſthumi concepta ſub conditione, ſi
poſt teſtatoris mortẽ naſcatur poſthumus, includit conditionẽ
ꝯriam, ſi naſcatur teſtatore viuo, qñ fit ab eo, qui ſtatim putat
ſe deceſſurum. Et ratio eſt, teſtator igitur inſtituit poſthumum
ſub conditione, quia credebat ſe viuo eſſe impoſſibile poſthu-
mum naſciturum, quia teſtator credebat ſe ſtatim moriturum.
Concluſio ſecunda, ꝙ poſthumus inſtitutus ſub conditione,
non includit caſum, quo poſthumus eſt naſcitutus. Concordat
l. 3. C. de inoffic. teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio facta in pluribus caſibus ſeparatis, intelligitur eius fauore includere illos plures inſimul coniunctos vno tempore.*
2 *Seruo hæredi per dominum inſtituto, hæreditas ſine libertate auferri non poteſt, nec econtra.*
3 *Ex duobus, quorum vnũ ſine altero eſſe non poteſt, non poteſt alterum tolli, & ſolo vno ſublato, ſublatio eſt nulla.*
4 *Diſpoſitio huius legis non habet locum in legatis. Et quid in exhæredatione, quòd ſic, num. 5.*
6 *Monachus ingrediens monaſterium, ſi reſeruat ſibi bona, an valeat talis reſeruatio.*
7 *Exhæredatio poſt mortem filij ꝙ ſit nulla.*

LEX XIII.

Si ita ſcriptum. No. j. in l. ſi ita ſcriptum.
in princ. & ita allegatr̃ hęc
1 lex, ꝙ fauore † inſtitutionis inſtitutio facta in pluri-
bus caſibus ſeparatis, intelligitur includere illos plu
2 res inſimul coniunctos vno tẽpore. No. in §. † regula. quod ſer-
uo per dominũ hæredi inſtituto, hæreditas ſine libertate aufer-
3 ri nõ põt, nec eꝯ. Ita eſt hic caſus. † No. vlterius ex eo, ꝙ cũ duo
ſunt, quorum vnum ſine altero eſſe non poteſt, vnum non po-
teſt tolli ſine altero. & ita allegatur. No. tertio ex eodẽ §. quòd
cum duo ſunt, quorũ vnum ſine altero tolli non poteſt, ſi vnũ
ſolum ſit ſublatum, ſublatio eſt ipſo iure nulla. No. in §. fi. ꝙ ex-
hæredatio filij, ſi eius effectus dirigatur poſt mortem filij, eſt ip-
ſo iure nulla. Ita eſt caſus hic. No. ex eodem, ꝙ exhæredatio filij
nulla non priuat filium ad petendum bonorum poſſeſſ. con-
tratab. liberti paterni. Tu vides hic primo, ꝙ diſpoſitio includẽs
4 plures &c. vt eſt caſus hic. Sed † quid in legato vel fideicommiſ-
ſo? teſtator legat Titiæ, ſi naſcetur filius vel filia, modo naſcun-
tur filius & filia adinuicem, nunquid debebit habere totam hę
reditatem? Bart. declarat plene iſtam legem in l. cum auus. j̃. de
conditionib. & demonſtrationib. Et ratio eſt, ꝙ non habet locũ
in legatis, quia ceſſat ratio iſtius literæ. Tu ſcis, ꝙ teſtm̃ ſine hæ-
rede eſt nullum, vt l. proxime. j̃. de his quæ in teſtamen. delen.
Secundo, præteritio filiorũ rumpit teſtm̃. Ad propoſitum, ſine
legatis teſtamentum poteſt valere. Preterea licet legata ſint nul
la, tamen inſtitutio remanet valida. Quæ eſt ratio, ꝙ ius vult
hic, ꝙ diſpoſitio ſeparata trahatur ad ſimul coniuncta? Atten-
5 de † ad aliud, tu vides, ꝙ diſpoſitio circa diſpoſitionem &c. Sed
quid in exhæredatione? teſtator fecit exhæredationem ſepara-
tam, ſed quid in coniunctis, nunquid ſi naſcatur maſculus & fę
mina, intelligatur exhæredatus? videtur ꝙ non, quia aliud eſt in
exhæredatione, quæ tanquã odioſa debet reſtringi, l. cum qui-
dam. j̃. eod. nihilominus teneas in exhæredatione idem. Et iſta
eſt glo. ſing. in l. ſi ita. j̃. de iniuſto teſta. Et ratio eſt, quia in exhæ-
redatione regula huius legis habet locum. Ad hoc vt teſtm̃ va-
leat, requiritur ꝙ filius inſtituatur, vel exhæredetur, alias ſi prę-
tereatur, eſt nullum, l. inter cætera. j̃. eo. & per hoc ſit declaratũ
prin. l. Ego notaui tibi §. regula. tribus modis, vt intelligas, mona
6 chus per † ingreſſum monaſterij, quicquid acquirit, acquirit
monaſterio, vt in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. ecc. hic quod mo-
nachus proprium habeat, non poteſt induci hic, ꝙ ipſe deſinat
eſſe monachus. Pone, ꝙ monachus intrat monaſterium ſaluo
iure, ꝙ voluit ſibi reſeruare bona, nũquid valeat hoc? dic ꝙ nõ.
Ita eſt caſus hic. Et eſt caſus hic illius quæſtionis, quã tactaui an
no præterito in l. ſi ita ſtipulatus. de verb. oblig. ad declarationẽ
§. fi. Exhæredatio filii antequam adeatur hæreditas per hære-
dẽ inſtitutum, non cenſetur valida, l. ſi patronus. & l. filius. §. cũ
7 exhæredatio. j̃. de contratab. Dicit hic † tex. ꝙ exhæredatio filij,
quæ fit poſt mortem filij, eſt nulla, quia reliquũ vitæ remanet
præteritus. Titius ſit hæres poſt mortẽ filij mei. iſta exhęredatio
eſt nulla, quia ipſa exhæredatio nõ ſumpſit vires, niſi poſt mor-
tẽ ipſius filij, mors omnia ſoluit, §. deinceps. in Auth. de napt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio filij facta eius fauore, non producit ius querelandi.*
2 *Inſtitutio facta in re certa per ius accreſcendi trahitur ad vniuerſum, ſecus in exhæredatione.*
3 *Filius, vt dicatur patri ſuus, & neceſſarius hæres, neceſſe eſt ꝙ tempore mortis non reperiatur in alterius poteſtate, & nu. 7.*
4 *Filiorum appellatione in patris diſpoſitione an veniant filij exhæredati.*
5 *Ius accreſcendi quare non habeat locum in exhæredatione.*
Ius accreſcendi ꝙ non habeat locum in confiſcatione bonorum, quæ partim applicatur fiſco, partim parti offenſæ, ſi altera pars renunciat.
6 *In exhæredatione an ſit dare modum diminuendi.*

LEX XVII.

FIlij etiam hoc. Valida eſt exhęredatio ad commodū filij tendēs, q̄ à certa parte hæreditatis facta eſt inualida. Et vt filius dicatur patri hæres, ius requirit eum non eſſe in poteſtate alterius tēpore mortis patris. Item & exiſtentis conditionis aditioni adiectæ. Et teſtm̄ non rumpitur natiuitate poſthumi ſub conditione inſtituti, ſi prius quàm naſcatur, purificetur
1 conditio. hoc dicit vſque ad l. filio. † No. ex l. nunc. ꝙ exhæredatio non odij cauſa facta, ſed filij fauore, non inducit natiuitatē querelæ ad rupturā teſtamenti. Concordat l. filij. C. de inoffic. teſtam. l. cum quidam. C. de lega. & l. cum ex filio. ſ. de vulga. &
2 pupill. † No. in l. cū quidam. ꝙ inſtitutio facta in re certa per ius accreſcendi, trahit ad ſe vniuerſum. Ad idē ſ. de hæred. inſti. l. j. §. ſi ex fundo. No. ex ea. ꝙ exhæredatio facta in re certa, ſeu certa portione, per ius accreſcēdi, non trahitur ad vniuerſum. Tertio no. fauores ampliandos, odia reſtringenda. Concordantiæ
3 ſunt in gl. No. in l. ſub conditione. ꝙ ad hoc, † vt filius dicatur patri ſuus hęres & neceſſarius, neceſſe eſt tēpore delatæ hæreditatis eū non reperiri in alterius poteſtate. No. in l. cum ſub cōditione. ꝙ conditio, in cuius defectū poſthumus non eſt exhæredatus, non inducit rupturam teſtamenti, ſi ante natiuitatem poſthumi illa impleatur. Ita eſt tex. hic. An hodie in filij fauorē poſſit exhæredatio fieri? Bar. ponit in l. cum ex filio. ſ. de vulg. & pup. & alij in l. ſcimus. §. cum autem. de inoffi. teſtam. vbi exhæredatio eſt facta in fauorē filiorum, non admittitur bonorū
4 poſſeſſio ꝯtabulas, & hæc eſt vera concluſio. † Nunquid appellatione filiorū per patrē facta, veniant filij exhæredati? ego dico ſic, ꝙ aut exhæredatio eſt facta in fauorem filij, & tali caſu etiā filius exhæredatus venit appellatione filiorū. Ad idem induxi l. ſi patronus. §. ſi quis non mala mente. & l. Plaulus reſpondit. la 1. eod. tit. & l. j. §. ſi exhæreda. ſ. de aſſig. lib. Aut exhæredatio fit in odiū filij, & tali caſu filius exhæredatus app. filiorū non cōpræhenditur, l. Lucius. §. Titius Damam. de lega. 2. Secūdo probo ſic, tex. in l. Titius. ſ. eo. dicit, ꝙ ſi pater omnes filios exhæredat, non cenſetur exhæredare illum, quē ignorat ſe habere. Et ratio eſt. quia nō eſt veriſimile, ꝙ in generali oratione voluerit compræhendi id, quod ignorabat. Ita & in propoſito. Tertio induco tex. no. in l. ſi quis ita. §. ſi quis cum ignoret. ſ. de teſtam. tu te. vnum eſt, ꝙ quo ad inducendū defectum conditionis, ipſi filij, quamuis odio exhæredati, veniunt appellatione filiorū, vt in l. filiusfamilias. §. cū quis. ſ. de lega. j. ſm̄ vnam lect. glo. in l. ex pacto in fi. ſ. ad Trebel. Et ratio in conditionis defectu eſt, quia qualecunque implementū, etiā minimū ſufficit ad conditionis implementū, l. muliere. §. ſi quis exhæredatū. ſ. de condi. inſtit. Ad prædicta facit l. j. § ſi pater. ſ. de coniungē. cū emancip. libe. vbi vult exhęredatū haberi pro mortuo, in l. cum quidā. Tu vi-
5 des, ꝙ in exhæredatione ius † accreſcendi non habet locū. Quę eſt ratio? quia eſt odioſa. Et inducitur hoc, ꝙ in pęnis, quia odioſæ, non eſt locus iuri accreſcendi, vnde ſi occiſoris media pars bonorū debet applicari fiſco, & alia parti occiſi, ſi renūciat vna pars, non eſt locus iuri accreſcendi. Bal. allegat caſum de hoc in l. arbiter intra certū. de arbi. Alio modo potes allegare iſtā l. ꝙ in exhæredationibus nō eſt dare modū diminutionis. & ita eſt
6 hic caſus. Quæro, nunquid † in exhęredatione ſit dare modum diminuendi? dimandatine queſti barbaſſori, in l. ſub conditione. Attendas, ego dixi tibi in l. in ſuis. ꝙ ille, qui tempore mortis aſcendentis tenet primum gradū deſcendentis & patrię po-
7 teſtatis. Or adde † aliam regulam, ꝙ ille dr̄ patri ſuus & neceſſarius, qui tēpore hęreditatis delatæ non reperit ſe in poteſtate alterius. Ita eſt hic caſus. Sed quæ eſt ratio? primo volo declarare quid ſit hęreditas delata. Hęreditas delata eſt, cū poteſt appręhendi, vt l. delata, ſ. de verb. ſignifi. Ante conditionē non poteſt adiri. Quę eſt ratio, ꝙ ſi tempore delatæ hæreditatis filius reperit ſe in poteſtate alterius, non ſit hęres patri? quia ne duobus ſit in ſolidū hęres, & neceſſarius, & ſic eſſet duobus. & hęc eſt ratio. Attende vlterius ad quod inducitur hęc l. cum l. ſub conditione. ſ. eo. hodie cū conditio eſt adiecta inſtitutioni filij, illa ſi quodlibet inducat grauamen, reijcitur de medio vſque ad legitimam, l. qm̄ in prioribus. l. ſcimus. §. cum autē. de inoffic. teſtam. & in l. cum pater. C. de inſtitu. & ſubſtit. ſub condi. fac. notatur plene in l. ſuus quoque. de heredib. inſtit. Et ratio, quia non habetur pro non adiecta, quia legitimā poſt mortem patris accipit vt ſibi debitū, vt no. glo. in l. 3. C. de iuris & fac. ign. Modo quod debitor debet mihi pure, poterit ne facere, vt debeatur ſub conditio. dic ꝙ non, l. vero procuratori. de ſolut. Ea liberalitate patris venit omnis legitima, de alia poteſt facere quicquid vult pater, l. pater. C. de inoffic. teſtam. vnde in poſſe donatoris eſt adijcere, quod velit, vt in c. verum. de cōdit. appo. Illę leges habent locum in conditione adiecta inſtitutioni iam nati, ſecus ſi ſit adiecta in conditione inſtituti poſthumi naſcituri, quoniam natiuitate pendente conditio non reijcitur de medio, etiam cum legitima. Caſus eſt hic, & in ſequenti l. ſub conditione.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio emancipati non vitiatur mutatione qualitatis perſonæ.*
2 *Veritas quòd præferatur fictioni, quando ambo ſimul concurrunt, & vtraque eſt vera.*
3 *Succeſſorium edictum an habeat locum in querela inofficioſi.*
4 *Natiuitas poſthumi ſub conditione inſtituti ſuperueniens conditione pendente, rumpit teſtamentum.*
5 *Aurora & crepuſculum, an dicantur de die, an vero de nocte.*
6 *Verba præteriti temporis quòd trahuntur ad futurum fauore teſtamenti.*
7 *Filius emancipatus large poteſt dici extraneus patri.*

LEX XXIII.

FIlio, quem pater. Inſtitutio vel exhęredatio a principio rite facta, non vitiatur, licet conditio perſonę inſtituti vel exhæredati varietur. Et exhęredatio patris non porrigitur ad filiū, quem ſe hr̄e non putat. Et verbū futurū fauore inſtitutionis, & ꝯſanguinitatis includit pręteritū. hoc dicit vſ-
1 que ad l. filiusfamilias miles. No. in l. filio † quē dater. ꝙ exhęredatio emancipati non vitiatur mutatione qualitatis perſonæ. Et ita eſt caſus hic. Mutatur. n. qualitas, ſi emancipatus ado-
2 ptetur. No. ſecundo, & ita † allegatur cōiter, ꝙ cum veritas & fictio concurrunt circa idē, & ambo ſunt vera, veritas pręfertur fictioni. Verū eſt, ꝙ filius meus emancipatus eſt filius meus, verum eſt, ſi adoptio facit filium meum ficte. No. tertio, & ita allegatur, ꝙ filius emancipatus per ſecutā eius a patre naturali adoptionē, non cenſetur de nouo patri filius datus, vel generatus, ſed cēſetur in patriā poteſtatem retranslatū, & ita eſt caſus hic. No. in §. ſi Titius. eiuſdem l. ꝙ inſtitutio non vitiatur mutatio-
3 ne qualitatis perſonæ inſtitutæ. No. † ex eo. tex. ſm̄ lecturā veram, caſum, ꝙ in querela inoffícioſi nō eſt locus edicto ſucceſſorio, ſi pater reperiat exhæredatū ſe, & nō patris filius reperiat ſe inſtitutum, ita eſt hic caſus ſingu. in l. poſthuma. ꝙ natiuitas
4 † poſthumæ inſtitutæ conditionaliter, pendente conditione, ſuperueniens rumpit teſtm̄, ſi in defectum conditionis non reperit ſe exhæredatā & inſtitutam, vt l. ſi pater. C. de inſtit. No. in l. Titius. caſum notabilem ſm̄ intellectum gl. ꝙ exhæredatio generaliter concepta, non trahitur ad filiū, quē pater iuſta credulitate motus viuere non credebat. No. in ead. l. in §. Lucius. tex.
5 ibi, eodem die albeſcente cęlo &c. vnde eſt hic † tex. ꝙ aurora potius attribuitur diei, quàm nocti. Ita vr̄ hic tex. de homic. c. ſi perfodiens. dicit, ꝙ in maleficijs tunc dies eſt, cū ſol ſuper terrā eſt. Aliqualiter tangit hic Bar. nūquid crepuſculū plus attribuatur nocti, q̄ diei? iſta eſt vtilis materia ad ſtatuta loquētia de nocte, ego tractaui plene in l. j. §. j. Bar. in l. qui duos. de manumiſ. teſtam. conſiderat tex. viuens moritur. conſiderat in eo, qui qn̄
6 moritur, eſt inter diem & noctem. No. vlterius ex † iſto tex. ſingu. ꝙ iuſta credulitas teſtatoris vna cum fauore, quē dat lex inſtitutioni, verba futuri tēporis ad pręteritum facit extēdi. Et dubium eſt in hac lege, quia qn̄ facit pater exhæredationē de filio, vt de emancipato, quia minus ſolent patres diligere filios emancipatos, q̄ naturales. Cū ergo fecit exhæredationē de illo, vt de ſuo, cum poſtea adoptat, ille amor iam defectus vr̄ reintegrari, & in cōſequentiā exhæredatio reuocatur, vt in ſimili videmus in legato, quia ſi legatarius eſt inimicus meus, reuocatur legatū, & ſi efficieris amicus meus, reintegratur. Ceſſante cauſa ceſſat ēt effectus, l. quod ſi iterum. ſ. de adim. leg. Dubium poterat
7 etiam eſſe in hac lege, filius † emācipatus a patre largo ſumpto vocabulo dr̄ extraneus, & qui non eſt ſub poteſtate mea, extraneus mihi eſt, l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxo. act. Exhæredatio non eſt aliud, q̄ ab hæreditate priuatio. Omnis priuatio præſupponit habitum, in l. decet. de verb. oblig. extraneus nullū ius habet in hæreditate mea, ſi ego priuo extraneū, priuo eum in epte, quia eſt mihi extraneus. Dicebant ēt diſcipuli Papiniani, ſi ille extraneus, quem ego arrogaui, tranſeat in ptātem mei,

exhæredo,

exhæredo, exhæredatio eſt nulla. Caſus eſt in l. non putauit. §. ſi
quis. ȷ̃. de contratab. merito ergo Papinianus declarans eos cō-
didit iſtam legem, & dicit, ꝙ ille §. ſi quis extraneo. capiatur lar-
go ſumpto vocabulo, quia non erant conſanguinei ipſi teſtato-
ri. Tu nunquam poteris facere, ꝙ ille, qui eſt tuus filius, non ſit
tuus filius, l. abdicatio. de pat. pot. & l. iura ſanguinis. Ex ex his cō
clude, primo, ꝙ extraneus exhæredatus penitus extraneus teſta-
tori exhæredāti, ſi poſt exhæredationem in poteſtatem exhære-
dantis tranſeat, per adoptionem ſuam exhæredationē dicit nul-
lam. tex. eſt in l. non putauit. §. ſi quis emancipatũ. ȷ̃. de ꝯtab. Se-
cundo cōclude, ꝙ filius emancipatus exhæredatus, ſi poſt emā-
cipationem retransferatur in poteſtatem patris, exhæredationē
ſuam non poteſt dicere nullam. Ita eſt caſus hic.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio, quæ non poteſt confirmari aditione, eſt ipſo iure nulla, ſecus ſi adiri poteſt ex eo teſtamento hæreditas, quia valet.*
2 *Modi rumpendi teſtamentum a principio validum quatuor.*
3 *Mutatio qualitatis perſonæ inſtitutæ, vel exhæredatæ, non inducit inualiditatem inſtitutionis, vel exhæredationis.*
4 *Teſtamentum, in quo filius reperitur ſolus inſtitutus hæres ſub conditione caſuali, & in eius defectum exhæredatus, quando ſit nullum.*

LEX XXVI.

Filiusfamilias. Filius miles exhæredari po-
teſt vt paganus. Et exhære-
datio filij, quæ non poteſt ꝯfirmari aditione, facit te-
ſtamentũ patris nullũ, & ideo ei ab inteſtato ſucce-
ditur, ſecus ſi confirmari poſſit. Et filius, qui auo mortuo recidit
in patris ptātem, ſi ſe reperit inſtitutum vel exhæredatũ, teſtm̃
paternũ non rumpit. h. d. vſque ad §. ſi quis ex naturali. l. filius a
patre. No. in l. filiusfamilias miles. ꝙ quo ad exhęredationē idē
iuris eſt de filio milite, quod de pagano. No. in l. poſthumum.
ita inſtitui poſſe poſthumũ alienum. i. ex alio generatũ, nec ha-
bere eſſe ſub poteſtate mea. Declara hoc, vt dixi in l. ſi quis poſt-
1 humos. ſ̃. eo. in l. filius a patre. Iſtas duas regulas, ꝙ † exhæreda-
tio, quæ non poteſt recipere confirmationē ſui ex aditione, eſt
ipſo iure nulla. Ita eſt hic caſus. Ad idem l. filium. ver. ſed cum
exhæredatio. ȷ̃. de ꝯtab. l. ſi patronus. §. ex teſtō. ȷ̃. de bo. lib. No.
aliā regulam, ꝙ ea exhæredatio eſt valida, quæ poteſt recipere
confirmationē ex eo teſtō, in quo reperitur facta ipſa exhære-
2 datio, in §. filiusfamilias. No. magiſtraliter † quatuor modos ru
pturę teſtamenti a principio validi. Primus eſt, ſi poſt illud factũ
adoptet teſtator in filiū illū, qui reperit ſe pręteritum. Secūdus
eſt natiuitas poſthumi ſuperueniens prætetitum reperientis ſe,
inducit rupturā teſtamenti. Tertius modus eſt, cum gradus de
ſcendentiũ ſecundus ſubintrat gradum deſcēdentiū primum,
hoc eſt filiorũ. Quartus eſt, reincidentia in poteſtatem patris le-
3 gitimi & naturalis. Secundo no. ꝙ † mutatio qualitatis perſo-
næ inſtitutæ, vel exhæredatæ non inducit inualiditatē inſtitutio
nis vel exhæredationis. Ita eſt caſus hic, & in l. filio quem pater.
4 ſ̃. eod. tu vides, † ꝙ ſi filius ſit inſtitutus hæres ſolus ſub condi-
tione caſuali, & in eius defectum exhæredatus, ꝙ ſi moritur cō-
ditione adimpleta, teſtamentũ dicitur nullum. Opponitur de
l. fi. ȷ̃. de condit. inſtit. & l. ſi pater. C. de inſtit. hic dicitur cōtra-
riũ, ergo male. Sed ſolue primo, quia eſt inualidũ teſtm̃, ſi eue-
niat conditio adiecta inſtitutioni filio viuente, ſin autem non
eueniat filio viuente, teſtm̃ eſt nullum. Conclude primo, ꝙ te-
ſtamentum, in quo filius reperitur inſtitutus hęres ſolus ſub cō
ditione caſuali, & in eius defectũ exhæredatus, eſt validum, ſi
conditio eueniat filio viuente. Et ita eſt tex. in l. fi. de condi. in-
ſtit. C. de inſtit. l. ſi pater. Secunda cōcluſio hæc eſſe pōt, ꝙ teſta-
mentũ, in quo filius reperitur ſolus inſtitutus ſub ꝯdōne caſua-
li, & in eius defectum exhæredatus, eſt nullũ, ſi ꝯdō inſtitutioni
adiecta, non fuerit impleta eo viuente. Et ita eſt hic caſus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio vel exhæredatio limitata, ꝙ limitatum parit effectum.*
2 *Poſthumus ex ea, quæ de præſenti vxor eſſe non poteſt, quando inſtitui poſſit.*
3 *Præteritio patris facta de filio in poteſtate, ꝙ reddit teſtamentum patris nullum, ſecus ſi eſt in alterius poteſtate.*
4 *Exhæredatus ꝙ non contratabulat beneficio præteriti.*
5 *Emancipatus & ſuus ſuccedunt ab inteſtato patri æqualiter, teſtamento exiſtente nullo, præteritione filij.*

LEX XXVIII.

L. filius à patre. §. Si quis ex certa.

Inſtitutio poſthumorũ ex vxore certa naſciturorũ, nō includit
natos ex alia. Et pōt quis inſtituere poſthumũ ex ea, q̃ ſibi vxor
eſſe non poteſt de præſenti, ſi honeſta ſpes ſit, ꝙ eſſe poſſit in fu
turũ. Et ad validitatem teſtamenti requiritur inſtitutio vel ex-
hæredatio filij, cuius præteritio, ſi eſt apud hoſtes, non irritat te
ſtamentũ, & exhæredatus non ꝯtabulat beneficio præteriti. hoc
1 dicit totus titulus excepta l. Gallus. † No. in §. ſi quis ex certa. ꝙ
limitata inſtitutio, ſeu exhæredatio limitatum parit effectũ. &
ita allegatur. ad idem ȷ̃. de acquir. rer. dom. l. in agris. ſ̃. de pac. l.
2 ſi vnus. §. ante omnia. † No. in §. ſi quis eo tēpore. inſtitui poſſe
poſthumum ex ea, quæ tempore poſthumi nō poteſt eſſe vxor,
duntamē honeſta ſpes haberi eſt, eam habere in vxorem in fu
turum. No. in l. inter cætera. de formali ſolemnitate teſtamen-
ti eſſe inſtitutionē ſeu exhęredationem. Ita eſt tex. ibi. ad idem
3 l. Gallus. §. in omnibus. † No. in eo. ꝙ præteritio filij in poteſta-
te reddit teſtm̃ paternum nullũ ipſo iure. Ita eſt ibi tex. No. in l.
cũ apud hoſtes. ꝙ præteritio filij, qui eſt in poteſtate alterius, q̃
patris, quia hoſtium, non inducit nullitatē paterni teſtamenti.
Ita eſt caſus hic, & ita continuo allegatur. Ad idem ſ̃. eo. l. filius
4 a patre. §. fi. No. in l. ſi filius, vel fi. † hic tex. ꝙ exhæredatus non
ꝯtabulat beneficio præteriti. Ita eſt caſus hic. Ad idem ȷ̃. de con-
tratab. l. ſi poſt mortē. §. exhæredati. & §. liberi. No. vlterius, ꝙ
propter præteritionē filii in poteſtate, filius emancipatus exhæ-
redatus abſque eo, ꝙ teſtm̃ rumpat, per querelam inofficioſi
5 ſuccedit patri ab inteſtato. Ita eſt hic tex. No. vlterius, † ꝙ eman
cipatus & ſuus de iure ciuili ſuccedit patri ab inteſtato æquali-
ter, cum teſtamentum paternum nullum eſt præteritione filij.
Ita eſt hic caſus. Quid autem alias? vide l. meminimus. C. de leg.
hær. & §. emancipati. Inſtit. de hęred. quæ ab inteſta. defer.

SVMMARIVM.

1 *Poſthumus alienus, qui poſt mortem aui eſt futurus ſuus, licet non tempore teſtamenti, poteſt hæres inſtitui.*

LEX XXIX.

Gallus. Ex prouiſione Galli ne rumpantur teſta
menta pręteritione nepotum, introdu-
ctum eſt, vt poſthumi alieni, qui futuri ſunt ſui poſt
mortem teſtatoris, inſtitui poſſint. hoc dicit. No. ex
1 tex. † poſthumum alienũ, qui poſt mortē aui ſit futurus hæres
ſuus, licet non tēpore teſtamēti, poſſe hęredem inſtitui. Ad idē
l. pen. ȷ̃. de lega. 1. Et in hoc corrigitur diſpoſitio legis 12. tab. re-
lata in §. poſthumo. & in §. poſthumus. Inſti. de leg. & in §. nam
ſi alienus. Inſti. de bo. poſſ. Pro opin. Bar. in hac lege eſt caſus in
l. cum teſtamento. §. hęc verba. ȷ̃. de hęred. inſtit.

SVMMARIVM.

1 *Gaudent breuitate moderni.*
Fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora.
2 *Verba quantumcunque ſimpliciter prolata, quòd referri debeant ad iuris intellectum.*
3 *Actus præſumitur fieri, vt de iure poteſt.*
Verbum, inſtituo, quandoque ponitur pro ſubſtituo.
4 *Verbum, ſubſtituo, ſimpliciter prolatum, quòd in dubio comprehendat ſubſtitutionem vulgarem.*
5 *Copula ꝙ non copulet pariter, ſi reſultaret iuri contrarius effectus.*
6 *Subſtitutio vulgaris quòd poſſit fieri verbis affirmatiuis.*

§. Quidam rectè. Etiā ſi nepos ſubſtituatur ſim
pliciter, intelligiт ſubſtitutus
ſm̃ conſilium Galli. h. d. No. 1. Gallum hic repręhendi de ſuper-
1 fluitate verborũ, & ideo tex. hūc allegamus † ad id vulgare, gau
dent breuitate moderni. Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri
per pauciora, l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de app. No. 2. in
his, quę ſunt iuris, antiquiores repręhendi poſſe per iuniores,
2 l. 3. de condi. ob cau. cum ſim. † No. 3. verba, quāuis ſimpliciter
prolata, referri ad iuris intellectum, l. damni. verſic. & quod in
ſtipul. ȷ̃. de dam. infec. l. ſi legati. ȷ̃. de lega. 1. l. j. §. hęc ſtipulatio.
3 & §. belliſſime. ȷ̃. vt leg. no. ca. No. 4. & † ita allegamus, ꝙ quis ꝑ-
ſumit actum ſuum facere, prout de iure poteſt. Ad idem ſ̃. pro
ſoc. l. merito. No. ex eo. iuncta glo. ꝙ verbũ, inſtituo, quandoq;
4 ponitur pro ſubſtituo. No. 5. iuncta eadē, † ꝙ verbũ, ſubſtituo.
ſimpliciter ſine aliqua qualitate prolatũ, in dubio cōpræhēdit
5 ſtipulationē vulgarem tm̃. Ad idē C. de hęr. inſtit. l. fi. † No. ſm̃
aliũ intellectũ glo. ex eodem, ꝙ licet de natura copulę ſit omnia
pariter copulare, l. ſi duob. de leg. 1. & l. vna. §. is itaq;. de cad. tol.
Fallit, vbi ex pari copulatione reſultaret iuri ꝯrius intellectus.
6 No. ex eo. † ſubſt. vulgarē poſſe fieri verbis affirmatiuis, etiam
ſi nullum pręcedat verbum negatiuum. Ita eſt hic caſus.

Idem credendum. Superius repręhendiт Gal
lus de ſupfluitate circa ver-
ba, hic vero repręhendiт de defectu deciſionis circa pſonas. h. d.
& non pōt aliter ꝯgrue ſummari. No. inſtitutionē ſeu ſubſtitu-
tionē pronepotis ita ꝑ proauum teſtantem fieri debere, quem-
admodũ Gallus dicit fieri inſtitutionē ſeu ſubſtõnem nepotis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pronepotis rumpitur eoipſo,quòd auo agnaſcitur.*
2 *Subſtitutio vulgaris quòd non operetur inſtitutionem illius,cui fit.*

§.Ita ſanè. Subſtitutio facta de pronepote rumpitur,ſi
prius decedat auo viuente filius,ꝗ nepos p̄-
teritus. Vel ſic ſm̄ alium intellectū. Subſtitutio pronepotis rū-
pitur,ſi poſt mortem proaui decedente filio ſuperuiuit nepos.
1 hocdicit.No.ex iſto tex. ideſt, † ſubſtitutionem pronepotis rū-
pi eoipſo,ꝙ nepos proauo agnaſcitur,ideſt,ſuus efficitur hæres,
2 & ſe præteritum reperit. No.ſecundo, † ꝙ ſubſtitutio vulgaris
non facit videri inſtitutum illum, cui fit ſubſtitutio, & hoc eſt
hic ex eo, quia ex prouiſione Galli non poterat teſtator etiam
ſi voluiſſet expreſſe inſtituere nepotem, qui naſcebatur auo vi-
uente ex filio,qui tamen tempore teſtamenti conditi non pote-
rat dici ſuus,eo quia tunc filius viuens eum præcedebat, vt pro-
batur in §.poſthumo.Inſti.de leg.

SVMMARIVM.

1 *Mors naturalis, & ciuilis quo ad effectum ſubſtitutionis vulgaris æquiparantur.*
Deportatio æquiparatur morti.
2 *Emancipatio quo ad effectum ſuitatis morti æquiparatur.*
Nec refert quid ex æquipollentibus fiat.

§.Et quid ſi tantum. Verbum, mortis, abſo-
lute poſitū comprehen
dit omnem caſum, per quē inſtitutus de medio tollitur, & ſub-
ſtitutus agnaſcitur.h.d.vel ſic, Subſtitutio vulgaris concepta in
vnum caſum contēplatione ſuitatis, comprehendit omnē aliū
caſum,per quem eadē ſuitatis qualitas in ſubſtituto repræſenta
1 tur.hoc dicit.& eſt no.tex.No.mortem † ciuilem & naturalem
quo ad effectum vulgaris ſubſtitutionis æquiparari. No.ſecun-
do, deportatum æquiparari mortuo. ad idem j̄. de contratab.
2 l.j.in fi.No.†tertio emancipationem quo ad ſublationem ſuita-
tis æquiparari morti. No. vltimo,ꝙ non refert,quid ex æquipol
lentibus fiat.Ad idem j̄.ad Trebel.l.mulier.cum ſim.

SVMMARIVM.

1 *Mors ficta æquiparatur veræ quo ad Galli prouiſionem.*
2 *Publicè intereſt vltimas voluntates non rumpi.*

§.Quid ſi is. Addit ad prouiſionem Galli, quid cum
filius, ex quo nepos naſci ſperatur, eſt
apud hoſtes, quomodo tunc per auum nepos inſtituendus ſit?
Itē quid cum apud hoſtes ſunt filius & nepos, ex quo ſperatur
naſci pronepos,quomodo tunc per auum concipi debeat pro-
1 nepotis ſubſtitutio.hoc dicit.No.ex iſto tex.†duo,primo,quòd
quo ad prouiſionem Galli mors ficta æquiparatur vere.Ad idē
2 s̄.§.proxi.No.†ſecundo in huiuſmodi vtilitate,vtilitati publicæ
expedire morientibus vltimas voluntates nō rumpi. Ad idem
j̄.quemadmo.teſtam.aper.l.vel legare.

SVMMARIVM.

1 *Effectum ſi habemus,non curamus de modo.*

§.Si eius,qui filium. Hic Scęuola tradit quan
dam breuē formam &
generalem,per quam prouidet, ne teſtamentum rumpi poſſit
natiuitate præteritorum, & nepos natus ex vxore prægnante,
ea in captiuitate exiſtente, viuo auo & patre,reuerſus poſt mor-
tem vtriuſque,ſi ſe inſtitutum reperiat,teſtamentum non rum
1 pit.h.d.vna cum §.ſeq.No.ex §.ſi eius. vnum, † ad quod ſemp
allegatur.ſ.ꝙ non curamus de modo,cum habemus effectum.
Ad idē.j̄.de acqui.hær.l.quod ſi dubitet.de verb.oblig. l.cū ſer-
uus.cū ſim.Allegaī & ſecundo ſic, ꝙ cū quis pōt facere actum
ex capite duplici,non curatur ex quo capite illum faciat.

SVMMARIVM.

1 *Negans aliquid recte factum,non confitetur id factum.*
2 *Variatio qualitatis perſonæ ſubſtitutæ non vitiat ſubſtitutionem.*
3 *Exhæredatio poſt mortem ꝙ ſit inualida.*
4 *Præteritio filij exiſtentis apud hoſtes,licet decedat,non inducit rupturam teſtamenti.*

§.Forſitan. Valida eſt in caſu Galli ſubſtitutio prone-
potis,quāuis nepos prætereatur, ſi ipſe fi-
lio aui viuente moriatur. Item & eſt ſimiliter valida ꝓnepotis
ſubſtitutio,qui apud hoſtes natus eſt, viuo patre ſuo,& nepote,
ſi rn̄ poſt mortem eiuſdē, & proaui reuertatur. Item valida eſt
ſubſtitutio eiuſdem apud hoſtes exiſtentis a proauo adoptati
ex ſpeciali beneficio principis,ſi poſt mortē omnium reuertaī.
Et ad validitatem teſtamenti cōſiderato præſenti ſtatu, licet ſit
neceſſaria inſtitutio,vel exhæredatio exiſtentiū in gradu primo
deſcendentiæ, non tamen in gradu exiſtentium ſecundo. h. d.
vſque ad §.nunc de lege.No.j.in §.forſitan.in ver.non recte.ſm
vnum intellectum,ꝙ etiam nihil factum, dr̄ non recte factum.
1 Vnde eſt † argm̄,ꝙ quamuis aliquis neget quid recte factū,non
tn̄ vr̄ fateri illud eſſe factum. Et in hoc eſt iſte tex.no. No.ſecun
do ex eodem,ꝙ præteritio gradus ſecundi decedentis ante gra-
dum primum inſtitutū,non inducit rupturā teſtamenti. No.ex
2 eodem tertio,ꝙ † variatio qualitatis contingens in perſona hę-
redis ſubſtituti, puta quia de libero ſubiiciatur teſtatoris pote-
ſtati,non inducit vitium ſubſtitutionis.Ad idem s̄.e.l.filio quē
pater.No.in §.in omnibus.ꝙ ad hoc, vt valeat teſtamentū, ne-
ceſſe eſt primum gradum deſcendentiæ hæredem inſtituere in
certa quota,ergo ꝯñr tēpore Scęuolæ nō valebat teſtm̄,ſi inſti-
tuebatur filius,puta in re certa,licet hodie ſecus, quia agit ad le
3 gitimæ ſupplementum. † No.ex eodem ſecundo. exhæredatio
nē filij directam poſt eius mortem eſſe inualidam.Ad idē s̄.eo.
4 l.ſi ita ſcriptum.§.fi.No.ex eodem tertio,† præteritionē filii,qui
eſt apud hoſtes, ſi ibi decedat, non inducere ruptionem teſta-
menti.Ad idem j̄.eo.l.pe. No.ex eodem quarto, abſque metu
nullitatis teſtamenti præteriri poſſe per teſtatorem gradum ſe-
cundum & vlteriorem,cum eſt ad primum inſtitutus.

§.Nunc de lege. Supra Gallus conſuluit, ne rum
pantur teſtamenta per ſuperue
nientē natiuitatem nepotum,ſeu pronepotū poſt mortem aui
& proaui, nunc Velleius conſulit dādo modū, ne rumpatur te-
ſtamentum per ſuperuenientē natiuitatē nepotis,ſeu pronepo
tis viuente auo,vel proauo.h.d.vſque ad §.ēt. No.ex iſto tex.ne
potem auo viuenti naſciturū,hæredem inſtitui poſſe, quamuis
ſi tēpore teſtamēti naſceretur,non naſceretur ſuus, vnde l.Vel-
leia derogat legi 12.tabularū in hoc.ſ.vt nepotē,poſito ꝙ tēpo
re teſtamenti non naſciturum ſuum poſſit auus inſtituere, ſi ta
men,cum eo viuente,naſcitur,ſuus naſcitur,puta quia filius te-
nens primum gradum,filius ſublatus ſit de medio.

§.Etiam ſi parente. Supra poſitum eſt primū
l.Velleiæ caput, per quod
prouidetur, ne teſtamenta rumpantur natiuitate nepotū eue-
niente viuis auis. poſt mortem tamen filiorum, hic ponitur ſe-
cundum, per quod prouidetur, ne teſtamenta aſcendentium
rumpantur natiuitate nepotum,ſeu pronepotum eueniente vi
uis omnibus parentibus.h.d.vſque ad §.videndum.

§.Videndum. Etiam ex poſteriore capite l. Velleię
validum eſt teſtm̄,in quo nepos na-
tus ex manente apud hoſtes, & ibi poſt mortem aui decedente
ſe inſtitutum reperit. h.d. No.ex iſto tex.ꝙ cū lex ſe ad determi-
natum tempus non reſtringit, momentanea cadit circa actum
illū reſtrictio tēporis facienda per hominē.Ad idem j̄.de bo.au
tho.iud.poſſid.l.in venditione.§.de tēpore.& melius s̄.de vent.
inſpic.l.j.§.meminiſſe.No.ſecundo,quo ad ſecundū caput legis
Velleiæ non referre, an exiſtens ſuus deſinat eſſe ſuus teſtatore
viuente, an poſt eius mortem, quia quomodocunque ille, qui
poſt eū ſuus eſſe incipit,ſi ſe inſtitutū reperit, teſtm̄ nō rumpit,
immo ex eo ſuccedit.No.tertio, ꝙ per natiuitatē ſui hæredis ſe-
quens in gradu incipit eſſe ſuus,non tn̄ totaliter,donec ſuus ca-
ptus apud hoſtes viuat, quia cum ille ex toto omnino non per-
diderit ſuitatem propter ſpem reuerſionis, ergo ſequens non
eſt omnino eandem ſuitatē infallibiliter ingreſſus, ſed eo apud
hoſtes mortuo cenſebitur omnino, & totaliter immediate
poſt captiuitatem incępiſſe fore ſuus, quia ceſſāt, vel exinanita
eſt ſpes reuerſionis.

§.Ille caſus. Ex prouiſio.Iuliani inductum eſt,vt poſt-
humus alienus tempore teſtamenti, etiā
ſi non naſcatur ſuus, inſtitutus poſſit, ſi poſtea ſuus efficiatur,
ſuccedere in locum mortui.hoc dicit.

De iniuſto, rupto, & irrito teſtam. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præteritio filij in poteſtate reddit teſtamentum nullum.*
2 *Teſtamentum ab initio validum, ꝙ rumpatur agnatione filij hæredis, qui ſe reperit præteritum.*
3 *Teſtamentum validum deducitur ad irritum,non ſecuta aditione.*
Aditio hæreditatis eſt vltima confirmatio teſtamenti.
4 *Teſtamentum præcedens ꝙ rumpatur per ſequens.*
5 *Teſtamentum ſecundum conditum iure militari,quòd rumpit primum factum iure communi.*
6 *Teſtamentum ſecundum imperfectum ratione ſolemnitatis, in quo ſint inſtituti venientes ab inteſtato, rumpit primum, licet omni iure perfectum.*

LEX PRIMA.

TEſtamentum. Teſtamentū tunc ꝓ-
prie irritum dr̄, cum
filius in poteſtate præteritus reperitur, vel ex
eodē hæreditas non aditur. Tunc aūt rumpi di
citur, cū hæres ſuus agnaſcitur, vel cum poſte-
rius teſtm̄ rite perfectū eſt,qm̄ alias non rumpi
tur prius,niſi id poſterius factū ſit iure militari,vel in eo inſtitu-
ti reperiantur venientes ab inteſtato. hoc dicit cum l. ſequen.

No.

1 No. nullum † eſſe teſtm̄ præteritione filij in poteſtate. Ad idem
ſ̄.tit.j.l.inter cætera.& ſeq. cum ſim. No. ſecūdo, teſtm̄ ab initio
2 † validum ex poſtfacto rumpi agnatione filij hæredis, qui ſe re-
perit præteritū. Ad idem j̄.eo.l.poſthumorum.cum ſim. Et ne
hoc contingeret, facta eſt tota l.Gallus.ſ̄.tit.j. quæ prouidet dan
do formā inſtituendi, vel exhæredandi eos, qui in ſuitate ſperan
3 tur agnaſci. No. † tertio, non ſecuta aditione hæreditatis ex teſtō
valido, illud deduci ad cauſam irriti. Ad idem ſ̄.de teſtam. tut.
l.ſi nemo.j̄.de reg.iu.l.ſi nemo.cum ſim. Et hinc eſt, ꝙ dr̄ hære-
ditatis aditionem fore vltimam teſtamenti confirmationem, j̄.
de ſtipu.ſer.l.ſi ſeruus Mæuij & caſtrenſis peculij. Qm̄ pręcedēs
eius confirmatio eſt teſtatoris mors, de celeb.miſſ.c.cum Mar-
4 thæ. No. ex l.2. omne † teſtm̄ prius rumpi per poſterius exiſtēs
validum, qm̄ vltima voluntas ambulatoria eſt vſque ad mortē.
Et ideo ſubſequens valida ſemper rumpit præcedentē, j̄.de adi.
lega.l.quod ſi iterum. 14.q.2. vltima voluntas. Nemo enim ſibi
legem imponere poteſt eam, ſcilicet vt a priore ſibi recedere
non liceat vltima voluntate. de leg.2. l. ſi quis in prin.teſta. Li-
berum enim omni modo eſſe debet, quod iterum non redit ar-
5 bitrium, C.de ſacroſan.ec.l.j. No. ex † eadem, 2. ꝙ teſtm̄ ſm factū
iure militari, & ſic defectiuum in ſolemnitate requiſita in iure
6 cōi, rumpit teſtm̄ primum compoſitum iure cōi. † No. tertio ex
eadem, ꝙ teſtm̄ ſm, quamuis imperfectum ratione deficientis
ſolemnitatis, fauore venientium ab inteſtato, qui in eo reperiū
tur inſtituti, rumpit teſtm̄ primum, quamuis omni iure perfe-
ctū. Et in hoc eſt iſte tex.no. Ad idem j̄.de ꝯtab.l.ſi duobus.§. ſi
prius.C.de teſtam.l.hac cōſultiſſima.§.ſi quis autem. Quod ta
mē declara, vt habetur ſ̄.tit.prox.l.ſi filius eius, qui in poteſtate.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio etiam in poſthumo eſt nominatim fienda, ne ex præteritione, ſuperueniente natiuitate, contingat ruptura. & hodie hæc corrigitur.*
2 *Poſthumus proprie dicitur, qui poſt mortem teſtatoris naſcitur.*
3 *Præteritio poſthumi rumpit teſtamentum tunc cum naſcitur.*
4 *Teſtamentum primum rumpitur per ſecundum validum, licet poſtea inualidetur.*
5 *Res, quæ non habet proprium nomen, ſi exprimitur ſub nomine ſui generis, dicitur nominatim exprimi.*
6 *Teſtamentum licet dicatur indiuiduum, tamen vna pars poteſt eſſe valida, altera non.*

LEX III.

POſthumi. Ne agnatione poſthumi per viri-
lem ſexum naſcituri, ſi reperiat ſe
pręteritum, contingat teſtm̄ rumpi, pariter de eo fie
ri debet exhæredatio, vt de iā nato. Et ille vere poſt-
humus eſt, qui poſt mortem naſcitur teſtatoris. Et præteritio fi-
lij in poteſtate inducit nullitatem teſtamenti ſtatim, præteritio
vero poſthumi tunc cum naſcitur, inducit rupturam. Et ruptu-
ra teſtamēti primi inducta per teſtm̄ ſm ab initio validum, du-
rat etiam, ſi ſecūdi validitas poſtea deficiat. Et natiuitas poſthu-
mi præteriti inducit rupturam teſtamenti in eo gradu, a quo re-
perit ſe præteritum, non autem in eo, a quo ſe reperit exhęreda
1 tum. hoc dicit vſque ad l.ſ̄nam & ſi ſub conditione. † No. exhæ-
redationem nominatim ita debere fieri in poſthumo, ne ex prę
teritione ſuperueniente natiuitate contingat ruptura, ſicut in iā
nato. Ad idem C. de lib.præter.l.fi.quod tn̄ hodie eſt correctū,
cum poſthumus exhæredari non poſſit, vt l.ſi quis in ſuo. §. le-
gis. C.de inoffic.teſtam. Et ideo ne contingat ruptura ex præte-
ritione, debet fieri inſtitutio iuxta prouiſionem Galli & Velleij,
2 de qua in l. Gallus. † No. in ver.poſthumos, illos proprie poſt-
humos dici, qui poſt mortem teſtatoris naſcuntur. de quo dic,
3 vt in l.Gallus.in prin.ſ̄.tit.j. No. ex ver. † ex his apparet. præteri-
tione filij iam nati induci nullitatem teſtamenti ſtatim, præte-
ritione vero poſthumi non, niſi tunc cum naſcitur. Ad idē C.de
4 ꝯtab. l.poſthumo.cum ſim. No. in §.ſed & ſi ſtante. teſtm̄ pri-
mum rumpi per ſm ab initio validum, l.ex poſtfacto.cuius va-
5 liditas deficiat. Ad idem j̄.eod. l.cum in ſecūdo. † No. in ver.ſed
& ſi, ita dixerit. ꝙ res non habens proprium nomen ſibi ſoli cō
ueniens, dr̄ nominatim exprimi, cum exprimitur ſub nomine
ſui generis. Quod nota ad declarationem l.j.& 2. ſ̄.ti.proximo.
6 † No. in §.licet autem. natiuitate poſthumi præteriti rumpi ſo-
lum gradum ſm, a quo ſe reperit exhæredatū, cū quo ad illū ſit
ſeruata iuris ſolemnitas in teſtamentis conficiendis, mandans
filios debere inſtitui vel exhæredari, vt ſ̄.eo.tit.prox. l.inter cete
ra. & ſic patet, ꝙ quāuis teſtm̄ ſit quid indiuiduū, vt l.hæredes
palā.§.vno contextu.ſ̄.de teſta.& l.cū antiquitas.C.eo.tit.tn̄ po
teſt eius pars eſſe valida altera exiſtente inualida, & ſic fallit illa
regula, ꝙ in indiuiduis vtile per inutile vitiatur.

SVMMARIVM.

1 *Rumpi ꝙ poſſit, quod eſt in ſpe, licet non ſit in re.*
2 *Id, quod non eſt, rumpi non poteſt.*
Ruptum ſemel non poteſt amplius rumpi.
Priuatio præſupponit habitum.
3 *Præteritio poſthumi a gradu primo, ꝙ inualidat teſtamentum nedum in primo, ſed etiam in ſecundo gradu, ſecus in filio nato, vt ibi.*

LEX V.

NAm & ſi ſub cōditione. Poſthu-
mus p̄-
teritus cum naſcitur rumpit gradum, & ſpem gra-
dus, a quo ſe præteritū reperit, & id, quod ab eo de-
pendet, licet id, quod non eſt re, nec ſpe, rumpi non poſſit. h.d.
1 No.j. † & ita cōiter allegatur, rumpi poſſe quod eſt in ſpe, licet
nōdum ſit in re. Ad idem ſ̄.vſufr.quemadm. ca.l.3.§.deſinere.
2 No.2. in ver.poſt defectum, & ita ſemper allegatur, ꝙ id, quod
non eſt, rumpi non poteſt. Allegatur & ſecundo, ꝙ ruptum ſe-
mel, non poteſt rumpi amplius. Item & tertio, ꝙ priuatio præ-
ſupponit habitum, de quo dic, vt plene no. de verb.oblig. l. de-
3 cem. No.3.ꝙ † quamuis præteritio poſthumi a gradu ſecundo
non inducat rupturam teſtamenti in gradu primo, a quo repe-
rit ſe exhæredatum, vt ſ̄.eo.l.3. §.fin.tn̄ præteritio poſthumi a
gradu primo inducit non ſolum inualiditatem gradus illius pri
mi, ſed etiam ſecundi, a quo ſe reperit exhæredatū. Vnde vtro-
que excluſo ipſe hæreditatem parētis capit iure inteſtati. Et hoc
eſt quod tex.hic dicit, ꝙ poſthumus rumpēdo gradum primū,
ſibi locum facit, non autem gradui ſequenti. No. ex eadem, ſe-
cus eſſe in filio iam nato, quoniam quamuis eius præteritio in-
ducat nullitatem gradus primi, a quo eſt præteritus, tamen nō
gradus ſecundi, qui eſt validus, eo quia ab illo ſe reperit exhære-
datum. Et rationem diuerſitatis ponit glo.in l.3.§.fi.ſ̄.tit.proxi-
mo. vbi eſt ſimilis caſus.

SVMMARIVM.

1 *Nepos, quem pater præcedit, non eſt inſtituendus nec exhæredandus. Et ſi eſt præteritus, & eius pater exhæredatus, per hoc teſtamentum nō rumpitur.*
2 *Proximus ab inteſtato dicitur, quem tempore deſtitutionis teſtamenti nullus præcedit.*
3 *Nepos natus poſt mortem aui, illi ſuccedit ab inteſtato, ſi ante conceptus erat.*
4 *Decedens in captiuitate habetur, ac ſi in humanis non fuiſſet.*
5 *Præteritio nepotis nati ex filio captiuo, & in captiuitate mortuo, inducit rupturam teſtamenti auiti.*
6 *Ius poſtliminij quod etiam concedatur partui apud hoſtes nato.*
7 *Deſinentia primi gradus deſcendentium in poteſtate, ꝙ inducit ſuitatem in ſecundo gradu.*
8 *Patria poteſtas quòd perdatur captiuitate, morte, vel pœna.*

LEX VI.

SI quis filio exhęred. Nepos præteri
tus ita demum
rumpit teſtm̄, ſi tpe mortis aui eum filius non præ-
cedat vere vel ficte, ab inteſtato vero ſuccedit vt
ſuus, ſi tempore quo teſtm̄ deſtituitur, proximus reperitur, & ſi
in vita aui fuerit conceptus. hoc dicit vſque ad §.irritum. No.j.
1 neceſſariā † non eſſe inſtitutionem, ſeu exhæredationem nepo-
tis, quem tempore mortis aui præcedit filius, non requiri ad va-
liditatem teſtamenti. Ad idē ſ̄.tit.j.l.Gallus. §.in omnibus. No.
ſecundo præteritionē nepotis, quē tempore mortis aui præce-
dit filius, quāuis exhæredatus, non inducere rupturam teſtamē
ti. Ad idem ſ̄.tit.j.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium. No. ex eadem
tertio regulam, ꝙ ille nouiter naſcendo, qui ſe præteritū repe-
rit, inducit teſtamenti rupturam, quē tempore mortis teſtato-
ris nemo præcedit in gradu deſcendentiæ. No. ex eadem quar-
2 to regulam, ꝙ † ille vt proximus ab inteſtato ſuccedit teſtō de-
ſtituto, vel irritato, quem tempore deſtitutionis nullus pręcedit
in gradu. Ad idē Inſtit.de legi.agn.ſucceſſ. §.ꝓximus. No. ex ea-
3 dem † quinto regulam, nepotē natum poſt mortē aui ita demū
atto ab inteſtato ſuccedere, qui tēpore mortis aui ꝯceptus erat,
qm̄ ſi poſt mortem concipiatur, nullo iure ſuccedit, neque ciui
li, neque prætorio. Ad idem j̄. vnde cog.l.j. §.ſi quis proximior.
j̄.de ſuis & legi.l. Titius. §. fi.cū l.ſeq. Inſti.de hæred.quæ ab inte-
4 ſta.in §.cum autem. No. ſexto in verſi. † ſed & ſi pater. ꝙ qui in
captiuitate decedit, in rebus humanis fuiſſe non creditur. Et hu
ius eſt ratio, quia decedit ſeruus exiſtens, ſeruitus autem morti
æquiparatur, vt l.ſeruitutē. de reg.iu. No. ex eodem, ꝙ ſuitas ꝑ-
dita per captiuitatē, recuperatur per reuerſionē iure poſtlimi-
5 nij. No. † ex eodem, præteritionē nepotis nati ex filio captiuo tē
pore mortis aui, & in captiuitate mortuo, inducere rupturā te-
ſtamenti. Et huius eſt ratio, quia tempore mortis aui reperitur
nepos, qui erat in vtero, tenere primum gradum deſcendentiæ
& poteſtatis, cum eodē tēpore deſijſſet filius eſſe in poteſtate &
6 ſuitate pp captiuitatem. No. † in ver.ſiue autem. ꝙ etiam partui
apud

apud hoſtes nato ius poſtliminij conceditur. No. ex eodem ſe-
cundo, rupturam teſtamenti non induci, immo validitatem, ſi
hæres ſuus inteſtatus, vel exhæredatus reperiatur in teſtō aſcen
7 dentis. No. in verſi. † quocunque. ꝙ pp deſinentiam primi gra
dus deſcendentium in poteſtate, gradus ſecundus ſubintrat ſui-
tatem, & ideo ſi reperitur præteritus, teſtamentum rumpitur,
8 ſecus ſi inſtitutus, vel exhæredatus. No. captiuitate, † morte, vel
pœna ius patriæ poteſtatis perdi. Ad idem Inſti. quibus mod.
ius pa. po. ſolui. §. ſi ab hoſtibus. cum ſim.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum quòd irritetur maxima ſeu media capitis diminutione ſecuta.*
2 *Sententia priuatiua vitæ quòd ſtatim inducat ſecum executionem ſtatus quo ad irritationem teſtamenti.*
3 *Damnato ex militari delicto, poteſt reſeruari teſtamenti factio, & vide num. 5.*
4 *Beneficium intelligitur conceſſum ſecundum conditionem illius perſonæ, cui conceditur.*
5 *Verba intelligi debent ſecundum qualitatem loquentis, & eius, ad quem ſunt relata.*
6 *Sententia deportationis lata per præſidem, inducit ſtatim nullitatem teſtamenti, ſi fuit a principe confirmata, ſecus ſi a præfecto lata fuiſſet.*
7 *Iudex non poteſt pœnam grauem imponere decurioni ſine principis conſenſu.*
8 *Carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam inuentus.*
9 *Teſtamentum illius, qui ob conſcientiam criminis ſe occidit, irritatur.*
10 *Collegium quòd ſuccedat illi de collegio, qui mortuus eſt ſine cognatione.*

§. Irritum quoque fit teſtam.

Teſtamētū
irritum efficitur amiſſione ciuitatis vel libertatis, & ſententia
requirens confirmationē, non operatur effectū, niſi ex tēpore
cōfirmationis. h. d. vſque ad §. hi autem omnes. No. in §. irritū.
1 † teſtm̄ irritari ex maxima ſeu media capitis diminutione ſecu
2 ta. No. ſecundo † ex eodem, ſententiam vitæ priuatiuā trahere
ſecum executionem ſtatus quo ad irritationem teſtamenti ſta-
tim, & igitur ad eam inducendā nō expectari executionē in cor
3 pus. No. 3. ver. niſi † forte. damnato ex militari delicto reſer-
uari poſſe factionē teſtamenti. Ad idem C. de teſta. milit. l. mili-
4 tibus. No. ex eodem † ſecundo, ꝙ beneficium intelligitur ꝯceſ-
ſum ſm̄ qualitatem eius perſonæ, cui conceditur. Ad idē ȷ̄. de te
ſtam. mil. l. ex militari. ſ̄. de vſu & habi. l. plenū. §. equitij. ſ̄. de iu
5 di. l. ſed & ſi ſuſceperit. & hinc dicimus, verba intelligi † ſecun-
dum qualitatem perſonæ loquentis, & ad quē ſunt relata. Ad
idē de maio. & obed. c. ſolitæ. cum ſim. No. in ver. qua ratione.
ꝙ reſeruatio factionis teſtamenti facta damnato, cuius teſtm̄
alias fuiſſet irritum propter damnationē. inducit ſubſiſtentiam
6 teſtamenti antea facti. No. in §. eius † qui. ſententiam deporta-
tionis latam per præſidē non inducere ſtatim nullitatē teſtamē
ti, ſed poſt eius confirmationē a principe factam, ſecus tñ ſi de-
portationis ſententia a præfecto prolata fuiſſet, qm̄ tunc teſtm̄
eſt ſtatim irritum, ſ̄. de teſta. l. eius qui. §. j. ver. in inſulam. Et ra-
tio differentiæ colligitur ex no. per gl. in l. illicitas. §. qui vniuer
7 ſas. ſ̄. de offic. præſi. No. in ver. ſed & ſi de decurione. † ꝙ pro-
pter dignitatē decurionatus pro puniendo decurionē, vel eius
filiū pœna graui, non habet iudex poteſtatē plenam, niſi prin-
cipis accedente cōſenſu. De quo vide in l. moris. §. iſtæ fere. ȷ̄. de
8 poen. No. ex † eodem, poſitionē in carcere inductā fore non ad
pœnam, ſed gratia cuſtodię diligentioris. Pro quo vide, quod
habetur de pęn. c. quamuis. in 6. No. ex eodē, ꝙ cum differtur
executio criminoſi ob aliquam cauſam, debet is retineri in cu-
ſtodia carceris eius iudicis, q̄ de crimine cognoſcit. No. in verſi.
9 proinde. † irrita fore teſtamenta eorum, qui ob conſcientiam
commiſſi criminis ſe occidunt, ſecus ſi tędio vitę, aut gratia ia-
ctationis, ſeu valetudinis aduerſæ impatientia. No. in fine, mor-
10 tuo ſine † cognatione, qui eſt de corpore alicuius collegij, ſeu
vniuerſitatis, illud collegiū ſeu vniuerſitatē ſuccedere, vnde ab
eo fiſcus excluditur. Ad idem C. de hær. decurionum. l. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio interpoſita a ſententia lata ſuper ſtatu, quòd extinguat effectum illius ſententiæ.*
2 *Conſultatio facta ad principem ſuper executione ſententiæ ſtatus, tollit ipſius ſententiæ effectum.*
3 *Executio ſententiæ capitalis, quæ aliter eſſet differenda, quando poſſit accelerari.*
4 *Sententia nulla non inducit ſtatus mutationem, nec teſtamenti irritationem.*
5 *Damnatio memorię poſt mortem facinoroſi irritat eius teſtamentum.*
6 *Teſtamentum irritatum captiuitate reconualeſcit, vel reuerſione, vel morte captiui.*

§. Hi autem omnes.

Appellatio extinguit pro-
nūciationē, & ideo ea pē-
dente ſtatus condemnatorū integer manet, nec eorum teſta-
menta irritantur. Item ſententia lata a non habente iuriſdictio-
nē, non inducit ſtatus mutationē, & conſequenter nec teſtamē-
ti irritationē. Et eorum teſtamenta, quorum memoria eſt dam
nata poſt mortē, irritantur. & teſtm̄ capti ab hoſtibus reconua-
leſcit iure poſtliminij vel fictionis legis Corneliæ. h. d. vſq; in fi.
1 No. in §. hi autem. † effectus ſententiæ ſtatus mutatiuæ intro-
ductus ꝯ irritationem teſtamenti, extinguitur per appellationē
interpoſitam. Ad idem ſ̄. de inſa l. furti. §. j. ſ̄. de teſta. l. qui a la-
tronibus. in fi. No. ex eodē ſecundo, ꝙ quamuis dubius de ſtatu
ſuo præſenti teſtari non poſſit, ſ̄. de teſta. l. de ſtatu. cum ſim. tñ
dubius de ſtatu futuro ſuo ſic & ita ſemper allegatur. No. ex eo-
2 dem † in ver. qui tñ. ꝙ quemadmodum appellationis pendētis
interpoſitio extinguit effectum introductū per ſententiā, ita &
ad principē ſuper eius executionem facta cōſultatio. No. ex eo-
3 dem in verſi. † niſi forte. ꝙ executio [a] ſententiæ, quæ aliàs veni-
a ret differenda pp euitationem tumultus popularis, ex quo ſpe-
ratur periculū futurum, vel propter enormitatem ſceleris con-
demnati, poteſt accelerari, & conſequenter præueniri executio
nis terminus. Et in hoc iſte tex. eſt no. vnde allegatur, ꝙ ratione
caſuum emergētium licitum eſt iudici quandoque legis metā
b tranſgredi. Et ad hoc allegat hunc Innoc. [b] de conſti. c. j. No. in
4 verſi. quod ſi quis. & ſeq. † ſententiā nullam, puta quia a non iu-
dice ſuo prolatam, vel aliter, non inducere ſtatus mutationem.
Ad idem ȷ̄. de pę. l. 2. ad fi. & conſequenter nec teſtamenti irrita
5 tionē. No. in ver. † ſed ne eorū. ꝙ damnatio memoriæ poſt mor
6 tem facinoroſi, eius teſtamenti irritationē inducit. † No. in ver.
quatenus. ꝙ teſtm̄ irritatum ex ſubſequenti captiuitate, recon
ualeſcit ex poſt reuerſione iure poſtliminii, vel morte apud ho-
ſtes ſubſecuta fictione legis Corneliæ, quæ fingit apud hoſtes
mortuum præambula hora captiuitatis, & ſic liberum. Ad idē
ſ̄. de teſt. l. lege. No. in ver. ergo & ſi quis. ꝙ licet ſit ſecuta depor
tatio, in eius tamen fauorē data in integrū reſtitutio principis
inducit reconualeſcentiā teſtamenti propter deportationē irri-
tati. No. in §. filijfamilias. ꝙ minima capitis diminutio contin-
gens, eo quia ſubiectus patri factus ſit ſui iuris, non inducit irri-
tationem ante facti teſtamenti. Quid autē eꝯ, ſi de libero ſubie-
ctus fiat patriæ poteſtati, an teſtm̄ ante factum irritetur? dic vt
in l. qui ex liberis. §. teſtō. ȷ̄. de ſec. tab. No. ex eo. ꝙ filiusfamilias
quo ad teſtandi facultatē in caſtrenſi peculio, vel quaſi, hr̄ pro li
bero. Ad idem C. de inoffic. teſta. l. fi. cum ſim. Et idē ēt eſt quo
ad ius contrahendi, ſeu litigandi, vt patet in l. 2. ſ̄. ad Macedo.
l. lex nulla. ſ̄. de iud. & in l. filius. ad fi. ȷ̄. de dona.

ADDITIONES.

a Executio ſententiæ, quæ alias eſſet differenda propter euitationem tumultus popularis, vel propter enormitatem ſceleris condemnati, poteſt accelerari. vide Bal. in l. 1. in 6. col. ver. procedo vlterius. C. ne ex del. def. Bal. in d. l. 1. in fi. C. de iur. cal & Bal. in c. præterea. in pen. col. in prin. de off. deleg. & Bal. in l. 2. in fi. 1. col. C. de ſen. ex per. rec. Adde tamen, ꝙ ad clamorem populi nullus eſt condemnandus, l. decurio. C. de decu. & no. glo. in l. ad beſtias. ff. de pę. & vide eundem Lud. in ſuo no. 570. & in §. de viro. in 7. fal. in prin. & in fall. 40. verſic. ſecundo probatur, & vide verbum Bal. in repe. l. 2. in 10. char. in 3. col. ver. item lex dicit. ff. de iureiur. vbi videtur tenere, ꝙ hoc dicitur habere locum in principe, non in iudice.

b Innoc. Cuius dictum refert Bal. in l quid ergo. § pœna grauior. & in l. & ſi ſeuerior. de inſa. & in l. obſeruare. §. proficiſci. in 12. q. de offic. procon. & in c. Obertus. qui. ex cau. feu. amit. Ang. in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de ædil. edic. Mod. in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de no. oper. nuncia. Flo. cum ibi no. in l. item ſi obſtetrix. in prin. ad l. Aquil. Mod. poſt Innoc. & ibi latiſſime omnium Do. meus in d. c. 1. de conſti. Bal. etiam in l. 1. in fi. C. de iur. cal. Bal. in l. 1. in 7. col. ver. tertii dicunt. C. qui accu. non poſſ. & Do. meum in d. c. 1. de conſtit. in 64. col. in fi. verſi venio ad glo. Inn. & Bal. in c. 2. circa fi. ver. pone quidam latro. extra de offi. & po. iud. deleg. & idē in c. 1. §. iniuria. in prin. de pace iura. firman. in vſib. feu. & Lud. Ro. conſi. 411. Bald. in c. 2. in fi. extra de re iud. in c. Rodulphus. in 2. col. verſi. item ſi ſtatutum dicit. de reſcr. & in tit. in quib. cau. feu. amit. in prin. Bal. in l. 2. in fi. j. col. C. de ſen. ex peric. rec.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum ſi irritatur in primo gradu, quòd reconualeſcit in ſecundo.*
2 *Teſtamentum quòd rumpatur etiam agnatione poſthumi ciuilis.*
3 *Præteritio filij emancipati quòd non irritet teſtamentum ipſo iure.*
4 *Teſtamentum irritatum præteritione poſthumi, quòd reconualeſcit de iure prætorio morte ipſius poſthumi, viuo teſtatore. & vide in l. poſthumorum. num. 5.*
5 *Teſtamentum, in quo inſtituti ſunt venientes ab inteſtato, quòd reconualeſcit de iure prætorio morte filij præteriti in vita teſtatoris contingente.*
6 *Paganus quòd non poſſit decedere cum duobus teſtamentis ſimul validis.*

LEX VII.

NAm ſi miles.

Teſtm̄ quamuis irritatū in
gradu primo, incipere poteſt
a gradu ſecūdo. Et agnatione poſthumi ciuilis, ſicut
naturalis rumpit teſtamentū, quod irritum non eſt
præteritione emancipati. Et teſtamentū ſequēs nullū nō rum-
pit præ-

pit præcedens validum. Et teſtamentũ ruptũ poſthumi agna-
tione, ſi decedat viuo teſtatore reconualeſcit de iure prætorio.
Et idẽ eſt, ſi irritum eſt ex præteritione filij iam nati, dumtamen
in eo inſtituti ſint venientes ab inteſtato, & teſtm̃ primum, ſi cõ
firmatur per ſecundũ, valet iure codicillorum. hoc dicit vſque
1 ad l. poſthumorũ. No. in l. ſi miles. ꝙ † deficiente gradu primo
teſtamenti propter defectum priuilegij, remanet teſtm̃ validũ
in gradu ſecundo a quo initium accipit. No. in l. certũ. agnatio
2 ne † poſthumi ciuilis ſicut & naturalis induci rupturam teſta-
menti, ſi ſe præteritum reperiat. Ad idem ſ̄. tit. proximo. l. filius
3 a patre. §. i. † No. ex eadẽ l. in §. filia. ꝙ licet præteritio filij in po-
teſtate inducat irritationẽ teſtamenti ipſo iure, non tamen præ
teritio emancipati. No. in l. ſi binæ. ꝙ ſecundum teſtamentũ
nullum ratione non apparentis voluntatis ideo inducit ruptu-
4 ram teſtamenti primi validi. No. † in l. poſthumus. de iure præ
torio reconualeſcere teſtamentum ſuperueniente morte poſt-
5 humi præteriti, viuo teſtatore. No. ex eadem, in verſi. idem † &
circa. de æquitate iuris prætorij reconualeſcere teſtamentum,
in quo inſtituti ſunt venientes ab inteſtato propter mortem fi-
lij præteriti in vita teſtatoris contingentem. Et in hoc dicitur,
ꝙ iſte caſus non eſt alibi, ſecus autem ſi in eo non eſſent inſtitu-
ti venientes ab inteſtato, quoniam tũc mors filij præteriti, quã-
uis viuo teſtatore contingens reconualeſcentiam non induce-
ret, vt Inſtit. de exhæred. lib. circa princ. & l. ſi filius qui in pote-
ſtate. ſ̄. tit. j. & l. ſi quis eum. §. fi. de vulga. & pupill. ſm̃ vnum
6 intellectum. No. † in §. ſi paganus. non poſſe paganum decede-
re cum duobus teſtamentis ſimul validis. & ita allegatur. No.
ex eodem ſecundo, ꝙ ſi non valet vt teſtamentum, valebit vt
codicillus. vnde reſultat effectus ꝙ inſtituti hæredes in ſecun-
do cenſebuntur grauati de reſtituendo hæreditatem inſtitutis
in primo. Vnde illorum primorum inſtitutio deuoluitur in fi-
deicommiſſum. Et in hoc eſt iſte tex. notabilis, cui cõcordat l. ſi
quis priore. j̄. ad Treb. & §. ſed & ſi quis. Inſtit. quibus modis te
ſtamenta infirmentur.

SVMMARIVM.

1 *Suitas in filio vt inducatur, requiritur patria poteſtas, in nepote auita. Suitas emancipatione tollitur.*
2 *Sublato filio de medio, nepos incipit eſſe ſuus hæres auo.*
3 *Exhæredatio facta in caſibus ſeparatis fauore teſtamenti, comprehendit omnes illos ſimul iunctos.*
4 *Teſtamentum ruptum captiuitate, ꝙ rumpatur etiam poſthumi natiuitate præteriti, etiam quo ad ſpem reconualeſcentiæ, & nu. 5.*

LEX XIII.

POſthumorum. Filio ſublato de medio,
nepos obtinet locũ ſui,
& ideo teſtm̃ rumpitur, ſi non reperitur inſtitutus
vel exhæredatus. Et conditio hæc, ſi naſcetur, exhæ-
redationi poſthumi põt adijci. Et teſtm̃ captiui apud hoſtes rũ-
pitur pp ſuperuenientem natiuitatem poſthumi præteriti, adeo
vt nec eius morte reconualeſcat. h. d. vſque ad l. cũ in ſecũdo.
1 No. ꝙ † ad inducendã qualitatẽ ſuitatis in hærede, ſi ſit filius, re-
quiritur patria ptãs, vnde dr̃, ꝙ emancipatione deficit ſuitas, vt
l. Gallus. ſ̄. tit. prox. in fi. Si vero ſit nepos, requiritur in eodẽ po-
teſtas auita, & exitus filii de medio p mortẽ, vel ſi viuat, per de-
ſinentiam patriæ ptãtis. Ad idẽ Inſtit. de exhæ. lib. §. poſthumo-
rum. No. ex eadẽ, ꝙ primus gradus deſcendentiæ iunctus cum
aſcendentis in hærede qualitatẽ ſuitatis inducit. No. ex eadem
2 tertio, † ꝙ filio ſublato de medio, nepos incipit eſſe ſuus hæres
auo, & igitur eius præteritio inducit teſtamenti rupturã, quare
ne contingeret ita teſtamenta rumpi, emanauit prouiſio legis
Velleiæ, de qua in l. Gallus. conſulentis hunc nepotem debere
inſtitui vel exhæredari, ne ſi incipiat eſſe ſuus propter exitum fi-
lij de medio, reperiens ſe præteritum, teſtamentum auitũ rum-
pat. No. in l. ſi ita facta. ꝙ exhæredationi adijci poteſt conditio
3 eiuſdem non ſuſpenſiua. No. ex eadem, † ꝙ exhæredatio facta
in caſibus ſeparatis fauore teſtamenti, ne per præteritionem rũ-
patur, comprehendit illos ſimul iunctos, ſicut & inſtitutio, vt ſ̄.
4 tit. j. l. ſi ita ſcriptum. † No. in l. qui vxorẽ. ꝙ teſtm̃ ruptum pro-
pter ſuperuenientem captiuitatem, rumpitur etiam natiuitate
poſthumi præteriti quo ad ſpem reconualeſcentiæ, quæ poteſt
euenire beneficio legis Corneliæ, vel poſtliminij. Et ſic rumpi-
tur, quod eſt in ſpe reſpectu ſpei, ſicut qđ eſt in re reſpectu rei.
& ita allegatur. ad idem ſ̄. eo. l. nam & ſi ſub conditio. cum ſim.
5 † No. ſecundo, ꝙ licet dicatur teſtamentum ruptum natiuitate
poſthumi præteriti reconualeſcere morte eiuſdẽ ſuperuenien-
te, viuente teſtatore, vt l. poſthumus. ſ̄. eo. tñ hoc eſt verum, niſi
poſthumus, quamuis mortuus, ante mortem naturalem teſta-
toris ſit mortuus, poſt eiuſdẽ teſtatoris mortem ciuilem & fi-
ctam, quoniam tunc non reconualeſcit teſtamentum. Ita eſt ca
ſus ſing. hic limitatiuus dictæ l. poſthumus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſecundum, ex quo poſſibile eſt hæreditatem adiri, licet adita non fuerit, inducit rupturam primi, ſecus ſi non poſſit adiri.*
2 *Teſtamentum irritatum præteritione filij in poteſtate, ꝙ dicatur ruptum etiam quo ad legata pia, ſi aduocat ad ſe hæreditatem paternam, ſecus ſi abſtinet ab hæreditate paterna, quia vires reaſſumit, nu. 3.*

LEX XVI.

CVm in ſecundo. Per ſecundũ teſtm̃,
in quo hæres inſtitu-
tus eſt pure, vel ſub cõditione, rumpitur primũ, niſi
cõditio ſit talis, per quam teſtamentum ſm̃ ſtatim
infirmetur. Et filio præterito relicta in teſtamento non deben-
tur, niſi ipſe bonis patris abſtinuerit, ius ſuum omittendo. h. d.
1 cum l. ſeq. † No. ex l. cum in ſecundo. hanc notabilem regulam,
ad quam continuo allegatur, ꝙ teſtm̃ ſecundũ, ex quo poſſibile
eſt hæreditatem adiri, licet non fuerit adita, inducit rupturam
primi. No. ex eadem ſecundo regulam negatiuam, ꝙ ex teſta-
mento ſecundo, ex quo eſt impoſſibile hæreditatem adiri, non
2 inducitur ruptura primi. † No. in l. filio præterito. ꝙ præteritio-
ne filij in poteſtate aduocantis ad ſe paternam hæreditatem in
totum, vel pro parte, teſtamẽtum patris eſt irritum, etiam quo
ad relicta particularia & fauorabilia, puta libertatum. Quid au
3 tem hodie ſit, dic vt in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. † No. ex
eadem ſecũdo, ꝙ taciturnitate filij præteriti abſtinẽtis a pater-
na hæreditate ex bono & æquo teſtamentum alias irritum vi-
res reſumit, adeo vt in eodem relicta debeãtur, & inſtitutio fir-
ma maneat. & in hoc eſt iſta lex notabilis.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio hæredis inſtituti ꝙ non irritat teſtamentum.*
2 *Subſtitutio irritata natiuitate poſthumi a gradu ſubſtitutorum præteriti, quomodo impediat ius accreſcendi.*
3 *Subſtitutio facta de altero cohærede alteri, ꝙ non impediat inter eos ius accreſcendi.*
4 *Hæreditas quòd non poſſit adiri pendente dubitatione de viribus teſtamenti.*
5 *Inciſio teſtamenti facta per mente captum, quòd non inducit eius irritationem.*

LEX XVIII.

SI quis hæres. Adoptio inſtituti non indu-
cit rupturã teſtamenti. Et cã
teſtati nõ trahit ad ſe cauſam inteſtati, vbi teſtator
prohibuit, ſecus ſi non prohibuit. Et inciſio teſta-
menti facta per mente captum, illius irritationem non inducit.
1 hoc dicit vſque in fi. tit. No. ex l. ſi quis hæres. ꝙ † mutatio hę-
redis inſtituti de libero in poteſtatem teſtatoris, non inducit ir-
2 ritationem teſtamenti. No. in l. ſi ergo. † ꝙ quemadmodũ ſub-
ſtitutio valida facta cohæredi, impedit portionem cohæredis re
pudiantis tranſire ad alium hæredem per ius accreſcendi, cum
ſubſtitutus cohæredi præferatur, vt l. 2. §. ſi duo. j̄. de ſecundum
tab. & in authen. hoc amplius. C. de fideicom. ita etiam & ſub-
ſtitutio irritata per natiuitatem poſthumi a gradu ſubſtitutorũ
præteriti. Vnde contingit, ꝙ etiam alter cohæres a portione ſua
excluditur, & illa ad poſthumum tranſitum facit. Et hoc ne re-
ſultet inconueniens hoc. ſ. ꝙ priuatus pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus decedat, contra l. ius noſtrum. cum ſim. j̄. de re-
gu. iu. quod contingeret, ſi ſecus diceremus, vt patet, quia por-
tio inſtituti repudiantis tranſiret ad poſthumum iure inteſtati,
excluſo ſubſtituto, a quo eſt pręteritus, reliqua vero portio ma-
neret penes cohæredẽ adire volentem iure teſtati. Et cum hoc
cõcordat l. ſi poſthumus a primo. verſi. nã & cum duob. ſ̄. tit. j.
3 No. ex eadem ex verſi. † ſed ſi ego. ꝙ ſubſtitutio facta de altero
cohærede alteri, inter eos non impedit ius accreſcendi. Vnde
ſtante vtroque gradu valido partem cohæredis non adeuntis,
alter hæres accipere poterit, vel vt cohæres per ius accreſcendi,
vel vt ſubſtitutus per ius ſubſtitutionis. Et cum hoc concordat
l. ſi quis hæres. j̄. de acquir. hæredit. & l. teſtamẽto. C. de impub.
Et ideo hoc in caſu, quamuis cohæres non poſſit iure ſubſtitu
tionis accipere portionem cohæredis non adeuntis, quia ille
gradus fuit irritatus per natiuitatem poſthumi ab eo præteriti,
tamen poterit accipere ius accreſcendi, cum inſtitutorum gra-
dus fuerit validus, quia ab eo poſthumus exhæredatus, & ius
accreſcendi non fuerit ſublatum pp reciprocam ſubſtitutionẽ
4 inter cohæredes factã, vt dixi. No. tertio ex ver. † in prima tñ ſpe
cię. ꝙ pendente dubitatione de viribus teſtamẽti, hæreditas ex
eo adiri non poteſt. Ad idẽ j̄. de acqu. hær. l. hæres inſtitutus. &
l. ſed & ſi de ſua. cũ ſi. Ita autem eſſe hic manifeſtatur, quia do-
nec viuit cohæres, cui datus eſt ſubſtitutus, a quo poſthumus
eſt ꝑterit⁹, dubitatẽ de viribus teſtamẽti, hoc mõ, qa poſſibile nõ
eſt tranſire

eſt tranſire ad ſubſtitutũ, quia eius gradus eſt irritatus per præ-
teritionẽ poſthumi. Nec ẽt ad cohæredẽ per ius accreſcendi, qa
teſtator illud inter cohæredes ꝓhibuiſſe intelligitur per datio-
nẽ ſubſtituti. Sequiť, ꝙ in ea portione ſuccedet poſthumus ab
inteſtato, ergo ẽt in alia, ne reſultet inconueniens, ꝙ pro parte
teſtatus & pro parte inteſtatus &c. vbi ambo hęredes ſimul adi
re volũt, pñt, quia de gradu inſtitutionis eorũ nõ dubitať quo
ad vires, cũ ab illo ſit poſthumus exhæredatus. Et hæc eſt decla-
5 ratio dicti tertij. No. in l. Lucius. † ꝙ inciſio teſtamenti validi fa-
cta per mente captum, non inducit irritationem teſtamenti.

De his quæ in teſtam. delen. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Inconſulta inductio ſeu deletio teſtamenti, quando noceat legatarijs, & nu. 3. & vide nu. 6.*
Delere, inducere, & ſuperinducere, qualiter differant, remiſsiue.
2 *Legi poſſe dicitur id, quod oculis corporeis percipitur.*
4 *Deletio inconſulta ſuperueniens poſt totalem conſummationẽ teſtamenti, quando irritet relictum.*
5 *Delens teſtamentum inuito teſtatore, priuatur relicto ſibi in teſtamento facto.*
7 *Teſtamentum nuncupatiuum ꝙ non vitietur, quamuis eius ſcriptura non reperiatur.*

LEX PRIMA.

QVæ in teſtamento. Si teſtm̃ dele
tur a teſtato-
re ante teſtamenti conſummationẽ, & conſul-
te, relicta non valent ipſo iure, ſi vero inconſul-
te, legique poſſint, valent, ſi vero deleatur poſt
ꝯſummationẽ, ſi conſulte valent, ſiue legi poſ-
ſint, ſiue non, ſin autẽ ab hærede ſubſtituto vel legatario deletũ
vel conciſum fuerit, condicenti denegatur actio. h. d. tota l. No.
1 primo, ꝙ incõſulta † deletio ſeu inductio non nocet legatarijs,
ſi deleta ſeu inducta particula legi poteſt. Quæ autem differen-
tia ſit inter delere & inducere, & ſuperinducere, vide gl. decla-
rantẽ in l. ſi quis libertatẽ. ſ. de pet. hær. & in l. inductũ. C. de ſo-
2 lutio. No. ſecundo, & † ita allegať, id dici poſſe legi, quod poteſt
oculis corporalibus percipi, vnde non ſufficit, ꝙ ſolũ mentalib.
3 † No. tertio id inconſulto deletũ, quod non põt legi, ſi ante per-
fectionem teſtamenti deletũ ſit, inducere deletæ particulæ nul
litatem. Et huius eſt rõ, quia facile teſtator potuiſſet ſecundo il-
lud idem deletũ renouare, ſi voluiſſet. Et hoc dicit tex. in verſic.
ſed ſi legi non poſſit. No. quarto in verſic. incõſulto vero, quòd
4 † inconſulta deletio ſuperueniens poſt totalem conſummatio
nem teſtamenti, relictũ non irritat, ẽt ſi deleta particula nõ poſ-
ſit legi. Et huius eſt rõ, quia ſufficit poſſe probari per teſtes. Et
quia conſiderandũ eſt, ꝙ teſtator poſt teſtamentum iam ſemel
totaliter perfectum, non facile inducitur ad iterum diſponen-
dum, quia non poſſunt facile tot ſolemnitates, quot teſtamẽta
requirũt, adhiberi. No. generalem clauſulam, quæ in fi. teſta-
mentorũ adijci ſolet, vt tollatur ſuſpicio falſitatis, quæ alias re-
ſultaret ex deletione ſeu cãcellatione particulari ipſius ſcriptu-
ræ, non referri ad inconſulte deleta, vel cancellata, aut ẽt circũ-
5 ſcripta. No. ex † eadẽ, in ver. & cũ hæreditatis. eũ, cui in teſtõ ali
quid relictum eſt, illud inuito teſtatore delentẽ vel cancellantẽ
priuari ſibi relicto, non tanquã ſibi cenſeatur ademptum per ip
ſam cancellationẽ id, quod eſt relictũ, ſed tanquã ſi a principio
6 nihil relictũ fuiſſet. No. in verſi. † inconſulto vero. ꝙ inconſulto
deleta poſt totalẽ conſummationem teſtamenti non intelligũ-
tur irritari, etiam ſi non poſſint legi, quoniam ſatis eſt probari ꝑ
7 teſtes. No. vltimo † in verſi. quoniam ſi totum. non vitiari teſta
mentum nuncupatiuum, quamuis non reperiatur eius ſcriptu
ra, quoniam ſatis eſt illud per teſtes probari poſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Cancellatio totalis teſtamenti facta ob culpam vnius regulariter, non nocet alteri, & quando, nu. 3.*
2 *Cancellatio generalis teſtamenti teſtringitur propter cauſam ſpecialem illi adiectam.*
Ratio adiecta dicto illud reſtringit.

LEX II.

CAncellauerat. In dubio cancellatio re-
ſtringitur ad rationẽ ipſi
1 cancellationi adiectã. hoc dicit. No. primo, † quòd
cancellatio totalis teſtamenti facta ob culpã vnius,
regulariter & in dubio nocet illi ſoli. No. ſecundo, ꝙ cancella-
2 tio † quamuis generalis ipſius teſtamenti, reſtringitur propter
cauſam ſpecialem illi adiectam. Vnde ſi teſtator dicit, cancello
teſtamentum meum totum propter iſtum hæredem, effectus
cancellationis reſtringitur ſolũ ad illum, & illi nocet, nõ autem
alijs. Et hoc eſt, quod dicimus, ꝙ ratio adiecta dicto reſtringit il-
lud. Et ita allegatur hæc vna cũ l. cum pater. §. dulciſſimis. de le-
3 ga. 2. No. ex eadẽ † tertio, ꝙ teſtator cancellans teſtamentũ to-
tum propter vnum, poteſt ſi vult, ꝙ cãcellatio culpa illius facta,
noceat non ſolũ ipſi, ſed omnibus, & ſic propter culpam vnius
poteſt priuare hæreditate alium. Quod declara, vt in l. paterfa-
milias teſtamento duos. j. de hæred. inſtit.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator in cauſa propria eſt iudex.*
2 *Iudex aduocatis auditis, debet ab alijs pro ſententia ferenda conſilium habere.*
3 *Sententia in re dubia benignior amplectitur.*
4 *Fiſcus, qui ſuccedit in hæreditate iure caduci, ꝙ teneatur ad legata.*
5 *Cancellatio vnius ſcripturæ quòd non inducit in dubio alterius irritationẽ.*

LEX III.

PRoxime. Cancellatio inſtitutionis inducit il
lius inualiditatem, non autem lega
torum, vel libertatum. Et ſi ex pluribus tabulis ean-
dem voluntatẽ continentibus, vna deleatur, alia fir-
ma manet, niſi voluerit quis decedere inteſtatus. h. d. totus tit.
1 No. j. & † ita ſemp allegať, ꝙ in cã propria Imperator eſt iudex.
Ad idẽ j. de hære. inſtit. l. & hæc Tyberius. cum ſim. No. ſecun-
2 do, & ita † allegatur, ꝙ aduocatos auditos iudex debet reijcere,
& ꝯñr non cum eis, ſed cũ alijs pro ferenda ſententia conſilium
a habere. [a] No. 3. regulam, ꝙ † in re dubia benigniorem ſenten-
3 tiam amplecti debemus. No. 4. hic † caſum, fiſcum, ad quẽ hæ-
4 reditas iure caduci eſt deuoluta, teneri ad ſolutionem legato-
rum. & vt caſus ſit magis notabilis, intelligo iure caduci, id eſt,
ꝙ nemo adire volebat. No. ex eadem quinto, ſubſiſtere nõ poſ-
ſe teſtamentum ſine inſtitutione hæredis. Nota ex §. fi. ꝙ fauore
libertatis deletio legati eius præſumitur inconſulta, & igitur li-
5 bertati non nociua. No. ex l. fi. † caſum no. cancellationem ſcri
pturæ vnius in dubio nõ inducere irritationem alterius, in quo
reperitur idem conſcriptum.

ADDITIO.

a Conſilium habere. Adde, vide Imo. in l. cuſtodias. in princ. de pu. iu. & Bald in l. ſolent. § legatos. ſupra de offic. proconſ. & leg. & omnino eund. in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ſupra de arbi. & quale poſſit iudex habere cum aduocatis cauſæ conſilium. & eundem in c. ſciſcitatus. in 2. col. ver. & no. hic, ꝙ cum ſapientibus. extra de reſcri. & in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de ar. & gl. illam. in Auth. de tri. & ſemiſ. & adde tex. & ibi Bal. in c. expoſuit. §. cum ſuffraganeis. de dila. vbi ꝙ conſilium haberi debet cum his, quos res tangit, ſed aduerte, quia non loquitur in iudice.

De hæredibus inſtituendis. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum regulariter initium ſumit ab hæredis inſtitutione.*
Verbum, debet, pro ſolet, vel poteſt.
2 *Scriptura ꝙ non requiritur ad teſtamenti vel inſtitutionis ſubſtantiam.*
3 *Teſtamentum validum quando ſit cum ſola hæredis inſtitutione.*
4 *Inſtitutio in re certa facta, quòd alio cohærede non dato, trahitur ad inſtitutionem.*
5 *Oratio teſtamenti imperfecta, quando inducat validitatem in inſtitutione.*

LEX PRIMA.

QVi teſtatur. Teſtamentum ab hære-
dis inſtitutione plerunq;
initium facit, licet etiam facere poſſit ab exhæ-
redatione, quod quidem validum eſt ſine infe-
ctione legatorum. Et inſtitutus ex re certa alio
cohærede non dato, eſt hęres in vniuerſo detra
cta rei mentione. Et imperfecta inſtitutio in verbis ſuppletur ex
1 mente. hoc dicit tota l. No. j. † communiter ſolere teſtamentum
ab inſtitutione hæredis incipere, licet non vitietur, ſi hic ordo
omittatur, quoniam & incipere poteſt & ab exhæredatione, &
a legatis. vnde verbum, debet, exponitur hic, id eſt, ſolet, vel po-
2 teſt. No. ſecundo in verſi. † inſtitutum autem. Ad ſubſtantiam
teſtamenti ſeu inſtitutionis hæredis, non requiri ſcripturam.
3 No. in verſic. qui † neque. validum fore teſtamentum cum ſo-
la inſtitutione hæredis alio quocũque omiſſo, quod intelliges
ſi teſtator non habeat liberos, cum eos neceſſe ſit inſtitui vel ex-
hæredari, alias præteritio teſtamentum faceret irritum, vt l. in-
4 ter cætera. de libe. & poſthum. cum ſimi. † No. in §. ſi ex fundo.
ꝙ inſtitutio in re certa alio cohærede non dato, trahitur ad vni-
uerſum hæreditariũ patrimoniũ. Et hoc eſt, quod hic dicit de-
trahi rei, in qua facta eſt inſtituti mentio, quia hr̃ perinde, ac ſi
nõ eſſet inſtitutus in re illa, ſed in toto. Nota in verſiculo, ſin au-
tẽ ſic ſcribat. ꝙ imperfecta oratio teſtamenti, in qua eſt proceſ-
ſum ſolummodo ad expreſſionẽ nominis, non inducit hr̃dis in-

5 ſtitutionem, ſecundum Marcellum. Nota † ex eodem, imper-
fectam teſtamenti orationem in inſtitutione hæredis in hoc,
ſcilicet, quia deficit verbum, eſto, vel adeſt illud, & deficit ver-
bum. hæres, inducit validam hæredis inſtitutionem, quoniam
imperfecta locutio ſuppletur iudicio mentis & conditionis, vt
hic, & C. de fideic. l. verbum volo, de lega. 2. l. cum pater. §. cum
imperfecta. cum ſim.

S V M M A R I V M.

1 *Defectus conditionis, cuius implementum dependet ex facto teſtatoris, nõ inualidat inſtitutionem.*
2 *Inſtitutio hæredum facta ſub illis partibus, quibus dixit ſe declaraturum, nulla ſecuta declaratione, valet, ſecus ſi pendet ex declaratione alterius.*
3 *Conditio adiecta libertati ſerui, cenſetur adiecta in inſtitutione illius.*
4 *Hæredis qualitas ꝙ mutari poßit, quamuis ſemel hæres, hæres deſinere nõ poßit, poteſt tamen in parte, num. 5.*
6 *Liber qui ſit, licet amplius liber effici non poßit, poteſt tamen titulum ſuæ libertatis mutare.*

L E X II.

Circa eos, qui. Defectus conditionis de p̃-
terito, vel præſenti vitiat in-
ſtitutionem, defectus vero conditionis de futuro,
purificatur, ſi eius, ſcilicet implementum a facto te-
ſtatoris depẽdeat, & conditio adiecta inſtitutioni ſerui, & quã-
uis ſucceſſio mutari non poſſit, tamen mutari poteſt eius qua-
1 litas. hoc dicit vſque ad §. fi. l. ſequen. No. † in l. circa. & ita con-
tinuo allegatur, ꝙ defectus conditionis, cuius implementum
dependet ex facto teſtatoris, non inducit inſtitutionis inualidi-
tatem. Et ex hoc fundatur deciſio l. pen. C. de inſtit. & ſubſti. vo-
lentis illam inſtitutionem hæredis ita conceptam, inſtituo te
hæredem ſub conditione, quam infra ſcribam, manere validã,
2 licet conditio poſt ſcripta non reperiatur. No. ſecundo, † ꝙ in-
ſtitutio hæredum, quibus teſtator dicit ſe infra declaraturũ par-
tes, cenſetur fore duplex, vna eſt illa, quæ habebit effectum, ſi
partes declarentur per teſtatorem: alia, quæ remanet pura, non
ſecuta partium declaratione; & quam ius præſumit factam ex
æqualibus portionibus. No. ex eadem tertio, non vitiari inſtitu-
tiones hæredum, quorum partes teſtator ſe aſſeruit poſt decla-
raturum, quamuis declaratio non ſequatur. Illa enim non ſecu
ta præſumit ius eos inſtitutos æqualiter. No. ex eadem vltimo,
irritari inſtitutionem hæredum, ſi partium eorundẽ declaratio
3 dependeat ex facto alterius, & illa non ſequatur. † No. in §. ſi ſer
uum. l. ſeruus. ꝙ conditio adiecta libertati ſerui cenſetur repeti
ta in inſtitutione eiuſdem, quamuis illa præcedat libertatis le-
gatũ, & pure facta ſit. Et huius eſt rõ, qa alias inſtitutio interim
non poſſet effectũ habere, cũ ſeruus exiſtens adire non poſſit.
Aditio enim actus iuris ciuilis eſt, & conſequenter in ſeruum
non cadens, vt l. quod attinet. de regu. iur. cum ſim. vnde cõclu-
ſio eſt, ꝙ inſtitutio pura ſerui defertur in tp̃s libertatis ei condi-
4 tionaliter aſcriptæ. No. ibi, qui fideicommiſſariam. † ꝙ quam-
uis ſemel hæres non poſſit deſinere eſſe hæres, vt l. ſicut maior.
cum ſim. C. de repud. hæred. tñ hæredis qualitas mutari põt, vt
qui olim fuit hæres neceſſarius, hodie efficiatur voluntarius. vn
de licet denegetur mutatio ſubiecti, tñ non denegatur mutatio
qualitatis eius. Et iſte eſt vnus modus allegandi. No. ſm alium
5 modum, † ꝙ quãuis ſemel hæres non poſſit deſinere eſſe hæ-
res omni modo, puta nomine & effectu, tamen poteſt deſinere
eſſe in parte, puta effectu, & ſic nudo nomine hæres remanere.
Ad idem s̃. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. cum ſi.
Et hoc accidit hic in hoc ſeruo, qui ab initio fuit hæres neceſſa-
rius eius, qui ſibi libertatẽ & hęreditatem pure reliquerat, poſt-
ea vero efficitur eiuſdem hæres voluntarius, ſi eueniat cõditio
libertati ſuæ adiecta per teſtatorem primũ, qui primo relique-
rat libertatẽ. Et huius eſt rõ, quia poſt conditionis euentũ mu-
tat libertatis cauſam, quia vbi primo fuerat liber facto hæredis
ſibi pure libertatẽ aſcribentis, nunc eſt hæres facto primi teſta-
toris ſibi conditionaliter libertatẽ legantis. Et ideo tanquã hæ-
res voluntarius poterit hæreditatẽ, quã alias coacte adiuit, re-
pudiare. Cuius repudiationis effectus erit, vt heres abſq; effectu
nomine remaneat. No. ex eodẽ tertio, eũ, cui legata eſt libertas
conditionaliter per teſtatorẽ, poſſe interim conſequi libertatẽ
6 ex teſtõ hæredis ſibi illam pure relinquentis. No. ex † eodẽ vlti-
mo, ꝙ licet ſemel liber non poſſit amplius effici liber, tñ ſuæ li-
bertatis titulus mutari poteſt. quia vbi primo erat liber ex teſta
mento vno, nunc erit ex alio, vt patet in exemplo literæ.

S V M M A R I V M.

1 *Dilatio aperturæ teſtamenti non impedit aditionem neceſſarij hæredis.*
Hæres neceſſarius an poſſit teſtamento clauſo hæreditatem adire.
2 *Subſtitutus pupillo ꝙ dicatur factus hæres neceſſarius teſtatori.*
3 *Hæres ſuus tantum poteſt ſub quacunque cõditione inſtitui, filius vero ſub conditione poteſtatiua.*
4 *Teſtamentum, in quo filius eſt conditionaliter inſtitutus, an conditione pendente valeat, remiſſiue.*
5 *Cohæres inſtitutus vna cum filio inſtituto ſub conditione poteſtatiua, ꝙ ſtatim adire poterit.*
6 *Subſtitutus inſtituto ſub conditione poteſtatiua, ꝙ non admittatur ad hæreditatem viuente inſtituto.*
7 *Teſtamentum, in quo filius inſtitutus eſt ſub conditione poteſtatiua, ad eius validitatem non requirit exhæredationem filij in eius defectum.*
8 *Conditio poteſtatiua adiecta inſtitutioni, ꝙ ſtatim impleri non debet, ſecus in legato, & vide num. 11.*
9 *Filius inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ impleri non poteſt vltimo vitę ſpiritu, ſi ea pendente decedit, quando hæreditatem paternam transmittat ad ſuos.*
10 *Quid quando eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ poteſt impleri vltimo vitę ſpiritu.*

L E X III.

Seruus alienus. §. aperturæ. Dilatio aper
turæ teſta-
mẽti ius hæredis neceſſarii nõ immutat, & ſubſtitutus impube
ri eius hæres neceſſarius efficitur, ſi per ſubſtituentẽ fuerit arro
gatus. Et ſuus hæres potentialiter inſtitui põt ſub conditione
quacunque, filius vero ſolũ ſub poteſtatiua, cui ſi non paruerit,
inſtitutio deficit, & eius ẽt cohæres adire põt, non expectato,
quod conditioni pareatur. Et conditio dr̃ poteſtatiua, vel nõ ſe-
cundũ illud, quod frequenter accidit. Et conditio poteſtatiua,
quæ poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu, viuo filio, non admittit
ſubſtitutũ, niſi in ea dies fuerit adiectus, ſecus ſi vltimo vitę ſpi
ritu impleri non põt. h. d. vſque ad §. nepotes. l. ſed & ſi in cõdi-
1 tione. No. in §. aperturæ. † ꝙ dilatio aperturæ teſtamẽti nõ im-
pedit aditionẽ neceſſarij hæredis. Vnde ſequitur, ꝙ teſtamento
clauſo poterat iure iſto per hæredem neceſſarium hæreditas
adiri. Quid autem hodie ſit? dic vt in l. vnica. C. de cad. tollen.
2 No. ſecundo ex eadem, ꝙ † factus hæres neceſſarius teſtatoris
pupillo, cui pupillariter ſubſtitutus eſt, & ex hoc verificatur re-
gula l. ſed & ſi plures. §. quos poſſum. j̃. de vulga. & pup. dicens,
quos poſſum mihi hæredes neceſſarios facere, poſſum & filio
3 meo pupillo &c. No. in l. † ſuus quoque. ꝙ hæres ſuus potẽtia-
liter tm̃ ſub quacunque conditione poteſt inſtitui. Ad idẽ j̃. l.
4 proxima. in §. nepotes. No. ſecundo † ex eadẽ, in verſi. ſed exci-
piendus eſt filius. ꝙ hæres ſuus actualiter nõ poteſt inſtitui. niſi
ſub cõditione poteſtatiua, adeo vt in eius defectum non ſit ne-
ceſſe eum exhæredari. Sin autem ſub caſuali, vel miſta inſtitua-
tur, teſtm̃ nullum eſt, niſi in eius defectum reperiatur exhære-
datus, vt in l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſti. cum ſim. Maxima tñ
dubitatio eſt, quam tetigit hic gl. an teſtamentum ſit validum,
attento, ꝙ licet ſit conditionaliter inſtitutus, tñ quo ad ſuam le-
gitimam cenſetur inſtitutus pure, quia quo ad illam conditio
de medio reiicitur, vt in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic.
teſtam. de quo dic vt ibi. & in l. ſcimus. §. cum autem. eodem ti-
tulo. & in d. l. ſi pater, & hic per Doct. & etiam notatur in l. fi. j̃.
de condi. inſtitutionum. Nota tertio ex eadem, in verſiculo, ſed
vtrum. ꝙ ſuus inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, illam non
5 implens, ſubmouetur ab aſcendentis hęreditate. No. 3. ex eadẽ
in verſic. & ideo ſi cohæredem. Cohęredem inſtitutum vna cũ
ſuo ſub poteſtatiua ꝯditione inſtituto, adire poſſe ſtatim, adeo
vt nec expectare debeat implementũ conditionis adiectę inſti-
tutioni hæredis ſui. Et huius eſt ratio ſm Iuriſconſultũ hic, quia
defectus implementi redderet teſtamẽtum nullum, & ſic facit
patrẽ inteſtatũ. Tunc cohæres vt adeat, habet expectare condi
tionis implementum. Et huius eſt ratio, quia antequã impleat,
dubitatur de teſtamenti validitate, quoniam ſi in futurum im-
pletur, teſtamentum manebit validum, ſi non impletur, teſtm̃
manebit nullum. Quod accidet, vbi eſt inſtitutus filius ſub con-
ditione caſuali, vel miſta, nec in eius defectũ exhęredatus, vt in
d. l. ſi pater. Donec autem de viribus teſtamenti dubitatio pen-
det, denegatur aditio hęreditatis ex eodem, vt j̃. de acqu. hær. l.
hęres inſtitutus. in fi. & l. cũ falſum. cũ ſi. No. ex eadẽ in verſic.
puto! recte eam dici conditionem poteſtatiuã, cuius implemen
tum ꝯſiſtit in facultate debentis implere, qui ſm quod commu
niter contingit, de facili conditionem ipſam implere poteſt.
6 No. ex eadem † in verſi. ſed & ſi filio. Subſtitutũ hęredi ſuo inſti
tuto ſub poteſtatiua ꝯdõne, quæ poteſt impleri ẽt vltimo vitæ
ſuæ ſpiritu, non poſſe inſtituto viuente vocari ad teſtatoris hæ-
reditatẽ, ſed demũ poſt eius mortẽ. Et huius eſt ratio, quia quã-
diu inſtitutus adire põt, ſubſtituto locus non eſt, vt j̃. de acquir.
hær. l. quãdiu. la vlt. ſed vſque ad vltimũ vitę ſpiritũ poteſt ſuus
ſub poteſtatiua conditione inſtitutus adire, ſi illo vſque poteſt
ꝯdõnem adimplere, igitur non poteſt interim ſubſtitutus ad-
mitti.

mitti. No. ex eadem,in ver. neceſſarius. valere gradus ſequen-
tes, quamuis ab illis ſit ſuus hæres præteritus, dum tamen re-
periatur in gradu primo inſtitutus, & pariter etiam valebit
cohæredis inſtitutio. No.ex eodē,exhæredationē poſt mortem
7 filij directam fore nullam. No. ex eodem, † ad validitatem teſta
menti,in quo eſt filius inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,nō
requiri exhæredationem in defectum conditionis. Et huius eſt
ratio,quia cum poteſt adimplere conditionem, & non implet,
ſuo facto ſe hæreditate priuat, vnde hoc vltimæ teſtatoris volū-
tati imputare non poteſt. No. ex eadem in §. apud Iulianum.
8 † conditionem poteſtatiuam adiectam inſtitutioni impleri nō
debere ſtatim,ſed impleri poſſe ēt vltimo ſpiritu vitæ ipſius hę-
redis, ſecus autem ſi ſit adiecta legato, quia tunc impleri debet
cum primum poteſt, vt l.hæc conditio.la piccola. j̃.de condi. &
9 demonſtr.No.ex eodem, † filium inſtitutū ſub conditione pote
ſtatiua, cuius implementum poteſt non fieri in vltimo ſuæ vitę
tempore, ea conditione pendente, decedentē patri ſuccedi ab
inteſtato, qm̃ teſtm̃ eſt nullum, ex quo non fuit impleta condi-
tio, & ſic illam hæreditatem tranſmittit ad ſuos. Quod intelli-
ge, cum non habet cohæredē, vel ſubſtitutum, qm̃ ſi eorum ha
bet alterum, portio filij non implentis ad illum deuoluitur co-
hæredem, vel ſubſtitutum tunc, cum eſt certū conditionē am-
plius impleri non poſſe. Sed cū hoc ſit certū in mortis articulo.
igitur tp̃e illo deuoluitur, vt hæc patent in l.fi. j̃. de condi. inſtit.
10 quæ declarat iſtū tex. No. ex eodem † ſecundo, dū dicit ꝯ pu-
to &c. Suum hæredē inſtitutum ſub cōditione poteſtatiua, quæ
poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu, vt eſt illa, ſi decem Titio de
derit &c. ea non impleta decedentem, quamuis patrem faciat
inteſtatum, qm̃ teſtm̃. cuius non eſt adimpleta conditio, redu-
ctum eſt ad irritū, non tamen hæredem fore patri ab inteſtato,
& ꝯñr nec paternam hæreditatem tranſmittere ad ſuos, ſed alij
ſequentis gradus poſt eum ad illā admittuntur iure proprio, &
hoc, niſi ipſi filio datus fuerit cohæres vel ſubſtitutus, qm̃ tunc
poſt mortē filij hæreditas tranſit ad illos, vt in d.l.fi.de condi.in-
11 ſti. No.in l.ſed & ſi in conditione. Id, † ꝙ dr̃ conditionem pote-
ſtatiuam adiectam inſtitutioni poſſe impleri vſque ad vltimū
vitæ tempus, procedere, niſi teſtator implemento terminū po-
ſuerit, quoniam tunc impleri non poteſt poſt terminum.

SVMMARIVM.

1 *Liberi ſequentis gradus poſt filium, ꝙ filio viuo poſſunt ſub quacunque in-
ſtitui conditione, ſecus filio mortuo.*
2 *Incapacitas medij temporis non nocet inſtituto.*
3 *Inſtitutio ſerui ſine libertate de iure Digeſtorum erat nulla, ſecus iure
hodierno.*
4 *Seruus cum libertate inſtitutus, dicitur a ſeipſo libertatem conſequi.*
5 *Ademptio libertatis facta a ſeruo ſolo, ꝙ ſit nulla.*
6 *Seruus legari ſibijpſi non poteſt.*
7 *Mutatio domini ſuperueniens in perſonam ſerui, non vitiat inſtitutio-
nem de eo factam.*
8 *Seruus communis hæres inſtitutus a dominis, quando ſit neceſſarius hæ-
res amborum dominorum.*

LEX VI.

Sed & ſi in cōditione. §. nepotes.

Liberi ſequentis gradus pñt ſub omni conditione inſtitui, & in-
capacitas medij tp̃is non vitiat inſtitutionē, & ſi ſeruus cū liber-
tate inſtitutus viuo teſtatore redimatur, hæres neceſſarius effi-
citur, ſecus ſi poſt eius mortē, & ſi ſeruus hæres cū libertate in-
ſtituatur, a ſemetipſo accipit libertatē, nec a ſemetipſo poteſt
adimi. Et ſeruus vtriuſque domini hæres eſt neceſſarius, cum
eodem tēpore eorum hæreditas ſeruo defertur. hoc dicit vſque
1 ad l.quoties. No. † ꝙ liberi ſequentis gradus poſt filium eo vi-
uente inſtitui poſſunt ſub conditione quacunque, eo autē mor
tuo non, quia ſubintrat locum ſuitatis, in qua erat filius, meri-
to idem ius in ipſis eſt, quod in filio, & igitur non poterunt inſti
tui niſi ſub conditione poteſtatiua, vt ſ̃.l.proxima.in prin. Et ſe-
cundum hoc verba tex. hic dicentia, & ſi redigantur ad filij con
ditionem &c. exponi debent, ideſt, redigi poſſint. & hoc veritas
2 eſt, licet multi teneant contrarium. No.in §.ſolemus. † ꝙ inca-
pacitas medij tēporis non nocet inſtituto, & ꝯñr non vitiat inſti
tutionem. In quibus autem temporibus requiratur inſtituti ca-
pacitas, habetur j̃. eo. l.ſi alienum. §.in extraneis. No.in verſic.
3 ſeruus † alienus ꝙ iure iſto inſtitutio ſerui proprij facta ſine li-
bertate erat nulla. Et idē ſi inſtituebatur ſeruus alienus, & viuē-
te teſtatore transferebatur in eius dñium, qm̃ ſi durabat ſuus
poſt eius mortē, inſtitutio ſimiliter nulla, quia non reperiebat̃
illi adiecta libertas. Ad idē Inſtit. de hæred. inſti. in prin. ſecus
autem ſi tempore mortis teſtatoris reperiatur in dominio alie-
no, qm̃ tunc valida eſt inſtitutio de eo facta, ſicut de quolibet
alieno ſeruo. Et hoc eſt quod decidit iſte tex. Hodie vero inſtitu
tio ſerui proprij valida eſt, etiam ſi libertas non ſit adiecta exp̃ſ-
ſe, qm̃ cenſetur adiecta tacite, vt C.de neceſſ.ſeruis. per totum.
No. in §. ſeruum communem. ꝙ quamuis ſeruus partim alie-
nus inſtitutus a communi domino, ſi ab eo viuente redimatur,
efficiatur eius neceſſarius hæres, tamen ſi poſt eius mortem re-
dimitur per filiū eius pupillum, non. Et ad intellectum huius
4 §. vide l.j. C. de commu.ſer.manu. No.in verſi. † ſed ſi ſit cum
libertate inſtitutus &c. ꝙ ſeruus hæres ſolus cum libertate inſti
tutus dr̃ libertatem conſequi a ſemetipſo, hoc eſt mediante adi
tione ſua, quæ relictam libertatem confirmat, vt in l. ſi ſeruus
5 Mæuij & caſtrenſis peculij. j̃.de ſtip.ſeru. No. ex eodem, † quòd
ademptio libertatis facta a ſeruo ſolo hærede inſtituto, eſt nul-
la, quoniam ad hoc, vt valeat, neceſſe eſt ꝙ hæreditas adeatur.
Si enim nemo hæreditatem adit, omne ius teſtamenti & codi-
cillorum irritatur, vt l.ſi nemo.cum ſim. j.de reg.iur. Sed vt adi-
re poſſit, neceſſe eſt, ꝙ ſit liber, & non ſeruus, quia aditio, quæ
eſt actus iuris ciuilis, non cadit in ſeruum, vt in l.quod attinet.
6 cum ſim. j̃.de reg.iur. No. † ꝙ ſeruus ſibijpſi legari non poteſt.
Et huius eſt rō, quia ſi nemo eſt inſtitutus, legatum illud non
poteſt aditione confirmari, ergo irritatur, vnde ſi alius eſſet in-
ſtitutus, hoc legatum ſeruo proprio factum, lego te tibi, eſſet va-
lidum, quia importat legatum libertatis, quod poteſt confirma
ri aditione hæred. Iſte eſt caſus notabilis j.de legat. 1.l.ſenatus.
§.fin. No.in l.ſi ſeruus communis. ꝙ ſeruus communis ſub cō-
ditione hæres inſtitutus, & ſub diuerſa cōditione liber relictus,
ſi in vita teſtatoris factus fuerit liber, poſt eius mortem adire
poterit ſtatim hæreditatem, non expectato implemento con-
ditionis adiectæ legato libertatis. Et huius eſt ratio, quia nō eſt
expectandus conditionis euentus, qui expectatus nihil opera-
tur, ſed nihil operaretur euentus conditionis huiuſmodi, quia
cum iam antea eſſet liber, non poteſt amplius effici liber, igi-
7 tur &c. No. ex † eodē, ꝙ mutatio dominij ſuperueniens in per-
ſona ſerui inſtituti. non vitiat de eo factā inſtitutionem, eo quia
iuſſu noui domini ſemper adire debet hæreditatem. No in l.
8 duo ſocij. † ꝙ ſeruus neceſſarius eſt hæres amborū dominorū,
ſi eorundem hæreditas pari tempore ſibi deferatur, ſecus autē
ſi diuerſis, quoniam tunc neceſſarius non erit hæres illius do-
mini, cuius vltimo hæreditas ſibi delata eſt. Et huius eſt ratio,
quia cum ex hęreditate vnius ex dominis ſibi prius delata cum
libertate, maneat liber, ergo deſinit eſſe ſeruus, & ſic non poteſt
dici amplius hæres neceſſarius alicuius, quoniam ſola ſeruitus
inducit qualitatem neceſſarij hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Error in nomine hæredis, vel in re, quòd vitiet inſtitutionem, ſecus
ſi eſt in quota.*
2 *Veritas errori præfertur, vbi conſtat plus dictum, & minus errore
ſcriptum.*
3 *Error tabellionis ꝙ non præiudicat ſcripturæ teſtamenti, vel inſtrumēti.*
4 *Teſtamentum ſcriptum per notas. i. abbreuiaturas vſitatas valet.*
5 *Erronea omiſſio conditionis, quando vitiat inſtitutionem.*
6 *Scriptum contra teſtatoris voluntatem, quòd non videtur in teſtamento
ſcriptum.*
7 *Inſtituere hæredem nomine proprio, vel per expreſſa ſigna idem denotan-
tia, paria ſunt.*
8 *Inſtitutio hęredis facta expreſſo nomine, quòd ſibi ad iniuriam ſolet di-
ci, eſt nulla.*

LEX IX.

Quoties volens.

Error perſonæ ſeu rei in-
ducit vitiū inſtitutionis,
non autem error quotæ ſeu quantitatis, & ſi plus re-
peritur dictum, & minus ſcriptum, ſeu econuerſo.
dictum præfertur ſcripto. & erronea omiſſio conditionis, quā
teſtamentū conficiens propoſuerat inſtitutioni adiicere, inſtitu
tionem vitiat. Et erronea deſcriptio hæredis illius vitiat inſtitu-
tionem, & poteſt hæres inſtitui non expreſſo eius nomine, dū
tamen alias certitudinaliter conſtet de corpore. h.d. vſque ad §.
1 ſi quis ita. No.in l. † quoties. primo, ꝙ error in corpore hæredis
vitiat inſtitutionē. No. ex eadem, 2. ꝙ error in re pariter inſtitu
tionē vitiat & legatū. No. tertio ex eadem in verſic. ſed ſi non in
corpore. ꝙ error in quota ſeu quantitate inſtitutionis illam nō
vitiat: veritas enim, quæ tunc valet, errori præfertur. No. ex eo-
2 dem, † ꝙ vbi reperitur plus dictum, & minus erronee ſcriptū,
3 vel econtra, veritas errori præfertur. No. ex eodem † in verbo, te
ſtamentarius. prout verbum illud exponitur, ideſt, tabellio, vel
alius dictante teſtatore teſtamentum ſcribens, ꝙ error tabellio-
nis non præiudicat ſcripturæ teſtamenti, ſeu etiam alterius in-
ſtrumenti. Ad idem j̃.de reg.iur. l. ſi librarius. ſ̃.de ſta.ho. l.Im-
4 perator. C.de fideiuſſo.l.fi. cum ſimilib. No.in verſic. † ſed & ſi
quis pro centum, non vitiari teſtamētum ex eo, quod illud re-
periatur ſcriptum per notas, ideſt, abbreuiaturas vſitatas, ſe-

cus autem ſi forent inuſitatæ, quoniam tūc nullum, vt j. de bo.
poſſ. tit. generali. l. ſed cū patrono. in §. no. de quo dic vt habe-
5 tur C. de teſtam. authen. quod ſine. No. ex §. † tantundem Mar
cellus tractat &c. quòd erronea omiſſio conditionis, quam te-
ſtator in ipſa teſtamenti confectione deliberauit inſtitutioni
adiicere, illam vitiat. Et ita eſt hic caſus notabilis, ſecus autem ſi
erronee omittat adiicere conditionē illam, quam teſtamento
iam perfecto inſerere deliberauerat, quoniam tunc inſtitutio
nō vitiatur, & ita debet intelligi l. pen. C. de inſtit. & ſubſtit. No.
in verſi. ſed ſi conditionē. ꝙ erronea aditio conditionis inſtitu-
tioni facta, illā non vitiat, nec diſpoſitionem inducit. No. in ver.
6 nec † nuncupatum videri &c. regulam, ꝙ non videtur in teſta-
mento ſcriptum, quod ꝯ voluntatem teſtatoris eſt ſcriptum.
No. in verſic. idem tractat. ꝙ adiectio conditionis facta inſtitu-
tioni hæredis præter voluntatem teſtatoris, vel eiuſdem muta-
tio, non facit hæredem videri inſtitutum, prout tabellio ſcribit,
ſed prout teſtator voluit No. in verſic. ſed ſi cum primum. ꝙ er-
ronea hæredis inſtitutio inſtitutionem non inducit. No. in ver-
7 ſic. ſed ſi quis nomen. † paria fore ad validitatem inſtitutionis
hæredis, an exprimatur eius nomen proprium, an vero ſignum
aliud, ex quo indubitabiliter perſona inſtituti demonſtretur.
8 No. ex eodem † ibi, non tamen eo quod contumeliæ cauſa &c.
quòd inſtitutio hæredis facta expreſſo illo eius nomine, quod
ſibi ad iniuriam ſolet dici, cenſetur inualida. Et ad hoc conti-
nuo allegatur.

S V M M A R I V M.

1 *Incertitudo quotæ, ſi eius declaratio pendet ex aliquo futuro euentu, non vitiat inſtitutionem.*
2 *Succeſſor iuris dicitur ſucceſſor hæreditatis.*
3 *Hæredes plures inſtituti ſimpliciter, cenſentur æqualiter inſtituti. Et quid quando in re certa diuerſis portionibus eiuſdem rei, nu. 4.*
5 *Dictio, poſtea, adiecta inter ea, de quorum natura eſt, ꝙ in eodem tempore concurrant, non inducit temporis interuallum.*
6 *Vna quota hæreditatis poteſt deferri pro parte iure inſtitutionis, & pro parte iure ſubſtitutionis.*
7 *Alienatio ſerui inſtituti cum libertate facta viuo teſtatore, quòd non vitiat inſtitutionem.*
8 *Aditionem hæreditatis in ſeruo proprio inſtituto, cuius vſumfructus viuens teſtator alienauit, differri donec vſusfructus durat.*

§. Si quis ita dixerit. Valida eſt hæredum inſti-
tutio, licet portionum di-
ſtributio ex futuro euentu dependeat, & hæredes ſuccedentes
in iure defuncti. & inſtituti ſimpliciter, cēſentur inſtituti æqua-
liter, & plures hæredes in re certa inſtituti detracta illius rei mē-
tione ſuccedunt in vniuerſo æqualiter, & dictio, poſtea, nō im-
pedit diē libertatis & hæreditatis ſimul cedere, & redemptio ſer
ui inſtituti a teſtatore alienati reintegrat qualitatē neceſſarij hę
1 redis. hoc dicit vſque in finem. No. † in §. ſi quis ita. quod incer
titudo quotæ, duntamen eius declaratio pendeat ex aliquo fu-
turo euentu, non inducit vitium inſtitutionis. No. in §. hære-
2 des dici † ſucceſſores iuris, ſunt enim ſucceſſores hæreditatis, ni
hil autem aliud eſt hęreditas quàm ſucceſſio in vniuerſum ius,
quod defunctus habuit, vt l. hæreditas. & l. nihil aliud. j. de ver.
3 borum ſignific. & de reg. iur. No. ex eodem, † ꝙ inſtitutio plu-
rium hæredum ſimpliciter facta trahitur ad partium æqualita-
tem, vnde omnes in dubio cenſentur æqualiter inſtituti. No. in
4 §. ſi duo. ꝙ † pluribus in re certa inſtitutis, quamuis in diuerſis
portionibus, eiuſdem inſtitutio eorundem trahitur ad vniuer-
ſam hæreditatem æqualiter, detracta illius rei certæ mentio-
ne, habentur ergo perinde, ac ſi eſſent inſtituti ſimpliciter non
facta illius rei mentione, quo caſu intelligerentur hęredes inſti-
tuti æqualiter, vt in §. proximo. & hoc niſi voluntas teſtatoris
5 manifeſtiſſimè aliud induxerit vel diſponat. No. in † §. ſi qs ita.
ꝙ libertatis & hæreditatis dies ſeruo proprio inſtituto pariter ce
dit, vnde cenſetur vtrunque quęri eodem tempore, etiam ſi te-
ſtator interea adiecerit dictionem, poſtea, quod eſt notandum.
Vnde propter hoc allegatur notabiliter iſte tex. ꝙ dictio, poſt-
ea, poſita inter ea, de quorum natura eſt, ꝙ in eodem tempore
concurrant, nō inducit temporis interuallum. Et ad hoc eſt iſte
6 tex. valde notabilis. No. in §. ſi quis primum ex triente. † vnam
& eandem hęreditatis quotam intelligi poſſe pro parte deferri
iure inſtitutionis, & pro parte iure ſubſtitutionis, quod eſt, quā-
do ſubſtitutus in defectum inſtituti vocatur ad maiorem por-
tionē, quám eſſet illa, quā teſtator inſtituto dedit. In eo etenim
pluri ſubſtitutus & inſtitutus cenſetur. & in hoc eſt iſte textus.
7 Nota in §. ſeruus † cum libertate. non vitiari inſtitutionem ſer-
ui proprij cum libertate inſtituti, poſito, ꝙ eius alienatio viuo te
ſtatore facta fuerit, qm̄ iuſſu noui domini illā hęreditatem adi-
re debebit. No. ex eodem, quòd qualitas neceſſarij hęredis ex-
tincta per alienationem eius, reintegratur per eiuſdem redem-
ptionem. Nota in §. ſi ſeruus, qui ex die. diem adiectam li-
bertati ſerui proprij inſtituti, inducere dilationē acquiſitionis
hæreditatis: quia, vt dixi, pari tēpore cedunt dies libertatis & hæ-
8 reditatis. No. ex fine legis, † aditionē hæreditatis in ſeruo pro-
prio inſtituto, cuius vſumfructū viuens teſtator alienauit, differ
ri vſque in tempus, quo vſusfructus extinguitur, & ſic vſque ad
mortē vſufructuarij. Et huius eſt ratio, qa ſeruus, ſi durāte vſu-
fructu adire vellet, non poſſet, quoniam vſufructuario illam nō
quæreret. Ex vſufructu enim ſerui fructuario non acquiritur,
niſi quod ex opera ſerui prouenit, vel ex ipſius fructuarij, vt in
iuribus vulgaribus. Hæc autem hæreditas in neutrum horum
cadit, ſibi vero met non poſſet quærere, quoniam repugnat re-
gula iuris, prohibens ſeruo quid acquiri poſſe, merito ergo diſ-
fertur in tempus, quo vſusfructus in eo ſeruo extinguitur, tunc
enim cum libertatem acquirit ex diſpoſitione teſtatoris, meri-
to quærere poterit & hæreditatem.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutio hæredum facta in certis portionibus rerum certarum hæreditatis quòd illarum detracta mentione trahitur ad vniuerſum, & ſuccedunt æqualiter.*
2 *Hæreditatis portio fit per quotas, & non per partes.*
3 *Vnitas ſermonis concernens duos quo ad determinationem portionum, quando faciat illos haberi pro vno.*

LEX X.

SI alterius. Hæredes inſtituti ex diuerſis por-
tionibus certarū rerū, mētione il-
larū detracta cenſentur inſtituti in vniuerſa hæredita-
te pariter, & duo hæredes ꝯiuncti re & verbis, habē-
tur pro vno quo ad portionem faciēdam cohæredi cū eis inſti-
tuto, niſi adiecta ſit dictio, æque, & in portionum diſtributione
vltimum dictum primo præualet. h. d. cū principio legis, inter-
1 dum. No. in l. ſi alterius. ꝙ † inſtitutio hæredum facta in certis
portionibus rerum certarum hæreditatis, detracta illarum re
rum mentione, trahitur ad vniuerſum, & quilibet ſuccedit
ęqualiter. Vnde in hac materia habes quatuor iura, primum in
l. j. §. ſi ex fundo. ſ. eo. quod vult inſtitutionem vnius hæredis in
re certa detracta illius mentione, trahi ad vniuerſum, adeo vt
ſuccedant pariter. Tertiū hic, volens inſtitutionem pluriū hære
dū in ſeparatis, vel in diuerſis rebus certis hæreditatis, illarum
mentione detracta, trahi ad vniuerſum, & ſic ſuccedunt poſtea
æqualiter. Quartū in l. ex facto. j. eo. per quam hęc duo vltima
2 declarantur. No. † ex eodē ibi, nec enim facile &c. ꝙ res certa
hæreditatis non conſtituit eiuſdē portionē, vnde hæreditatis
portio fit per quotas, & non partes, quæ vt fiāt, requirunt quo-
tas, non autem hæreditatis res certas. & ad hoc iſte tex. cōtinuo
allegatur. No. in l. Titius. ꝙ duo in eadem inſtitutionis oratio-
ne coniuncti, alio inſtituto in ſeparata oratione de per ſe, ad-
mittuntur ad partem vnam inter eos diuidendam, alio admit-
tendo ad partem aliam, quæ tanta eſt, quāta illa attributa duo-
3 bus: & ſic † vnitas ſermonis concernens duos quo ad determi-
nationem portionum, facit illos haberi pro vno, & ita cum ſuis
ſim. tex. hic continuo allegatur. Quem limita notabiliter, niſi
teſtator adiecerit verbum, æquè, vel ſimile, quoniam tunc il-
lius ſignificatio importat, vt quilibet cenſeatur hæres pro virili.
Et ita eſt caſus notabilis hic, in l. interdum. in principio ſui. No.
in l. ſi inæqualibus. vltimam voluntatem primæ contrariam ēt
in eadem ſcriptura poſitam attendi. Ad idem j. de lega. 1. l. ſi mi
hi & tibi. §. in legatis. & l. ſi ita ſit aſcriptum.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator poteſt hæreditatem diuidere in tot partes quot vult, licet de iure eius diuiſio fiat in duodecim partes.*
2 *Diſtributio teſtatoris ſi excedit numerum iuris, hæreditas ipſa decreſcit ad iuridicum numerum pro rata.*
3 *Ordo loquendi non inducit diſparitatem ſuccedendi.*

LEX XIII.

Interdum. §. Paterfamilias. Licet ſm iu-
ris diſpōnē
hæreditas quælibet diuidatur in vncias duodecim, tn̄ diſpō te-
ſtatoris pōt illā diuidere in quot voluerit. h. d. vſque ad l. Iulia-
1 nus. No. ꝙ † quāuis diuiſio iuris, quæ fit de hæreditate, ꝯſiſtat in
partibus duodecim, vt Inſti. eo. §. hęreditas. j. eo. l. ſi alienū. §. hę
reditas. nihilominus teſtator poteſt eam diuidere in partes tot,
quot vult. & ſic in hoc non habet locum regula l. nemo poteſt.
de lega. 1. No. ex eo. ꝙ ſolemnis diuiſio hæreditatis introducta
ꝑ ius ciuile, habet in ſe diſtributionē vnciarum duodecim. Ad
idem j. eo. l. ſi alienum. §. hæreditas. Inſti. eo. in §. hæreditas. No.
ex verſi. denique. ꝙ diſtributio ſuæ hæreditatis facta per teſta-
torem in numero minori vncijs duodecim, ex iuris diſpoſitio-
ne ad illum numerum reducitur. intellige tamen, ꝙ quamuis

creſcat

creſcat numerus teſtatoris quoad vncias, ad hoc vt numerus
ſuus reducatur ad numerum iuris, eadem tñ erit vtriuſque nu-
meri ſubſtantia, qm̃ tm̃ erit in vncijs duodecim, quantum erit
in quadrãte, qui fuit numerus teſtatoris, in quo quidem voluit
contineri hæreditatẽ totam. Si.n.inſtituit duos hæredes, & eo-
rum quemlibet ex quadrante, id eſt, ex vncijs tribus, videtur hæ
reditatem ſuam voluiſſe ponere totum in vncijs ſex, illas autẽ
hæreditatem continentes ex diſpoſitione teſtatoris, lex redu
cit ad numerũ iuris.ſ.duodecim, in quibus ſimiliter includitur
hæreditas tota, & ſic eorũ quilibet cenſebitur inſtitutus in ſex.
No.in ver.ſed ſi alter. ꝙ vbi teſtator duos inſtituit hæredes, vnũ
in parte maiori, quia in hæreditate media, aliũ in minori, quia
in hæreditate quarta pars, de qua non diſponit, cuilibet ex hæ-
redibus accreſcit pro hæreditarijs portionibus, quia habẽti par
tem maiorem accreſcit maior, habenti minorem minor. No.
2 in ver.ſed ſi exceſſerit. † cũ teſtator in diſtributione ſuæ hæredi-
tis excedit numerum iuris, ea diſtributio, vt ad iuridicum nume
rum reuertatur, decreſcit pro rata. Hoc aũt decrementum fit
quantum ad numerum vnciarum, non autem quantum ad
ſubſtantiam ipſius hæreditatis, quoniam in eo numero, quam-
uis minori, tantum de hæreditate erit, quantum teſtator voluit
3 eſſe in maiori. No.in l.ſi quis ita. ꝙ ordo ſcripturæ non arguit
diſparitatẽ ſucceſſionis, vnde ſemper allegatur, ꝙ ordo loquen
di non inducit diſparitatem ſuccedendi.

LEX XV.

IVlianus. Dictio, quis, vel qui, facit relationẽ propriam, & in ſpecie, non autem ſimplicem & in genere.h.d.cum l.ſeq. No. ꝙ dictio, qui, relatiua relationem facit propriã & ſpecificã, non autem generalem. & ita communiter allegatur. No.in §. idem eodem. cum l. ſeq. ꝙ ſubſtitutus in eo, quod habet plus portione inſtituti repudiantis, cenſetur eſſe inſtitutus, vnde illud plus inſtitutionis non autem ſubſtitutionis iure capit. Ad idem ſ̃.eo.l.quoties.§.ſi quis primum.

SVMMARIVM.

1 *Portio inſtituti ſine portione adiecta, accreſcit etiam diſiunctis ſecum inſtitutis.*
2 *Teſtator ſi aſſe toto diſtributo, alium hæredem ſine portione inſtituat, ꝙ cenſeatur voluiſſe facere dipondium.*
3 *Et quid quando duo dicto caſu ſint inſtituti.*

LEX XVII.

ITem quod Sabinus. Inſtitutus ſine parte id cõſequitur, quod deeſt diſtributioni aſſis, ẽt ſi aſſe expleto alius ſine parte hæres inſtituatur, cenſetur teſtator voluiſſe tranſire ad dipondiũ. Et inſtitutus ex reliqua, cũ nihil ex hæreditate ſit, quominus ſit diſtributũ, cenſetur inſtitutus nulliter. h. d. vſque ad l.ex facto. No.in l.itẽ quod Sabinus. ꝙ inſtitutus ſine parte, non cõpleta diſtributione aſſis, cenſẽt
inſtitutus in eo, quod diſtributioni aſſis deeſt. No. in ver.vnde
1 idẽ † tractat. ꝙ portio inſtituti ſine adiecta portione expreſſim,
non ſolũ accreſcit ſecũ ꝯiunctim inſtituto, ſed ẽt aliis inſtitutis
diſiunctim. Et huius eſt rõ, quia quantũ ad ius accreſcendi ꝯiun
ctim inſtituti ſine adiectione partis, non hñr pro cõiunctis. No.
2 in ver. ſed ſi aſſe. ꝙ † teſtator aſſe ꝑfecte diſtributo aliũ inſtituẽs
ſine parte, cenſẽt velle tranſire ad diſpondiũ, & ꝯñr de ſua hæ-
reditate facere vncias vigintiquatuor, & illum inſtituiſſe in 12.
No. in verſi.aliter atque. ꝙ ſi facta diſtributione perfecta totius
hæreditatis inſtituatũ quis in reliquo, ſeu reſiduo, inſtitutio cen-
ſẽt nulla, eo quia magis deriſoria, q̃ efficax. No.in verſi.ſed ſi ex-
3 pleto. ꝙ † duo ſine partibus inſtituti poſt aſſem ꝑfecte diſtribu-
tũ, non cenſenẽ vocari in aſſes duos, ſed ꝯiuncti in vnũ, vnde te-
ſtator non cenſetur voluiſſe tranſire ad tripondiũ, ſed velle re-
manere in dipondio. No. in ver. ꝙ ſi quis dipondiũ. ꝙ poſt di-
pondiũ ꝑfecte diſtributũ, inſtitutus ſine parte nõ cenſẽt inſtitu-
tus in vno aſſe integro, ſed in triente. Vnde nec hoc caſu cenſẽt
teſtator ad tripondiũ voluiſſe deuenire. Et huius eſt ratio, ne ſi
tot particulæ hæreditatis fieri deberent, ipſa hæreditas tã mul-
tiplicate diuiſa modicæ vtilitatis exiſteret. No.in l.q̃ſitũ. ꝙ inſti-
tutus ſine parte poſt diſtributionem a teſtatore factam in plus
aſſe, minus tñ dipondio, non cenſetur inſtitutus in vno aſſe in-
tegro, ſed in eo, quod deeſt dipondio, ſicut ſ̃. in l.item quod di-
xit Iuriſconſultus, ꝙ inſtitutus ſine parte poſt diſtributionem a
teſtatore factam in minus aſſe, cenſetur inſtitutus in eo, quod
aſſi deeſt, non autem in vno aſſe integro. Vnde id iuris, quod eſt
in aſſe primo, eſt & in ſingulis ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Verba conditionalia non inducunt inſtitutionem.*
Nominatus conditionaliter non cenſetur inſtitutus.
2 *Inſtitutio hæredis putatiue viuentis, cenſetur inualida.*
3 *Conditio impoſſibilis adiecta inſtitutioni, illam non vitiat.*

LEX XIX.

EX facto. Verba enunciatiua conditionaliter poſita, non inducunt diſpoſitionem. Et verba a teſtatore prolata debẽt id operari: quod operarentur, ſi id eſſet vere, quod teſtator eſſe puta-
1 bat.h.d.vſque ad l.ſi quis inſtituaẽ. No.in l.ex facto. † ꝙ verba
ꝯdõnalia non inducunt inſtitutionẽ. Et in hoc eſt iſte tex. no.q
ẽt allegatur ſecundo modo, ꝙ ſolum conditionaliter nomina-
tus non cenſetur inſtitutus. Ad idem j̃. eo. l.ſi quis ita hæres in-
ſtituatur.penul.charta. & hoc declara, vt plene dixi ſ̃. ſol.matr.
l.ſi cum dotem.in prin. No.in l.quo loco.nihil intereſſe, in qua
teſtamenti parte inſtitutio ponatur hæredis. No. in eadem in
2 §.ſi iam mortuo. ꝙ † inſtitutio hæredis putatiuè viuentis, cenſe-
tur inualida, & igitur habeẽ pro non ſcripta. No.in l. Trebatius.
3 † conditionẽ impoſſibilem adiectã inſtitutioni, illam non vitia
re. Ad idem j̃.de condi.inſtit.l.j. cum ſim. Hæc enim inſtitutio,
quiſquis mihi hæres erit, Titius hæres eſto, nullo alio hærede
inſtituto, impoſſibilis eſt, quia ex quo nullus alius eſt ſcriptus
hæres, impoſſibile eſt quemquã aliũ eſſe hæredẽ. No. in §. ſer-
uo.eiuſdẽ legis, ſeruũ inſtitui poſſe conditionaliter hæredem, li-
berum relinqui pure. No. ex eodem cum l.ſequen. ꝙ cum ſer-
uo proprio hæreditas relinquitur ſub conditione, libertas vero
pure, nullo alio inſtituto hærede, relictum libertatis pendet ex
implemento conditionis adiectæ inſtitutioni. Quoniam ſi illa
impletur, tunc quia ex teſtamento ſeruus hæreditatem adit, li-
bertatis relictum, quia aditione confirmatum, manet validum,
ſin autem conditionis implementum deficit, tunc quia non po
teſt per ſeruum hæreditas adiri, igitur relictum libertatis, quod
non poteſt ex aditione recipere confirmationem, manet inua-
lidum. Sed vbi alius eſſet inſtitutus hæres, quamuis deficiat cõ-
ditio adiecta inſtitutioni ſerui, tamen ipſe libertatem ſibi pure
relictam poteſt conſequi, eo quia legatum libertatis ex aditio-
ne alterius hæredis poteſt confirmari. Et hoc eſt, quod vult iſte
tex. prima fronte difficilis.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſio ꝙ pendente conditione teſtamenti agnoſci poteſt, licet hæreditas adiri non poſſit.*
Quis ſit effectus, nu.2.
3 *Dictio, tanquam, ꝙ denotet improprietatem & fictionem.*
4 *Creditores hæreditarij ꝙ poſſunt facere ſtatuere terminum inſtituto ſub conditione poteſtatiua implendi conditionem, & nu.6.*
5 *Poſitum in conditione quòd inducat neceſſitatem cauſatiuam, licet non præciſam.*
7 *Inſtituto ſub conditione caſuali, vel aliter, poteſt ſtatui terminus ad inſtantiam creditorum, intra quem agnoſcat bonorum poſſeſſionem.*
8 *Hæreditas iacens ꝙ patiatur miſſionem ex primo decreto.*
9 *Dilatione data pendente, quando officium iudicis conquieſcat, & vide num.11.*
10 *Curator datus hæreditati iacenti, quòd res etiam tempore perituras non diſtrahit ſine iuſſu prætoris.*
12 *Curator datus ventri in poſſeſsionem miſſo, quòd ex hæreditate ſatiſfacit creditoribus hæreditarijs.*
13 *Curator bonis quòd etiam detur hæreditati, ſi pupillus ob impotentiam etiam defectus tutoris adire non poſsit.*
14 *Reſtitutio aduerſus facta per curatorem datum bonis, quòd detur abſenti iuſte, vel aliter impedito, licet minori eo caſu non detur.*
15 *Bona iuſte abſentis, vel impediti, ſi æs alienum imminet, & mora ſit periculum allatura, dantur ad diſtrahendum curatori bonorum, non autem creditoribus.*

LEX XXIII.

SI quis inſtituatur. Inſtitutus ꝯdõnaliter, qui pendente ꝯdõne agnouit bonorũ poſſeſſionẽ, fungitur vice curatoris hæreditati iacenti dati. Et ſi hæres inſtitutus ꝯdõnem ꝑtãtiuam differt implere, ad hoc ſibi terminus a ꝑtore põt ſtatui, inſtituto vero ſub ꝯdõne caſuali, terminus a prę
tore põt ſtatui, intra quẽ, ſi bonorũ poſſeſſionẽ no agnoſcat, vel
hæreditas non adeatur, põt prætor curatorẽ hæreditati iacenti
decernere ad vtilitatem creditorũ, & hærede non latitante, ſed
iuſto impedimento detento, puta ęgritudine, vel iuſta abſentia
bona hæreditaria venduntur conſtituto ad hoc curatore. hoc
1 dicit tota lex, & eſt notabilis valde. No.primo, † ꝙ quamuis cõ
ditione pendente non poſſit ſecundũ ius ciuile hæreditas adiri,
vt in l.is qui hæres. cũ ſim. j̃.de acquir.hæredit. tamen poteſt de
iure prætorio bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas agnoſci.
Ad idẽ j̃.de ſecundum tabulas l. 2.in §.ſi ſub conditione. & l.hi
2 demum. No. ex eadem ſecundo, † ꝙ effectus huius bonorum

poſſeſſionis agnitæ, conditione pendente, hoc eſt, quod hæres
ſtante ipſa pendentia bona hæreditaria poteſt diſtrahere tanq̃
hæres, & ſic non vt hæres proprie & vere, ſed improprie. Quo-
niam diſtrahere nõ poteſt, niſi ob eam cauſam, vt creditoribus
ſatisfaciat, & niſi res hæreditarias, quæ tractu tẽporis deteriores
fiunt aut pereunt, vt probatur hic, & in l. Ariſto, §. j. cum ſequẽ.
j̃. de iure deliber. Eſt ergo hoc caſu iſte bonorum poſſeſſor po-
tius ad inſtar curatoris, quàm ad inſtar veri hæredis, quoniam
ſi verus hæres foret, pro libero arbitrio diſtrahere poſſet. Vnde
hæc bonorum poſſeſſio non tribuit plenum & efficacem hære
dis titulũ. Et hoc eſt quod dicit Iuriſconſultus in d. l. 2. §. ſi quis
ita inſtituerit. j̃. de ſecundum tabulas. Vnde ſecundum hoc ter-
3 tio noto, † ꝙ dictio, tanquam, denotatiua eſt improprietatis &
fictionis de quo Canoniſtæ habent tex. optimum de bigamis.
cap. nuper. Ad idem in Authen. de hæredibus & Falc. in §. pri-
mum itaque. Ipſa vero dictio præpoſita ſibi dictione, non, eſt
denotatiua diſſimilitudinis, vt in l. j. C. de hæred. inſtit. ſecundũ
4 vnum intellectum & verum. No. in verſic. † ſed ſi bonorum. ꝙ
ad poſtulationem creditorum poteſt prætor inſtituto ſub con
ditione poteſtatiua implere differenti, ſtatuere terminum, in-
tra quem conditio impleatur, & conſequenter hæreditas adea-
tur. Quid autem ſit, ſi non ſequatur aditio vel conditionis im-
plementum? vide glo. in l. quand iu. la vlt. j̃. de acquir. hæred. &
in l. fi. de iure deliber. No. in verſic. ſi bonorum, quòd prætor vi-
uus in ſtatuitione termini ad adeundam hæreditatẽ, vel ad im-
plendam conditionẽ poteſtatiuam, debet imitari edictum præ-
toris mortui de eadẽ materia, vel ſimili loquentis, vnde in caſu
propoſito debet ſequi edictum prætoris poſitum in l. i. j̃. de ſuc-
ceſſ. edic. ꝙ extraneis ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem
ſtatuit centum dies, coniunctis vero annum. No. ex eodem, ꝙ
5 quamuis poſitum † in conditione non inducat neceſſitatẽ pre-
ciſam, vt j̃. ſi quis omiſſa cau. teſtam. l. ſi quis ſub conditio. j̃. de
oper. liber. l. ſi ita ſtipulat. tamen inducit neceſſitatem cauſa-
tiuam. Cogitur enim hæres conditionem implere cauſatiue, ſi
6 non vult hæreditatem perdere. No ex eodem, ꝙ quamuis † cõ-
ditio poteſtatiua poſſit regulariter per hæredem impleri vſque
ad vltimum vitæ ſpiritum, vt l. ſuus quoque. §. ſed & ſi filio. &
§. fi. s̃. eod. l. fi. j̃. de condit. inſtit. tamen propter hoc non tollitur
facultas prætori ad poſtulationem creditorum ſtatuendi termi
num hæredi, intra quem illam impleat, quo elapſo excludetur
facultas implendi, in legatis vero adiecta poteſtatiua conditio
impleri debet, cum primum poteſt, vt l. hæc cõditio. la piccola.
7 j̃. de condit. & demonſtr. No. in §. item ſi conditione † ꝙ ſi hę
reditas delata ſit hæredi ſub conditione caſuali, vel ea, cuius im
plementum pendet ex facto alterius ad poſtulationem credito-
rum, iudex terminum ſtatuit hæredi, non vt intra illum condi-
tionem adimpleat, quia hoc ſibi eſt impoſſibile, ſed vt niſi intra
illum agnoſcat bonorum poſſeſſionẽ de iure prætorio, vel eue-
niat conditio, & ſic detur facultas adeundi de iure ciuili, credi-
tores mittantur in poſſeſſionem bonorum hæreditatis ex pri-
mo decreto. Item & tempore peritura diſtrahantur per curato-
res bonis datos. Itẽ vt ſi graue æs immineat alienum, vel debi-
tum publicum, illud per curatorem ſolui poſſit. Et iſti ſunt tres
effectus, qui reſultãt maxime lapſo termino. Ad idem quod hr̃
in l. j. de cura. bonis dando. in l. ſi diu. j̃. ex quib. cauſis in poſſeſſ.
ea. & in l. ſi ſeruus. j̃. de bonis autho. iudic. poſſid. No. ex eodem
8 ibi, bona defuncti creditoribus † poſſideri iuſſurũ &c. ꝙ hæredi
tas iacens pati poteſt miſſionem in poſſeſſionem ex primo de-
creto. Ad idem C. de iudic. l. cum debitoris. No. ex eodem ibi,
9 & interim quæ vrgebunt &c. ꝙ pendentia † dilationis præfixa
hæredi ad agnoſcẽdam bonorum poſſeſſ. vel vt intra illam de-
beat conditio purificata eſſe, nõ impedit iudicis officium, quo-
minus iubere poſſit diſtrahi per curatorẽ hæreditati datum, bo
na hæreditaria tempore peritura. Ad idem j̃. de iure delib. l. ait
prætor. §. j. Et in hoc eſt iſte tex. notab. quia limitat regulam l. ſi-
ue pars. C. de dilatio. notatam per Canoni. de appellat. c. ſignifi-
cante. Illa enim volens, ꝙ pendente dilatione iudicis officium
conquieſcat, limitatur ex hoc tex. dupliciter. primo, niſi pericu-
lum ſit in mora, ſecundo, niſi iudex facere velit, vt diuerſum ab
eo, ſuper quo pendet dilatio, & vtrunque hic probatur. Ad ſe-
cundum tamen ſolet allegari tex. in l. is generaliter. §. his de prę
ſentibus. C. de reb. credit. & vide Bart. de re iud. l. 2. No. ex eodẽ
10 ibi, per curatores † diſtrahi iuſſurum &c. ꝙ curator hæredita-
ti datus, res tempore perituras ſine iuſſu prætoris non diſtrahit.
Ad idem j̃. de priuileg. credit. l. ſi magiſtratus. No. in verſic. ſed
11 & † ſi quis ſub conditione. ſecundum veriorem & notabilio-
rem intellectum, ꝙ pendentia dilationis præfixæ heredi ſub cõ
ditione inſtituto, modo quo ſupra dictũ eſt, non impedit, quo-
minus cum adeſt debitum publicum, vel aliud priuatũ graue,
hæreditati iacenti curator detur, qui illa ſatisfaciat. Et in hoc eſt
iſte tex. notab. & concordat d. l. j. de cura. bonis dãdo. No. ex eo-
12 dem. ibi, ſicut cum venter in poſſeſſione &c. ꝙ † curator datus
ventri in poſſeſſionem miſſo, cum graue æs alienum imminet,
vel publicum debitum, creditoribus ex hæreditate ſatisfacit.
Ad idem j̃. de ventre in poſſeſſ. mitten. l. curator. §. j. No. ex eo-
13 dem, † aut pupillus hæres tutorem non habeat &c. ꝙ data im-
potentia adeundi in pupillo propter defectum tutoris, curator
hæreditati iacenti datur, vt per eum onerosis debitis hæredita-
tis ſatisfieri poſſit. Ad idem in d. l. Fulcinius. §. adeo. j̃. ex quibus
cau. in poſſeſſ. eatur. No. in verſic. & ideo. ſecundum vnum in-
14 tellectum, † ꝙ quamuis minor non reſtituatur aduerſus facta
per curatorem datum hæreditati iacenti, vt l. in integrum. s̃. de
mino. tamen reſtituitur ex iuſta cauſa abſens iuſte, vel aliter im
peditus aduerſus facta per curatorem datum bonis, vel hæredi-
15 tati ſibi delatæ. No. ex † eodem, ſecundum alium Intellectum,
ꝙ quamuis debitoris latitantis bona creditoribus poſſint con-
cedi vendenda, ſi velint, vt in l. Fulcinius. §. j. j̃. ex quibus cau-
ſis in poſſeſſ. eatur. & l. cuius bonis. j̃. de curat. furioſi. tamen de
bitore non latitante, ſed iuſte abſente, vel alias impedito, ſi im-
mineat æs alienum, & mora ſit periculum allatura, bona debi-
toris dãtur diſtrahenda curatori, vt ipſe creditoribus ſatisfaciat,
Ad idem s̃ ex quibus cauſis maio. l. ab hoſtibus. & in l. j. ad fi. j̃.
de munc. & hono. Et in hoc eſt iſte tex. notabilis maxime pro
eo, quod notat Io. And. de offic. deleg. c. conſultationibus. &
Imo. in c. dilecto. de verb. ſignific.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, vter, adiecta in perſona duorum, quid operetur.*
2 *Vulgaris ſubſtitutio ꝙ fieri poſſit etiam verbis affirmatiuis.*
3 *Inſtitutio duorum hæredum ꝙ habeat in ſe tacitam vulgarem incluſam.*
4 *Inſtitutio eiuſdem met hæredis in eodem teſtamento, ſi multipliciter va-
riatur, attenditur illa quæ plenior eſt.*
5 *Ordo intellectus præfertur ordini ſcripturæ, quando illa differt ab ordi-
ne ſcripturæ.*
6 *Dictio vniuerſalis fauore teſtamenti, ne deficiat, reſoluitur in diſtri-
butiuam.*
7 *Capacitas vel incapacitas ſerui quo ad teſtamenti factionem paſſiuam, ꝙ
conſideratur ex perſona domini.*
8 *Hæreditas iacens perſonam defuncti repræſentat.*

LEX XXIIII.

Titius. Subſtitutio vulgaris põt fieri verbis affir-
matiuis, & cũ eiuſdẽ perſonę in eodẽ teſtõ
pluries inſtitutio variatur, plenior inſtitutio inſpicit̃.
1 Et primo ſuccedens cenſetur inſtitutus, quamuis ſe-
cundo ſit nominatus. Et dictio collectiua fauore inſtitutionis
aſſumit naturã diſtributiuæ. Et datio pignoris impedit qualita-
tem neceſſarij hæredis, ſi creditori ſatisfaciat. Et incapacitas ſer
ui ſuppletur ex capacitate domini. hoc dicit vſque ad l. illa inſti-
1 tutio. No. in l. Titius. ꝙ † natura dictionis, vter, adiecta in perſo-
na duorum inſtitutorum, eſt duplex. Prima, vt ambobus adire
volentibus intelligatur alter vulgariter ſubſtitutus. No. ex ea-
2 dem † cum ſequenti, ꝙ vulgaris ſubſtitutio fieri poteſt nedum
verbis negatiuis, ſed affirmatiuis. Ad idem C. eod. l. fi. No. in l.
3 quia † tacita. & ita communiter allegatur, ꝙ inſtitutio hæredũ
duorum habet in ſe incluſam tacitam ſubſtitutionem vulga-
rem. Vnde pars repudiantis cohæredi adeunti non ſolum de-
fertur per ius accreſcendi, ſed per ius ſubſtitutionis tacitę. Et
4 in hoc eſt iſte tex. notandus. No. in l. ſi te † ſolum. verſic. ſed ſi
te hæredem &c. ꝙ inſtitutione eiuſdem hæredis in eodem te-
ſtamento multipliciter variata, ea attenditur inſtitutio, quæ ple
nior eſt & fauorabilior, non conſiderata prioritate vel poſte-
rioritate. Ad idem j̃. eodem. l. ſi ita ſcriptum fuerit. in tit. j. l. fi.
Et hoc in inſtitutionibus. Quid autem in legatis? dic vt in l. non
ad ea. j̃. de condit. & demonſtr. No. ex eadem in verſic. ſed ſi plu
res. ꝙ eadem inſtitutio in diuerſis orationibus variata propter
varietatem vel diuerſitatem adiectarum conditionum, vt defe-
rat hæreditatem hæredi, non requirit omnium conditionũ im-
plementũ, ſed ex primo impleta, adeundi facultas inſtituto de-
5 fertur. † No. in l. ſi ita quis. & ita communiter allegatur, ꝙ cum
differt ordo intellectus ab ordine ſcripturæ, intellectus ordo or-
dini ſcripturę prefertur. De quo dic, vt in l. hæredes mei. §. peto.
j̃. ad Trebel. & l. cũ pater. §. a te peto. de lega. 2. & in l. Gallus. §. j.
j̃. de lib. & poſth. j̃. de ſol. l. non enim ordo. No. ex eadem, ꝙ no-
minatus poſt, cui tamen defertur facultas adeundi primo, eſt il-
le, qui cenſetur inſtitutus & tenere primũ gradũ hæredis. & ad
hoc iſtam cõtinuo allegamus. Nota in l. hoc articulo. ꝙ dictio
6 † vniuerſalis complexiua fauore inſtitutionis, ne deficiat, reſol-
uitur in vniuerſalem diſtributiuam. No. in l. pignori. ꝙ obliga-
tio pignoris in perſona ſerui non impedit qualitatem neceſſa-
rij hæredis in eodem poſſe conſiſtere, ſine præiudicio tñ ipſius
7 creditoris. Nota in l. non minus. † ꝙ capacitas vel incapacitas
ſerui circa teſtamenti factionem paſſiuam, conſideratur ex ca-
pacitate, vel incapacitate domini. Ad idem j̃. de lega. j. l. ſi mihi,
& tibi.

& tibi. §.regula.cum ſim. Nota in eadem l.in §. hæreditarium. ſeruum hæreditariũ iacente hæreditate poſſe inſtitui. Nota ex
8 eodem,† & ita allegamus, ꝙ iacens hæreditas repræſentat perſonam defuncti. & concordantiæ ſunt in glo.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio captatoria non valet.*
Vltima voluntas non poteſt dependere ex alieno arbitrio.
2 *Captiuitas non tollit iura ciuitatis capti ſed illa opprimit.*
3 *Inſtitutio hæredis an ſit de iure gentium, vel ciuili, remiſſiue.*
4 *Euentus conditionis, qui nihil operatur, non debet expectari.*
5 *Inſtitutus pro parte pure, & pro parte ſub conditione, ſi nullus eſt ſibi datus ſubſtitutus, ſtatim capere poteſt totum.*
6 *Hæreditas ex die certa, vel ad diem incertam, dari non poteſt.*

LEX XXXI.

ILla inſtitutio. Inſtitutio captatoria reprobatur, & exiſtẽs apud hoſtes, ſed & eius ſeruus, poſſunt hæredes inſtitui pp ſpem poſtliminij, & non ſpectatur conditio, cuius euentus nihil operatur. Et hæreditas ex die, vel ad diem certam, non recte datur. Vnde tẽpus de medio remouetur, & remanet inſtitutio ſimplex. hoc dicit vſque ad legem, ex facto. No. in
1 l. illa. † Inſtitutionẽ captatoriã nullius eſſe momenti. Ad quod C. de teſtam. milit. l. captatoriæ. de lega. 2. l. j. No. ex eadem, & ita ſemper allegatur, ꝙ vltima voluntas ex alieno arbitrio depẽdere non poteſt. No. ex eadem, ſatis magnum beneficium conceſſum reputari hominibus, vt de ſuis rebus diſponere poſſint in eum caſum, quo ſuæ futuræ non ſunt, ſcilicet, poſt mortem, quæ in morientis perſona omnia diſſoluit, vt Authen. de nup. in §. deinceps. No. in eadem l. in §. is qui. Captiuum apud hoſtes, vel eius ſeruum durante captiuitate inſtitui poſſe. No. ex
2 eodem, quòd in perſona captiui, quãuis † ſeruus effecti iura ciuitatis in ſuſpenſo ſunt, non autem per captiuitatem totaliter opprimuntur. Et huius ratio eſt ſpecies reuerſionis, qua deducta ad effectum iure poſtliminij, inducit reintegrationem omnium, quæ in perſona reuerſi tempore captiuitatis in ſuſpenſo
3 erant. No. ex eodem ibi, † omnia iura ciuitatis &c. ꝙ inſtitutio hæredis videtur eſſe de iure ciuili, cum ſi eſſet de iure gentium, fruſtra hic dubitaretur, an inſtitutio captiui fieri poſſet, cum p captiuitatem ea. quæ iuris gentium ſunt, videatur quis amittere, j. de pœnis. l. quidam. de quo tñ dic vt dixi C. de teſtamentis.
4 l. ſi teſtm̃. No. in l. ſi quis ita ſcripſerit. ꝙ † euentus conditionis qui nihil operatur, nõ debet expectari. & ita ſemper allegatur, & hoc in vltimis voluntatibus. Idem in cõtractibus, vt ſ. ad Vel-
5 leia. l. aliquando. in §. ſub conditione. No. ex eadem, † ꝙ inſtitutus pro parte ſtatim capere poſſit etiam aliam partem, in qua eſt inſtitutus ſub conditione, ſi nullus ſubſtitutus ſibi datus fuerit. Quoniam ſubſtituto dato expectari debet conditio, vt ſ. eo. l. ſi te ſolum. in prin. Et ratio huius legis eſt, quia fruſtra expectatur conditio, caſu quo eius euentus nihil operetur. Aut enim conditio eueniet, & tunc erit hæres in totum, aut deficiet, & tũc portio, cui conditio adiecta eſt, neceſſario tranſibit ad hunc heredem per ius accreſcendi, ne alias contingat, ꝙ pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, contra l. ius noſtrum. cum
6 ſimil. de reg. iur. No. in l. hæreditas † ex die. ꝙ ex die certa, vel ad diem certam, hæreditas dari non poteſt, immo ſublato tempore inſtitutio pura manet. Ad idem Inſtit. eo. §. hæres & pure. Et huius eſt ratio, ne pro parte temporis teſtatus, & pro parte tẽporis inteſtatus quis decedat, contra dictam legem, Ius noſtrũ. An autem ex die, vel ad diem certam hæreditas dari poſſit? dic vt l. extraneum. C. de hæredibus inſtit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio rei certæ inter hæredes eſt valida.*
2 *Hæres inſtitutus in re certa, quando habeatur loco legatarij.*
3 *Si æs alienum totaliter exhaurit hæreditatem, legata & fideicommiſſa ſunt nullius momenti.*
4 *Res ibi dicitur eſſe, vbi perpetuo eſt manſura, non autem ad tempus.*

LEX XXXIIII.

EX facto. Inſtitutio pluriũ hæredum in rebus certis eſt valida, quia trahitur ad vniuerſum. Et eorũ quilibet res certas, in quibus eſt inſtitutus, retinet, vt ſibi p̃legatas. Et res eſſe dicuntur ibi, vbi perpetuo eſſe debent, non autem ad tẽpus. hoc dicit to-
1 ta lex. No. primo ex iſto tex. inſtitutionem † rei certæ inter hæredes eſſe validam. Et illius eſt ratio, quia detracta certæ rei mẽtione in inſtitutione, hæredes capiunt vniuerſam hæreditatem pro æquali portione. ſ. eo. l. j. §. ſi ex fundo. & l. quoties. §. ſi duo.
2 cum ſim. No. ex eadem † ſecundo, ꝙ cum heredes inſtituti ſunt in rebus certis, quamuis habeantur vt veri hæredes in hæreditate reſidua extra eas res, adeo ꝙ illa veniat æqualiter diuidenda, tamen quoad res certas, in quibus ſunt inſtituti, habentur loco legatariorum, adeo quod quilibet ſuas, in quibus inſtitutus eſt, habet ſibi præcipuas. Et inde originem ſumpſit tex. l. quoties. C. de hæredib. inſtit. volens hæredem in re certa alijs datis cohæredibus, haberi loco legatarij. quod hic & ibi late diſcutitur. No. ex eodem, ꝙ cum teſtator in patrimonio non habens niſi fundos duos, vnum æſtimationis maioris, alium minoris, duos hæredes inſtituit, & eorum quelibet in vno, hæreditas tũc reducitur ad numerũ iuris, adeo ꝙ eorum quilibet in dimidia hæreditatis ſecundum ius conſiderare cenſetur inſtitutus, non autem vnus in parte maiori, eo quia maior fundus ſibi relictus fuerit, alter in parte minori, quia fuerit relictus minor, quoniã in fundis illis non cenſentur hæredes ſed legatarij. No. ex eodẽ, ꝙ dicto caſu quilibet oneribus hæreditarijs tenetur ſatisfacere pro rata hæreditatis, & ſic pro dimidia, non autem pro rata fundorum. Et huius eſt ratio, quia is alienam inſtitutionem hæredis ſequitur, nõ legata, vt in l. fi. C. de hæred. act. niſi in ſubſidiũ,
3 vt in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Nota, ꝙ †. vbi æs alienum hæreditatem totaliter exhaurit, legata vel fideicommiſſa nullius reputantur eſſe momenti. Ad idem j. ad Trebel. l. hæres percepto. cũ ſimilib. Et huius eſt ratio, quia cum prius ex hereditate ſatisfaciẽdum ſit creditoribus, merito in ea nihil
4 remanebit, ex quo ſatisfieri poſſit legatis. Nota vltimo, & † ita ſemper allegamus, ibi dici rem fore, vbi manſura perpetuo eſt, non autem vbi ad tempus. Et quamuis in hoc habeat multas concordantias hæc lex, tamen nulla eſt plenior iſta.

SVMMARIVM.

1 *Conditio adiecta inſtitutioni, cuius implementum dependet a facto teſtatoris, ſi deficit, non vitiat inſtitutionem.*
2 *Subordinatio ſucceſſionis ꝙ inducatur a ſubordinatione graduum.*
3 *Filius conditionaliter nominatus in oratione, in qua ſibi datur ſubſtitutus, cenſetur inſtitutus.*
4 *Subſtitutio reciproca appellatur breuiloqua.*
5 *Filius exhæredatus quando veniat appellatione filiorum.*

LEX XXXV.

SI quis ita ſcripſerit. Defectus conditionis de futuro, quæ dependet ex voluntate teſtantis, non vitiat diſpoſitionem. Et ordinatio graduum intelligitur ordinẽ dare delationi hæreditatis, ſeu ſucceſſioni. & eadem rõne & inſtitutio & ſubſtitutio reciproca fieri poſſunt. h. d. cũ l. ſeq.
1 No. in l. ſi quis ita. † ꝙ defectus conditionis adiectæ inſtitutioni, cuius implementũ pẽdet a poteſtate teſtantis, inſtitutionẽ non
2 vitiat. Ad idem ſ. eo. l. 2. Nota in l. cum † in teſtamento. ꝙ ſubordinatio graduum inducit ſubordinationẽ ſucceſſionis, vnde nunquã gradus tertius concurret ad appræhẽdendã hereditatem cum gradu primo, vel ſecundo. Ad idem j. de acquirenda hæred. l. quandiu. la vltima. Fallit in caſu l. ſi pater. j. eo. No. ex
3 eadẽ, ꝙ filius † conditionaliter nominatus in oratione, in qua ſibi datur ſubſtitutus, cenſetur inſtitutus, & ꝯñr non irritatur teſtamentũ, quanquam ſit preteritus. Et ſic videtur hic caſus expreſſus pro opinione Barto. in l. Gallus. in prin. ſ. de lib. & poſt-
4 hum. No. in eodẽ † in §. hæc verba. ibi, breuiter &c. ſubſtitutionẽ reciprocam appellari breuiloquam, & hoc ex eo, quod breuioribus verbis fit aliqua alia. No. ex eodem, ꝙ eadẽ oratio ꝯtinere põt in ſe & inſtitutionẽ & reciprocã ſubſtitutionem. No.
5 in † eadẽ, in §. qui tres. ſm vnam literam, ꝙ inſtitutio filiorum non trahitur ad filium exhæredatum. Vnde eſt hic caſus quæſtionis, quã dixi in l. multi. ſ. de lib. & poſth. ſcilicet ꝙ in beneficijs & fauoribus, filiorum appellatio non comprehendit filium exheredatum. Et ad hoc iſtum tex. ſemper tene menti, & ita cõſului in regno Aragonum in ardua queſtione.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quòd dari poteſt poſt diem incertum.*
2 *Conditio tacita ſubintellecta in inſtitutione, quòd etiam non poteſt in codicillis ſubmoueri, ſicut nec expreſſa.*
3 *Lucrum ſeu commodum, quod cauſatur ex re vendita. quod reperitur penes venditorem, etiam ante rei traditionem, quòd debet emptori reſtitui.*

LEX XXXVII.

QVi filio impub. exheredato. Seruus legatus poſt mortem legatarij poteſt hæres inſtitui, & cõditio tacite adiecta inſtitutioni nõ põt adimi in codicillis, & ꝗdõ pendẽs põt tacite remoueri licet defecta non, & oẽ lucrũ ſeu cõmodũ, qđ ex ſeruo vendito poſt venditionẽ venditor capit, reſtituere dẽt emptori, vel eius hæ-
1 redi. h. d. cũ l. ſeq. No. † in l. q filio. in pri. ſeruũ legatarij poſt lega

tarij mortem poſſe hæredē inſtitui. Vnde no. ſecundo, ꝙ quam-
uis hæreditas non poſſit dari poſt diem certam, poteſt tamē da-
ri poſt incertam. Et rationem diuerſitatis vide ſ. eo. l. hæreditas
ex die. No. in l. ſeruus. ꝙ quamuis fuerit codicillis adempta cō-
ditio adiecta in teſtamento relicto libertatis ſerui, non tamen
cenſetur adempta eadem conditio, quatenus tacite intelligitur
repetita in eiuſdem ſerui inſtitutione, & igitur ſi conſequi vult
in teſtamento ſeruus ſtatim libertatem, & hæreditatem, neceſ-
ſe eſt, ꝙ conditionem adimpleat, quamuis in codicillis ſublatā.
Si enim deficit conditionis implementum, conſequetur liber-
tatē vt pure ſibi relictam in codicillis, non autem hæreditatem;
2 cuius inſtitutio manſit conditionalis. Vnde no. † ſecūdo caſum
notabilem, ꝙ ſicut conditio expreſſe in teſtamento adiecta inſti
tutioni, nō poteſt ſubmoueri in codicillis, ita nec etiā in inſtitu-
tione tacite ſubintellecta. vt eſt illa, quæ adiecta legato liberta-
tis ſerui, intelligitur tacite repetita in inſtitutione eiuſdem. No.
in §. ſi quis ſeruum. ꝙ ſi pendente conditione adiecta libertati,
& conſequenter ſerui inſtitutioni, teſtator ſeruum ita inſtitutū
alienat poſt mortē teſtatoris iuſſu noui dñi, poteſt ſeruus olim
domini ſui hęreditatem adire. Et huius eſt ratio, quia ex quo pē
debat tempore alienationis conditio adiecta libertati, erat con-
ſequenter inſtitutio ſerui valida, quia reperiebatur etiam liber-
tas ſibi relicta. No. ex eodem ſecūdo, ꝙ ſi teſtator ſeruum cum
libertate conditionaliter inſtitutum viuens alienat, poſt defi-
cientem conditionem libertati adiectam non poteſt iuſſu noui
domini poſt mortem teſtatoris olim domini ſui hæreditatem
adire. Et huius eſt ratio, quia eſt alienatus eo tempore, quo re-
peritur dicta eius inſtitutio nulla iure Digeſtorum. Quod pa-
tet, quia eſt alienatus, poſtquam defecit conditio adiecta lega-
to libertatis, & conſequenter poſtquam defecit libertatis reli-
ctum, vnde ſuccedit regula Digeſtorum, ꝙ inſtitutio ſerui ſine
expreſſo relicto libertatis, eſt nulla. No in §. fi. cum l. ſequen. re-
3 gulam, † ad quam ſemper tex. hunc allegamus reprobata opi-
nione Iuliani, ſecundum Marcellum, ꝙ omne lucrum ſeu com
modum ex re vendita cauſatum penes venditorem, licet ante
rei traditionem, reddendum eſt emptori.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, ſi hæres non erit, adiecta ſeruo inſtituto, quod intelligatur, ſci-
licet ſi hæreditatem ſibi acquirere non poterit.*
*Et adiecta libero; ſcilicet ſi hæres non erit ipſe per ſe, vel alium hæredem
non fecerit.*
2 *Subſtitutio vulgaris facta ſeruo, quem teſtator putabat liberum, operatur
ꝙ ſubſtitutus vocatur ad hæreditatem cum ſeruo pro dimidia.*
3 *Imperator in cauſa propria quod ſit index.*

LEX XXXIX.

SI paterfam. Propter repugnātiam rationū
& regularū admittitur concur
ſus ſubſtituti cum inſtituto. h. d. cum l. ſeq. & eſt lex
1 valde notab. No. in l. ſi pater. ꝙ verba † illa ſubſtitu
tionis vulgaris, ſcilicet, ſi hæres non erit, adiecta ſeruo inſtituto,
a iure hūc recipiunt intellectū. ſ. ſi hæreditatē ſibi acquirere nō
poterit, quod ꝯtingit mutato ſtatu ſeruitutis in libertatē, vel ſi ꝑ
mediū eius aliū hæredē non fecerit. ſ. dñm. No ex eadem ſecū-
do, ꝙ ea verba ſubſtitutionis vulgaris, ſcilicet ſi hæres non erit,
adiecta inſtituto libero, hunc intellectum recipiunt, ſcilicet ſi
hæres non erit ipſe per ſe, vel alium hæredem non fecerit per
medium ſui, quod contingere poteſt mutato ſtatu libertatis in
2 ſeruitutem. No. ex eadem, 3. ꝙ † ſubſtitutione vulgari facta ſer-
uo, quem teſtator putat liberum, non intelligitur ſubſtitutum
vocari ad hæreditatem ita demum, ſi ſeruus non ſit hæres, vel
dominum hæredem non faciat, ſed vocatur ſubſtitutus vna cū
ſerui domino ad mediam partem hæreditatis ſtatim inter eum
atque dominum pariter diuidendam. In his tribus eſt lex iſta
valde notabilis, ad quam vide l. cum proponas. C. eo. tit. Sic fal-
lit hic regula l. cum in teſtamento. ſ. eo. volentis inſtitutum atq;
ſubſtitutum non vocari ad hæreditatem eodem tēpore, ſed gra-
datim. Et ratio fallentiæ eſt, falſa opinio teſtatoris. Quid autem
3 ſit de alia media hæreditatis? dic vt hic in gl. No. † in l. & hoc Ti
tus. ꝙ Imperator in cauſa propria iudex eſt. Ad idem ſ. de his,
quæ in teſtamento delentur. l. proxime.

LEX XLI.

QVi ſoluendo. Inſtitutio hęredis, q̄ ꝑꝑ im-
pedimentū aliquod extrin-
ſecū ab initio non valet, ceſſante impedimento an-
tequā cedat dies adeūdæ hæreditatis, reconualeſcit.
Et hæres teſtatori parens, non pōt hæreditate priuari ꝑꝑ inobe-
dientiam cohęredis. Et ꝗdō pro parte poſſibilis, & pro parte im
poſſibilis, pro ea parte, pro qua eſt impoſſibilis reijcitur, & ideo
inſtitutionē non vitiat. Et non poteſt ex teſtō ille conueniri, qui
non apparet per teſtatorem grauatus, licet bene poſſit cōueni-
ri ex contractu ſi ſe obligauerit. h. d. vſque ad legem, ſi ita.

LEX XLVI.

SI ita ſcriptum. Dictio, immo, eſt inducti
ua correctionis, teſtōr hæ
reditatē primo diſtribuit per vncias, poſtea per par-
tes, vī partes facere de reſiduo hæreditatis. Et ver-
ba maledictionis vniuerſalia non inducunt inualiditatem inſti
tutionis, & ſeruus accuſatus de crimine adulterij, vt non poteſt
manumitti, ita non poteſt hæres inſtitui. Et falſa demonſtratio
hæredis, dum de veritate conſtat, non vitiat inſtitutionem. hoc
dicit cum l. ſequenti.

LEX XLVIII.

SI alienum. Inſtitutio cum relicto libertatis
facta de ſeruo alieno, non recon
ualeſcit eodem effecto teſtatoris. Et capacitas hęre
dis extranei conſideratur penes tria tempora, ſcili-
cet teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditionis hæreditatis. Et hę
reditas diuiditur in vncias duodecim, ſecundum numerum iu-
ris. Et appellatione meorum, veniunt liberti in materia fauora
bili. h. d. vſque ad l. ſeruus hæreditarius.

LEX LI.

SEruus hæreditarius. Ad conſiderā-
dam capacita-
tem ſerui hæreditarij hæreditate iacente, inſpicitur
capacitas defuncti. Et cum teſtator aſſe diſtributo,
ad inſtitutionem aliorum hęredum procedit, cenſetur tranſire
ad aſſem nouum. Et vt teſtamentum primū rumpatur per ſe-
cundum, ſufficit fore poſſibile ex ſecundo hæreditatem adiri
poſſe. h. d. vſque ad legem, ſi is qui ſoluendo.

De militari teſtamento. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitate iuris non obſtante, num in maleficijs perueniri poſſit ad con-
demnationem.*
2 *Solemnitate iuris non obſtante, quid ſit.*
3 *Matrimonia vnde ſecuta ſunt.*
4 *Iuris naturalis eſt in ore duorum vel trium teſtium ſtare omne verbum.*
5 *Milites, num qualiter volunt, teſtari poſſint.*

LEX PRIMA.

MIlitibus. Opponit, ꝙ miles debeat teſtari
iure cōi, C. eo. l. pe. huius ꝯrij ti-
more gl. ſoluit tres caſus. vide gl. q̄ incipit, a ſo-
lēnitate, & illam legē induxi ſemel ad pulchrā
qōnē. Cauetur ſtatuto ciuitatis Aſſiſij, ꝙ in ma-
1 leficijs poſſit perueniri ad ꝯdemnationē, † non
obſtante iſta iuris ſolēnitate, dūmodo ꝯſtet de maleficio. Mō te
ſtes fuerūt examinati die Veneris ſancto, an poſſit peruenire ad
2 condemnationē? Ego fui imaginatus quid vult dicere, nō ob-
ſtante iuris ſolemnitate, & dico ꝙ tm̄ eſt dicere, quantū ad pro-
pria iura naturalia reſpondeamus. Probo hoc, de iure naturali
omnes liberi naſcebantur, poſtea ſuperuenerunt bella & cōcu-
3 piſcentia, † inde ſequuta ſunt matrimonia, & quidam ſunt legi
timi, quidam non, quidam liberi, & quidam ſerui, vt in Authē-
tico, quibus modis naturales efficiuntur legi. §. ſed licet. Modo
quādo Imperator reſtituit natalibus, reſtituit ad priſtinum ius
non obſtante iuris obſeruatione, vt d. §. ſed licet. & in Authen-
tico, quibus modis naturales efficiuntur ſui. §. illud. Modo in
propoſito cum dicitur, non obſtante iuris obſeruatione, tan-
tum eſt dicere, quantum ꝙ reſpondeamus ad priſtina iura na-
4 turalia. Sed de iure naturali in ore duorū vel triū † teſtiū ſtat oē
verbū. vt in c. nouit. extra de iud. Item ſolemnitas ſtatutorū eſt de
iure ciuili, non naturali, vt l. iuriſiu. C. de teſtib. dummodo par-
ti defenſio non auferatur, quia defenſio eſt de iure naturali, vt l.
vt vim. de iuſti. & iu. & c. paſtoralis. extra de re iudi. & hoc pro-
5 batur in hoc tex. & milites poſſunt teſtari qualitercunque † vo-
lunt, & remiſſa eſt eis iuris ſolēnitas, duntamē duobus teſtibus
probetur teſtm̄. ad idem fam. erciſc. l. fi. Sed an quando iſti te-
ſtes examinabuntur in iudicio, requiratur iuris ſolemnitas? Re-
ſpondetur, ꝙ ſic, vt l. Lucius. ī. eo. ibi, legitimis probatio. nam in
eo quod venit expediendum per ipſum militem, eſt remiſſa iu-
ris ſolemnitas, vt hic. Sed in eo quod venit expediendum per iu
dicem, vel hæredem, vt ī. eo. l. in fraudem. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Miles an vt tutor & priuata perſona contrahere poſſit.*
2 *Viam arbitrij eligens, an poſſit ad aliam redire.*

LEX

LEX III.

SI miles. Illud, quod ex noſtra voluntate depen det, intelligimur facere omni iure, & quo melius poſſumus. hoc dicit. No. tex. ibi, neque.
1 Sed † q̃ miles in contractibus pōt ɔ̃here tanq̃ tutor, & tanq̃ priuata perſona, & ɔ̃xit ſimpliciter. De hac q̃one dicā in l. poſt mortem. §. j. q̃n ex fac. tu. Dy. inducit hanc legē ad q̃onem, cōpromiſſi in Titium tanq̃ in arbitrum & arbitratorē, &
2 ipſe elegit viam arbitrij, † an poſſit redire ad aliam viam: dixi in l. ſi dñium. j. de fur. & Spe. ponit in titu. de arbit. §. ſequitur. verſicu. quòd ſi compromiſſum.

LEX VII.

VI iure. Idem intelligo in authen. ex cauſa. q̃ iſta auth. non habeat locum, vbi teſtator fecit legata magna, & non cogitauit de filijs, vel ignorans vxorem prægnantem, probatur j. eo. l. milites. §. miles. vt dixi in authen. ex cauſa. & de iniuſto teſta. in l. filio præterito.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus de crimine capitali, an teſtari poſſit.*
2 *Notarius de falſo condemnatus, non poſſit inſtrumenta facere.*
3 *Sermo utrum ſecundum perſonæ conditionem, ad quam dirigitur, intelligi debeat.*

LEX XI.

EX militari. Sermo debet intelligi ſecundū conditionē perſonæ, ad quā dirigitur. hoc dicit. No. tex. ibi, nam cum opponitur,
1 q̃ condemnatus de crimine capitali nō poſſit † teſtari, vt l. ſi quis. in prin. §. miles. de leg. 3. & j. de teſtamen. l. j. & notatur in l. ex militari. ff. eo. & facit ad quæſtionē, an iudex poſſit
2 reſeruare notario condemnato de falſo, q̃ poſſit † inſtrumenta facere de iure, q̃ ſic. Doct. dicunt, q̃ cauſa cognita pōt, aliàs nō, vt l. non poteſt. j. de fur. & l. diuus. j. de iniu. & ibi videtur caſus. Cy. ponit in l. ex militari. Oppo. de l. ſi q̃n ɔ̃. de inoffi. teſta. vbi dicit facere de iure cōi. Sol. quia cum hic de milite loquatur, intel
3 ligitur q̃ fecit iure militari. Nam † ſermo debet intelligi ſecundum conditionem perſonæ ad quam dirigitur, vt hic. & l. plenum. §. equitij. de vſuſru. & habi. & per Dy. in c. ea quæ de iure communi. de reg. iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quibus legibus ad quemlibet tranſmitti poſſit, & nu. 2.*
3 *Beneficium in nullius odium induci debet.*
4 *Hæreditas vtrum ex beneficio ſpeciali tranſmittatur.*
5 *Ius deliberandi à deſcendenti, num tranſmittatur.*
6 *Differentia inter deſcendentem & extraneum.*

§. Si filiusfamil. Hæc lex cum l. ſeq. vſque ad §. fere. No. an hæreditas patris nō adita a filio ſuo exiſtente in poteſtate trāſmittatur ad quemlibet, vel non. Dicit glo. quòd tranſmittitur ad ſuos, vt hic no. & dicit tex. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. per l. apud hoſtes. C. de ſuis & leg. & videtur caſus ibi, & idem in l. j. C. ad Orphi. Ad extraneos non, vt no. glo. in l. ſi infanti. C. de iure delibe. hoc dictū eſt contra caſum noſtræ legis, hæreditatem. j. de caſtren. pecu. & l. qui duos §. qui in bello. j. de re. dub. & l. Lucius. j. de iure fiſci. & d. l. apud hoſtes. de ſuis & legit. in quibus legibus videtur
1 expreſſum, quòd † tranſmittatur ad quemlibet quare Mar. Sil. & Iaco. de Belui. & dicunt glo. eſſe veram, vbi filius impediatur adire iuſta ignorantia, vel aliquo iuſto impedimento, tunc enī ad quoſcunque tranſmittitur, nam omnes leges allegatæ in gl. videntur loqui, vbi filius impeditur adire propter iuſtum impedimentum. Ita no. in Authentico, de triente & ſemiſ. § j. Alij Docto. tenent indiſtinctè, quòd tranſmittatur ad quoſcunque
2 † per has leges allegatas ſupra, & hanc opinionem tenet Iac. de Aret. & Petrus, & Vltramontani, & Richar. Malumb. & Cyn. in d. l. apud hoſtes. & Raine. de monte Verbia, idem tenuit conſulendo. Hanc opinionem puto veram, & ſæpius ſic conſului, & iſta diſtinctio iuſti impedimenti non placet per legem, liber homo. §. j. j. de ſtipul ſeruo bi ex tex. quòd etiam ille errauit in iure, tamen exiſtentia ſui hæredis hæreditatis paternæ acquiſitionē operatur, & hac ratione beneficium abſtinendi fuit introductum in fauorem filiorum, & non teneretur creditoribus non in odium ſuum, ſed ſi hæreditas nō adita non tranſmitteretur, priuaretur a l. iuriſdictio. quam habebat de iure antiquo, nam
3 illud beneficium eſſet in eius † odium inductum, quod eſſe nō debet, vt l. ſi filius qui patri. ſ. de vulga. & pup. & l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. vbi dicit ſua reſpō. dicens hoc poſſet eſſe odiū filijs, quòd tunc ſi hæreditas ſoluendo non eſſet, dico quòd non eſt odium, quia ſic filius viuens habebat poteſtatem abſtinendi vel immiſcendi, ita tranſmittit. j. titu. j. l. ſi quis filius. §. j. & ibi no. contra hanc opin. facit j. ad Tertu. l. j. §. ſi quis ex liberis. vbi videtur caſus. Sed tunc ſecundum lec. poſitam in glo. & facit j. de iure delib. l. ſi infanti. vbi dicit, omnes hæreditates, intelligas ibi extraneorum. Item facit ad hoc lex j. C. de his qui ante aper. ta-
4 bu. vbi ex ſpeciali beneficio † tranſmittitur hæreditas, & tamē loquitur de paterna. ſol. illa lex loquitur de hæreditate aſcendētium, & etiam eorum, qui in poteſtate. Illa nullum inducit ſpeciale. Item facit contra legem, cum antiquioribus. C. de iu. de-
5 liberan. vbi videtur dici idem in filio. quod in extraneo, † quòd deſcendens tranſmittat ius deliberandi. Sed tu dicas, ſi filio eſt ſtatutum certum tempus ad deliberandum. & decedit interim eſt idem in ſuo quod in extraneo. Sed ſi nullum tempus eſt, tūc
6 remanet differētia inter ſuum † & extraneū, quia ſuus ad quoſdam, extraneus intra annum tantum. Item quæro, cum filius repudians manet hęres, vtrum exiſtentia ſui hæredis operetur, vt hæres filij poſſit adire illud quod repudiauit. tex. quod non, no. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. iſtam materiam forſan latius tractabo j. ad Tertullia. l. 2. §. ſi quis ex liberis.

SVMMARIVM.

1 *Solennitas circa teſtamentum multiplex.*
2 *Inſtitutus quod temporibus capax eſſe debeat.*
3 *Militibus inteſtando remiſſa eſt omnis ſolennitas.*
4 *Iuſgentium quotuplex ſit.*
5 *Seruitus an iuregentium ſit introducta.*
6 *Priuilegia in militum teſtamento quod conſideranda ſint.*
7 *Teſtamentum utrum in ſubſtitutione pupillari faciendum ſit.*
8 *Teſtantis quotupliciter circa diſpenſatum perſona conſideretur.*
9 *Iuſgentium an diſtractionis ſit impeditiuum.*

LEX XIIII.

NEque enim. Ad euidentiam no. quòd circa teſtamentum ſunt multæ ſolennitates, quædam circa formam teſtamenti, &
1 ipſum teſtamentum, quædam † circa formam inſtituti, ſeu legatarij, quædam circa ſubſtantiam diſpoſitionis. Circa quodlibet illorum videtur diſpenſatum per illa verba poſita ſ. eod. l. j. §. teſtamento quem velint. Sed licet loquatur circa ſo
2 lennitatem, quæ eſt circa perſonam inſtituti, quia † debet eſſe capax tribus temporibus, l. ſi alienum. §. in extraneis. de hæredita. inſtitu. Oppo. de verſi. ſed ſi ſeruum. vſque ad ver. deportati. nā in j. §. dicitur, quòd non capax poteſt inſtitui, in ſequenti gl. Nā glo. ſuper verbo, capiunt. dicit quod verbum, ſere, tollit contrarium. glo. bene ſoluit, ſed per hæc verba poſita ſ. eod. l. j. quia in
3 militibus omnis ſolennitas eſt remiſſa, videtur † remiſſum qđ poſſint inſtitui omnes, qui ſunt capaces de iure gentium vel ciuili. tunc non poſſunt inſtitui. & hoc tene menti, quia facit ad illud, quo dicunt ſtatuta non obſtante iuris ſolennitate, quæ verba intelligunt, quia redit ad primum ius naturale. vt dixi ſ. eo. l.
4 j. & intelligas naturale, † id eſt de iuregentium, & iuſgētium eſt duplex, primū qđ fuit, eo q̃ gentes fuerunt, nō tñ cōe cū brutis, vt compromiſſa ſoluerent, & illud iuſgētiū adhuc eſt in ſeruis, quia naturaliter obligantur, quoddam eſt iuſgentium, quo oēs
5 vtuntur introductū: iuregentiū † eſt introducta ſeruitus, quæ impedit. in l. manumiſ. ſ. de iuſtitia & iure & ideo illa verba, remiſſa omni iuris ſolennitate, reducuntur ad iusgentium non enim ad primū tm, q̃ fuit eo ipſo q̃ gentes fuerunt, ſed ēt ad qđ fuit introductū ex vſu gētium, vnde illud quod cadit in ſeruū, non vr̃ remiſſum, vt in hoc §. vlt. videamus priuilegia militum, quæ dinumerantur ſ. e. ſuper rubrica. Tu vero melius & latius
6 dic, q̃ in teſtamento ſunt cōſideranda † quatuor priuilegia militum. Primo ipſa forma, & ſolennitas teſtamenti, ēt circa hoc, vr̃ diſpenſatū primo in numero teſtium. Secundo, quia non requiruntur rogati ſm̃ diſtinctionē poſitā ſ. eo. l. j. Tertio, q̃a non tenetur filium inſtituere vel exhæredare, dum tñ faciat ſciēter, vt j. e. l. qui iure. & l. qui militis. §. miles. & l. ſi cum vel in vtero. Quarto, quia per legē Velleiā non rumpitur, licèt ſit prēteritus, vt j. eo. l. idē. Quinto, quia poteſt inſtituere in codicillis, vt l. milites codicillis. in prin. j. eo. Sexto, quia facilius teſtm̃ confirmatur, vt j eo. l. in fraudē. § j. & l. milites. §. veteranus. Septimo, q̃a
7 in ſubſtitutione † pupillari non requiritur, q̃ faciat ſibi teſtm̃, vt l. miles ita. j. e. Octauo quo ad confirmationē tabularū pupil. non requiritur aditio, vt d. l. miles. in fi. Nono, q̃ poteſt decedere cum duobus teſtamētis, vt j. e. l. quærebatur. & circa omnia iſta vr̃ diſpenſatū per illa verba poſita ſ. eo. l. j. faciant teſtm̃ q̃n
8 velint. Primo eſt † conſideranda perſona teſtātis, circa quod videtur diſpenſatū. primo in condemnato de crimine capitali, vt l. ex militari. j. eo. Secundo, in dubitatione de ſtatu ſuo, vt ſ. eo. l. ex militari. in eo quod non eſt ſuus hoſtiū vr̃ pupillus, nō eſt diſpenſatum, vt ɔ̃. eod. l. facere. & C. eod. l. fin. & eſt ratio, quia im
9 pedimentum ſeruitutis eſt iuriſgentium. † Item impedimentum diſtractionis ſimiliter eſt iuriſgentiū, ad hoc vt porrigit diſpoſitio, q̃ inducit p illa verba poſita ſ. eo. l. j. Tertio eſt conſideranda pſona inſtituti ſeu legatarii. & hic eſt aduertendum, q̃nque quis eſt impeditus de iure communi pp defectum iuriſgētium, vt quia ſeruus, & tunc in hoc non.

SVM-

De acquirenda hæreditate. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Verbum hæreditas, quòd fuerit inuentum a iure naturali.*
2 *Hęres, qui non confecit inuẽtarium, an teneatur ultra vires hæreditarias in foro conſcientiæ.*
3 *Pœna, quę uenit nedum ex præſumpto, ſed nec ex vero maleficio, quòd in foro conſcientiæ peti non poteſt, nec exacta retineri.*
4 *Hæres uſurarij, qui non confecit inuentarium, quòd non teneatur ultra uires hęreditarias.*
5 *Caſus, in quibus hæres etiam inuentarium non conficiens non tenetur ultra vires hæreditarias, & ponuntur decem caſus uſque ad nu. 9.*
6 *Exceptio ceßionis bonorum quòd tranſeat in hæredem.*
7 *Eccleſia inuentarium nõ conficiens, an teneatur ultra uires hæreditarias. Et quid in fiſco. nu. 8.*
9 *Eccleſia, cui factum eſt relictum, quòd ſi ſit ultra uires hęreditarias, quòd illud petere non poßit.*
10 *Proteſtari quòd debet hæres adiens hæreditatem, ſe adire cum beneficio inuentarij, ad hoc ut inuentarium ſibi proſit.*
11 *Inuentarij confectio quando proſit etiam hęredi pro creditoribus proprijs, non hæreditarijs.*
12 *Ratio, quare de iure antiquo hęres ultra uires hęreditarias creditoribus tenebatur, & non legatarijs & remißiue.*

In glo. rubricæ ibi, adire & repudiare. An iſta glo. ſit vera, videbitur in l. neceſſariis. ĵ. eo. Et circa iſtam rub. quæſiuit hic Bar. tria principaliter. Primum, quid ſit hæreditas. Secundum, quo iure ſit inuenta. Tertium, an hæres in foro cõſcientiæ teneatur vltra vires hæreditarias, qui non conficit inuentarium. Et primo
1 & ſecundo dicto addas, † ꝙ licèt hæreditas eo modo quo diffiniuit Iuriſcon. ſit de iure ci. tamen hoc verbum, hæreditas, inuẽtum fuit a naturali, vt patet in l cũ ratio. ĵ. de bo. dam. in prin. ĵ.
2 vnde liberi. l. ſi ita ſcriptũ. in fi. Circa tertium † ipſe Bart. hic, & in l. gerit. ĵ. eo. concluſit hæredẽ non teneri in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias. Primo auctoritate Hoſtien. in ſumma, de teſta. Secundo auctoritate Io. And. in c. quanq̃. extra de vſur. lib. 6. in nouella. Tertio ratione, quia ipſa hæreditas ſecundum iuſgentiũ nil aliud eſt quàm ipſa bona, ſeu patrimoniũ teſtatoris, ſecundũ quod regulatur forus conſcientiæ, & huic ſententiæ acquieſcit Bal. in l. fi. C. de iure deliberan. & Ang. hic, ſed ipſe idem Bal. hic, & Ang. hic, & in l. i. §. pen. ff. ſi cui pluſq̃ per legem Falc. cõcluſerunt contrariũ. Aſſignat ipſe Ang. rõnem, qa ꝙ ipſe hæres teneatur vltra vires hæreditarias non conficiendo inuentariũ, introductũ eſt in pœnam ipſius hæredis, cuius dolũ lex præſumit, poſtq̃ non confecit, vt in Auth. de hære. & Fal. §. ſancimus. & §. ſi vero. Clarum autẽ eſt ſm̃ cum iſtas pœnas, quæ inducuntur ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, ẽt in foro conſcientiæ peti poſſe. Allegat c. ſuam. & c. calumniã. extra. de pœnis. Igitur. Sed hæc ratio non videtur bona, quia in
3 foro conſcientiæ nedum pœna, vt eſt in caſu noſtro, quæ † venit ex præſumpto [a] maleficio, ſed ẽt ea, quæ venit ex vero, nõ poteſt peti, aut petita & ſoluta retineri, ſm̃ glo. ſingu. 1 1. q. 2. c. fraternitatis. ergo malum eſt fundamentũ ſuum: modo tenenda eſt opin. Bar. quam cõmuniter ſequimur, eam tamen intellige, vt eleganter voluit do. Bal. in l. more. ĵ. eo. videlicet, ꝙ teneatur inquantum ſuppetunt vires hæreditariæ, quo ad executionem ipſius obligationis, non autem quantum ad obligationis votũ, ne ſic dicendo incurramus abſurdum, quòd hæres pro parte repræſentet teſtatorẽ, & pro parte non, contra l. j. cum ſimilib. ĵ. proxi. omiſſo eo, quod dicit Imo. dum vult concordare opi. videlicet, quòd aut ille, qui adit hæreditatem, ſcit eius vires non ſuppetere ad debita hæreditaria, & tũc cum videatur ꝯſenſiſſe, & quaſi contrahere cum creditoribus hæreditarijs, vt l. apud Iulianum. in fi. ex quibus cau. in poſ. eatur. cum ſimil. & tunc etiã in foro conſcientiæ teneatur vltra vires hæreditarias. Si autem ignorat, an vires hæreditariæ ſufficiant, nec ne, pro ſatisfaciẽdis debitis, & tunc non teneatur. Quando aurẽ eſt dubiũ, an ſciuerit vel ignorauerit, præſumatur ignoraſſe, l. verius. & l. cum, de indebito. ſ. de proba. Dubitandũ eſt, an hæc concordantia procedat: quia ſiue ſciens, ſiue ignorans adiuerit, præſumendũ eſt, ꝙ hoc tm̃ voluerit facere, vt pie agendo voluntas teſtatoris nõ deficiat. Ad hoc l. in teſtamento. ĵ. de fideicõ. lib. l. pen. §. j. C. de ſeruis neceſ. hære. inſti. vnde cum in hoc voluerit ſe grauare, vt ſatisfaciat voluntati teſtatoris. itẽ reipublicę cuius intereſt, vt teſtatorũ voluntates non pereant, l. & quia. ſ. de interro. act. l. vel legare. ĵ. ſi quis omiſ. cau. teſta. cum ſimi. In hoc releuetur, ꝙ nõ teneatur vltra vires hæreditarias, ar. ſ. de iureiurã. l. eum qui cũ ſi. & ideo forte indiſtincte tenenda eſt opinio Bar. eo modo quo
4 ſ. Ex qua † Fed. de Senis in ſuis conſilijs conſilio j. quod incipit, Quæſtio eſt, an hæres extraneus. tenuit hæredem vſurarij nõ cõ
5 ficientem inuentarium, non teneri vltra vires hæreditarias, & ibi late vide. Aduerte † tamen, quia etiam ſunt aliqui caſus, in quibus in foro cano. ſeu ciuili, hæres licèt inuentarium non cõfecerit, non tenetur vltra vires hęreditarias. Et primus eſt in hęrede executore, qui nullum cõmodum ex hæreditate reportat, & ſic incommodũ reportare non debet. Et ideo ẽt ſi inuentariũ confecit, non tenetur vltra vires, vt voluit Io. An. in ti. de inſtr. edi. in §. dicto. aliàs oſtenſo termino, de inuentario, ſm̃ quod refert Ang. in d. §. antepenul. Secundus eſt in monaſterio ſuccedẽte ingreſſo nomine religionis, & in patre ſuccedente filio iure peculij, vt voluit Bar. in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi. & refert Bald. in l. ſancimus. & in l. iubemus. C. ad Tre. & in authen. cauſa, quę ſit cum monachis. C. de ſacroſan. eccle. circa fi. Tertius in eo, qui ſuccedit illi, qui nõ tenebatur vltra q̃ facere poſſet, vt voluit Ange. in d. §. ante. per regulam generalẽ legis, qui in alterius. de regul. iu. Quartus caſus eſt, ſi creditores ſeu legatarij hæreditatis confiteantur ſponte ſe ipſos ſcire, nõ ſufficere bona hęreditaria pro ſoluendis debitis, vt voluit notabi. Bal. in l. filium, quem habentẽ. C. fami. er. Quintus caſus eſt, ſi teſtator anteq̃ deceſſerit bonis ceſſerit ipſis creditoribus, quia tunc hæres ſuccedens in-
6 uentariũ non cõficiens, non tenetur vltra vires, eo quia illa † exceptio ceſſionis bonorũ tranſit in hæredem, vt eleganter voluit Bal. in l. ſi. C. qui bon. ce. poſ. Sextus, ſi ipſe hęres dolo inductus eſt ad adeũdã hęreditatẽ. Et ita dixit Bal. in l. fi. ſ. de dolo. eſſe caſum notabilẽ. Septimus, ſi legentur alimenta, ſeu aliqđ arbitrariũ, vt idẽ voluit no. in l. voluntas. C. de fideicõ. Octauum quidã
7 † dicunt eſſe in eccleſia, inter quos fuit Bar. & Bal. in l. j. C. de ſacroſan. eccle. & Bal. in l. fi. C. de iure delib. & in auth. ſicut alienatio. C. de ſacroſã. eccl. per quam ſe fundant. Sed Ang. in d. §. pe. allegat ꝯ eum tex. quẽ dicit non eſſe alibi, Auth. de hære. & Fal. ver. hæc oĩa. in fi. & ita voluit Ful. in d. l. fi. Sed videre meo ille tex. non probat, quia ibi nõ ſit mentio de eccleſia, ſed de cleri. & militibus. Et ſatis bene ſtat, ꝙ ſit relictũ clerico, & non acquirat eccleſię, vt patet extra de teſta. c. requiſiſti. C. de epiſco. & cleri. auth. cum presbyteros. cum ſimil. Nec ob. tex. dum ſubiungit, & in qualibet alia vltima voluntate, quia diſpoſitio illius §. tanq̃ odioſa, non cõprehendit eccleſiã, per ea quæ no. legentes in l. j. C. de ſum. tri. extra de conſti. c. eccleſia ſanctę Mariæ. cum ſimi. Sed ꝙ vera ſit opi. Ang. eſt glo. ordina. in c. 1. extra de teſta. ꝑ eũ non allegata. nec obſtat tex. in d. auth. ſicut alienatio. quia ibi loquitur in fundo ſterili, non aũt in hæreditate damnoſa, & ſic a diuerſis non ſit illatio, l. fi. ſ. de calum. cum ſim. Bene forte verũ eſt, ꝙ reſtituetur eccleſia ad tp̃s cõfectionis inuentarii, vt & pupillus reſtituitur, in Auth. de hære. & Fal. §. pupillus. glo. in l. au
8 xilium, in prin. ſ. de mino. † Nonum dicũt quidam eſſe in fiſco, vt voluit Bar. in l. j. §. cui bona. de iure fiſci. licèt ꝯrium voluerit in Auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Fal. Hoc tñ cõcordat hic Imo. ex diſtin. quam facit hic Bar. inter hæreditatẽ, & bona vacantia, dicendo, ꝙ cum fiſcus ſit ſucceſſor in bonis vacantibus, non teneatur inuentariũ conficere, ſecus ſi hęres eſt, quia tunc cũ eodem modo ipſe hæreditatẽ habeat, quo hæres extraneus, vt dicit glo. de bo. liber. l. j. teneatur vltra vires, ſi inuentariũ nõ confecit. Et in veritate hoc fuit de mente Bal. in l. fina. C. de iure delibe. licet d. Ioã. non alleget. Decimũ, ſi teſtator dixit, ꝙ volebat omnia ſolui de bonis ſuis: qm̃ tunc nõ tenetur vltra vires, ſi inuentariũ non fecit ratione dictorũ verborũ, vt eleganter voluit Bal. in l. j. C. de his, quæ pę. no. in lec. antiqua. Ratio eſt, quia cũ hic ſit pœna a lege indulta ex prę́ſumpt. poteſt teſtator remittere,
9 vt ibi ipſe dicit & no. Vltimo † addas, ꝙ licet hęres non confecerit inuentariũ, attamen ſi eccleſiæ aliquid relictum eſt, non põt eccleſia petere id, quod ſibi debet vltra vires hæreditarias, & hoc no. voluit Bar. in repe. l. j. C. de ſacroſan. eccle. Ratio eſt, quia eccleſia viuere debet ſm̃ forum cõſcientię, vt patet ex no. extra de iudi. c. nouit. cum ſimi. in quo quidem foro non eſt neceſſaria inuentarii confectio, vt ſ. dictum eſt. Item aduerte ad
10 quoddam † mirabile, quod poſuit An. in tracta. ſuo de inuentario. in fi. dicens, ꝙ nunq̃ prodeſt hæredi inuentarii confectio, niſi primo ante aditã hæreditatẽ ipſe hæres proteſtatus eſt, ꝙ intẽdit hæreditatẽ adire cum beneficio inuentarij. Pro quo alle. caſum in d. l. fi. §. cum igitur. C. de iure deliber. & ita dicit ſe obtinuiſſe. Aduerte tñ, quia ille §. non vr̃ aliquid facere. Ille enim tex. loquitur, ꝙ non eſt neceſſaria inuentarij hæredi confectio, qñ certiſſimũ eſt hæreditatẽ locupletẽ fore, quia tunc clare cõſtat ad debita hæreditaria ipſam ſufficere, & ideo non eſt opus ꝙ releuetur per beneficium inuentarii: nõ aũt aliquid dicit de proteſtatione, & ita iſtum tex. ſummat Bar. & ẽt Ang. aliàs Bal. vel ſi vis dicere, ꝙ de proteſtatione loquitur, attamen ſm̃ gl. ibidẽ ſuper verbo, creditoribus ille tex. recitat ius antiquũ, de quo iure ſiue hæres fecerit inuentariũ, ſiue non fecerit, tenetur credito-

ADDITIO.

a Ex præſumpto. Adde, & uide Bal. in l. quibus diebus. §. dominus. in fi. extra de condi. & demonſtra. & in authen. ad hæc. colum. 6. uer. ſed hic dubitatur. C. de uſur.

ditoribus, vt ibi videbitis, & ſic ille tex. non facit pro Ang. cogi-
11 ta. Poſtremo addas, † ꝙ licèt inuentarij confectio non proſit ip
ſi hæredi quoad debita. quæ ipſe ex ſe debet, non aũt propter
hæreditatẽ, vt patet, quia fit ſeparatio creditorum hr̄dis a credi
toribus teſtatoris, vt patet in titu. ff. de ſeparatio. Attamẽ quan
do eſſet aliquid debitũ, quod veniret ex vtraq; cauſa inſepara-
biliter, videlicet hr̄ditaria & ſui hæredis, hoc caſu illa cõfectio
prodeſt, vt pro illo debito vltra vires non teneatur. Et iſta eſt
12 ſnia glo. in l. quæ dotis. ſ. ſol. mat. ſm Dy. Item † quæſierunt hic
legẽtes quæ eſt rõ, ꝙ de iure antiquo hæres vltra vires hęredita
rias creditoribus tenebatur, legatarius aũt non, niſi vſq; ad vi-
res, vt patet j. eo. l. more. j. ad Trebellia. l. j. §. ſi is qui quadringẽ-
ta. cum ſi. de quo hic vide per eos. Adde tamẽ, ꝙ de iure anti-
quo eſt dare caſum, in quo hæres legatarijs tenetur ẽt vltra vi-
res, videlicet, ꝙ ipſe adiuit hæreditatẽ ſciens eam aliquo modo
diminutã, aut exhauſtã fore, tunc enim ſibi imputetur, quia ita
diminutam adiuit. Caſus eſt no. ſecundum lec. Dy. quam ibi re
fert Ang. in l. in quantitate. j. ad leg. Falci.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui totam hęreditatem ſibi acquirere poteſt, aditione partis totam adiſſe uidetur.*
2 *Legatum factum in ſeruo, illi inuito domino acquiritur.*
3 *Hæres ex repudiatione partis hęreditatis, quòd non uidetur totam repudiare.*
4 *Succedens per ius accreſcendi, quòd cenſetur venire ex tacita defuncti uoluntate.*
5 *Hæc lex quòd non habeat locum in donatione inter uiuos, & quid in donatione cauſa mortis. Et quid ſi dictum ſit, dono tibi hæreditatem meam. nume. 6.*
7 *Hęreditas quòd non detur etiam per donationem cauſa mortis.*
8 *Libellus, in quo contra debitorem mihi in centum peto uiginti, an ualeat.*
9 *L. nulli. C. de iudi. quòd habeat locum, ſi non excipiatur.*
10 *Minor, qui agit contra tutorem iudicio generali, & partem tantum proſecutus eſt, quando poſſit aliam partem petere.*
11 *Si petam a te centum, & tu confitearis quinquaginta, quòd ad illa quinquaginta reus non condemnabitur, ſi non probaſti alia quinquaginta, niſi prius actor renunciat reſiduum.*
12 *Filius hęres inſtitutus, an poſſit legitimam retinere, & reliquum hęreditatis repudiare.*
13 *Legitima non debetur filio iure hęreditario, ſed beneficio l. omni modo. C. de inoffi. teſta.*
14 *Diſpoſitio huius legis, an habeat locum in fiſco.*
Deportatus quando hęredem habere poſſit.
15 *Præſumptio huius legis, quod eſt iuris, & de iure.*

LEX PRIMA.

QVi totam hæredita. Hæres partis aditione
totum acquirit, ſiue ſimul, ſiue diuersè in hære
1 ditate inſtitutus ſit. hoc dicit. No. ex † iſta litera
hæredẽ, qui potentia vniuerſum ius hęredita-
tis ſibi acquirere põt, partis aditione totam ſibi
acquiſiuiſſe, & hoc ẽt ſi ex diuerſis partibus inſtitutus fuerit. Et
prima legis eſt ratio ſm Doc. quia hoc, quod vnitum eſt, ꝓ par-
te retineri nõ poteſt, niſi vnitas ipſa ſcindatur, ff. de reli. l. an ps.
ff. de ſeruit. l. vulgaris. Hæres aũt ante aditionẽ ipſam nõ eſt do-
minus, ff. ſi cer. pet. l. patrẽ. cum ſimil. Igitur eam ſcindere nõ po
teſt, oportet ergo, ꝙ per aditionẽ tota ſibi acquirat. Secundo l.
ratio eſt, ne quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus dece-
dat, ꝯ regulas iuris, de reg. iur. ius noſtrũ. cum ſi. Prima melior.
ratio tamẽ eſt, quia gñalior. Secunda aũt non ita gñalis. Nõ eñ
haberet locũ in milite, qui pro parte teſtatus, pro parte inteſta-
tus decedere põt, vt C. de teſta. milit. l. 2. in glo. ſuper verbo, acq
rere. ibi, ſiue autẽ per ſe, vel per aliũ. Et huius eſt ratio ſm Bar. qa
ibi ſeruus inſtitutus erat, eo aũt inuito domino hæreditatẽ acq
rere non poterat, l. cum proponas. C. de hære. inſti. oportet igit
2 eum expectare voluntatẽ ſerui. Tu dicas hanc † rõnẽ in legatis
non procedere, quæ dominis inuitis ſeruis acquiruntur, vt di-
xit elegans glo. j. de bo. poſ. ſm tab. l. 2. §. fi. Et ex hoc ſequitur, ꝙ
ſi pars rei legata eſt domino, pars autẽ ſeruo, immediate legatũ
ipſum dño acquireretur. In glo. ſuper verbo, agnoſcere. ibi, ſed
cum partẽ adit, & hanc tenet Bar. & Bal. licet ꝯrium teneat Iac.
de Are. allegando l. vbi repugnantia. de reg. iur. Cui rñdeas, ꝙ il
la lex procedit, vbi propter repugnantiam omni modo abeſt cõ
ſenſus: hic aũt in parte adeſt. Et hoc ſm Bal. In glo. eadẽ in fi. &
3 licet † hanc eandẽ glo. ſequatur Bart. Ang. tamẽ tenet ꝯrium ꝑ
l. illud. j. eo. & l. nec is. in fi. vbi partis repudiatio ad ſe aliam par
tẽ trahit, non vt iure accreſcendi, ſed vt ex quadam via adulteri
na. Videre meo illa lex non obſtat, quia ibi loquitur in repudia
tione partis iuris, quæ attractione ad ſe aliam partẽ iuris trahit.
Nos autẽ loquimur in repudiatione partis ipſius hæreditatis:
vnde hæc ſunt diuerſa. Et pro hac facit, quia eo ipſo, ꝙ hæres di-
xit, partẽ repudio, animum habuit aliam partẽ adeundi. Qui
quidẽ animus pro adeunda hæreditate ſufficit, vt ff. de iure de-
libe. l. ſi auia. vnde remanemus per cõſequens in illo dubio, qñ
hæres dixit, partem repudio: aliam partẽ tacite adiuit, vt dixi,
quia in vna parte teſtm̃ improbat, in alia parte approbare & cõ
firmare vr̃, ſ. de teſta. mili. l. ſi tribunus. §. fi. Nec obſt. ratio Do-
mini Io. de Imo. dum reſpondet Bar. dicenti, ꝙ qui partẽ repu-
diat, vr̃ repudiare vt ex iure inſtitutionis, & non vt ex iure accre
ſcendi, ex quo quidem iure venire poterat ad ſucceſſionẽ. Dicit
enim Imolenſis hoc non procedere. Non enim poteſt hęres ip
ſe hæreditatẽ alio titulo, quàm quo teſtator inſtituit, habere, vt
no. ipſe Bar. j. eo. l. fi. Hoc dico non obſtare, quia illud procedit,
quando talis eſſet titulus, ex quo aliquo modo ad ſucceſſionẽ
4 non deueniretur tacita voluntate defuncti. Qui † aũt per ius ac
creſcendi ad ſucceſſionẽ venit, ad ſucceſſionẽ ex tacita volunta
te defuncti venire dicitur, vt voluit elegans gloſ. in l. ſi Titio &
Meuio. §. Iulianus. de leg. 2. quamobrẽ aſſentirẽ opin. Bart. reli-
qua autem membra diſtinctionis ſuæ, vt perfecta vide hic per
5 eum. Item † adde dicto Bar. dum loquitur, an hæc lex locũ ha-
beat in donatione inter viuos, tenebatur ꝙ non per l. i. §. ſi ſtipu
latus. de verbo. oblig. dictum ſuũ non procedere in donatione
cauſa mortis, ex quo ſiue in partem, ſiue in totum per donata-
rium acceptetur, reuocari poteſt per pœnitentiã donantis, ff. ſi
cer. pet. l. non omnis. Non tamẽ per pęnitentiã donatarij, vt ele-
ganter voluit glo. in l. cum pater. §. mater filiis. de lega. 2. Quid
6 † tamẽ dicendũ, ſi quis dixerit, dono tibi hęreditatẽ meã, an eo
caſu locum habeat hæc lex: reſpondendũ eſt, ꝙ non. licet enim
donans vſus hoc verbo fuerit, improprie tñ. Hæreditas eñ vi-
uentis non eſt, ff. de hære. vel act. ven. l. j. cum ſimil. Non tamen
propter hoc eſt, ꝙ donatio irritetur, immo valet, vt voluit Bart.
in l. quæſitum. §. ſi ſeruus. j. de leg. j. per illum tex. & illo caſu hę-
reditas pro patrimonio accipitur, aliàs autẽ non valeret dona-
7 tio, quia nedum, † ꝙ hęreditas dari non poſſit per donationem
inter viuos, immo nec per donationẽ cauſa mortis, quę aſſimi-
latur vltimę voluntati, vt voluit glo. C. de pac. l. licet inter. Item
8 ad id, † quod quęrit hic Bal. videlicet, an ſi habeo debitorẽ in cẽ
tum, poſſim ſummam debiti diuidendo eum conuenire, adeo
vt talis libellus ſuſtentetur. & finaliter pro & contra arguendo
tenet, ꝙ ſic, cuius ꝯrium ipſe tenuit in l. ſi mihi & tibi. per gloſ.
ibi, de lega. j. Bar. tñ in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cer. peti. te-
nendo opin. Pet. tenuit, ꝙ non. Sed in l. in cõmodato. in §. duo-
bus. ff. commo. diſtinguit, vt ibi per eũ. Poteſt tamẽ dici ſequen
do opin. Cy. ꝙ aut iſtud debitum peruenit ex diuerſis ſummis,
& tunc eſt clarum, ꝙ poſſint ipſa debita ſeparate peti. Ad hoc
ff. de appella. l. ſi qui ſeparatim. & quod ibi no. de iur. om. iudi. l.
ſi idem cum eodem. Aut ſumma debita, vnde tm̃ originẽ obli-
gatio habet, & tunc ſi reus excipit, iudicium nõ procedit, ne cau
ſa continentię diuidatur, C. de iudi. l. nulli. & ne reus pluribus
vexetur iudicijs, & ſic litium detur infinitas, vt d. l. quidam æſti
mauerunt. & C. de iudicijs. l. properandũ. cum ſimili. Aut reus
9 † non excipit, & tunc procedat iudicium. Ad hoc quod elegan-
ter no. Inno. de conſtitu. c. cum M. Ferrarien. vbi limitando d. l.
nulli. & titulum, de quibus rebus ad eun. iudi. ea dixit ꝙ illud,
quod dicitur continentiã cauſę diuidi non debere coram iudi-
cibus in diuerſis inſtãtijs, procedit ſi excipiat. Aliàs enim ſi non
excipiatur, iudicium tenet. Aduerte tñ, ꝙ ſi reus non excipiat,
actor tamẽ dixerit in libello, peto quinquaginta mihi promiſ-
ſa, ſi non adiecerit, & ex ſumma centum, quę mihi ex hac pro-
miſſione debes libellus hic eſſet ineptus, & hæc eſt glo. ſingul.
no. digna, ff. de verbo. oblig. l. ſcire debemus. circa fi. cumulam
glo. magnæ, licet Bar. ibi aliter teneat, de quo ibi per eum. Item
10 † adde, ꝙ & ſi minor generale iudicium contra tutorẽ intentã-
do partem vnius ſpeciei tm̃ ſit proſecutus, licèt videatur, ꝙ de
iure cõmuni in alio iudicio reliqua pars peti poſſit, per l. licet.
C. de iudi. tamẽ ſecus eſt, quia immo oportet primo intentari
reſtitutionẽ in integrum ad illud reſiduũ petẽdũ, & hic eſt tex.
allegatus ſm lec. glo. ſ. de admini tuto. l. ſi minoris actum. Et ad
11 materiam † adde, quod eleganter voluit Innocen. extra de elec.
c. cum inter R. ſeniorem. vbi circa medium ſecundę columnę
dixit, ꝙ ſi centum a te petam, tu autem confitearis quinquagin
ta deberi, actor autem reſiduum non probet: iudex in quantita
te quinquaginta reum condemnare non debet, niſi prius actor
12 reſidui renun. faciat. Vlti. † facit iſta litera, an filius inſtitutus hę-
a res [a] poſſit legitimã ſibi retinẽdo reliquũ hęreditatis repudiare.
Bar.

ADDITIO.

a An filius poſſit hæreditatem paternam repudiare retenta legitima. Quid autẽ in feudo, an poſſit repudiata patris hæreditate, feudum retinere. uide textũ in §. ſimiliter. & ibi ſi. Bal. in ti. de capi. qui cur. ven. in vſi. feu. cum ibi no. uide Pau. de Ca. in conſi. ſuis, conſi. 25 5. incipit, In Chriſti nomine amẽ, uiſis actis & actitatis coram domino Allorgio uice Poteſtate ciuitatis Arimini.

Bar.in l.gerit.j.eod.dicit, ꝙ ex quo legitima debetur hodie iure
hæreditario, non pōt hoc ipſe filius facere, & allegat iſtas leges
de hac etiam q. ipſe ponit in l.quia poterat.j.ad Treb.ſubdit ta
mē Bar.in d.l.gerit.ꝙ ſi filius ipſe ſubſtitutū habeat, & hæredi-
tas grauata ſit debitis, filius hoc poterit facere, arguendo de hæ-
reditate liberti, in qua ſuccedit p̄ronus, ad hęreditatē ipſius pa-
tris, in qua ſuccedit filius. Allegat l. ſi patronus liberto. §. quid
ergo.j.de bon.liber. Bal.in l.3.in eo hoc articulo dicit ſimplici-
ter audiuiſſe Bar. in voce dicentē, per d.l.ſi patronus. filium ip-
ſum facere poſſe non adhibita prioti diſtinctione, ſed in l.hæres
inſtitutus.C.de impub.& aliis ſubſti.& in l.j.C.quando non pe.
partes.ſequitur opi.Bar.in d.l.gerit.ſed in l.ſancimus.C.de inoſ-
fic.teſta.ſecutus eſt, quod dixit in l. 3. Crederē poſſe dici ipſum
filium ſeu ſubſtitutum ab eo non poſſe legitimam acceptando
13 reliquum repudiare. Et primo † illud quod dicit Bart. legitimā
deberi iure hæreditatis, videtur non eſſe verum, immo debetur
condictione ex l.omni modo.C.de inoffic.teſta.& ita tenet glo.
C.de epiſc.& cle.authē.presbyteros. Præterea ſi ipſi filio legiti-
ma poſt mortē eſt vere debita, vt l.fi.§.i.C.de cura. furio.de ſal.
l.ſi quis legatum.in fi.& l. vnica. C. de his qui ante aper.tab.&
in Authē.de hære. & Fal. §.ſi quis autē. in glo. ergo in ea filius
creditor eſt. Quare eam petendo vr̄ hæreditatē ipſo iure repu-
diare, niſi proteſtetur, vt voluit tex.cum glo.C. de hære. act.l.vt
adijcitur, vt probaī per tex.ſing.in l.videamus.ſ.quod met. cau.
licèt ipſe non alleget.Scdo & hoc corroboraī,quia ſi hæres hæ-
redis repræſentat primū defunctū, vt hic probaī, neceſſe eſt, ꝙ
repręſentet in vniuerſum ius,non aūt in partē, vt no.in l. j.ſ.eo.
6 cū ibi no.Cogita.Item & ſcdo facit ille tex.an† pręceptū rei non
alienandæ tranſeat ad hæredem hęredis,vel ſit mere perſonalę.
In quo dubio glo.elegans in Auth.de reſti.fideicom.§.2.tenuit
præceptum illud vt perſonale ad hæredes hęredis non tranſire.
Quā gl.ſing.ſequunī Cy.Bal.& Bar.in l.volūtas.C.de fideicō.&
facit quod no.per eoſdē in l.ea lege.C.de cōdi.ob cau.Bar.ū in
l.Lucius.§.Sempronio.j.de leg.3.diſtinxit dicendo conſiderari
debere verba ipſius teſtatoris.Aut.n.teſtator dixit,prohibeo te
hæredē,ne alienes,& tunc quia vr̄ tm̄ ſe reſtrinxiſſe ad illius hæ
redis perſonam,arg.l.qui in futurum.§.ſi ex alterius.ſ.de pac.ta
le pręceptum ad ſcdm hęredem non tranſeat,& ſic loquatur il
la glo.ſecus ſi dixiſſet,prohibeo hæredes, ne alienent, quia tunc
præceptum ad hæredes hæredis tranſit,vt ibi per eum. Aduer-
te, quia primam partem diſtinctionis ſuæ puto intelligendam
fore verā, niſi teſtator iſte alienari prohibuiſſet eam rē, in quā
maximam affectionem habet,vtpuia,ſi prohibuerit alienari do
mum,in qua ipſe teſtator nutritus eſt,ſeu ſepulchra ſuorum ve
terum,in quibus dicit text. in l.j.§.cum igiī.j. quæ in frau.pat.&
in l.lex quæ tutores.C.de admi.tut.ꝙ teſtator maximā affectio-
nem habet,ne talia alienentur.Nam tunc cum teſtator ob hāc
affectionē videaī prohibuiſſe earum rerum alienationem,quę
quidem affectionis cauſa durat,ēt ſi ad hæredes hæredum tales
res tranſeūt.dices nō habere locū illud;qđ dicit Bar.Cogita. Et
7 vlti.no. ꝙ † hæres hæredis teneī prius ſatisfacere voluntati pri-
mi teſtatoris,quàm ſecundi, vt patet in l.ſi fundus ſub conditio
ne.& in l.ſi mihi.de leg.j.& facit l.j.C.de bon.auth. iudi. poſſid.

SVMMARIVM.

1 *Mos & conſuetudo quòd non differant.*
Solitum verificatur etiam in vno actu.
2 *Statuto an poſſit induci,quòd pupillus de per ſe ſine tutore adeat.*
Statuto an poſſit induci,quòd minor habeat liberam adminiſtrationem rerum ſuarum? & vide nu.5.
3 *Princeps, nec ſtatutum contra defectum iuris naturalis diſpenſare non poteſt.*
4 *Reſtitutio in integrum an detur maiori adeunti hæreditatem ſine tutoris authoritate, ſic lege permittente.*
6 *Pupillus ſuus & neceſſarius hæres,quòd abſque tutoris authoritate adire poteſt.*
7 *Vrbis appellatione,quòd per excellentiam intelligitur de vrbe Romana.*
Vrbis ſacræ appellatione, intelligitur de vrbe Hieruſalem.
8 *Tutor falſus quando interponere poterit authoritatem pupillo hæreditatem adeunti.*
9 *Tutor,qui non ſatiſdedit, quòd hæreditatem pupillo delatam adire non poteſt,ſed bonorum poſſeſ.agnoſcit.*

LEX VIII.

MOre noſtræ. Qui non poteſt ſeipſum obli
gare,non pōt per ſeipſum hæ
reditatē adire.h.d.Et diuiditur in duas partes ſm gl.
licèt Bart. aliter dicat & male. Nam in primo ponit
quoddam dictum in genere. In ſecundo ex genere ad ſpeciē in-
fertur,ibi,hæreditas.Tu autem diuide in tres,& tertia ibi,de ea.
in qua ponitur exceptio a ſecunda ſecundæ partis. Nota hic de
1 †dicto moræ,de quo etiam in l.moribus.ſ.de vulg.& pup. Et in-
ter iſtud verbum mos,& conſuetudo,nulla eſt differentia,vt pa
tet j.diſt.c.mos.& c.conſuetudo.& c.lex eſt.bene tamen eſt dif-
ferentia inter verbum,cōſuetudo,& verbum,ſolitum, quia iſta
dictio ſolitum,verificaī ēt,ſi actum fuit vna vice.Tex.eſt no.ſm
Bar.in l.Mela.§ j.de ali.& ciba.& ad hoc alleg. l.j.C. qūo & qñ
2 iud.Et no.Ang.hic tex.dum dicit,†more noſtræ ciuitatis &c.ꝙ
cum ciuili iure inductum ſit,ꝙ pupillus non adeat abſq; tutoris
authoritate, ita & per ius municipale ſtatuti pōt, ꝙ pupillus de
per ſe abſq; tutore adeat. Aduerte, qa vr̄ prima facie hoc dictū
non poſſe procedere.Vr̄.n.hoc caſu poſſe procedere, ſtatutū ip-
ſi minori cōcedere veniā ætatis, & ſic liberā adminiſtrationem
rerum ſuarum.Quod quidem per ſtatutum fieri nō poteſt,ſm
Bar.in l.non ambigiī.ſ.de leg.cum hoc ſit vnū de ſpāliter reſer-
uatis ipſi Principi,vt patet in l.denique.in prin.ſ.de mino.& in
l.j.& per totū.C. de his qui veniā æta. Poſſet tm̄ forte dici, ꝙ aut
ſtatutum loquitur in impubere maiore infante, qui intelſm ha
bet,& tunc procedat dictum Ang.cū & multoties hoc caſu lex
cū abſq; tutore adire permittit,vt patet ex dictis in l.ſi pupillus.
Aut ſtatutum loquiī in infante,& tunc hoc non poſſit per ſta-
tutum fieri,non tñ habito reſpectu ad id,quod dicit Bar.in d.l.
non ambigiī.Sed ēt quia ratio,quare infans de per ſe adire non
poteſt,eſt ex iure naturali, videlicet, ꝙ intelſm nullo modo ha-
3 bet.Clarum aūt cōſtat †ꝯ defectum iuris naturalis,nedum ſta-
tutum,ſed etiam Principem non poſſe diſpēſare, vt no.Inno.de
reſcrip. c.ſciſcitatus.igitur &c. An cum eo caſu, quo permittit
4 †ſtatutum adire pupillum abſq; tutore,habeat pupillus in inte
grum reſtitutionē aduerſus hæreditatē aditam? vr̄ ꝙ non,cum
ſtatutum perſonā habilitet & legitimet. Item & quia minor ip-
ſo iure cōi vtiī, quo caſu eidē non cōpetit in integrū reſtitutio,
vt patet in l.non vr̄.C.de in integ.reſti.iit.gñali.His non obſtan-
tib.ꝯrium dicas. Et ꝙ q̄tumcūq; minor habilitetur ad aliquem
actum abſque tutoris authoritate,eidem competit in integrum
reſtitutio.Habes elegantem & no.dignam gl.C. ſi de momen.
poſ.fuer.appel.l.vnica. per quā ita in caſu iſtius quæſtionis con
ſuluit Bar.Tuder.Illam tamen glo.limita,niſi ſtatutum diceret,
ꝙ pupillus adire ſiue contrahere poſſit abſque tutoris authori-
tate,& ꝙ ꝯctus valeat.Iſto enim caſu eo adeunte ſeu contrahen
te,ſibi nō competit in integrum reſtitutio,aliter q̄ maiori com-
peteret.Et ita refert Bal.diſputaſſe But.in l.cum lege.ſ.de arbit.
5 Item aduerte,quia†id qđ dixit Bar.in d.l.nō ambigiī.ipſe idem
limitauit in l.j.ſ.de mino.dicendo illud verum eſſe,dum ciuitas
ſubiecta eſt.Alias ſi merum imperium ſeu ptātem Principis prę
ſcripſiſſet,quia hoc caſu concedere poteſt hanc veniam.Hoc tñ
mihi eſt dubium,quia ꝯ ſpecialiter reſeruata Principi nulla cur
rit præſcriptio,vt no.Io.And. poſt Innoc.in c.bonæ. in 2.col.de
poſtu.præla.& refert Ang.licèt errauerit in allegando,in l.vſu-
capionē.j.de vſuca.vnde non vr̄ hoc dictū poſſe procedere. Co-
gita.No.adeuntē iure veteri obligari vltra vires hæreditarias,de
6 quo dixi in rub. Vlti.no. ꝙ † pupillus hæres ſuus & neceſſarius
adit hæreditatem abſq; tutoris authoritate.Et hoc eſt quod vo-
luit dicere litera in vltima particula,de ea aūt &c.qđ no. limita-
7 tionem.l.ſi pupillus.In gl.j.no.† ex iſta gl. ꝙ appellatione vrbis,
intelligitur de vrbe Romana per excellentiam. Et id, quod hic
voluit in l.abſolutionem.C.de ſolu.licet alia glo.male intellexe
rit de vrbe Conſtātinopolitana in l.iubemus.la grande.C.de ſa-
croſan.eccle.Appellatione tñ vrbis ſacræ, in dubio intelligiī de
vrbe Hieruſalē,vt dicit gl.in l.2.C. de nau.fęno. Vlti.tenğit hic
Bar.de q.ſtatuti,de quo plene dictum eſt in l.mutum.in fi.ſ.eo.
8 & ibi vide dicta. † Quid autem in falſo tutore, an interponere
poſſit authoritatem aditioni ipſius pupilli?dicas ꝙ non,vt in l.ſi
is qui.ſ.de eo,qui pro tut.& in l.quilibet.ſ.de reb.eorum.& fa-
cit l.2.C.de eo qui pro tut.l.non dubium.C.de tut.& cur.qui ſa
tis non ded.& hoc verum intelligas,niſi iudex legitimet perſo-
nas ipſius falſi tutoris, cum hoc, ꝙ dicat ſe velle ratum habere,
quicquid per eum factum erit, aliàs non teneret legitimatio,vt
voluit no.Bar.in l.2.de appel.reci.per text.qui hoc bene probat
in l.j.§.idem Pomponius.ſ.quod falſo tuto.autho. Illegitimus
9 autem tutor,† puta quia adhuc ſatis nō dedit,hæreditatem adi-
re non poteſt,ſed bono.poſ.petere ſic, quia tempore breui peri
tura eſt.l.ſi.C.de tut.& cura.qui ſatis non ded.

Impubes. Impubes iuſſu patris hæreditatem adiens,ei
dem hæreditatem acquirit.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Scire dicitur,qui rem per cauſam cognoſcit,quod non poteſt pupillus.*
2 *Pupillus maior infante, quòd hæreditatem ſine tutore adire non poteſt,& quando poſſit.*
3 *Pupillus hæreditatem pupillo reſtituendam,quòd etiam cum illius authoritate adire non poſſit.*
4 *Infans cum tutoris authoritate, quando hæreditatem adire poterit. Et quid ſi cum decreto iudicis. Et item quid in bonorum poſſeſſione nume. 5. & 6.*
7 *Tutor ſolus quòd poſſit pro pupillo bonorum poſſeſſionem petere.*
8 *Tutor quando poſſit hæreditatem pupillo delatam repudiare.*
9 *Pupillus quando poſſit reſtitui aduerſus repudiationem hęreditatis factam cum patris authoritate.Et quid ſi eſt facta cū authoritate tutoris,quid ſi cum authoritate iudicis.num.10.*
11 *Minor non reſtituitur aduerſus venditionem factam cum iudicis decreto, quando precium rei fuit taxatum per iudicem.*
12 *Minor qui adiuit hæreditatem damnoſam, licèt effectus maior incępit debita vel legata hæreditaria ſoluere, tamen poteſt reſtitui.*
13 *Hæreditas damnoſa dicitur non ſolum reſpectu numeri debitorum, ſed etiam reſpectu magnæ vexationis.*
14 *Tutor Attilianus quòd detur pupillo tutorem non habenti ad adeundam hæreditatem,non autem curator.*

LEX IX.

PVpillus. Pupillus tutore authore hęreditatem
adire poteſt,& non aliter.h.d. & aliàs
ſummaī. Scire eſt rem per cauſam cognoſcere. No.
1 ꝙ pupillaris † ætas non dr̄ rem per cauſam ſcire,aut
intelligere. Et ideo improprie diciī ſcire.Cum ſecūdum Philo-

ſophum ſcire ſit, rem per cauſam cognoſcere. Scdo no. pupillũ
æquiparari furioſo. concord. ſunt in gloſ. Tertio no. pupillum,
2 † qui fari poteſt, & ſic maiorem infante, hæreditatem cum tuto
ris authoritate adire. & qđ dicit iſte tex. ꝙ pupillus non põt hæ-
reditatẽ adire abſq; tutoris authoritate, debes tripliciter limita
re. Primo, niſi in defectũ tutoris iudex ſuũ decretũ ĩterponat, vt
patet in l. ſi infanti. in fi. C. de in. delib. in l. bonorum. C. qui ad-
mit. Scdo, niſi ipſi pupillo delata ſit hæreditas patre viuẽte, quia
tunc abſq; conſenſu patris, & authoritate tutoris hæredita tem
per ſe adire & repudiare põt. Tex. eſt multũ ſing. ſm Raph. Ful.
in l. ſi. §. ſi naũt in ſecũa ętate. C. de bo. quę lib. Tertio, niſi ipſe pu
pillus inſtitutus ſit ſub ꝯdõne, qñ tunc ꝯdõne per eum impleta
immediate legis authoritate, non autem tutoris fit hæres. Text.
eſt ſing. no. In l. conditionibus pupillus. j̃. de condi. & demonſt.
Item intellige, ꝙ non damnoſam, ſed lucroſam hereditatem pu
pillus ſine tutore adire poteſt, vt patet Inſti. de autho, tuto. §. ne-
3 que. Item eſt dare caſum, † in quo pupillus etiam cum tutoris
authoritate hæreditatem adire non poteſt, videlicet qñ hæredi-
tas venit reſtituenda per pupillũ ipſi tutori. Nam tunc tutor au-
thorari non poteſt, tanq̃ in re ad eum ſpectante, vt patet in l. j. §.
fuit quæſitum. j. ad Treb. Item eſt ẽt dare aliũ caſum, in quo pu
pillus abſq; tutoris authoritate hæreditatem adibit, quẽ vide-
bis in l. more. j̃. proxi. legẽda In gl. j. ibi, dum dicit, ſubaudi ergo
4 † hic maxime. Hæc glo. cõiter non tenetur, dum dicit, ꝙ infans
cum tutoris authoritate hæreditatem adire poteſt, bene tamen
verum eſt, quòd ſi tutor adeat, & infans in aditione interueniat,
non vitiatur aditio propter interuentum perſonæ ipſius infan-
tis, argu. l. j. §. quid enim. s̃. quod fal. tur. autho. Dicas tñ, ꝙ ſalua-
ri poteſt hęc glo. qñ hęreditas infanti delata, talis eſſet, ad quam
ipſe infans animum haberet, vt puta, ſi eſſet hæreditas, in qua
non ſunt niſi iocalia, quia tunc hanc hæreditatem cum tutoris
authoritate apprehendet ſm Io. de Imo. hic, arg. l. donatarum.
5 C. de acqui. poſ. & quod no. Bar. in l. i. §. j. ff. eo. tit. An autem † in-
fans cum iudicis decreto adire poſſit hæreditatẽ. gl. in d. l. bono
rum. C. qui admit. videtur ſentire ꝙ ſic, quæ tamen ibidem re-
probatũ per Bal. & d. Raph. Fulg. cum decretũ ipſius iudicis non
6 habeat ſupplere animum ipſius infantis. Et idem eſt † in bono.
poſ. ꝙ ipſe eam petere non poteſt, ſed tutor ſibi acquirit, & etiã
quæcunq; alia perſona. Ad primum l. ſi infantis. C. qui admit.
Ad ſecundum l. ſeruus. & l. Paulus reſpondit. j̃. de bon. poſſ. tit.
generali. In glo. ſuper ver. furioſis. dic de hoc, vt not. in d. l. fi. §.
tali. quam glo. alleg. In gloſ. ſuper ver. tutoris. ibi, dum dicit, ſed
7 adulto dic vt dicetur in l. more. j. proxi. † In ea. gloſ. in fi. no. glo.
ꝙ ſolus tutor poteſt pro pupillo bon. poſ. petere. & idem quod
hic tenuit in l. potuit. in glo. alleg. & in l. impuberi. s̃. de tuto. &
cura. dar. ab his & hæc glo. cõiter tenetur, licèt glo. in d. l. bono
rum. & in l. ſed nec ipſi. j. ad Treb. voluerint contrarium, quę re
probantur per caſum expreſſum in d. l. tutor. quam glo. hic alle
8 gat. Quid autem dicendum ſit, an † tutor repudiare poſſit hęre
ditatem ipſi pupillo delatam, ſi repudiatio ſibi damnoſa eſt. te-
neas ꝙ non, niſi interueniente iudice & amicis ipſius pupilli, vt
firmat glo. in d. l. tutor. quam ibi ſequitur Bart. & Bal. in d. l. bo-
norum. Pupilli aũt clarum eſt non valere repudiationẽ, niſi de
tutoris authoritate. vt patet. C. de repu. hære. l. pupillorum. An
9 aũt † pupillus ipſe reſtitui poſſit aduerſus repudiationem hære
ditatis extraneę, ſi interuenerit parentis authoritas? dicas ꝙ ſic, li
cèt videatur dubium propter interuẽtum ipſius patris Hoc pro
batur in l. & ſi parentibus. aliàs, etiam. s̃. de mino. Quid ergo ſi
10 interuenit tutoris † authoritas, an reſtitui poſſit? dic, vt in l. man
dato. ff. eo. titu & in l. etiam. per gloſ. C. ſi tut. vel cura. interue.
& quod no. in l. ſi. C. de repud. hæred. Quid tamen ſi interuene-
rit authoritas iudicis? dic, quòd etiã reſtitui poteſt, vt patet per
no. a in l. ait prætor. §. permittitur. s̃. de mino. & ibi tene menti
11 glo. ſingularem, quæ † eſt ſuper ver. fi. limitantem l. ſi quidem.
C. de præd. mino. dicentem, ꝙ ſi pupillus vendit prædia cum iu-
dicis decreto, nihilominus reſtitui poteſt aduerſus vẽditionem.
Nam illud verum, niſi precium ipſius emptionis & vẽditionis
ſit per iudicẽ taxatum, vt dicit ibi ſing. gl. quã reduco tibi ad me-
moriam no. An aũt poſſit reſtitui pupillus aduerſus aditionem
12 ſibi damnoſam, clarum eſt ꝙ ſic. Et illud † addas, ꝙ ſi hęreditas
adita ſit per minorem tempore minoris ætatis, demum eo in
maiori ætate exiſtente incœperit debita ſeu legata hæreditaria
ſoluere, nihilominus ſi hæreditas damnoſa eſt, quia damnum
& læſio inchoata fuerunt tempore minoris ætatis, competit in
13 integ. reſtit. tex. eſt elegans in l. 3. §. j. ver. ſed ſuo. s̃. de mino. † Itẽ
non tñ damnoſa dicitur hæreditas ad hoc, vt competat in inte-
grum reſtitutio reſpectu nimij oneris debitorum, ſed etiam re-
ſpectu magnæ vexationis, vt dicit tex. no. in l. minoribus. ff. eo. ti-
14 tu. &c † In gl. ſi in fi. No. ꝙ curator non poteſt dari pupillo pro
adeunda hęreditate & ideo tunc ſibi dabitũ tutor Attilianus ſm
Bal. hic. Pro quo vide Inſt. de Atti. tu. Tu adde alios caſus, qñ pu
pillus haberet falſum tutorẽ. Nã falſus tutor authoritatẽ inter-
ponere nõ poteſt aditioni ipſius pupilli, vt l. ſi is qui. s̃. de eo qui
pro tut. & l. non dubium. C. de tuto. & cura. qui ſatis non dede.
Iſtud tñ intelligas verum, niſi iudex legitimet perſonã ipſius fal-
ſi tutoris cum hoc, ꝙ ſe velit ratum habere, quicquid per eum
factum erit, aliàs non teneret legitimatio, vt plene probat tex. in
l. j. §. idem Pomponius. s̃. quod falſo tuto. auth. Item illegitimus
tutor non poteſt, puta quia non ſatiſdedit adhuc, non poteſt in-
terponere authoritatem aditioni pupilli, ſed bonorum poſſeſ-
ſioni bene poteſt. quia tempore peritura eſt, vt l. fi. C. de tut. &
cura. qui ſatis non dede. ſecundum do. Mat. de Bru.

LEX X.

SI ex aſſe. Adiens pro parte videtur adire in to-
tum. vide quæ dicta ſunt in l. j. & quę
plenius dicentur in l. fi. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus atque adultus, quid inter ſe diſtent in aditione hæreditatis.*
2 *Minor curatorem habens, quando ſit ſimilis pupillo.*
3 *Puer quòd dicatur etiam maior 25. annorum.*
4 *Minor an reſtituatur aduerſus naturalem obligationem.*

LEX XI.

IMpuberibus. Breuis eſt, & non ſumma-
tur. No. ex tex. & gl. dñiam
1 † inter adultum & pupillum circa hęreditatis aditio
nem. Si enim pupillus adit tutore nõ authore, valet
abſtenſio, ſiue in integrum reſtitutio, ſecus ſi cum tutore adeat,
vt plene vidiſtis in l. more. s̃. eo & l. ſi pupillus. In adulto autem
ſecus eſt, quia eo caſu, quo curatorem non habet, valet ipſa adi-
tio per eum tantummodo perfecta, vt leg. præcedentib. no. Sin
autem curatorem habeat, tunc idem dicas in eo, quod in pupil
lo, vt hic in gl. habetur. In gl. ibi, ſed tu dic hæc eſſe vera, & hanc
2 cõiter oẽs ſequuntur. † In eadem, ſimilis eſt pupillo &c. vult ex
gò glo. ꝙ adultus curatorem habens ſimilis ſit pupillo, quod in
tellige primo per no. a. plene per gl. in l. j §. quæſitum. ad Treb.
Item & ſecundo ſingulariter hoc limita, dum de adulti incom-
modo tractatur, quia tunc ipſe curatorem habẽs æquiparatur
pupillo, ſecus ſi de cõmodo eiuſdem agatur, quia tunc pupillo
non æquiparatur eo caſu, quo æquiparatio eſſet ſibi damnoſa.
Et hoc voluit notabilite. glo. in l. videamus. §. adoleſcens. s̃. de
3 in litem iuran. In ea. ibi, vel ſecundo intellige, † male loquitur,
vt patet per no. in l. j. j̃. de noua. per glo. & Bar. dicit tamen Io. de
Imo. poſſe ſaluari ex conſuetudine loquendi aliquarum ciuita-
tum, vbi dicitur, maledictus puer centum. Alleg. gl. l. pueri. j̃. de
4 ver. ſigni. 2. q. 8. Paulus. aliàs nona. In ea. gl. ibi, & ſm hoc nõ † ſa
cit. dic de hoc, vt ibi no. Bar. qui ſaluat Placentinum. Pendet tñ
hæc quæſtio, an minor reſtituatur aduerſus naturalem obliga-
tionẽ, de quo ſunt glo. contrariæ in l. 3. §. pupillus. s̃. de neg. geſt.
& l. ſi minor. s̃. de procura. & no. in d. l. interdũ. Sed tu dicas con
cordando ſm Doct. in dictis locis, ꝙ aut ex naturali obligatione
lęditur ſeu lędi poteſt, & tunc reſtituatur, ſecus ſi non lędatur,
aut lęſio in minimo cauſetur, arg. l. ſcio. s. de in integ. reſti.

SVMMARIVM.

1 *Filij aſſerentis ſe hæreditatem paternam non adiuiſſe, intentio fundata vi-
detur aduerſus creditores hæreditarios.*
2 *Precibus fruſtra imploratur, quod a iure communi conceditur.*
3 *Confirmatio contractus vel ſententiæ etiam validi, poteſt a iudice peti ad
cautelam.*
Inſtrumentum, quod eſt nullum, poteſt a iudice peti, quòd caſſetur.

LEX XII.

SI, qui ſe. Suus poteſt abſtinere ab hæreditate
in beneficio edicti prętoris abſq; adi
1 tione iudicis. h. d. Et allegatur hæc litera, ꝙ † fundata
ſit intentio filij dicentis, non adiui hæreditatem pa-
ternam, adeo quòd creditoribus hæreditariis conuenientibus
neceſſario ſit neceſſe probare immiſſionem. De quo plene vi-
2 debimus in l. neceſſarijs. j̃. eo. † Nota fruſtra precibus impetra-
ri, quod a iure communi conceditur, ad quod C. de theſaur. l. j.
lib. 10. & vide quod no. Bart. in l. quæ ſub conditione. de condi.
inſtit. & in l. ſi expreſſim. j̃. de appel. extra de confir. vti. vel inuti.
3 c. j. & 2. Aliquando tamen ad cautelam † fit, quòd cõtractus &
ſententia, quę validitatem habent, petatur a iudice confirmari,
vt in d. l. no. & ſic etiam inſtrumentum, quod de iure eſt nullũ,
petitur, aut peti poteſt per iudicem caſſari, vt dixit gl. in l. ſi quis
ex empto. §. ſi quis virginem. s̃. de act. emp.

SVMMARIVM.

1 *Repudiare poteſt ille, qui adire poteſt.*
2 *Iuri de futuro quando renunciari poſſit. & nu. 9.*
3 *Hæreditas non poteſt repudiari, antequam poſſit adiri.*
4 *Actus nullus non impedit eiuſdem reiterationem, etiam in oppoſitum.*
5 *Prouiſus de aliqua præbenda vacatura in alicuius conditionis euentum,
quando poſſit ante euentum illius conditionis illi renunciare, & in manĩ
bus cuius.*
6 *Legatum quòd non poſſit repudiari, antequam hæreditas ſit adita.*

Iuri

7 *Iuri conditionali quòd non poßit renunciari.*
8 *Iura conditionalia quòd non veniant in generali legato.*
9 *Condictio impoßibilis adiecta in perſonam onerati, quòd vitiat & non vitiatur.*
10 *Liberatio facta abſenti an eidem proſit.*

LEX XIII.

IS, qui hæres. Illa hæreditas repudiatione
amittitur, quæ adiri poteſt, ſe-
cus ſi tunc cum repudiata eſt, adiri non poterat. h.d.
1 Nota cum† repudiare poſſe, qui & adire poteſt. j.e.
2 l. poteſt. vbi plene videbimus. Secũdo no. iuri futuro † renun-
c non poſſe, quod tamen intellige, vt late dicetur in glo. No.
3 n posſe repudiare hæreditatem, antequàm adiri poſſit, &
ide non obſtante repudiatione adueniente conditione, qui re
pudiauit, adire poteſt. j. eo. l. nec is. §. j. cum ſimi. hic per glo. alle-
4 gatis. Et ſic no. quòd actus nullus † non impedit fieri eiuſdem
rei reiterationem etiam in oppoſitum. C. quomodo & quando
iudex. l. ſi vt proponis. cum ſimili. hic allegatis. Et inducitur iſte
5 tex. hic per † Cy. & ſequentes, quòd prouiſus de aliqua præben
da vacatura in alicuius conditionis euentum, non poteſt illi va-
caturæ ante conditionis euentum renunciare, niſi renunciatio
ita fiat in manibus ſuperioris. Et adde, quòd eodem modo ſi cõ
ditio euenit, & officialis, cui in euentum conditionis datum eſt
officiũ, quod nunc habet, quia ꝯdõ purificata eſt, non põt illud
officiũ renunciare, niſi in manib. ſuperioris. ſ. de offi. præſi. l. le-
gatus. hic alle. Quam tñ legẽ ſingulariter limita, niſi officialis ip
ſe eſſet per electionarios deputatos ab ipſo ſuperiore, quia tũc
in manib. ipſorum eligentium renũciatio fieri põt abſq; decre-
to ſuperioris, dũmodo per ſuperiorẽ prius electus in officio cõ
firmatus non fuerit, & hoc voluit gl. ſing. in c. 2. ſuper ver. renũ-
6 ciauerit. de reſti. in integ. c. 2. quam tene mẽti. Item † ẽt no. quia
ſicut nõ põt hæreditati renũciari anteq̃ poſſit adiri, ita non põt
legatũ repudiari, anteq̃ hr̃ditas ſit adita, vt voluit glo. no. in l. qui
7 aũt. in fi. prin. j. de his quæ in frau. cre. Itẽ & † ſicut non põt renũ
ciari iuri de futuro, vt hic in tex. ita nec iuri ꝯdõnali, vt j. de le. 2.
8 l. ſi ita ſcriptũ. §. ſi ſub ꝯdõne. cum ſi. ibi no. Et adde, ꝙ † in gñali
legato nõ veniunt iura ꝯdõnalia, eo. tit. l. ſi ita ſcripſiſſet. & facit
de le. 3. l. Paulo Callimacho. §. j. In gl. ſuper ver. legitima. in prin.
no. glo. q' valet renunciatio iuri de futuro facta coram iudice, li
cèt non extra iudicium. Et ita no. in l. j. de cura. bon. dan. allega-
ta in glo. In ea. ibi, C. de pact. l. j. dic ꝙ ibi renunciabatur per pa-
ctum, hic autem ſimplici renunciatione, & ideo eſt, ꝙ vbi renũ-
ciatio fit præſente parte iuri de futuro, tamen tunc aſſumat vim
taciti pacti, vt ibi dicunt legentes per l. tale pactum. in prin. ff. de
pact. Et hoc eſt quod voluit ibidem Butri. vt refert ibidem Bald.
quòd vbi renũciatur iuri de futuro, ſi tabellio apponit in inſtru-
mẽto, renunciauit &c. intelligitur per pactum. Et hoc dum ſu-
mus in actu liberatorio, quia ſi non valet actus liberatorius eo
modo, quo debet, valet vt valere poteſt, vt j. de accep. l. an inuti-
lis. Adde tamen, quòd vbi valet hæc renunciatio iuri de futuro
facta, reſtringitur tñ ad cauſam, propter quam renunciat̃. Sed ſi
aduenięte conditione poſſit illud, quod renunciaui, deberi mi-
hi ex alia cauſa, quàm ea, quæ inerat tunc, cum renũciaueram,
quia tali caſu nõ obſtat mihi renũciatio, quin iure meo vti poſ-
ſim. glo. eſt notab. ſ. de condi. ob cau. l. quod ſeruus. in quadam
glo. quæ dicit in medio ſui, reb. ſic extantib. Pro qua eſt tex. iuris
canonici extra de renunc. c. cum P. Gaufredi. In glo. ſuper ver.
9 qualis. in fi. ibi, lex obtinuit. Et ibi † vide glo. ſing. limitantem to
tum tit. de condi. inſti. dicentem, ꝙ rñr conditio impoſſibilis ha-
betur pro non adiecta in vltima voluntate, & ſic per hæredem,
vel eum, cui adiecta eſt, videatur impleta. Attñ hoc eſt verum,
ſi illa conditio adijcitur in perſonam onerati, ſecus ſi in perſonã
honorati, quia tunc illa conditio vitiat, & non vitiatur. Vltimo
10 quæſiuit hic Bal. an liberatio † abſenti facta eidem proſit, in quo
recitat glo. contrarias, & tenet contra Bar. vide per eum.

§. Si quis dubitet. Qui propter dubietatem ſeu
pendentiam conditionis non
poteſt adire, ſimiliter repudiare non põt. h.d. No. repudiationẽ
non tenere eo tempore factam, quo hæres vitam teſtatoris igno
rat. Ad quod C. de app. l. nec nos. & vide, quod de hoc plene di-
cetur in l. qui ſuperſtitis. j. eo. vbi de eo ponunt. No. non valere
repudiationẽ ſubſtituti, anteq̃ decernatur quid de hæreditate
defuncti per inſtitutũ. & huius ratio colligitur in l. quãdiu. ſ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Pater hæreditatem filio infanti delatam repudiare non poteſt.*
2 *Statuto ſtante, quòd filius non poßit obligari ſine conſenſu patris, ſi ambo ſe obligant, conſenſus præſumitur præceßiſſe.*
3 *Filius hęreditatem profectitiam quando repudiare poßit in patris præiudicium. & vide nu. 18.*
Filius an poßit eſſe in iudicio ſine patris conſenſu, de iure antiquo.
4 *Repudiatio tacita hæreditatis aduentitiæ facta per filium, an præiudicet patri.*
5 *Pater filio mortuo, antequam hæreditatem aduentitiam adeat, an & quando poterit illam hæreditatem adire.*
6 *Iuſſus patris quòd hodie neceſſario non requiritur, quando filius adit hęreditatem aduentitiam.*
7 *Pater hæreditatem profectitiam filio delatam quando repudiare poßit.*
8 *Filius hæreditatem maternam de iure nouiſſimo totam ſibi retinet.*
9 *Dominus an poßit repudiare hæreditatẽ ſeruo delatam abſq; facto ſerui.*
10 *Abbas hæreditatem monacho delatam an repudiare poßit, & an illam adire poßit ipſo recuſante.*
11 *Monachus æquiparatur filio vel ſeruo, prout vtilius eſt monaſterio.*
12 *Monaſterium quod admittitur ad legatum factum monacho inuito.*
13 *Rector eccleſiæ an poßit repudiare hæreditatem, vel legatum eccleſiæ delatam ſine ſuperioris decreto.*
14 *Prælatus & tutor quod æquiparentur.*
15 *Prælatus in quęrendis poteſt eccleſiæ præiudicare.*
16 *Diſpoſitio huius legis quòd non habeat locum in filio naturali.*
Item quòd non habet locum, quando ad plures filios hæreditas materna deuenit. Et in profectitijs. hic nume. 17. & 18. an aliquid ſit immutatum & ſupra nu. 3.

§. Neque filius. Repudiatio hęreditatis quomodo
cunq; deuenięntis per filium facta,
patri non nocet, nec econtra, ambo autem ſimul repudiare poſ
ſunt. hoc dicit cum l. ſeq. Nota repudiationem filij non nocere
1 patri. no. bene. Item ſubdit Ang. † quòd etiam ſi filius ſit infans,
pater hæreditatem ſibi delatam repudiare non poteſt, licèt poſ-
ſit adire, vt l. ſi infanti. C. de iure delib. & ita dicit ſe obtinuiſſe, li
cèt aliqui allegauerint in contrarium. Pro quo facit, quod vide-
bimus in ſimili, tutorem ſeu patrem poſſe petere bon. poſ. pro
infante & pupillo, & tamen illa per eos repudiari poteſt, vt pa-
ter j. de bono. poſ. l. tutor. quod tamen intellige, vt dixi in l. ſi pu
pillus. ſ. eo. Nota ſecundo amborum repudiationem de hæredi
tate factam tenere, ad hoc tamẽ, vt valeat repudiatio per filium
vna cum patre facta, præſumitur prius præceſſiſſe iuſſus patris
quo ad repudiationem filij, ſm Bal. & Ang. hic. Ex quo inferũt,
2 quòd ſtante ſtatuto, † quòd filius non poſſit ſe obligare abſque
conſenſu patris, ſi ambo inſimul ſe obligant, fingitur ſolennitas
ſtatim interueniſſe. Ad quod ſ. quib. mod. pig. vel hypothe. ſol.
l. Titius. Ad hoc idem voluit Barto. de leg. 2. l. cum pater. §. liber-
tas. per illum tex. & vide l. fi. C. ad Mace. In gloſ. in princi. no. er-
3 go, quòd in profectitijs nihil hodie eſt immutatũ, per l. fi. C. de
bon. quæ lib. & ita tenet glo. C. qui admitti. l. j. & l. fin. j. quis or-
do in bon. poſ. ſerue. Et ita ab omnibus tenetur, licèt Bal. dicat
contrarium dicit tamen hic Bar. ꝙ licèt expreſſa repudiatio hæ-
reditatis profectitiæ per filium facta, non obſit patri, attamẽ ſe-
cus eſt in tacita, quę inducitur per tempus pręfixum a iudice ad
adeundum ipſi filio. Et hoc per d. l. fi. quis ordo in bo. poſ. ſerue.
Dicit tamen, quòd licèt hodie non requireretur conſenſus pa-
tris quo ad hunc actum, quando filius coram iudice cõſtitutus
erat ratione dicti termini ſtatuendi, attamen hodie requiratur
patris conſenſus, & aliter ſibi non præiudicat dicta tacita repu-
diatio, argu. d. l. fi. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ liber. dicit ta-
men Ioan. de Imo. hoc non procedere, quia & de iure antiquo
hoc non reperitur cautum, ꝙ filius poſſit eſſe in iudicio abſque
conſenſu patris. Vnde tam iure veteri, q̃ nouo dicendum eſt pa-
tri non obeſſe tacitam repudiationem, niſi eius conſenſus in iu
dicio interuenerit. Quod videtur verius, quia ſi caſus ſpeciales
de iure antiquo ſunt, in quib. filius in iudicio eſſe poteſt abſq;
conſenſu patris, vt patet in l. cũ prætor. §. fi. ſ. de iudi. & l. ſi filiuſ-
familias viaticum. ſ. ſi cer. pet. ergo in contrariũ eſt regula iuris
cõmunis. ſ. de legib. l. ius ſingulare. j. ad munici. l. j. §. j. Item be-
4 ne no. dictũ Bar. † hic dicentis, ꝙ l. fi. prælle. C. de bo. quæ libe.
non corrigit iura antiqua in repudiatione tacita hæreditatis ad-
uentitiæ. Si enim filio ſtatutus eſt terminus a iudice ad adeun-
dam hæreditatem, ſeu ipſi aditioni præſcriptum eſt, habebit di-
cta tacita repudiatio per lapſum termini, ſeu præſcriptionis per
filium facta patri obeſſe. Et hoc, quia d. l. fi. tm̃ loquitur in repu
diatione expreſſa, ergo non inducitur correctio iuris antiqui in
5 tacita. Duntamen ſubdit, ꝙ † ſi filius eſt mortuus, anteq̃ hęredi-
tatem aduentitiam adiret, non poterit tunc pater illam hæredi-
tatem adire, niſi filius decedens infans fuerit, per l. ſi infanti. vel
niſi fraudulosè adire neglexerit, quia tunc repudiaſſe vr̃, vt l. re-
cuſari. j. eo. Debes dupliciter limitare ſm̃ Bal. in d. l. fi. C. de bo.
quæ libe. niſi præceſſerit iuſſus patris, ꝙ adiret filius, quia tunc
ſi non adit, poſtquàm mortuus eſt pater, ipſe adire poterit. Et in
hoc Rapha. Fulgo. ibidem dicit ſe non reperire aliquem contra
dicẽtem, hoc tamen videtur mihi dubium. Primo, quia ille iuſ-
ſus morte expirauit, vt in l. qui in aliena. §. ſi is, qui putabat. ſ. e.
vnde nihil poteſt cauſari ex eo, quod extinctum eſt. Secundo,
6 quia iuſſus. ſm quod † cõiter tenetur in d. l. j. C. qui admit. & in
d. l. fi. C. de bon. quæ libe. non eſt hodie neceſſe ipſi filio quo ad
adeundam hæreditatem aduẽtitiam, non videt̃ ergo poſſe ope-
rari aliquid, cum ad filij aditionem neceſſarius non fuerit. Ce-

gita.Itẽ ſecundo limita,niſi ipſe filius mortuus non eſſet, ſed in
extremis conſtitutus,quia tũc pater adire poterit,ſm Bal in d.l.
fi.de quo tñ do.Raph.Fulg.ibidem dicit ſe dubitare, cum in ex-
tremis cõſtitutus pro mortuo habeatur. & nihil allegat, verior
vr̃ ſnĩa Bal.cum non pro mortuo habeaẽ, ſed dicaẽ viuens mo-
7 ri,vt in l.qui duos.j̃.de manu.teſta. † In ea.glo.ibi,placet. Sentit
hic glo.ſm Bart.ꝙ pater repudiare poſſit hæreditatem profecti-
tiam abſq; filio,ſed tamen filio noceat,quam tamen ipſe repro
bat dicens,ꝙ cum pater non poſſit adire,ergo nec repudiare,vt
l.is poteſt.& l.nolle.s̃.eo.Dicit tamen, ꝙ bene poterit cogere fi-
lium repudiare.Ratio eſt,quia & ſi filius cõtemplatione patris
inſtituatur, cogi poterit, etiã ſi ſui iuris effectus ſit, dum adiuit,
vt patri reſtituat,vt l.aditio.in fi.j̃.eo. cum ſimilib. hic alleg.per
eum.ergo eodem modo poterit cogi,vt repudiet.Raph.tamen
Cuma.negat verum eſſe,quod dicit Bar. videlicet,ꝙ filius ſui iu-
ris effectus cogi poterit,vt reſtituat,& hoc quidẽ ea negat ratio-
ne, quia filius inſtitutus tẽpore, quo exiſtebat in patria poteſta-
te, vr̃ inſtitutus ſm naturam patriæ poteſtatis,vnde cum patriã
exiuerit poteſtatem,non vr̃ poſſe ad hoc cogi . Hoc non vr̃ pro-
cedere , cum teſtator non habuit reſpectum inſtituendo ad pa-
triam poteſtatem,ſed ad merita patris præcedentia,vnde eo eſ-
fecto ſui iuris etiam durent illa merita,dicendum eſt procedere
ſnĩam Bart. arg. in l.cum pater.§.dulciſſimis.j̃.de leg.2.cum ſi.
In ea.glo.ibi,ſed an ipſi patri.Hanc reprobat Iac. de Are.quem
8 tenet Bar.& vide hic per eum. † In ea.ibi, primo per Conſtanti-
num.dicit iſta glo.ꝙ nouiſſimo iure inuentum fuit, vt in hære-
ditate,quę filio ex matre obueniebat,filius ipſe proprietatẽ reti
net, vt totam patri non quæreret,vt tenet hic Bar.& alij poſt eũ
excep. Richar.Malumb.quem Cy.refert tenuiſſe ꝯrium in d.l.j.
C.qui admit.dicendo, ꝙ etiam iure veteri introductum erat, vt
filius hæreditatẽ maternam patri non quæreret in totum. alle-
gando l.ſi filius.pro ſocio.s̃.de inoffic.teſta.Ad eam tñ rñdet hic
Bar.& bene,de quo hic per eum.In ea.ibi,ſecus eſt in dño & ſer
9 uo. vult ergo glo.ꝙ dñs † poſſit repudiare hęreditatem ſeruo de
latam abſq; ipſius facto. Et idem tenet in d.l.legatum ſeruo.hic
in eadem alleg.& hanc ſequitur Cy.C.de iure delib.l. renitente.
te.hic in glo.alleg.Et hoc cõiter oẽs ſequuntur excepto Bart.di-
cente,ꝙ quemadmodum dñs non poteſt adire, ita nec repudia
re, per regulam, pluries.s̃.dictam. Nõ ob.ſm eum §.per ſeruũ.
quia ille loquitur in bonorum poſſeſſione, quam licẽt dñs re-
pudiare poſſit,non tñ pater,vt l.2.de repu.bono.poſ.Et de ratio
ne hic vide per eum.Aduerte,quia Io.de Imo.ſequitur hanc gl.
dicendo,ꝙ licèt bon. poſ. poſſit repudiari per dñm abſq; facto
ſerui tamen non poteſt per eundem agnoſci.j̃. ad Trebel. l. ſer-
uo inuito.in prin. Ergo ſm eum dicendum eſt idem in hæredi-
tate.Et idem dicit hic Rapha.licèt pro opin.Bart.allegetur tex.
qui bene probat. in l. ſeruus dotalis. s̃.ſolu. ma tri. Aduerte ,
quia ſi verum eſt,ꝙ dicit s̃.Bar.ꝙ pater poterit cogere filium,vt
repudiet,ergo & idem dicemus de domino & ſeruo,quia non
minor eſt. poteſtas domini in ſeruum,quàm patris in filium,vt
probatur Inſtit.de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.§.2. vnde de ni-
hilo nobis ſeruiret hæc quęſtio,quia ſi voluntas dñi eſt velle hę
reditatem repudiare, licèt ipſe non poſſit, præſuppoſita pro ve-
ra opi.Bar.tamen ſeruum poterit cogere,vt repudiet.Cogita.Et
10 ſtante vera opin. glo. quæ cõis eſt, infert hic Bal.ꝙ abbas poſſit
repudiare hęreditatem delatam monacho.Aequiparanẽ enim
ſeruus & monachus, vt no.Inno. in c.cum olim. de priui.credi.
Bart.in l.cum ſeruus.j̃.de ſtipu.ſer.Et idem quod Bal.voluit hic
Barto. in l.tutor.j̃.de bon.poſ.Dubium tñ eſt,an monaſterium
ſeu abbas hęreditatem monacho delatam ipſo recuſante,adire
poſſit.In quo Spe.in tit.de ſtatu mo.in §.quæritur. vr̃ tenere,ꝙ
non,cum ad hoc,vt quid quæraẽ monaſterio per monachum,
dicit neceſſariam fore ipſius monachi voluntatem æquiparan-
do eundem ſeruo.Quod ſecutus fuit Bart.per illũ tex.s̃.de con-
di.fur.& idem Bal.& Raph. Fulg.in l.fi.C.de bon.quæ libe.& in
l.& repudiatione.C. de fideicõ.Adijcit tñ Raph.duas rõnes ad
hoc comprobandũ.Prima,quia nihil reperiẽ iure nouiſſimo in
monacho ĩmutatũ,ergo idẽ dicamus de eo,qđ de ſeruo,aut mo
nacho,in quib.ſtat firma rła iuris antiqui, vt patet in d.l.fi.Secũ
da,quia ſi æquiparemus filio monachum,ſequereẽ ꝙ monaſte
rio recuſante,ipſe monachus poſſet adire.qđ eſt abſurdũ,vt pa
tet C.de ſacroſan.eccl.authẽ.ingreſſi.Sed hæ duæ rõnes videre
meo non obſt. Prima,vt patet ex dicendis j̃.Itẽ nec ſcđa,quia po
ſito,ſed non conceſſo,ꝙ in totum æquipareẽ filio, non tñ proce
dit hæc æquiparatio, ſed per eum aliquid induceret ꝯ rłam or-
dinis monachalis,patet extra de reg.c.cum ad monaſterium. fa
cit gl.j̃.ad Treb.l.Lucius.§.tres hæredes.& qđ ibi no.Bart.& qđ
idẽ dicit in l.ſi alienũ.in prin.s̃.de hære.inſti.quapropter tenen
da eſt opi.ꝯria,videlicet abbatẽ adire poſſe,non obſtante mona
chi recuſatione.Et hoc ſecutus fuit Io.And.de prob.c.in pręſen
tia.Arch.19.q.j.ſtatutum.Bar.in l.j.s̃.de vul.& pup.Bal.in l.j.C.
qui admit.prælleg.& in l.cum proponas.C.de hęre.inſt.& An

ge.in l.Papinianus.in prin.s̃.de inoffi.teſta. Nec ob.qđ dicimus
11 ipſum æquiparari † ſeruo,quia æquiparaẽ ſeruo,vel filio, prout
eſt vtilius monaſterio. vt refert Bal. in d. l.j.C. qui admit. dice-
re Archi.in d.c.ſtatutũ.Et pro hoc, qa in dubio debemus ſequi
illam opi.quæ magis fauet piæ cauſæ,de re iudi.c.fi.j̃. de reg.iur.
12 l.in ambiguis.Et hæc dubitatio procedit † tñ in hæreditate, qa
in legato clarum eſt , ꝙ admittiẽ monaſteriũ inuito monacho,
quẽadmodum dixi in ſeruo in l.j.s̃.e.Et hoc adde ad ea,quæ di-
13 cuntur in l.ſi quis mihi bona.§.j.s̃.eo.Item quid in † rectore,an
poſſit repudiare legatum ſeu hæreditatẽ damnoſam aut lucra-
tiuam ipſi eccleſiæ relictam abſq; authoritate ſuperioris?Fede.
de Senis in ſuis conſi.cõſi.9.tenuit prælatum poſſe hoc abſq; ip-
ſius ſuperioris decreto,quia hęc nõ eſt alienatio iam quæſiti ꝑ
qua requiraẽ ſolennitas auth.hoc ius porrectũ.Sed eſt a ſe abdi
care,quod ſuũ eſt. hæc aũt ſunt diuerſa,vt patet j̃.de his quæ in
frau.credi.l.qui aũt.s̃.de dona.inter vi.& vxo.l.ſi ſponſus.§.cum
maritus.cum ſim.Bal.tñ in l.magis puto.§.fundo aũt. s̃.de reb.
eorum.tenuit ꝯrium per iſtum tex.dicendo tutorem non poſſe
14 repudiare legatum pupillo factum.Aequiparãtur † enim tutor
& prælatus,vt patet C.de eo qui pro tuto.l.2.in glo.& in l.iuſiu
randum quod ex cõuentione.§. pupillus s̃.de iureiu.cum ſimi.
aliter tñ in l.pupillorum.C.de repu.hære.tenuit Fede.dicendo
tñ neceſſarium fore conſenſum capituli, ſeu collegij. Sed in l.ꝯ
iuris.§.curatoris.de pac.diſtinguebat,ꝙ aut hæreditas eſt dãno-
ſa,aut lucratiua.Primo caſu vendicet ſibi locum ſnĩa Fede.ſecũ
do non,quia licèt non alienetur res iam quęſita,tum quia repu
diatur quærenda,& eccleſia verſatur in damno.j̃.de bo.lib.l.li-
berto octoginta. dubium eſt, vr̃ tñ verior indiſtincte opi. Fede.
15 quia in quærendis poteſt prælatus † eccleſiæ pręiudicare,vt pa
tet ex late no.per glo.& Doct.de ſacroſan.eccle.l. iubemus nul-
16 lam.Cogita.Item † hanc legem intelligas locum habere in legi-
timo & naturali,quia ſi naturalis tñ eſt filius,quẽ pater in pote
ſtate non habet,vt Inſtit.de adop.in fi.cum ſimi. non habet lo-
cum hæc materia,vt patet per Bal.in d.l.fi.& ibi vide glo.An re
17 pudiatio querelæ per filium facta noceat patri. †Et hanc legem
etiam debes intelligere,quando ad filium ſolum deuenit hære-
ditas materna, quo caſu recuſante filio, patri quæritur hæredi-
tas,ſecus eſt ſi ad tres filios delata eſſet, quia licèt vnus ex eis re-
cuſet portionẽ ſuam,patri illa non quæritur,ſed portioni fratrũ
accreſcit,vt eleganter hanc legem limitauit Bal.in l.non pro nu
mero.C.ad Orfic.per illum text.& per hanc limitationem vide-
tur caſus,quem ipſe etiam alle.in l.2.§.ſi quis ex liberis.in fi.§.j.
18 j̃.ad Tertul.quod nota.Vltimo aduerte,quia † licèt Bart. hic, &
in l.ſi quis mihi bona.j̃.eod.tenuerit cum glo.dicentibus hodie
nihil immutatum eſſe in hæreditate profectitia, tamẽ ipſemet
tenuit contrarium in l.fi.§.ſimili modo.C.de bon.quæ libe.plu
ries allegata,dicendo,quòd hodie immutatum eſt ius antiquũ
in hoc, ꝙ patre hæreditatẽ profectitiam recuſante , filius per ſe
adire poterit abſq; iuſſu.Et hoc per illum text.qui loquiẽ in ca-
ſtrẽſi, verius tñ videtur, quod dicit hic, quia hoc non reperitur
per dictum ius nouiſſimum expreſſe correctum , ergo ſtet fir-
mum.C.de teſta.l.ſancimus.cum ſimi.Præterea nec ex identita
te rationis legũ correctio inducitur, vt patet ex late no.in authẽ.
quas actiones.per glo.& Doct. C.de ſacroſan. eccle. Cogita.

SVMMARIVM.

1 *Opinio magis,quam veritas inſpicitur in dependentibus ab animo,ſecus in dependentibus a facto,quia magis veritas.*

2 *Suitas non poteſt præſcribi.*

Spurius etiam ſi per mille annos putaret ſe legitimum , non efficitur legitimus.

3 *Hæres neceſſarius,qui ſe credit voluntarium,quando adire poſſit.*

4 *Filius,qui dicit,ſcio hæreditatem paternam mihi delatam,ideo adeo,an dicatur adire,& aditio teneat.*

Verba improprientur pro actus ſuſtentatione.

LEX XV.

IS, qui putat. Error an quis ſit ſuus vel ne-
ceſſarius hæres, vitiat repu-
diationem. Idem & aditionem. hoc dicit cum ſeq.
1 Nota quòd † in dependentibus ab animo ſeu a me-
ra voluntate potius inſpicitur opinio quàm veritas, ſecus in de-
pendẽtibus ex facto,& vbi lex factum requirit, eo enim caſu ve
ritas præualet opi. vt patet in homicidio, in quo ratione culpæ
quis punitur, ſi hominem in vero interficit, opinando eum nõ
interficere . Et hoc modo ſoluuntur hic per legentes contraria
glo.& ad hoc s̃.ad leg.Aqui.l.ſi putator.cum ſim.& de hoc per
Bar.in l.2.§.ſi ſub conditione. pro empto.vbi plenius ꝗ hic, vel
etiam diſtingue,vt hic diſtinguunt Bal.& Ange. Nota opi.non
facere neceſſarium,ſeu ſuum & neceſſarium eum, qui non eſt.
2 Item † nec ex iſto errore induciẽ præſcriptio.Non enim præſcri
bi ſuitas poteſt,vt dixi in l.quamuis.s̃.eo. ſicut & in ſimili gloſ.
ſing.dicit,ꝙ & ſi per mille annos ſpurius putet ſe legitimũ,non
tamen præſcribat legitimitatem,vt l.nemo.pro lega.In gloſ.ſu-
per

3 per verbo, & † econtrario.in fi. Et hanc ſequitur Bart. & cõiter
legentes excepto Io.de Imo. qui ſub dubio forte, dicit hanc glo.
non procedere ea ratione, quia ſuus, qui habet voluntatẽ quæ-
ſitum conſeruandi, habet voluntatem de nouo acquirẽdi, vt pa
tet ex glo.& Bar.in l.j.in prin.de acquir.poſ.ita & qui habet vo-
luntatem de nouo quærendi, vr̃ habere voluntatem quæſitum
conſeruãdi, arg.j̃.pro emp.l.quod vulgo. Vnde ſequitur, ꝙ adi-
tio hæredis ſui & neceſſarij, qui ſe volũtarium putat, procedat,
quia cum habeat voluntatem de nouo acquirẽdi, vr̃ habere vo
luntatem quæſitũ conſeruandi. Non ob. ꝙ ꝯrium dicat hæc gl.
ſm eum, melius tñ eſt ſequi, quod cõiter tenetur per hanc glo.
Nec ob. illud, quod dicit Imo. quia illud procederet, niſi ipſe er-
ror impediret ipſam voluntatem, ex qua aditio ſequitur, vt pa-
tet Inſti.de hære.quali.& diffe.§.fi. quod eſt in caſu noſtro, vt di
cit hic Bat. Item longe diuerſum eſt hæreditatem adire, & poſ-
ſeſſionẽ apprehẽdere, vt patet, quia ad hoc, vt procedat aditio,
neceſſe eſt hęredẽ ſcire quo iure adeat, an vt ſuus, an vt volunta
rius, vt s̃.eo.l.ſi pupillus.j.eo.l.ſed & ſi dubitet.cum ſim. Quod
nõ erat in caſu huius gl. cum ſe exiſtentẽ in vero ſuum, putaret
voluntarium. Et ſic aditio non procedit, cum nõ ſit certus quo
iure adeat, vt dixi, ſecus eſt in ipſa apprehẽſione poſſeſſionis, in
qua nõ requiritur hæc certitudo, quod probatur, quia & pupil-
lus intelſm habens, eam apprehẽdere poteſt, vt l.quis.§.infans.
j̃.de acqui.poſ.l.j.§.adipiſcimur.eo.titu Vlti.aduerte ad vnum,
4 quod dixit hic Bar. ꝙ † ſi hæres ſuus hæreditatẽ paternam adit,
his verbis, quia ſcio hæreditatẽ pr̃nam mihi delatam eſſe, ideo
adeo. nõ procedit hæc aditio. Illa enim hereditas delata dr̃, quę
adiri poteſt, vt j̃.de ver.ſig.l.delata.& no.in glo.in l.is qui hæres.
in prin.s̃.eo. Sed cum hęreditas pr̃na per filium adiri nõ poſſit,
ſed ipſe immiſcere dr̃, vt no.in gl.rub.s.eo.& in gl.rub.C.de iu-
re delib. igit̃ non tenuit aditio, propter hoc verbum, delata, quo
inepte ſuus hæres vſus eſt. Bal.tñ in l.potuit.C.de iure delibe.in
7.q.tenuit ꝯrium, dicens ridiculum eſſe, quod dicit hic Bar. Hæ-
res enim ſcientiam Iuriſconſulti in verborum expreſſione non
tenet̃ habere. j̃.de bo. poſ.l.tutor. Item & quia aliq̃ñ ad ſaluan-
dum mentem ꝯhentium ſeu quaſi, vnum verbum pro alio po-
nitur, vt in l.ſed & ſi poſſeſſori.in §.iurauero. s̃.de iureiur.l. ſi ti-
bi pecuniam. s̃.ſi cer.pet.l.cum te.C.de do.ante nup.in gl. Item
& quia iſtud verbũ, delatio, eſt tam ad ſuum, q̃ ad extraneũ, vt
C.eo.l.ſi infanti.in prin.& l.cum antiquiorib.& l.fi.§.cum igit̃.
Vnde cum cõe ſit, accipiat̃ ſm materiam, cui ſubijcitur hoc ver
bum. Talia enim verba intelliguntur ſm ſubiectam materiam,
vt l.eas cauſas.de ꝯdi.& demon.in gl.magna. poſſet dici, aut qui
ſe immiſcet pr̃næ hæreditati, rudis & vulgaris homo eſt, & tũc
cum iſte ſcire non teneat̃ talẽ verborum ſubtilitatẽ, vt l. quod ſi
nepotes. s̃.de teſta.tute.in gl.& in l.quoties.C.fam.erciſ.in gl. Si
per hęc verba ſe immiſcet, habeat locum, qđ hic dicit Bal. Sed ſi
iuris peritus eſſet, & nõ teneat̃ loqui eo modo, quo vulgaris lo
quitur, ſed in propria verborum ſignificatione, arg.l.ſi dictum.
in prin. s̃.de euic. procedit quod dixit Bar.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres dubitans de viribus teſtamenti, quòd non poßit nec adire, nec repu diare.*

2 *Filius, qui dicit teſtamentum patris falſum, ex quo extraneus adiuit hære ditatem, dicitur ſe hæreditati immiſcere.*

3 *Negatiua non coarctata loco & tempore, quòd probari poßit per illum, de cuius facto agitur.*

LEX XVII.

NEcis, qui. Qui dubitat de viribus teſtamen
ti, repudiare non poteſt, ſed ſi cer
tus eſt, & adibit & repudiabit. hoc dicit. No. hære-
1 dem dubitantem, † an teſtamentum falſum ſit, hæ-
reditatem repudiare, nec adire poſſe. Et hoc intellige, quando
hæres ipſe ſtat in ſimplici dubitatione, ſecus ſi dubitans ad agẽ-
dum procedit, dicens teſtamentum fore falſum, quia tũc tanq̃
teſtamentum accuſans hæreditatem amittit, ſiue ſuus hr̃s ſit,
ſiue extraneus. Vide quod no.in l.poſtq̃.& in l.Lucius. s̃. de pet.
hær.& l.Papinianus.§.meminiſſe. s̃.de inoff.teſta.& in l.2. & in
l.poſt legatũ. j̃.de his quib.vt indig.& qđ dicet̃ in l. q̃ſitum. j̃.eo.
2 Illud tñ † elegãter no. ꝙ & ſi extraneus hr̃ditatem adiuerit, ſuus
hæres dicendo teſtamentum fore falſum, eoipſo hæreditati ſe
3 immiſcere vr̃. tex. eſt ſm Bar.in l.ſuus.C.de repu.hære.† No.hic
in ver.ſed ſi certus. ſm Bal. & Io. de Imo. ꝙ negatiua non coar-
ctata loco & tempore probari poteſt per eum, de cuius facto
agitur, vt erat hic in iſto ver. dicebat̃ enim teſtamẽtum falſum
fore, & ꝙ hæres falſificauerat, de quo tamen dic, vt plene dicet̃
in l.Panionius.§.rei. j̃.eo.

S V M M A R I V M.

1 *Conſequens qui vult, quòd videtur velle & neceſſarium antecedens, & nõ ſolum poſitiue, ſed etiam priuatiue.*

2 *Hæres an præſumatur ſcire contenta in teſtamento.*

3 *Renunciatio quantumcunque generalis, quòd nõ trahitur ad ignorata, nec dubitata, nec ad cogitata.*

4 *Inſtitutus ſi poteſt venire duplici iure, & vni renunciat, an tunc ſubſtitutus admittatur.*

5 *Repudiatio vnius beneficij quòd non includit repudiationem alterius.*

6 *Cohæres inſtitutus, inuicemque ſubſtitutus, partem repudiatam quo iure acquirit, remißiue.*

§. Hæres inſtitutus. Repudiatio cauſæ præce-
dentis, non trahit ad ſe ſe-
1 quentem, ſecus eſt ecõtra, niſi ſubſit ignorantia. h.d. No. ꝙ † qui
vult conſequens, vult & neceſſarium antecedens. Quod argu-
mentum non ſolum procedit in eo, qđ inducit̃ poſitiue, ſed etiã
in eo, quod inducitur priuatiue, vt eſt in repudiatione. Quod fa
cit ad ea, quæ dicta ſunt poſt Ang & Bar.in l.j. s̃. eo. No. ꝙ inſti-
tutus repudians ſucceſſioni ab inteſtato, non vr̃ repudiare ſuc-
ceſſioni ex teſtõ, niſi ſe inſtitutum eſſe ſciat. An autem præſu-
2 mat̃ † ſcire vel ignorare inſtitutus ſe inſtitutum eſſe, dependet
ab eo, quod quæritur, an hæres præſumatur ſcire contenta in
teſtamẽto, de quo per Bat. plene in l.qui Romæ. §. duo fratres.
in vlti.col.2.char. j̃.de verb.obli. Et diſtinguitur, an inſtitutus ſit
ſuus, vel voluntarius, vt primo caſu præſumatur ignorare, ſecũ-
do ſcire. Ad primum l.eius qui in prouincia.§.fi. s.ſi cer.pe. Ad
fin j̃.de lib. leg.l.cũ hæres. j̃.ad Treb. l. quidã filium.§. cum ita.
in glo.mag. Vide tamen ibi plenius per eum, & forte tangetur
3 in l.ſeq. No. renunciationem generalem † non trahi ad ignora-
ta, etiam quæcunque. Item nec ad dubitata, voluit eleganter
Ange.in l.manifeſtiſſimi.§.ſin autem neſcius & dubitans.C.de
fur. per illum tex. qui parificat dubitantem & neſcientem. facit
C.de condi.inde.l.fi. Item nec trahitur ad non cognita, s̃.de cõ-
dic.indeb.l.fi.§.item quæſijt.& vide ſupra de tranſac.l. tres fra-
tres. per Bar.& Ange.C.eod.tit.l. ſub prætextu ſpecierum.& l.ſi
4 de certa.cum ſimi. In gl.ſuper ver.non admittit̃.ibi, † lex, pubo-
rem. Melius facit l.ſuum.C.eo. & ibi eſt gl. dicens ſubſtitutũ p̃-
ferri inſtituto, ſi quoties ipſe inſtitutus venire põt duplici via,
videlicet iure ciuili & prætorio, vni earũ renunciat. Quæ tñ cõi-
ter reprobatur, & maxime p Bar. hic dicentem, ꝙ aut renuncia
tio ſimplex facta eſt ipſius hæreditatis per hæredem, & tunc ad
mittitur ſubſtitutus, quia illa ſimplex renũciatio trahitur ad oẽ
ius, per qđ deueniri poſſit ad ſucceſſionem. qđ vult gl. j̃. de ſuc-
ceſ.edic.l.j.§.ſed videndum. quam Bar. non alleg. Item & ſi ſit
repudiatum omne ius ex teſtõ, & tunc ſubſtitutus velit venire
ab inteſtato, quia tunc ſubſtitutioni locus eſt excluſo inſtituto,
& ita loquitur l.3.C.de impu. quia quandiu &c. vt in iurib. hic
alleg. in gl. vlti. Sin autẽ vni iuri tñ eſt facta repudiatio, tunc nõ
obſtante ſubſtitutione, poteſt inſtitutus venire ex alio iure. Re-
5 pudiatio † enim vnius beneficij non includit in ſe repudiationẽ
alterius. s̃.de ſer.vrba.pręd.l.ſi domus.& de reg iu.l.quoties du
plici. j̃.de bo.lib.l.ſi filius.§. Paulus. cum ſim. dicit tñ Bal.in d.l.ſi
mihi. poſſe illã gl. locum habere, ſi hęres hoc diceret, repudio bo
no.poſſeſ. hæreditas eſt mihi damnoſa, tunc.n. virtute rationis
extenditur præcedens dictum ad alterius iuris repudiationem,
arg. j̃.de acqui.poſ.l.ſi is qui.de leg.2.l.pr̃.§. dulciſſimis. & hoc
6 no. In ea.ibi, põt hæc ratio colligi. † No. ergo, ꝙ põt quis cohr̃s
inſtitutus inuicẽq; ſubſtitutus iure accreſcendi ſeu ſubſtitutio-
nis, q̃uocunq; vult repudiatã partẽ cohæredis amplecti. Quod
tamen dubium redditur, & dicetur poſt Bart. in l.ex parte. j.eo.

S V M M A R I V M.

1 *Ille poteſt repudiare, qui poteſt adire.*

2 *Statuto ſtante, ꝙ habens inſtrumentum teſtamẽti, illud producere debeat animo inſinuandi intra ſex menſes, alias teſtamentum ſit nullum, an tale ſtatutum comprehendat ſubſtitutum pupillariter.*

Item an fideicommiſſarium.

3 *Tempus præfixum a ſtatuto circa inſinuationem faciendam de teſtamento, an comprehendat pupillum.*

Præſcriptio ſtatutaria an minoribus noceat.

4 *Teſtator ſi imponat grauamen hæredi intra certum tempus a die ſuæ mortis, ꝙ intelligitur & aditæ hæreditatis.*

5 *Statuto non poteſt fieri, ꝙ præſcriptio currat ignoranti.*

Adde Bal.in l. 1.in fi. ſupra de legib.

6 *Scientia hæredis de morte teſtatoris qualiter probetur.*

Vicinus vel conſanguineus quando præſumatur ſcire facta vicini, vel conſanguinei.

7 *Infirmitas leuis non dicitur infirmitas.*

8 *Fama contraria ſuperueniens, ꝙ non tollat contrariã aliam famam in actu exercito, ſecus in exercendo.*

9 *Famæ duæ contrariæ ſi concurrant, illa attenditur, quæ eſt veriſimilis, & quæ a dignioribus procedit.*

10 *Famæ duæ contrariæ an poßint eodem tempore concurrere.*

Fama dicitur quid perſeuerans.

Rumor quid non duratiuum.

11 *Ius adeundi ꝙ non dicatur in bonis noſtris.*

12 *Monachus hæreditatem paternam non aditam quòd tranſmittat ad monaſterium.*
Suitas durat in monacho.
Suitas non requirit patriam poteſtatem.
13 *Modus probandi quem inteſtatum deceſſiſſe.*
14 *Hæres Titij, qui ſucceſſit Sempronio, an poſſit hæreditatem Sempronij adire.*

LEX XVIII.

IS poteſt repudiare. Et licet breuis ſit, tamen ſm intellectum tex.& gl. ſic poteſt ſummari. Qui habet ius adeũdi principaliter,& per ſe non impeditum, item ad
dus ſterilis.ſ.de reb.cor. Aduerte tamen quod dixit do.Inno.in
c.j. quod tale decretum, quia ſententia eſt,in ſcriptis interponi
debet,vt l.2.cum ſimilibus.C.de ſentē.ex peri.reci. quia hoc vi-
detur dubium,cum talis ſententia interlocutoria dicat̄,vt l.præ
ſenti.& quod ibi no.per gl.C. de his qui ad eccle.confu. Sed po-
teſt ſaluari,quia aliqñ dicitur diffinitiua,& aliquando tenet me
dium inter vtranq;,vt patet ex no.in l.ſcimus.C.de admi. tut.&
per gl.& per Bar.in l.2.ff.de appella.recip.& per Bal.in l.3. C.de
12 epiſc.audien. Item † aduerte,quia tale decretum debet eſſe cer-
tum, & ſuper certo imponi.non autem incertum, ſeu ſuper in-
certo,quia hoc modo eſſet nullum,vt eſt text. ſm vnam lect.in
l.item eorum.§.ſi decuriones.quod cuiuſq; vniuer.no. Et ideo
13 dicitur ex illa † gl.ꝙ non valet generalis liberatio,ſeu repręſenta
tio per minorem facta tutori ſeu debitori ſuo,ex quacunq; cau
ſa,ēt ſi cum pretoris decreto & tutoris authoritate hoc actū ſit,
quod probat text.in l.3.§.contrarium ſ.de contra. iud. tut. Ad
quod facit quod no.Bar. in l. cum Aquiliana.ſ.de trāſac.No.ta-
men glo.quæ reputatur ſing.in d.§.contrarium.ꝙ licèt decretū
& curatoris authoritas non poſſint validare liberationem gene-
ralem,tamen hoc validabit iur̄m,de quo videtur ſimilis glo. in
c.j.§.item ſacramenta.de pace iura.fir. cogita tamen,ſi illa glo.
eſt vera,quia ſi vera eſt, reſultat notabilis limitatio ad dicta per
14 Bar.in d.l.cum Aquiliana. Quandoq; † l.dicit interponi autho-
ritatem,& tunc dicas, vt dicitur Inſti.de autho.tut.in §.tutor.&
hic,quia incontinenti & anteq̄ ad alios actus diuertat̄,ſequi de-
bet,non autem ex interuallo, vt l.obligari.§.tutor.ſ.de auth.tu-
to.& hoc intellige ſm diſtinctionem ſ.dictam do.Anto. Ponde-
15 ra † tamen,quod dicit hic Ang.allegando Inno.in d.c.conſuetu
dines. quòd talis authoritas debet interponi, vt verbum ſonat,
videlicet,ꝙ de forma requiratur, ꝙ is,qui authoritatē interpo-
nit,hoc verbo,authoritatem interpono,vtatur. vnde ſi tutor in
contractu minoris authoritatem interponens vteretur hoc ver-
bo, conſentio, non diceretur authoritas interpoſita. Dubito ta-
men an hoc procedat,quia tex.in l.3.cum gloſ.coniunctus.ſ.de
autho.tut. vr̄ probare cōtrarium, vbi dicit ſufficere,ſi tutor vta-
tur his verbis,agnoſco, vel approbo, quia ibi videt̄ caſus ꝯ præ-
fatos

ADDITIONES.

a Interponi debere. Adde tu authoritatē,videlicet authoritas,an & quando de-
beat interuenire.vide ſing.Bal.in l.ſi decretum.C.de ſer.reipub manumiſ.&
Io And.in addi.Specu.in titu de ecl.act.in 5.colū.in addi.incipit,Rigoroſum
nimis.vbi dicit,ante contractum in contractu,& poſt contractum incontinē
ti,ſubdens iſta parua.Allegat principaliter iſtum tex.& dicit bene facere c.2.
requiris.cum concor.tertiæ glo extra de appel.

b Conſcientia. Adde tu & vide Bal.in l nemo.C.de ſen.& etiam vide ad iſta Bal.
in d l obſeruare.§.poſt hæc.in 6.col ſupra de offi.procon & in c. ex parte.in
j.col.in ver.ibi,conſilio de conſi.& in c.2 de feu.ſine cul.non amit.in prin.
& in c.quæ in eccleſiarum.in 2.colum.ver.no.conſenſum.de conſtitu.Bal in
l.ſi cum ipſe.§.fi.C.de contrahen.emp. Aliud eſt conſenſus, aliud conſcientia.
vide tex.& Bal.in c.per inquiſitionem.de elec.in 2.col.

fatos Doct.in conſulendo tñ non recedas ab Innoc. Et hoc facit
16 † ad qõnem quam ponit hic Cy. Ang.& Bal.an ſtante ſtatuto,ꝙ
ſyndicus ab vniuerſitate creari non poſſit abſq; authoritate po
teſtatis,illa authoritas ex interuallo interponi poſſit:in quo Cy.
& Bal.dicunt,ꝙ ſic,quia talis authoritas potius dr̄ confirmatio,
quæ ex interuallo ſequi poteſt, vt l.ſi quos.ſ.de decurio. lib. 10.
& l.2.C.de iure fiſci.eo.lib. Ang.tñ per iſtum tex. hic concludit
ꝯtrium. Aduerte,quia vt dicit Inno.in c.fi. extra de procur. & in
c.cum cauſam.de iura.calum. Bar.in l.actor.rem ratam haberi.
Bal. & Moder.in l.nulli. ſ.quod cuiuſq; vniuer.& cõis ꝯcto eſt,
ꝙ in conſtitutione ſyndici non requitat̄ ſuperioris decretũ ſeu
authoritas, vnde cum in hoc ſuperior nõ habet cõionem iuris
cum inferiore ſequeret̄ ſm do.Ant.in d.c.cum cõſuetudinis, in
diſtinctione ſua,ꝙ iſta talis authoritas in vim authoritatis, non
aũt in vim confirmationis interponi deberet, & ſic verum eſſet
quod dicit do.Ang. Sed cum ſtatuti tenor in hoc repugnet, forte
eſt verior ſnĩa Cy.& Bal.eo tamē caſu, quo tam pro facto potestatis,q̃ pro facto vniuerſitatis ſyndicus cõſtitueretur,ſecus tamē vbi pro facto vniuerſitatis tm̃, quia tunc cõionem iuris nõ
haberet. Ad quod facit extra de reſcri.c.edoceri. & qđ no.Ang.
in d.l.actor.& ita potes ad concordiam prædictorũ epi.reducere. Et ex his habes declaratũ,quod dr̄ de materia iſtius §. & c.du
17 dum.ſ.alle.& d.l.ſinaũt.Vlti.† no. hic intellectum,quē dat hic
Bar.ad l.filio.C.de iure delib. Et adde ad hoc,quod ibi dicit Dy.
ꝙ vbicunq; pro ſolennitate requirit̄ conſenſum, aut authoritatem interueniſſe,talis ſolennitas,quia extrinſeca,non præſumitur,vt l.ſciendum.de verbo.obliga.& l.quæcunq;.§.ſi a pupillo.
ſ.de publi. Quod ſingulariter limita eſſe verum,quando ſolennitatem talem non interueniſſe opponitur, ſecus ſi de ea quæſtio non haberetur,vtputa quia non opponeretur eam non interueniſſe, quia tali caſu ſolẽnitas extrinſeca præſumitur interueniſſe, & hoc eſt, quod voluit no. Compoſtel. & ibi refert do.
Anto de But.& etiam Io.de Imo.in c.dilectus. extra de conſuetu.quod no.quia eſt dictum paucis notum.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus generalis patris præſtitus filio pro quocunque iudicio per ipſum filium ineundo, an valeat? remiſſiue.*
2 *Mandatum ſpeciale ratione perſonæ & cauſæ,an requiratur ad petendam reſtitutionem in integrum.*
3 *Mandatum ad iurandum de calumnia,quòd ſufficit,quòd ſit ſpeciale abſque expreſſione perſonæ & cauſæ.*
4 *Mandatum ad petendam abſolutionem ab excommunicatione quale eſſe debeat.*
5 *Solicitus de hæreditate viuentis quis eſſe non debet.*
6 *Rumor quando faciat de illicito licitum.*
Collatio beneficij facta per Papam alicui, exiſtente rumore rectorem mortuum,ſi poſtea reuertatur,an valeat.
7 *Caſus,in quibus ſpeciale mandatum requiritur,remiſſiue.*

§.Sed vtrum. Iuſſus debet ſpecialiter interuenire reſpectu certæ hæreditatis, nec vitiatur
ſi per iubentem de cauſa acquiſitionis dubitetur.h.d. No.ad eſſe iuſſus requiri ſpeciale mandatum reſpectu certę hęreditatis,
1 quod inducitur hic per Bar.ad duas quæſtiones. Prima,† an ſufficiat gñalis conſenſus patris filio præſtitus pro quocunq; iudicio per ipſum filium ineundo,de quo in d.§.neceſſitatē.& in §.
ſuperiori,pluries allegato,& eſt gl.ꝙ ſic,in l.ſi longius.ſ.de iudi.
ad quod facit quod no.Spe.in tit.de actore.§.j.nec obſt.iſte tex.
quia ſpeciale eſt in iuſſu, ergo ꝯtrium eſt in conſenſu. Scđo fa-
2 cit,an † ad petēdam reſtitutionem in integrum requirat̄ ſpeciale mandatum reſpectu perſonæ & cauſę,vel ſufficiat ſpeciale tãtum.in quo breuiter reiecta opi. Raph. Cuma.aliàs Guil.de Cu.
in l.ſed & ſi.ſi quis cau.§.quæſitum.debes dicere,ꝙ ſufficit ſpeciale tm̃,nec requiritur,ꝙ exprimat̄ perſona & cauſa,ꝯ quam in
integrum reſtitutio poſtulari debet, vt no.Bar.& ibi vide elegãter per eum,quod dicat̄ ſpeciale mãdatum, in l.ſi filius.j̃. de do.
3 & Bal.in l.j.C.etiam per procu.cauſam in integ. Facit tertio † vltra eum, an ad præſtandum ſeu accipiendum iuramētum de calumnia requiratur ſpeciale mandatũ reſpectu perſonæ & cauſæ,an vero ſimpliciter. In quo Io.And.in c.vlt.extra de iura.cal.
in nouella in 6.dicit requiri ſpeciale reſpectu perſonæ & cauſę,
de conſuetudine tñ ſufficit,ꝙ ſimpliciter dicat̄,conſtituo te procuratorem ad præſtandum ſeu recipiendum iur̄m de calumnia
abſq; eo, quod cauſa ſeu perſona exprimat̄, vt colligit̄ per Bart.
in l.qui bona.§.ſi alieno.j̃.de dam.inſe.& per Bal.in l.cum & in
4 dices.in §.ſed quia.cũ §.ſeq.C.de iura.cal. Facit & quarto † hæc litera ſm Cy.& Bal.an ad petendum abſolutionē ab excõicatione ſufficiat procuratorē conſtituere hoc modo, videlicet, cõſtituo te ad petendã abſolutionē, ſi qua mihi excõicatio illata fuerit. Iſte tex. vr̄ innuere,ꝙ nõ. Bal.tm̃ hic,& in auth. interdicimus.
C.de epi.& cle.allegando pro caſu c.venerabilē. extra de ele.dixit ſufficere,ꝙ cõſtituat̄ ſpecialis procurator. Sed aduerte, quia
Inno. in c.cũ deſideres,extra de ſen.excom.tenuit ẽt ſpecialem
procur. pro hoc actu non poſſe conſtitui abſque iuſta cauſa, ex
quo requiritur ipſius excõicati præſentia. Ad hoc accedit C.de
procur.l.fi.& ita debes intelligere d.c.venerabilē. & id quod di-
5 cit Bal.& Ang.poſt eum. No.† quē de viuentis hæreditate non
debere eſſe ſolicitum.concordantiæ ſunt in gl.& ſi ſolicitus eſt,
indignus hæreditate priuat̄. Ad quod j̃.de dona.l.quidam in iure.& C.de pact.l.fi. hoc tñ fallit,qñ rumor veritati ꝯdicit, videli-
6 cet ꝙ dicatur eum fuiſſe mortuum. Et ſic ex † hoc no.ꝙ rumor
licitum facit id,quod alś reputatur illicitum.de quo dic,vt j̃.eo.
dicetur.l.cum quidam.§.quod dr̄. & vide quod dictum eſt in l.
ſi is.ſ.eo. Et inducit̄ iſte ver.plane,per Bal.hic, ſi pp cõem rumorē dicentium quē eſſe mortuũ. Papa cõmiſit vt prębenda illius
mortui alicui daret̄, & poſtea apparuit illũ,de quo rumor erat,
fuiſſe mortuum,eſſe viuum,an valeat talis collatio?& ſi non valet,an teneat in tp̃s mortis?ipſe tex.facit ꝙ ſic. In ꝯtrium eſt veritas ſm eum,quia in reſcriptis attendit̄ tp̃s datę,vt dr̄ notabiliter
in toto tit.de conceſ.pręb. Sed melius facit c.eam te.extra de re-
7 ſcri.quod allegant hic Mod. In gl.† ſuper ver.ſpecialiter.no.glo.
quæ enumerat plures caſus,in quib.requiritur ſpeciale mandatum,vide etiam aliam in d.l.Pomp.in gl.alleg.& per gl.in c. qui
ad agendum.in 6.de procura.& in Specu.in tit.de procur.in §.
ratione igitur.ver.item opponunt,quòd generaliter.

SVMMARIVM.

1 *Verba inepta non vitiant actum,quando de intentione conſtat.*
Inſtrumentum mandati ſi dicat,conſtituo te aſinum meum ad agendum,nõ vitiatur.
2 *Aditio hæreditatis an inducatur per diſtractionem rei hæreditarię.*
3 *Mandati fines non dicitur egredi ille, qui formam ſuperficialem nõ ſeruat, duntamen in effectu ſeruetur.*
4 *Ratihabitio vnius actus quòd inducat mandatum ad aliud, quod eſt paris naturæ.*
5 *Hæres,qui effectus eſt de iure prætorio, quod poteſt etiam effici de iure ciuili.& vide nu.9.*
6 *Dominus ſi famulo exiſtenti in via dixerit, non redeas, niſi ſentiam nouum, & famulus interfecerit iniuriantem,an ex hoc videatur dominus mandaſſe.*
7 *Debitor an videatur interpellatus, & in mora conſtitutus per hæc verba, egeo pecunia quam debes.*
8 *Dies quando non interpellet pro homine, & in mora non conſtituat.*

§ Sed quid ſi man. Iuſſus precceſſiſſe intelligitur quandocũq;,& per quęcunque verba de patris voluntate conſtat.hoc dicit. Nota quod ver
1 ba groſſa & inepta † vulgarium,actum, de quo agitur, non vitiant,dummodo de intentione conſtet. ad quod C. de teſtamē.
l.quoniam indignum.cum ſimilibus. quod facit ad dictum Innoc.in c.petitio.extra de procura. quod refert Bal. in l. id quod
pauperibus.C.de epiſco.& cleri. An vitietur procuratoris inſtitutio, ſi in inſtrumento dicatur,conſtituo te aſinum meum ad
agendum? & dicendum eſt, quòd non, ex quo apparet de conſtituentis intentione voluiſſe eum conſtituere procuratorem.
quod no. vide Bal. in c.bonæ.il j.in 3.colum. de elect. Item no.
& ſecundo iſtum tex.ſecundũ Bal.hic,ad id quod dicit Specu.in
titu.de inſtru.edit. §.compendioſe.dum ponit,quid ſignificent
iſta verba,conſtituo talem collectorem,& cuſtodem bonorum
2 meorum. No.tertio,ꝙ † ex iſto tex videt̄ probari contra id,quod
dicit Ang.in l.pro hærede.in prin.ſ.e.videlicet,ꝙ per diſtractionem rei hæreditariæ inducitur hæreditatis aditio,cuius contrarium ipſe ibidem tenuit,licet poſtea ſententiam ſuam mutauerit in §.Papinianus.eiuſdem l.de quo dic, vt dicetur in d l.gerit.
3 No. † ꝙ non dicitur fieri diſgreſſio mandati, ſi eius ſuperficialis
forma diſgrediatur,dũmodo in effectu ſeruetur.ad quod ſ.mãda.l.fi.§.fi.& quod ibi no.ad l.diligenter.eo.titu. No.ꝙ non dicitur fieri diſgreſſio mandati,ſi eius forma diſgrediatur dummo
4 do ſaluetur in effectu. No.† ꝙ ex ratihabitione ad vnum actum,
inducitur mandatum ad aliud, quod eſt paris naturæ. Vlti. no.
5 † ꝙ qui eſt effectus hæres ex iure prætorio, poteſt etiam hæres
effici ex iure ciuili. de quo dic vt dicetur in glo. Et inducitur iſte
6 ver.pater † filio.per legentes,& primo per Bar.ad duas quæſtiones,primo ſi famulo recipiēti iniuriam dixit dñs, nunquàm reuertaris ad domum, niſi ſentiam nouum, an per hæc verba videatur dñs mandaſſe, adeo ꝙ ſi famulus interfecit iniuriãtem,
teneatur dominus?& dicit ꝙ ſic,& dicit hoc fuiſſe iudicatum in
ciuitate Florētiæ,& hoc cõiter tenent oẽs. Tu pondera hæc verba,per quæ ſubtiliter dicit do. Raph. debere conſiderari offenſam illatam famulo. Si enim fuiſſet verberatus vna alapa tantum,tunc non teneretur dominus de occiſo,tanquam ei dominus hoc mandaſſet per hęc verba,ſecus ſi fuiſſet famulus vulneratus,quia tũc præſumit̄ dñs ea ratione,quia debuit cogitare illud euenire potuiſſe,iuxta tex. in l.ſi quis domum.§.huic ſubiũgi.ſ.loca.& tex.in c.fi.de homi.lib.6.quia tunc pręſumitur mortem mandaſſe ex qualitate præcedentis offenſæ. Quæ verba li-

6 cèt nihil [a] alleget, videntur vera, arg. eius, quod dicimus in ſi. de
fenſam ſimilem offenſç eſſe debere, vt no. C. vnde vi. l. j. per glo.
de ſenten. excommuni. in c. ſi vero. in glo. ſ. ad legem Aquil. l.
ſcientiam. §. qui cum aliter. & per Barto. infra de ſica. l. furem.
cum ſimilib. Quamobrem cum dubia videantur verba man-
dati, interpretamur, vt dominus vindictam ſimilem priori of-
fenſæ mandaſſe videatur, arg. l. interpretatione. ff. de pç. Induci-
7 tur & ſecũdo per eundẽ, an per hæc verba, † egeo pecunia, quã
debes: videatur debitor interpellatus, & in mora cõſtitutus, de
quo vide vt hic per eũ, & per eundẽ in l. hoc modo. & l. eo mo-
do. de leg. j. & per Cy. in l. minorum. quem ipſe allegat. Et con-
cluſio eſt. ꝙ ſic. Ex quo ſequitur multomagis, ꝙ per hæc verba,
quis conſtitutus eſſet in mora in ſing. caſu ſm Fulg. in l. j. §. licet
8 autem. ſ. de peri. & cõmo. rei vendi. vbi habes, ꝙ † licet regula-
riter dies interpellet pro homine, & in mora conſtituat, attamẽ
hoc fallit, niſi quis velit emptorem conſtituere in mora pro ef-
fuſione vini, quia tunc non ſufficit lapſus diei conſtituti ad vi-
num exportandũ, ſed ẽt & verbalis venditoris interpellatio req
reretur, vt vinũ effundere poſſet, qui ſi in cõi caſu conſtituitur
per talia verba, multomagis in hoc ſpeciali, ſm præfatos Doct.
9 in loco præallega. In gloſ. ſuper verbo, bonorum † poſſeſſ. effi-
ciatur hæres de iure ciuili. gloſ. hoc non bene declarat, ſed me-
lius ponit in dicta l. puberem. & in dicta l. ſed cum patrono. §.
bonorũ. j. de bonorum poſſ. dicitur, quòd efficitur hæres ſeu bo
norum poſſeſſor de iure prætorio. Bat. autem in dicta l. puberẽ.
quem ſequitur hic do. Bal. dicit, ꝙ per petitionem bonorũ poſ-
ſeſſionis efficitur quis bonorũ poſſeſſor de iure prætorio, & hæ
res de iure ciuili, licèt in dicto §. bonorũ. tenuit glo. Bal. autem in
dicta l. puberẽ. tenuit ꝯ Bart. dicens, impoſſibile eſt eſſe verum,
quod Bar. dicit, cum per bonorũ poſſ. adipiſcamur iura vtilia, vt
in §. quos autem. de bo. poſſeſſio. per aditionẽ aũt iura directa,
hæc aũt duo in perſona eiuſdẽ, & in eodẽ non poſſunt concur-
rere, j. ad Treb. l. ſi hæres inſtitutus. Item fundat ſe ſecunda rõ-
ne, quia ſi effectus eſt hæres, & ſic dñs per bonorũ poſſ. & ſic ex
vna cã, non põt dici dñs ex alia, videlicet per aditionẽ, vt Inſt. de
act. §. ſic itaq; . cum ſi. & in l. itaque. §. qui fideicõmiſſariã. ſ. de
hæred. inſti. & do. Rapha. Fulg. in dicta l. puberem. ſequutus eſt
opi. Bart. Sed videre meo non bene reſpondet ad rationes Bal.
dicit nanque non obſtare, quod dicit Bal. per l. ſi hæres inſtitu-
tus, quia immo quis ex diuerſis iuribus põt habere vtiles & di-
rectas, vt l. Stichum. §. ſi aliquando. j. de ſolutio. Ad ſecundã rõ-
nem non reſpondet. Tu autem melius dicas ſm Bar. alibi ele-
ganter, quòd licet prætor nõ poſſit quem facere directo eſſe hæ
redem, tamen penes alium nec re, nec ſpe ſunt directa iura hæ-
reditaria, & tunc per petionem bonorum poſſeſſ. quis hæres di
recto efficitur, & in eum prætor directas actiones & iura tran-
sfert, argum. j. de damno infec. l. prætore. & hoc eſt, quod vo-
luit Bar. in l. i. in prin. j. de bon. poſſ. reprobata ibi ſententia gl. in
l. 2. eod. titu. vnde ceſſat, quod dicit do. Bal. per d. l. ſi hæres. quia
immo per petitionẽ bonorũ poſſeſſionis quis hæres efficit di-
recto. ad quod facit quod ipſe idem dicit C. de pac. l. ſi debitori.
per l. ſtatuliber a cæteris. §. Quintus. j. de ſta. lib. vbi & prætor vi
uus quem directo hęredem facit, non obſtante quod ipſe dicit
per §. ſic itaque. & §. qui fideicõmiſſariam, quia immo ex pluri
bus cauſis in idem tempus concurrentibus poteſt quis dñs eſſe
ci, vt eſt cõmunis concluſio gloſ. & Doct. in l. 3. §. ex pluribus. ff.
de acquiren. poſſeſſ. vnde cum iſtæ duæ cauſæ, videlicet, iure ci
uili, & prætorio in idem tempus concurrant, vt patet, quia eo-
ipſo quod bonorum poſſeſſionẽ petit, nõ hæreditatem adiuit,
ergo &c. Quapropter teneas ſententiam Barto. Nec obſtat iſte
tex. hic, qui dicit, bonorum poſſeſſ. iterum adiuit, quia debet in-
telligi facto aut apprehenſione, & hæc omnia intelligas de bo
norum poſſ. iuris, ſecus in bo. poſſeſſ. facti, vt ventris nomine, &
Carboniani edicti, quia petitio iſtarum non facit aditionem, vt
no. Bar. in l. 1. §. idem liberis. j. ad Tertul.

ADDITIO.

a Nihil alleg. Adde quod facit glo. 24. q. j. quod debere. in uerb. talionis. quæ dixit tantam pœnam petendam eſſe a delinquente, quanta iniuria præceſſit. facit etiam tex. quem dicta glo. ibi alleg. 23. q. 3. ſex differentiæ, ubi tex. dixit, dentem pro dente, oculum pro oculo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum coram, idem eſt, quod in perſona.*

2 *Fines mandati licite tranſgrediuntur, quando conditio mandantis fit melior.*

3 *Mandans magis periculoſum videtur mandare quod eſt minus, non econtra.*

4 *Statutum, quòd in quacunque cauſa detur conſilium ſapientis, ſi petitum fuerit, quod non habet locũ in caſu claro, nec in interlocutoria, nec poſt citationem peremptoriam.*

5 *Statutum, quòd minor poſſit contrahere cum conſenſu conſanguineorum, ſi aliter contrahit, an contractus ſit nullus, & ex eo oriatur naturalis obligatio.*

6 *Solennitas extrinſeca ex diuturnitate temporis præſumitur.*

7 *Statutum requirens certam formam in contractu minorum, an ea non ſeruata, contractus ſit nullus.*

§. Quid ſi mandauit. Poteſtas adeundi poteſt
conferri per patrem in
arbitrium filij, & etiam tertij. Item & poteſt pater filij aditionẽ
limitare reſpectu quotæ & cauſæ, quam tranſgredi non licet, ſi
per hoc patris conditio deterior, non autem melior fiat. Nota
1 tex. ibi, † coram: hoc eſt pręſente, vt j. de verborum ſignifi. l. co-
2 ram. ſ. de arbitris. l. diem proferre. §. coram. Secundo no. † quòd
licet tranſgredi mandatum, ſi per hoc fiat melior conditio mã-
dantis, non autem deterior. Ad quod ſ. manda. l. diligenter. &
3 quod no. C. de nego. geſtis. l. fina. in glo. † No. ſm Bal. hic in ver-
ſic. aliter atque. quòd qui mandat magis periculoſum, videtur
mandare id quod eſt minus, non aũt econtra. Quod facit ſecũ-
dum eum ſi mãdaui tibi, ꝙ occideres Titium, tu autem vulne-
raſti, obligor ex mandato. Pro quo eſt tex. licet ipſe non alleget,
in l. nec in ea. aliàs, ſed in ea. j. de adult. Secus ſi mandaui tibi, vt
verberares cum manu vacua, tu autem vulneraſti manu arma-
ta, & eum occidiſti, ꝙ de mandato non teneor, ar. huius literæ,
quod bene no. ꝙ dixit manu vacua. ſi enim traderẽ tibi, vt aliũ
gladio vulnerares, non tamen eum occideres, ſi occidis, de occi
ſo tenetur mandans, licet mandatarius formam mandati non
ſeruauerit, vt eſt caſus no. in c. ſi. extra, de homic. lib. 6. In glo. ſu
4 per ver. † Titio. infert Bal. ex glo. quam no. ꝙ ſi ex forma ſtatuti
eſt, quòd ſententia feratur conſilio ſapiẽtis habito, ſi abſq; eius
conſilio lata eſt ſententia, eſt ipſo iure nulla, & ita diſputauit
Oldra. licet ipſe non alleget, de cuius diſputatione facit men-
tionem Bar. in l. prętor. §. eritque dña. in fi. j. vi bon. rap. Hoc ta-
men dictũ tu dupliciter limita. Primo, niſi lis decideretur per ca
ſum l. quia tali caſu non requiritur ſapientum conſiliũ, quantũ
cunque ſtatutũ hoc dicat, ex quo in ſe res clara eſt, vt no. Bart.
in l. aut ille. §. j. de lega. 3. Bal. in l. ancillæ. C. de fur. & etiam in l. j.
C. de rela. vbi etiam videas Bar. & Bal. in l. 2. C. de legi. Item & ſe
a cundo [a] limita hoc habere locum in diffinitiua, ſecus in interlo
cutoria, vt voluit Bald. in l. j. C. ne li. in vna ea. que cau. ter. pro.
& in l. j. §. quod in ſententijs. j. qñ appel. ſit. Et hoc intelligas, vbi
conſilium requireretur ex forma ſtatuti, ſecus enim eſſet, vbi
iudex de per ſe conſiliũ requireret, de quo vide Bar. in l. j. §. quę
ſitum. & in l. ex conſenſu. & in l. ad principẽ. j. de appe. & p Bal.
5 in l. minime. §. ex illo. C. de app. Item & ſecundo infert † Bal. ꝙ
ſi ex forma ſtatuti minor poſſit contrahere cum conſenſu con-
ſanguineorum tantum, ꝙ non habito dicto conſenſu ꝯtractus
eſt ipſo iure nullus. Adde tu, ꝙ dubitatur, an ex eo oriatur natu
ralis obligatio, de quo per Bar. in l. cum lege. j. de fideiuſſo. & in
l. ſi non ſortẽ. in princ. j. de condi. indeb. per Bal. in l. ſi inutiliter.
in lec. antiqua, quam fecit Papię. C. de fideicõm. Hoc tñ dictum
multipliciter limita. Primo, niſi talis pupillus contraheret cum
patre, quia cum eo caſu ceſſet ratio ſtatuti, cum pater eum de-
cipere non pręſumatur, vt l. fi. cum ſi. C. de cura. fur. in prin. cõ-
ſuluit hoc caſu Bal. non requiri conſenſum conſanguineorũ, &
hoc ipſe ponit in l. pactum, quod dotali. in vlt. q. C. de colla. Se-
cundo hoc habere locum in ꝯtctibus, ſecus in quaſi contractib.
in quibus talis ſolennitas ſtatuti non requiritur, vt voluit idem
Bal. ſ. de contra. iudic. tut. l. j. Quod facit ad ea, quę dixi ſ. eod. l.
multum. §. j. Tertio limita hoc procedere, quando cõtractus pu
pilli eſſet ad ſui damnum, ſecus ſi ad ſuum lucrum & cõmodũ,
vt dixi allegando Bal. in d. l. j. Quarto, quando ipſe pupillus cõ-
ſanguineos habet, ſecus ſi non habet, quia tunc procedat con-
tractus abſque eis, ſm Bal. in l. turpia. in fi. de leg. j. & in l. tranſa-
ctione finita. C. de tranſac. facit quod no. Bar. in l. Stichus q me-
us erit. de leg. j. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. & in §.
ſin autem. ff. ſolu. mat. & Ange. in l. j. in fi. ſ. quod cu. vniuer. no.
Quinto limita, niſi habeat inhabiles, quia abſque eis cõtractus
procedit ſm Bal. in l. j. C. qui admit. Tutius tamen eſt his duob.
caſibus interponi iudicis decretum, ar. l. vidua. & l. furioſi. C. de
nup. & quod ibi per Bar. Sexto limita, niſi iſti conſanguinei re-
periantur furioſi, cum eo caſu conſenſum non habeant, vt l. q
ſeruum. j. eo. ſm Bal. in l. cum hęres. j. eo. & hoc no. Vlterius &
ſeptimo limita ſing. ſ. dictum ſtatutũ, niſi minor ꝯheret cũ re-
publica, quo caſu non requiritur ille conſenſus conſanguineo-
rũ, vt voluit ſing. Lud. & vide in l. ſi quis in graui. §. vtrũ. ad Sill.
Octauo limita etiam pręedictũ ſtatutũ non habere locum, quã-
do pupillus conſtituitur procura. ad negotia, quia tunc poterit
contrahere ſine conſenſu eorũ, tanq̃ procur. vt voluit Lud. in l.
6 q̃uis. de acquiren. poſſeſ. Nono limita, † niſi fuiſſet diu, quod in-
ſtrumen-

ADDITIO.

a Item & ſecundo. Vide etiam elegans dictum d. Ant. in c. cum in ueteri. de ele. ubi dixit diſpoſitionem dicti ſtatuti non habere locum, poſtquàm emanaſſet citatio ad audiẽdam ſentẽtiam: præſumitur enim tunc calumnioſæ peti.

ſtrumentum fuiſſet celebratũ,quia licet aliàs ſolennitas extrin-
ſeca non præſumatur,niſi probetur. Iſto tamen caſu præſumi-
tur quantũcunque non probet: vnde ſi non interuenit ſolenni
tas,præſumitur,tex.eſt.& ibi no.Lud.in l.qui in aliena. §.j. poſt
prin.ff.de acquir. hær. Decimo, niſi pupillus contraheret cũ lo-
co pio,ſm Bal.in l.generali.C.de ſacroſa.eccl.per illum tex.Vlti
7 mo dum † dicit Bald.ſ. quod ſtatuto requirente certam formã
in contractu pupillorũ,ea omiſſa ꝯctus eſt ipſo iure nullus. Li-
mita,ꝙ ſtatutum tale procedit, quando ipſa forma ſeu ſolenni-
tas requiritur in ipſo actu,ſeu ante actum, quia tunc ſi non in-
teruenit,eſt ipſo iure nullus, ſecus ſi interuenire dẽat poſt actũ,
vt puta ſi dicat ſtatutũ,ꝙ quilibet contractus ꝑ pupillũ initus ꝑ-
ſentari debeat conſanguineis ſuis,quia tunc hoc non præſenta-
to,ſi non opponatur de non obſeruantia ſolennitatis, non erit
ipſo iure nullus.Hanc elegantem poſuit doctrinam Bal.in l.vni
uerſa.C.de preci.Impe.offe.& in rub.C.de reſcin.ven.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio uoluntatis & mandati,an & quando ſit notificanda ei, qui iuſ-ſus erat actum gerere.*

2 *Mandatum morte finitur,præceptum non.*

§.Sed ſi mandauit. Iubẽs filium adire ex inſtitu
tione, ſi adit ex ſubſtitutio-
ne pupillari,non valet,ſecus ſi iuſſerit, vt ex teſtamento adeat,
& iuſſus nuda pœnitentia iubentis reuocatur, ac eiuſdẽ ſtatus
mutatione.h.d.vſque in fi. No.iuſſum indefinitum ſeu manda
tum plus operari,q̃ ſimplex.Item no.iuſſum teneri nuda pœni
tentia iubentis de quo die vt hic in glo. Et facit iſte tex. in fi.ad
q.de mona.de qua dixi tibi ſ.in prin.huius legis. In gloſ.ibi,l.6.
§.quanq̃.immo ibi caſus eſt in ꝯrium, & ita tene, & hoc cõiter
1 tenetur.Contrariũ aũt ſoluas † ſm Dy. ꝙ ideo hic non requirit̃
notificatio pęnitentiæ ſeu reuocationis, quia nihil mãdatarius
ſeu filius in ſui præiudicium agere poterant.Et no.iſtos duos ca
ſus,l.4.& l.ſi pœnituit.quos hic glo.allegat,In quibus habes ca-
ſus ſpeciales,in quibus ſufficit procuratorẽ reuocatum eſſe abſ-
que eo,ꝙ reuocatio ad ſui notitiam deueniat. Et adde tertium
in c.fi.de procu.lib.6.Quartum in glo. in l.j.in fi. de contrahẽ.
emp.quæ loquitur in nuncio.Et de materia vide extra de procu
ra.c.mandatum.quod no.glo. ord.in cle.j.de renun. & in l.vni-
ca.C.de ſatiſ.& in l.ſi procuratorẽ abſentis.ſ. de procu. per Cy.
& Bal.in l.2.C.mand.& in l.2.§.ſed & ſi quis.de dona per Bart.
2 Et † no.dr̃iam in §.ſed & ſi quis. inter mandatum & præceptũ,
quia licet mandatum finiatur morte, attamen præceptum nũ-
quàm,vt dicit glo.no.18.q.j.c.quod percipitur.quæ ſecundum
Bal.eſt ſing.ſed tu adde ſimilem in c.dudum.18.q.2.

LEX XXVI.

SI ego. Qui vult hęreditatis portionem per aliũ
ſibi delatam acquirere,videtur etiã velle
ſuam.hoc dicit.In glo.ibi.dũ dicit,ſed certe poſſum
habere volũtatem.Clarum eſt de iure,ꝙ ſeruus do-
mino, vel filius patri tenetur obedire,ſ.ad leg.Aqui.l. liber ho-
mo.C.de iure delib.l. cum aliquis.ſed de facto poſſunt repugna
re,maxime ſeruus,qui poteſt permittere ſe excoriari,antequàm
hæreditatem iuſſu domini adeat, vt C.de hære.inſti.l. cum pro
ponas,& ita intelligitur,quod no. gloſ.in l. ſi quis mihi bona.§.
iuſſum.& in l.qui in aliena.§.interdum.ſ.eo.

LEX XXVII.

NEminem pro. Viui hæreditas nõ eſt, &
nemo in ea poteſt ſe pro
hærede gerere.h.d. No. hæreditatẽ viuentis non di-
ci.Concordantię ſunt in glo.Item no.differentiã in-
ter hoc, videlicet, pro hęrede gerere,& hæreditatem adire. Pro
hærede enim gerit quis animo:adire autem eſt in facto, & ita
colligitur ex tex.coniuncta glo.ſ.in l.ſi quis mihi bona. §. ſed ſi
quis mandauit.ſ.eo.& de materia huius legis dicemus in l.qui
ſuperſtitis.infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta edenda ſunt illi,cuius intereſt.*

2 *Inſtrumenta hæreditaria penes digniorem deponenda ſunt.*

3 *Ceſſio contra quem facta eſt, num is poſſit petere ceſſionario inſtrumentũ ceſſionis ſibi edi,& uide nu.7.*

4 *Procurator quod tenetur edere inſtrumentum mandati ei,qui ſecum litigat,uel contrahit,& cuius expenſis,& uide nu.8.*

5 *Inſtrumentum debiti,quod eſt penes notarium, ſi creditor a notario recollegit,cuius expenſis recolligi debeat.*

6 *Inſtrumentum,de quo eſt facta mentio in libello, uel poſitionibus, an debeat edi parti reſpondere debenti.*

9 *Iudex ex officio cogere poteſt procuratorem ad edendum mandatũ parti.*

10 *Hæres quòd teneatur edere inſtrumenta rei legatæ legatario, quando opus fuerit.Idem & uenditor emptori.*

LEX XXVIII.

ARiſto.exiſtimat. Poteſt peti editio ra-
tionum defuncti ꝑ
eum, cuius intereſt pro fienda deliberatione, nec ꝑ
hoc adire hæreditatẽ videtur.h. dicit. cum l.j. Nota
1 † editionem inſtrumentorũ fiendã eſſe ei, cuius intereſt,de quo
vide,quod no.ſ.de eden.l.ſi prætor.§.j.No.inſtrumenta hæredi
taria penes cohęredes deponenda eſſe,de quo in l. cæteræ.§.fi-
2 cum l.ſeq.ſ.fami.erciſcun. Et aliqñ † deponenda ſunt penes di
gniorem aut antiquiorẽ,vt in ſimili dicit d. Bal.in clauibus rerũ
cõmunium, quæ penes digniorem & antiquiorẽ deponendæ
ſunt.Ita dicit C.de eden.l.procur.facit de le.2.l.cum pater.§.pa-
ter clauibus.ſ.de fide inſtru.l.fi .& quod no. Bar. in l.j.j̃. de albo
ſcrib. No.ꝙ per petitionem editionis rationis non videtur quis
hęreditatem adire.Inducitur hæc l. Ariſto. ad plura, & primo
3 † an poſſit is,contra quem eſt facta ceſſio. petere ſibi edi inſtru-
mentũ ceſſionis a ceſſionario,quam q. diſputauit Bu. & eſt cõ-
munis concluſio, ꝙ aut ceſſionarius intentat directas nomine
dñi,& tunc edere tenetur,ne iudicium fruſtratorium ſit, arg.l.ſi
pętor.de iudi.& arg.l.fi.j̃.ne quid in loco pub. & l.fi. C. de bo.
quæ lib. Aut vtiles nomine ſuo,& tunc ſecus,arg.no. C.de pro-
cu.l.qui ſtipendia. Et ita refert Io. And.in addi. Spec.pręfatum
Bu.tenuiſſe in tit.de ceſ.act. §.j. ver. quid ſi egerit.vbi etiam per
Spec.& hoc fuit ſequutus Bar.j̃.de ſol.l.ſi duo.& C.de procura.
l.qui ſtipendia.& ita debes intelligere,quod no.Bal. in l.ſi mihi
4 & tibi.de leg.j.Secundo facit, quod procu. teneatur † edere in-
ſtrumentũ procurationis ei, qui ſecum nomine procuratorio
contrahit,& ita per hanc literam conſuluit Dy.cuius tamen ex-
penſis,an ſuis,an vero editionem petentis?Bart. in l.prætor.§.j.
ff.ex quibus cau.in poſſ.ea.per glo.quæ eſt ibi,tenuit quod expẽ
ſis procur.quod tamen intellige,vt ibi no.do. Ang. Quod facit
5 † ad id,quod no.do.Bal.in l.non ignorat. C.de fruc. & li.expen.
An inſtr̃m debiti, quod creditor a tabellione recollegit, debeat
recolligi expenſis creditoris, an vero ipſius debitoris? In quo di-
cas,ꝙ ſi creditor recolligit nulla pręcedente mora, aut negatio-
ne debiti per ipſum debitorem, quod expenſis creditoris recol-
ligi debet.Tex.eſt no.in l.eos.§.j.C.de vſuris.Secus ſi mora,aut
6 negatio pręceſſit,ita no.Bal.in prędictis locis.Tertio facit,† an [a]
a ſi peto, ꝙ reus reſpondere debeat poſitioni, aut libello, in quo
feci mentionem de quodam inſtrumento,teneat ſupradictum
inſtr̃m ſibi edere?In quo Inno. in c.1. extra de probat.tenuit ꝙ
edere teneat,vt reus deliberare poſſit,nõ autem, vt per hoc ſuã
intentionem probet.Et ita etiam tenuit d. Bal. in l. Ariſto.ſ.de
iure delibe. vide Bart.C.de eden.l.ſi legatum. Et adde ad primã
7 † q.de ceſſionario bonum tex.in l.ſi quis inficiatus. ſ. depoſi.&
8 quod no.Bar.C.de eden.l.edita.† In procur. tamen etiam ad iu-
dicia,ſi pars non peteret, quod ederetur ſibi inſtrumẽtum pro-
cur.iudex ipſe ex officio,ne iudicia ſint eluſoria, hoc facere po-
teſt,vt dixi,no.glo de elec.c. 1.lib.6.quam Bal.dicit non eſſe ali-
bi in l.exceptionem. C. de proba. licet contrarium videatur te-
9 nuiſſe Bar.in l.inter quos.§.qui in alieno.j̃.de dam.inſec.† Et ſi
eſſet procur.generalis ad plura, edet tantum particulam illam,
b quæ facit ad ſubſtantiam præſentis cauſæ. [b] ſecundũ Bald.in l.
fi.& in authen.ſi quis in aliquo.C.de eden.ad quod l.fi.C.de ꝑ-
cib.Impera.offeren.extra de fide inſtrumen.c.contingit.Eſt ſe-
cundus caſus,in quo Iudex impartitur officium ſuũ, etiam par-
te non petente,ſcilicet,quando exceptio cum obligatione naſci
tur.Nam tunc poterit iudex opponere exceptionem etiam par
te non petente.ita no.Ludo.de Roma.j̃.eodem,in l. neceſſarijs.
allegando no.per Bar.in l.cum qui.§ qui ita.j̃.de verbo.obliga.
Eſt etiam tertius caſus, quando nullum ius ſeu fundamentum
hẽt is,qui actionẽ intentat,vt l.ibi pactũ.& vbi no.de tranſa.Eſt
& quartus caſus,qñ parti ſupuenit aliqđ ius ſeu fundm̃, quo ca
ſu poterit creditorẽ repellere parte nõ petẽte,vt voluit elegãter
Bar.in l.ita ſtipulatus.in vlt.col.de ver.obl.ꝑ quo Ange. allegat
caſum in l.fullo.j̃.de fur. Quinto poterit iudex ex officio repelle
re procuratorẽ abſentis ſuſpectũ. Sextus caſus eſt in l.eum qui
10 res agit hęredum.C.de procu.† Facit vltimo, ꝙ licet ſm cõem
opi. hęres non teneatur dare inſtrumenta rei legatę legatario,
vt l.inſtrumenta.C.de fideic.& qđ ibi per legẽtes,& in l.ſi ꝓdio-
rũ.C.ad leg.Falc. per Bar.in l.2.§.dotes ꝓdiorũ.de fundo inſtru.
Item nec venditor inſtr̃a rei venditę emptori,vt l.Titius.j̃.de ac.
emp.tñ edere teneat̃,qñ opus fuerit. In glo. ibi,vel officiũ iudi-
cis. Hoc communiter tenetur per tex.hic prætoris edictum.

ADDITIONES.

a An teneat aduerſario edere inſtrumentum,de quo mentionem feci in libello, uel poſitionibus.uide Bal.in rep.l.edita in ulti. char. uer. poſt hæc dicamus, de dictione prout,C.de eden.in repe. Padu.& ibi Bar.& facit quod no. Spec. in tit.de inſtru edi.§.nunc dicamus.uer.ſed pone appellans a ſententia, de inſtru.edi.Bal.in l.inciuile.ſupra de legi.

b Cauſæ.Adde,quòd in contrarium facit quod idem Bald. in d. l.inciuile. ſupra de legi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater abſens cauſa reipublicæ, an mortuo filio ante aditam hæreditatem ad adeundum reſtituatur, & nume. 6. & ibi qualiter formabitur libellus.*
2 *Lex iſta an procedat iure hodierno.*
3 *Cautela, per quam dominus reſtituetur ad adeundam hæreditatem ſeruo delatam, quam ſeruus ipſe adire nolebat.*
4 *In integrum reſtitutio, quòd detur abſenti cauſa reipublicæ non tantum in damno uitando, ſed etiam in lucro captando, quod intellige ut ibi.*
5 *Ratio lucri haberi debet, quando abſque alterius iniuria acquiri potuiſſet.*
6 *Dominium ſi quis proponit in libello, quòd vt libellus ſaluetur, intelligitur de utili, licèt proprie ueniat directum. in fine.*
7 *Abſens cauſa reipublicę, quis dicatur.*

LEX XXX.

CVm quidã. Impeditus iubere propter iu-
ſtam abſentiam, reſtituitur ad
1 adeundum. h. d. No. † patrẽ reipublicæ cauſa abſen-
tem mortuo filio ad adeundum reſtitui, vel ad hæ-
reditaria commoda, vt per hoc fiat hæres vniuerſaliter ſecun-
dũ opin. Bal. & Ang. & omniũ legentium, de quo dicetur in gl.
2 Aduerte † tamen ad vnum dubium, vt hic trepide attentat do.
Rapha. videlicet, an l. iſta procedat iure hodierno, de quo ſecũ-
dum opin. no. in §. iuſſum. & in l. is qui hæres. §. neque filius. ſ.
eodem. Filij adire poſſunt hæreditatẽ aduentitiã, & abſente &
ignorante patre, & ſic abſque iuſſu. vnde videtur, quòd cum fi-
lius fuerit negligens in adeundo, talis negligentia patri noceat,
l. j. C. qui admit. & ſic iſta l. non videtur poſſe procedere, videli-
cet quòd pater ipſe ad adeũdum reſtituatur, qđ ipſe ſub dubio
reliquit. Tu forte poſſes dicere no. per Bal. in d. §. neque filius.
videlicet quod l. fi. C. de bon. quæ lib. non habeat locum in re-
pudiatione tacita per curſum temporis, ex quo ſequitur, quod
ſi ipſe filius fuit negligens in adeũdo, adeo ꝙ tali iure pſũmptio
ſit, talis negligentia patri nocebit, adeo quod ipſe adire nõ po-
terit. Præterea non habet locum d. l. ſecundũ eundem, ſi filius
ante aditam hæreditatẽ moriatur, & pater ante mortem nõ adi
uerit, quia eo caſu poſt mortem adiri non poteſt, & ſic videtur
vera opi. do. Rapha. niſi ipſe filius malitioſè neglexiſſet hæredi
tatem adire, quia tũc habetur pro repudiata, vt l. recuſari. j. eo-
dem, ſecundum Bar. in loco præalleg. de iure tamen forte eſt di
cendum ꝯrium, immo quod caſus huius legis ſit incorrectus, &
per eum videtur dari notabilis limitatio ad prædicta dicta Bar-
to. videlicet, quòd ſibi locum vendicet, niſi pater abſens eſſet rei
publicę cauſa, quia tunc ratione iuſti impedimenti, licet filius
ante aditam deceſſerit, prætor ei ſubuenit per in integrum re-
ſtitutionem. vt hic, & in gl. alleg. Cogita tamen. Et hoc videtur
ſentire Ang. licet non expreſſe. Et per hanc legem videtur poſſe
3 dari cautela, † quòd ſi inſtitutus ſeruus, quem dominus ſcine-
rit nolle adire, ꝙ ſe abſentet reipublicę cauſa, quouſque ſeruus
decedat, quia tunc ei competit in integrum reſtitu. ad aditionẽ,
& ſic hæreditatẽ habebit, qm̃ aliàs per ſeruum habiturus non
eſſet, licet tamen cautela non procederet, ſi probaretur talẽ do-
minum affectate ſeu dolo, & ob hanc cauſam reipublicę cã ab-
ſentaſſe, vt l. is qui reipublicæ. & l. qui data. ſ. ex quibus cau. ma.
Item videtur, quòd nullo modo procedere poſſet. In integrum
enim reſtitutio non datur abſentibus reipublicæ cauſa ad illa,
quę etiam ſi talis abſens præſens eſſet, amitteret, vt eleganter di
xit litera in l. antepe. ff. eodem titu. cum ſeruus nullo modo adi
re vellet, & ſic ſiue dominus præſens fuiſſet, ſiue non, ei per ſer
uum acquiſita non eſſet hæreditas: videtur talẽ abſentẽ reſtituẽ
dum non eſſe, & hoc teneas, licet quidam moderni hic dicant
4 contrarium. In gl. † ſuper ver. ſubueniri. ibi, in lucro. Et ſic in in-
tegrum in damno, ſed & etiam in lucro captando. Quod tñ in-
telligas, dummodo tale lucrum captari potuiſſet abſq; alterius
iniuria, alias reſtitutio non daretur, vt l. ſciendũ. & l. denique. ſ.
ex quib. cau. ma. & hinc eſt, ꝙ alibi dixit glo. quæ cõmuniter re
5 putatur ſing. in l. ſi quis vxori. §. ſi ſeruus. j. de fur. ꝙ † vbicunque
lex dicit debere haberi rõnem lucri, debet intelligi, ſi abſq; alte
rius iniuria acquiri potuiſſet, & ita ibi dicit Bar. limitari ea, quę
dicuntur per glo. & Doc. in l. j. C. de ſen. quæ pro eo quod inter.
6 profer. In ea. ibi, petet † reſti. & ſic dicit glo. quod pater ad adeũ
dum reſtituitur, quam hic improbat Bal. & Ang. & cõiter legẽ
tes, quia reſtitutio affert illud, quod abſtulit lęſio, vt l. qđ ſi mi-
nor. §. reſtitutio. ſ. de min. Sed pater nunq̃ iſtud ius adeundi ha-
buit reſpectu hæreditatis filio delatæ, igitur. Et pro hoc dicit, ꝙ
dabitur reſtitutio ad cõmoda hæreditaria conſequenda, & pa-
ter hæres vtiliter nõ directo fiet. Et ſi hoc eſt verum, male ſum-
mata fuit hæc l. Sed forte poſſet dici ꝯrium, quia in pluribus le
gibus videmus hæredem ad adeũdum reſtitui, & ſic ad ius, qđ
nunquàm habuit ex perſona defuncti, vt probatur in l. Panto-
nius. j. eo. & in l. j. C. de reſti. mil. Aduerte tamen, quia ſi verum
eſt, quod ipſe dicit, non procedit id, quod ex eo inferunt, videli-
cet quod male libellat pater, ſi ſe petit ad adeũdum reſtitui, ſed
debet libellare, quod petat ſe reſtitui ad hæreditaria commoda.
Hoc enim non videtur procedere, quia licet dicat ſe reſtitu. ad
adeundum, tamen intelligimus vtiliter non directo pro ſaluan-
do libello, cum verba ſunt latiſſime interpretãda. Ad hoc ſ. de
iudi. l. ſi quis intentione. & no. Innocen. in c. licet cauſam. circa
fi. Ad quod facit, quod dicit in ſimili, ſi propono in libello me
dominum, & ſim vtiliter dominus, licet regulariter dominium
referatur ad directum, argumen. l. qui in perpetuum, ſi ager ve
ctig. vel emphy. pe. attamen propter ſaluandum libellum in-
telligimus de vtili, de quo per Bar. in l. ſi mater. §. j. de execu. rei
7 iudi. & per Bal. ſ. de condi. inſti. in l. ſi ex teſtamento. In glo. † ſu-
per ver. aberat. no. gloſ. qui dicantur reipublicæ cauſa abeſſe.
de quo tamen vide plenius in l. abeſſe reipub. cauſa cum mul-
tis ſim. ſ. qui. ex cau. ma. Et no. impropriari poſſe hoc verbum
reipub. pro ſaluandis libellis. In eadem gl. in fi. dum opponit de
ſecundo, tu dicas, ꝙ nõ reſtituitur ex perſona filij principaliter,
ſed propter ſuam abſentiam, vt ſ.

SVMMARIVM.

1 *Legitimi & conſanguinei differunt, & qualiter.*
2 *Conſortes qui dicantur.*
3 *Venter plenus quòd impediat ſequentes in gradu adire.*
4 *Tria concurrentia impediunt aditionem hæreditatis. Et tria concurrere debent, vt poſſit adiri.*
5 *Syndicus, qui ex forma ſtatuti maleficia denunciare tenetur, an teneatur denunciare maleficia, de quibus eſt cõis opinio, & an ſeipſum.*
6 *Id putatur, quod iuſta ratione putatur, ſecus ſi non iuſta ratione.*
7 *Opinio communis quòd iuſtam efficit credulitatis cauſam, & illa ſequenda eſt, nume. 12.*
8 *Peritis in arte ſua credendum eſt.*
9 *Peritus in arte cum deponit, an de veritate, an de credulitate iurare debeat.*
10 *Sententia lata ad relationem peritorum, nunquàm tranſit in rem iudicatam. Idem in ſententia lata de conſilio ſapientis.*
11 *Fama qualiter opinione multorum inducatur.*
12 *Probatio, quæ fit per illos de domo, uel vicinia, quòd ſufficiat ad probandũ facta in domo, uel uicinia.*
13 *Poſthumus iure hodierno exhæredari non poteſt.*
14 *Differentia eſt, quando venter in poſſeſſionem ratione ſui, & quando ratione ulterioris in gradu.*
15 *Bonorum poſſeſſio qualibet lato ſumpto uocabulo poteſt dici edictalis.*

§. Quod dicitur. Venter, qui pariturus eſt poſt-
humum præcedẽtem in gradu,
facit interim poſteriores differre, & hoc ſiue in veritate plenus
ſit, ſiue communi opinione poſteriorum: ſecus ſi vacuus ſit, &
hoc ſecundum quod diſponitur in ver. quod dicitur. hoc dicit,
ſm Bar. vſque ad §. ſuum. & diuide §. hunc, vt diuidit hic Barto.
No. tex. pro his quæ notantur in l. antiqui. ff. ſi pars hęre. peta.
1 Item no. † differentiã inter legitimũ & conſanguineũ. Conſan-
guineus enim ſm gl. eſt ex materno latere. & qui agnati, & qui
cognati dicuntur, vide Inſti. de legi. agn. tute. Cõmuniter tamẽ
vocamus conſanguineos ſecundũ legentes hic oẽs, qui iure con
ſanguinitatis nobis affines ſunt, vt probatur per rub. extra de cõ
ſang. & affi. c. non debet. ſecus tamen dicimus in conſortib. Cõ-
2 ſortes enim appellãtur proprie illi, qui nobis proximi ſunt † nõ
ratione ſanguinis, ſed dominij participatione, vt probatur C. de
contrahenda emp. l. dudum. quẽ tex. ibi Bal. ponderat pro Flo-
rentinis & Senenſibus, quorum eſt hoc vocabulũ. Ipſi tamẽ de
conſuetudine habent conſortes nominare ẽt eos, qui proximi
ſunt ẽt ſanguinis rõne. In quo ẽt eſt aduertenda conſuetudo lo
quendi. Ad quod l. librorum. de leg. 3. & de illo verbo, conſan-
guineus, vide quod dicit hic Barr. & no. ad ſtatuta de conſan-
3 guineis loquentia. No. † ꝙ venter plenus vere impedit ſequen-
tes in gradu adire. Huius ratio ſubtiliter colligitur ex illo tex. cũ
eo modo, quo quando ſicut poſthumus natus eſſet, impediret
quouſque ipſe admitti poteſt ſequentes adire, vt maneant in
ſucceſſione. Et ita pariformiter quando in vtero eſt, cum ad ſui
commodum habeatur pro iam nato, vt hic, & in l. qui in vtero.
cum ſimi. Idem & ſi putatiue vẽter ſit plenus, aditio vitiatur, &
4 hoc propter hæredis incertitudinem, arg. in l. is poteſt. † No. in
ver. quod dicitur. cum præcedente, coniuncto ſummario, quod
tria ſunt quæ habent aditionem ſequentis in gradu impedire:
videlicet veritas, cõmunis opi. ſeu propria ipſius hęredis, quod
venter plenus ſit, licet in contrarium ſit veritas, & iſtorum ſuffi-
cit vnum concurrere ad impediẽdam aditionem. Similiter tria
ſunt, quæ concurrere debent in vnum, vt poſterior adire poſſit,
videlicet illa tria præcedentia, & quod venter vacuus ſit. Aduer
te ad vnum, quod dicit hic Rapha. Cu. videlicet, quòd ſi cõmu-
nis opin. ſit ventrem plenum eſſe, poſterior tamen vere ſciat eũ
eſſe vacuum, quod non obſtante communi opi. adire poterit.
Et ita dicit dicere Bar. hic per ver. ſed ſi ipſa. Et hoc dicit tenen-

dum eſſe,licet glo.hic pe. teneat contrarium. Mihi tamen vr,ꝙ Bar.hoc non dicat,ſiue loquatur in caſu ſatis diuerſo, ſiue in caſu iſtius. ſ.quando mulier, quæ plenum ventrem dicebatur habere,inſtituta fuit,quo caſu,cum de ipſius facto agatur dupliei. Primo,quia inſtituta. Secundo ratione ventris, ſufficit eam ſcire ventrem vacuum eſſe,licet cõis opin. ſit in ɔ̃rium, & ita recte intuenti loquitur Bar.hic, ſecus eſſet ſi hæres alius a muliere inſtitutus, quo caſu licet ipſe vere ſciat ventrem vacuũ eſſe, tamen ipſe adire non poteſt cõmuni opin. facta in contrariũ, & ita ſi recte inſpicias eſt caſus in ver.quod ſi ipſa.coniuncta gl. in ver.putet. vnde ſatis miror, ꝙ Domi. Rapha. hoc non vide-
5 rit.† Et ex hoc infertur ad ſecundũ quòd etiam recte non videatur recitare Bar.referendo eum,per hunc tex.argui poſſe ad quõnem,ſi ex forma ſtatuti ſyndici teneniur iudici denunciare maleficium,& communis opi.ſit quod Titius occidit Seium,quòd non tenentur denũnciare,quia ſalua reuerentia ipſius Bart.hoc non dicit,ſed poterit hic verſi.facere ad quæſtionẽ,quòd ſtante dicto ſtatuto,ſi aliquo caſu ſyndicus teneretur denũciare maleficium a ſe commiſſum, & communis opinio ſit ipſum commiſiſſe,ſi tamen veritatem ſciat eſſe in contrariũ,ipſe denunciare non tenetur. Et ideo aduerte ad quod dicit do. Rapha. Primo,quia hoc dicit Bart. Secundo, quia forte non videtur verũ, immo quòd ſyndicus in caſu quæſtionis ſuæ teneatur denunciare:nam talis denunciatio conſtituta eſt ex eo,vt iudex cognoſcat,an inculpatus maleficium cõmiſerit, non autem ſyndicus de hoc impedire ſe habet, cum æquiparatur mero executori, & dicatur eſſe tanquàm pica in denunciatione, vt colligitur ex no.per Bar.in l.diuus.de cuſt.reo.& pro hoc facit,quod ipſe idẽ Bar.no.in l.ſi quis in graui.§.ſi maritus.ff.ad Sill. & l.interdum. §.diuus.ɔ̃.de publ. vbi dicit,ꝙ ſtante tali ſtatuto, talis ſyndicus tenetur denunciare dictum maleficium, quantũcunque non ſit punibile,ex quo ipſe hoc cognoſcere non habet, & ita ſimiliter dicamus in caſu iſto. Vlterius aduerte hic ad id, quod dicit Barto. hic, quia videtur mihi durum aliquem caſum reperiri poſſe, in quo ſyndicus ſeipſum delinquentem denunciare teneatur,quia ſi non tenetur denunciare conſanguineos, in quos inuitus non dicit teſtimoniũ,ſm Bar. in d.l. diuus.in fi. multominus ſe,vt dicit canon,non tibi dico, vt pandas crimen tuũ. & in l.j.ɔ̃.de reb.eo.cum ſi.pro quibus cogita. Vlterius no.ꝙ aſſertio
6 eius,de cuius facto agitur,inducit iuſtam credulitatẽ aliis. No.ꝙ id putari dr̃, quod iuſta rõne putatur. Quod enim non iuſta rõne putatur,deridendũ eſt,de nego.geſt.l.ſed an vltro.§.i. ibidũ
7 dicit,ſed hanc ſententiã Celſus eleganter deridet.†No.ꝙ cõmunis opi.iuſtam efficit credulitatis cauſam,quod facit, vt non puniatur ſyndicus denuncians aliquem maleficiũ commiſiſſe,de quo eſt communis opin.licet in contrariũ ſit veritas. Quod ponunt hic cõmuniter legentes.& Bal aliàs Bar.in l.fina. de hære. inſti.& facit ɔ̃.de adulter.l miles.§.pen.& quod ibi no. per eun-
8 dem.†No. dictis obſtetricis credendũ eſſe. Et ſic cuilibet magis credendum eſt in arte ſua,ꝙ̃ alteri. Ad quod facit de or. iu.l.2.§. poſt hoc.in tex.& dum dicit,turpe etenim eſt. & quod no.Bar.
9 in l.ſi in rixa.in fi.ɔ̃.de ſica. An autẽ tales† deponentes de arte eorum iurare debeant de veritate, an de credulitate?ſuccincte tetigit hic Ange. de quo plenius vide per Vber.in proœmio Dige-
10 ſtorum.& per d. Anto.de proba.c.propoſuiſti. Et no. † quòd facit iſte tex.ad id quod no.voluit Ioan. And. in addi. Spec.in tit. de homic.§.j.ver.ſed pone A.vulnerauit B.ꝙ ſentẽtia lata ꝓ̃textu medicorum aut artificum de eorũ arte deponentium, nunquàm tranſit in rem iudicatam, adeo quòd alio quocunque artifice melius dicente,ſemper illa ſententia retractari poteſt. Ex quo ſingulariter inferebat do. Anto. de Bu.in d. c. propoſuiſti. quòd ſentẽtia lata prætextu conſilij ſapientis,nunquàm tranſit in rem iudicatam. Et vide Bal.in l.ſi ab hoſtibus.§.j.ɔ̃.ſol. matr.
11 qui idem tenuit,quod Ioan.And.licet non alleget. No.†famam induci per multorum opi. quod ponit Bar.in l.de minore. §.tormenta.de queſt.& glo.in §.eiuſdem.de teſtib. Quod tamen intelligas verum,quando eſt tale factum,quod adeo ſui natura arduũ eſt,ꝙ nõ poteſt eſſe,niſi notorium, vt puta mors magni regis,aut principis. In factis etenim priuatis ſufficit ad inducendã famam priuatorũ opi. q ſm ſcire poſſunt,vt puta domeſticorũ, ſeu vicinorũ. Quod probatur ſecundũ legentes per glo. hic in verſi.ſed ſi ſit.Ea etenim quæ in domo aguntur, poſſunt per illos de domo probari,C.de rep.l.ex conſenſu.Ita eorum.quæ in vicinia aguntur.ſufficit vicinorũ teſtificatio,vt l.2. C. quãdo fiſ. vel priua. in glo.facit ſ̃.loca.l.dominus horreorũ. cũ ſi. Vltimo aduerte ad vnũ,quod dicit hic do.Io.& vr̃,ꝙ ſi de ventre, an vacuus vel plenus ſit,non eſt cõis opi.nec pro.nec ɔ̃ra, ſufficit ad eius poſteriores adire volentes ſm opi.cõis.& dicit,ꝙ ſic, dummodo ex aliqua iuſta cauſa cauſetur per il ũ ver.qđ dr̃,& hinc tex.Bar in l.is põ.in materia famæ ad multa induꝫ,quæ ibi vi
12 de per eum. No. † vltimo ex ver. quod dic t. communẽ opinionẽ ſequendam fore. Ad quo . s.de inſti l.athletas. in princip.Et hinc eſt,ꝙ propter ſingularẽ opi. videlicet famoſi Docto. non debemus recedere a cõmuni,vt ſ̃.de ſenat.l.j.in fi.cum ſi. & dicemus in l.Clodius.ɔ̃.eo.In glo.ſuper verſi.ſed ſi ſcit.ibi,in ſuo ſecus.Et quæ ſit ratio,dicemus in §.ſuum.In ea.ibi, qui hoc ſcire poſſunt.No.hanc glo.ad id,quod dixi in no.In glo. ſuper ver.ad
13 teſtatos.ibi,dum dicit, item ſi exhæreda. Hoc hodierno † iure non procedit,quia manifeſtũ poſthumum exhæredari nõ poſſe,vt in l.ſi quis in ſuo.§.lege.de inoffi.teſta. Et hinc eſt, ꝙ exhæredatio illa præteritionẽ operatur,vt dicit illa cõmunis glo.in l. ſi poſthumus apud.ɔ̃.de libe. & poſthu. Quamobrẽ idẽ teneas in caſu huius legis, quando poſthumus eſt exhæredatus, quod teneas quando eſt præteritus.In glo. ſuper ver. legitimum. ibi, ſed non conuertitur,vt l.non hæredibus. In eadem ibi, propter id quod poſtea dixi.de ventre.Hanc non teneas, ſed ſoluas ſecũdum cõmuniter legentes, quod & imo iſte tex.& inferioribus in gradu a ſuo loquitur,qui licet non poſſunt mitti in poſſeſſ.ventris nomine propter ɔ̃tabu. mittentur ex alio capite edicti prætoris,vt puta per vnde legitimi,& ſi.vt l. ſi.de ven.in poſſeſ.mit-
14 ten.Longa † tamen eſt differentia, quando venter mittitur rõne ſui,& quãdo ratione vlterioris in gradu,quia primo caſu venter ali debet,etiam ſi habeat aliunde, vnde ſe alat, vt l. curator. eo.titu.Secundo caſu non aliter ali debet, quàm ſi non habeat vnde ſe aliunde alat,vt l.extraneo.eo.tit. & multæ aliæ ſunt,de quibus in d.l.fi.& d.l. vbicunque.§.j.ff.eo. tit. In glo.ſuper verbo,edictalem. ibi, & ſemper dic quod redit ad poſthumũ ſuũ. hæc eſt falſa. Et rene ſol. quæ data eſt in glo.præcedenti, quia ſi hoc eſſet, quod dicit glo. Vber. hic,non referretur ad proxima præcedentia,quod eſt falſum,arg.l.ſi idem cum eodẽ. §.j. cum
15 ſi.de iuriſdi.om.iudi.In ea.ibi, item dicit.dicas † quòd generaliter ſumpto vocabulo quælibet bonorũ poſſeſſio poſſit dici edictalis,quæ fundamentaliter ex edicto prætorum fundatur, ſed ſtricte loquendo procedit.quod hic dicit gl.Item hodie ſufficit in qualibet bonorum poſſ. ſimplex agnitio,vt l.fi.C.qui admit.

SVMMARIVM.

terpretari, vt minus obligationis inducat. Ad quod ſ. man. l. ſi mandato Titij. In glo. ſuper ver. calumnia. dicas ſm Bar ꝙ principium loquitur in ſeruo paterno, finis autè in ſeruo proprio. Moderni tñ ſuſtinent ſo gl. ſecundam, quia immo hic ponderatur abſtentio per ipſum Iuriſcōſultum, quod probatur, quia reſponſio debet fieri ad interrogata, l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. de interro. act. & ſic hæc ſol. ſecunda procedit, habes addere ad hunc tex. pro ſimili ab aliis, de quo Bar. facit ſeſtum in l. pro hærede. §. Papinianus. ſ. eo. pro limitatione l. qui in aliena. §. Cel
3 ſus. ſ. eo. Item & ſic pro prima † ſol. gl. habes limitare omnia iu
ra dicentia, ꝙ per tacitum actum inducitur hæreditatis aditio, quia hoc non habet locum in milite, ſed in pagano tantum.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum, quòd nupta extra territorium Mediolanenſe non ſuccedat in patrimonio ſeu hæreditate Mediolanenſi, an comprahendat filiam, quæ antequam nupſit, ſe immiſcuit hæreditati paternæ.*
2 *Statutum diſponens contra libertatem dotis, quòd ſit ipſo iure nullum.*
3 *Libellus, in quo fideicommiſſarius petendo rem hæreditariam dicit ſe hæreditatem adiſſe, quòd non procedit.*
4 *Par in parem ſuæ iuriſdictionis non habet iuriſdictionem.*

L E X XLIII.

HAeres per ſeruum. Non ſummatur, quia clara eſt, & per glo. quæ hoc dicit. ꝙ poſtquam hæreditas adita eſt, non dr̄ amplius hæreditas, ſed ipſius hæredis patrimoniū, vt in ea. Sed in l. ſed ſi plures. §. a filio. de vulg. & pup.
1 Dicit hic † Raph. Cu. de facto allegaſſe in ciuitate Papienſi, &
ita obtinuiſſe, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ nupta extra territorium Mediolanenſe non ſuccedat in patrimonio ſeu in hæreditate Mediolanenſi, ꝙ ſi mulier priuſquam nuberet, ſe paternæ hæreditati Mediolanēſi immiſcuit, & poſtea nupſerit, ꝙ hæreditatem amittere non debet, eo quia non poteſt dici hic hæreditas, poſtquā immiſcuit, ſed ipſius filiæ patrimonium. Et ſic vendicant ſibi locū verba ſtatuti, quæ proprie intelligenda ſunt. vnde ſtatutum intelligendū eſt, ſi ante immiſtionē dicta filia nupſerit, & hoc dicit eſſe dictum ſuū no. Sed ſalua reuerentia immo fuit dictū Bal. proprie in ſtatuto Mediolanenſi, & per hanc rationē in l. ſi a matre. C. de ſuis & leg. Adde tñ vnam l. quæ no. hoc probat in his terminis, l. ſi poſtea. quæ eſt finalis. j. vn. lib. vnde

& pro

2 & pro hac q.dicit eſſe caſum no. No.† regulam, ꝙ ſtatutum di-
ſponens ꝯ libertatem dotis,eſt ipſo iure nullum,hoc voluit Ioã.
And.in c.ſtatutũ.de hær.lib.6. In gl.ibi, improprie. propter hoc
3 † tñ libellus non vitiaretur, immo ſuſtentaretur,licet poſtquã
hęreditas ſit adita,hæres petat rem vt hæreditariam, vt conclu-
ditur in d.§.a filio.No.tamen,ꝙ fideicom.petendo aliquam rẽ,
dicit hæreditatem per eũ aditam , iſte libellus eſt nullus & ine-
ptus,quia ipſe nunquam adit,ſed ſibi reſtituitur,l.reſtituta.§.fi.
ad T reb. & hoc dicit ſe conſuluiſſe Bar. in l.ſi non lex Elia Sen-
4 tia.§.pen.ſ.de hær.inſtit.In ead.ibi,& † aſinus auribus.idem di-
cit gl.in d.§.veteres.Ex qua dicit Old. in ſua diſputatione, vt re-
fert hic Bal.ꝙ par in parẽ ſuæ iuriſdictionis potentiam non ha-
bet,de quo vide in l.fi.de rer.diui.& in d.c.innotu it.de elec.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per pupillum bona fide,quando valeant.*
2 *Geſta per prælatum bona fide,an firma maneant, licet prælatus reuoce-
tur,& ibi quid in falſo.*

LEX XLIIII.

QVoties. Geſta per pupillum adeũtem bona fi-
de, firma manẽt, licet aduerſus aditio-
1 nem in integrum fuerit reſtitutus.h.d. † No.geſta p
pupillũ bonafide firma manere, licet poſtea per in
integrum reſtitutionẽ abſtinuerit. Quod tñ intelligas verũ,ni-
ſi ea geſſerit bona fide, quæ ex teſtõ dependebant, vt quia lega-
ta ſoluit, hæc enim ſol. firma non remanet, ſed quod ſolutũ eſt
legatorum nomine,repeti poteſt,vt l.nõ eſt nouum.cum l.pce-
denti. & quod ibi no. per Bar. de cond. indeb. Et inducitur iſte
2 † tex. per Legiſtas, ꝙ geſta per prælatum bona fide, firma ma-
nent, licet poſtea deponatur, ſecus ſi mala fide, vt l.tutores. de
condi.indeb.Et hoc procedit in eo, qui poſſeſſionem prælaturę
habuit veram,ſed poſtea ob aliquod vitium depoſitus eſt,ſecus
a eſſet in eo,qui eſt prælatus [a] intruſus, hoc eſt,qui nunquam ve-
rum titulum habuit prælaturæ. Tunc enim geſta per talem nõ
valent ſm Legiſtas, qui in hoc ſimpliciter tranſeunt, de quo p
gl.& legentes in l.ſi tutor.C.qñ in integ.reſt.non eſt neceſſ. & l.
iuſiurandũ,quod ex conuentione. de iureiur.& in l.j.& 2. C.de
eo qui pro tut.& l.quæro.quod fal.tut.autho. vbi ſubtiliter per
Bal.& Bar.in l.ſi vrbana prædia.de condi.indeb. Ad hoc allegat
Cano. & ibi vide, maxime Innoc. in c.cum tu.& in c.cũ dilecti.
de elec.& vltra eum vide, quod idem no. extra de cenſi.c.cum
olim.& vide extra de cẽſi.c.auaritiæ. in 6.vbi de prælato electo
nondum confirmato, an geſta per eum valeant, vt in c. cum ex
eo.eo.tit. Ang iñ in l. qui hominem. §.ſi nullo.j.de ſol.dedit in
hoc duas limitationes. Prima,niſi vetus prælatus rata habuerit
ea,quæ per falſum geſta ſunt,tunc enim illa firma manent,vt l.
ſi quis offerenti. eo.tit. & l.ſi procuratori falſo. ſ. de condic.ob
cau. Secunda.niſi illa, quæ geſta ſunt per falſum, in vtilitatẽ ec-
cleſiæ ſint conuerſa,quia tũc ẽt abſque ratificatione valent, vt
in §.ſi prædo eiuſdem l.qui hominẽ.& hoc no.& vide ad hoc l.
ſi quis ſeruo.& l.ſi ſeruus.& l.ſi fugitiuus.eo.tit.Ang.

ADDITIO.

a Prælatus. Adde,ꝙ verba Doct.maxime Bar.& Bal. in iſta q.ſunt hæc,videlicet,
pone,quidam eſt electus in abbatem, & intruſus eſt in monaſterium, & col-
ligit fructus & penſiones,an penſionarij ſint liberati? & dicendum,ꝙ aut pẽ
ſionarij conduxerunt ab iſto intruſo,& ſoluendo ſunt liberati, vt l. ſi vrba-
na. ſupra de condic.indeb.nec poſſunt opponere illi conductores,ꝙ non eſt
vere prælatus,quoniam cum eo tanquam cum prælato contraxerunt. Aut ve
rus abbas locauit, & non ſunt liberati ſoluendo intruſo,vt in vltimo caſu
d.l.ſi vrbana.quod eſt verum,niſi habent iuſtam cauſam credendi eum abba-
tem,vt quia forte habebat confirmationem ſuperioris,licet de iure non te-
neret,vt l.cum fundus. §.ſeruum. ſupra ſi cert.pet.& per Innoc.in c.querelã.
de elec.an autem ex locatione intruſi competat querela,vel actio vero abba-
ti? & dicendum eſt ꝙ ſic,etiam ſine ceſſione,licet in priuatis ſecus,& fauore
eccleſiæ. Et idem in milite & pupillo, vt l.ſi vt proponis. C.de rei vendic. &
l.2.quan.ex fac.tu.

SVMMARIVM.

1 *Opera diurnum eſt officium,& magis in facto,quàm animo conſiſtit.*
2 *Seruus dotalis inſtitutus cui acquirat.*
3 *Acquiſitum mei contemplatione, videtur ex re mea acquiri.*
4 *Societas contracta cauſa quæſtus & compendij, videtur tantum contracta
in his,quæ ex induſtria & opera ſociorum requiritur.*

LEX XLVI.

ADitio. Aditio hereditatis in opera ſeruili nõ cõ
ſiſtit.hoc dicit. Et ex hoc infert tria Iuriſ
conſultus, quæ videbis in tex.& hanc l.diuide vt hic
per gl.& Bar.No.hęreditatis aditionẽ, in ſeruili ope
1 re non conſiſtere.& hoc ex † eo quia opera diurnum officiũ eſt,
& in facto cõſiſtit, vt in l.j.de oper.lib.hæreditatis autem aditio
magis animi, ꝙ̃ facti eſt, vt in l.pro hærede.in princ. ſ.eo. No.
2 ſeruum dotalem † hæredem inſtitutum in dubio pręſumi con
templatione vxoris inſtitutum. Et hinc eſt, ꝙ actione de dote
agit vxor ad recuperandum hæreditatem illam, ſecus ſi contẽ-
platione mariti,quia tunc ipſi marito incommutabiliter acqui-
3 ritur, vt hic,& ſ.ſol.mat.l.dotalem.& l.ſi dotalis ſeruus. † No.ꝙ
acquiſitum mei cõtemplatione, videtur ex re mea acquiri.No.
4 ſocietatem ꝯtractam cauſa quæſtus & compendij, ꝯtractam videri
tantum in his, quæ ex induſtria & opera ſociorum acquirũtur,
vt in l.coiri. & in l.ſeq. ſ.pro ſoc. Et idem ſi ſimpliciter inita ſit,
vt ibi dicit litera. & facit tex.ad no. in l.ſi qs mihi bona.in prin.
ſ.eo. & dicetur in l.ſi ſeruus eius,qui capere.j.eo.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia ꝙ non cadat in facto proprio, niſi tale factum eſſet de longin-
quo, vel multum intricatum. & vide nu.6.*
2 *Interrogato de facto proprio non eſt dandus terminus ad ſe informandum,
ſeu reſpondendum.*
3 *Terminus ad reſpondendum pro his,de quibus quis certus eſſe debuit ante
ceptum iudicium,nunquam datur.*
*Cautela,ꝙ in cauſis,in quibus in facto proprio iuſta cadat ignorantia, de-
tur terminus ad reſpondendũ deliberate, quia tunc non poteſt reuocari
prætextu erroris.*
4 *Dubitatio circa teſtamentum, licet impediat aditionem fiendam, non ta-
men impediat iam factam,ſicuti nec impedit quin hæres poſſit intenta-
re beneficium l.edicto.C.de edic.diui Adr.nu.5.*

LEX XLVII.

CVm falſum. In facto ꝓprio nõ cadit igno-
rantia, in alieno ſic.hoc dicit.
1 No.ex litera iſta regulam, ꝙ † in facto proprio non
cadit ignorantia.Ad hoc j.pro ſuo. l.fi.ſ.ad Velleia.
l.quamquã.cum ſi. Quod tñ verum intelligas, niſi factum pro-
prium eſſet de longinquo, quia tunc in eo iuſta eſt ignorantia,
ſeu ſit factum implicitum. In iſtis enim caſibus ignorantia in
facto proprio cadere põt. Ad e hoc ſ.de pac.l.emptor Lucius.j.
de Car.l.3.§.dnę cauſæ.& quod no.Bar.vbi has limitationes tra
dit,j.de noua.l.ſi quis delegauerit.j.de lega.j.l.ſi res obligata,de
2 confeſſ.l non fatetur.Et hinc eſt, ꝙ † dicit hic Cy.quem legen-
tes ſequuntur, ꝙ interrogato de facto proprio non debet dari
terminus ad ſe informandũ, ſeu reſpondendũ, cum certus eſſe
debet.Et idem no.dixit Innoc.in procur.qui poſtquã dominus
citatus fuit ad reſpondendũ libello,in tali cã fuit ab eodem con
ſtitutus, tunc.n.eidem procuratori non debet dari terminus, vt
ipſe inſtruatur a dño, qualiter libello debet reſpondere, cũ præ-
3 ſumatur dñs miſiſſe eum inſtructum. Et hoc eleganter † dixit
in c.cum dilectus filius. extra de procu.in prin.per illũ tex.quod
no.& hoc bene colligitur ex tex.quem no.Bar.in l.ſi qñ.C.de di
la.vbi dicit illum tex.eſſe no.ꝙ nunquã pro his,de quibus quis
certus eſſe debuit ante cęptum iudicium, terminus ad rñden-
dum dari debet. Bonum tñ eſt ad cautelam his caſibus, in qui-
bus in facto proprio iuſta cadat ignorantia, terminũ dare, quia
tunc nunquã tñſio facta poſt dictum terminũ ad deliberate re-
ſpondendũ reuocari poteſt prætextu erroris, vt voluit gl.no.ex-
tra de diuor. c. ex literis. Pro eius tñ intellectu vide qd dixit Bal.
C.de lib.cau.cum precũ.de iu.& fac.ign. error.licet illa gl.indi-
ſtincte per eũ fuerit reprobata in l.iuſiurãdũ & ad pecunias. in
princ.de iureiur. Et hoc no.de iſto verbo, cõſcientia.quem tex.
4 adde ad dicta in §.iuſſum. In gl.ſuper verbo, † adire. ibi,ſol.n.õ
adierat.No.ex hac gl.ꝙ illud,quod dr̃ dubitationem circa teſta-
mentũ impedire aditionẽ, verũ eſt in aditione fienda. ſed non
in iam facta. & hoc voluit Bar. ſ.eo.l.is poteſt.allegando iſtã gl.
5 In eadem in fi.No.† ſingulariter hanc particulam gl.ꝙ licet du-
bitatio de viribus teſtamenti impediat aditionem,non tñ impe
dit,quin hæres poſſit intentare beneficiũ l.edicto. C. de edi. di-
ui Adr. Et hanc cõiter ſequuntur legentes,excepto Io. de Imo.
qui dicit de iure verius ſibi videri ꝯtrium. Nam ad hoc vt cõpe-
tat beneficium illius legis, oportet, ꝙ ſit hæres & ſic ꝙ poſſit
adire, vt ibi dixi. Dubitans de viribus teſtamenti non poteſt adi-
re,& ſic nec hæres eſſe. mihi verius videtur dictum glo. quia li-
cet dubitatio de viribus teſtamenti dicatur impedire aditionẽ,
tamen debet intelligi de effectuali aditione, per quam hæres
commoda omnia hæreditaria conſequitur, & merito dubita-
tio talem aditionem impedit. non autem intelligendum eſt,ꝙ
impediat beneficium iſtius legis, edicto. vbi ſufficit ſuperficia-
lis & non plena aditio,& merito,quia non tractatur de tam ma
gno præiudicio,vt in caſu præcedenti.Quòd hoc ſit verum,vo-
luit glo.in l.hæres inſtitutus.ſ.eo.ideo ſequere glo. Et de articu
lo ſupra tacto,an & quando ignorantia in facto proprio ſeu alie
no admittatur, vide vltra omnes alios in repet. do.Ant. de But.
in c.ab excommunicato. de reſcrip.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum finitur etiam furore ſuperueniente, & an furore ceſſante mandatum reſuſcitet, nu. 3. & vide nu. 5.*
2 *Fienda facilius tolluntur, quam iam facta.*
4 *Factum procuratoris ſemel approbatum, quando poßit reprobari.*

LEX XLVIII.

QVi ſeruum. Furor ſuperueniens eſt cauſa
reuocationis mādati circa ea,
quæ fienda ſunt, non autem ea quę ſunt facta. hoc
1 dicit, cum ſi. No. ꝙ † ſicut morte finitur mandatū,
ita & furoris ſuperueniētia. Et vide quod dr̄ in l. cum hæres. ĵ. e.
2 No. † facilius tolli fienda, quàm iam facta. Ad hoc s̄. de his qui
ſunt ſui vel alie. iu. l. patre furioſo. ſol. mat. l. ſi cum dotem. §. ſin-
3 autem. & §. eo autem tempore. No. † ꝙ licet furioſus reſipue-
rit. i. ad ſanitatē mentis peruenerit, attamen non vr̄ mandatum
reſuſcitatum, niſi ratihabitione ſecuta. Ad quod C. de cur. fur.
4 l. fi. §. tali. & quod no. C. eo. ti. cum aliis. Et ex fi. † huius legis col
lige limitationem ad l. diſpenſatorē. de ſolu. vbi factum procu-
ratoris ſemel approbatum, non poſſum amplius reprobare.
Quia illud verum, quando eſt reprobatum expreſſe. ſecus ſi ta-
cite, vt hic. In glo. ſuper. ver. non eſſe ei ſtatim acquiſitam. Ad-
5 de & quartum modum † reuocationis mandati, videlicet ſi ſer-
uus eſt effectus liber, vel ſi procu. conſtitutus efficiatur mona-
chus. Iſtis enim caſibus mandatum reuocatum videtur, vt l. ſi
quis ſeruo. de ſol. & ibi per Bar. & facit §. fi. & l. ſi quis mihi bo-
na. & quod no. in l. eius qui. s̄. ſi cer. pet.

SVMMARIVM.

1 *Factum pupilli cum tutoris authoritate, quando requiratur in aditione hæreditatis pupillo delatæ.*
2 *Compromiſſum factum per prælatum de re eccleſiæ, an eius morte expiret, & quando tranſeat in ſucceſſorem. & in quem.*
3 *Mandatum prælati pro eccleſia, an finiatur morte? Et quid quando eſt factum cum authoritate capituli.*
4 *Mandatum factum per tutorem cum pupillo, vel per prælatum cum capitulo, quando per tutorem vel prælatum reuocari poßit.*
5 *Procurator conſtitutus a pupillo vel collegio cum authoritate tutoris vel prælati, an finiatur mandatum illius morte, tutoris, vel prælati.*
6 *Mandatum factum per iudicem executori de mittendo aliquem in poſſeßionem, an expiret finito officio iudicis.*
7 *Præceptum ꝙ non finiatur morte.*

LEX LI.

SI per epiſtolam. Mandatum ſeu iuſſus
tutoris de adeunda hę
reditate, expirat ipſius morte. hoc dicit. No. ex hac li
tera mādatum tutoris morte finiri. & vr̄ in hac l. ſm
Ang. caſus no. valde limitans plures leges tit. præcedentis & ſe-
1 quentis, dicentes, † ꝙ in adeūda hæreditate ipſi pupillo delata,
neceſſarium eſt factum pupilli cū authoritate tn̄ tutoris, quia il
lud verū, qn̄ ipſe pupillus eſt directe inſtitutus, ſecus ſi ſeruus
eiuſdem inſtitutus fuerit, quia tunc ſufficit tm̄ iuſſus ipſius tu-
toris abſque alio facto pupilli, vt hæreditas per ſeruum eidem
acquiratur. Quod no. licet gl. aliter voluerit intelligere hanc li-
2 teram. Et inducitur † hæc litera per Bar. ad duo, & per legentes
poſt eum. Item ad tertium per Bal. & Ang. primo, ꝙ cōpromiſ-
ſum factum de rebus eccleſiæ per prælatū expiret morte ipſius
prælati, nec tranſit ad ſucceſſorē. Pro quo vide quod no. in Spe
cu. tit. de arb. in §. finitur. verſi. quid ſi prçlatus. Et idem Io. And.
& per gl. in clem. procuratorem. de elec. per legentes poſt. Guil.
de Cu. in l. non diſtinguemus. §. ſi dn̄s. de arbit. Pro hac tamē q.
eſt caſus ſm lect. Abbatis extra de teſtib. c. pn̄tata. videlicet ꝙ
non finitur. Quod no. quia ſi hoc verum eſt, habes no. limit. ad
c. fi. de arbi. & ad l. diem proferre. §. ſi hæredi. & §. ſi in compro-
miſ. eo. tit. dicentes compromiſſum non tranſit ad ſucceſſorē,
quia illud verum in ſucceſſore patrimonij defuncti, non in ſuc-
ceſſore dignitatis, vt ibi vides. Quod no. vide tn̄ in præalleg. loc.
3 Item & ſecundo † inducitur, ꝙ mandatum prælati pro eccleſia
morte finiatur, de quo eſt caſus in d. clem. procuratorem. Cuius
ꝯ̄riū videbatur, eo quia factū eſt pro eccleſia, quæ nunquā mo-
ritur, vt 12. q. 2. liberti. extra de reſcr. c. ſi gratioſe, lib. 6. Quid au-
tem ſi mandatum fuit factū per prælatū cum capitulo, ſeu per
prælatum & per capitulū, an finiatur morte prælati? Bar. hic, ꝙ
ſic ex eo quia ad tale mandatū concurrit volūtas vtriuſque, vn-
de ceſſante altera deficit mandatū. Allegat pro hoc Innoc. in c.
ad hoc. extra de teſtib. quod hodie incipit, præſentiū. eo. tit. li. 6.
Aduerte, ꝙ Archid. in c. ſi duo. de procur. in 6. & glo. in d. clem.
procuratorē. aliter loquitur in hoc dubio, videlicet, ꝙ aut man-
datum taliter collatū eſt pro his rebus, quæ pariter ſpectant ad
prælatū & eccl. ſeu ad capitulum tm̄, & tunc morte prælati ta-
le mandatū non finitur. Aut pro his quæ ſpectant ad prælatum
tm̄, & tunc verum dicat Bar. & hoc verius vr̄ per authoritatem
gl. in d. clem. procuratorem Inno. autē, quem Bar. allegat, non
4 loquitur hoc caſu. Sed in caſu † reuocationis expreſſę per peni-
tentiā non tacitæ per mortem, in quo quidē caſu, videlicet mā-
datum factū per prælatum cum capitulo poſſit reuocari per ip
ſum prælatum tm̄, ſeu per tutorē cum pupillo poſſit reuocari
per ipſum tutorem tm̄. Bar. non hic, ſed in l. neque. C. de proc.
& plenius in l. actor. ff. rem ratam hab. diſtinxit. Aut eſt actus,
qui poterat geri per ſolum tutorē, aut prælatum tm̄, & tunc p
eoſdem abſque pupillo & collegio reuocari poteſt, alias nō. Ad
hoc quod no. Innoc. extra de teſtib. c. ad hoc. quod hodie inci-
5 pit, præſentium. lib. 6. An autem † ſi procur. eſt conſtitutus a pu
pillo vel collegio cū authoritate tutoris aut p̄lati, finiatur eius
mandatū morte prælati, aut tutoris remanente pupillo, aut col
legio? Bar. hic hoc reliquit indeciſum. Io. de Imo. dicit manda-
tū non finiri ob mortē prædictorum ex ratione Bar. s̄ poſita, eo
quia actus iſte principaliter denominat̄ ab ipſo pupillo & col-
legio, vnde vr̄, ꝙ finiri nō debet ob eorum mortē, a quibus de-
nominatur in ꝯ̄ntiam. Rapha. Cu. tenuit ꝯ̄rium hic ea ratione,
quia eum in ꝯſtitutione procuratorū deueniat volūtas vtriſq;,
vr̄ debere dici, ꝙ ceſſante vnius voluntate per mortem, vt l. 4. s̄.
loc. cum ſim. l. ſi ita legatū. §. illi ſi volet. de lega. j. finiatur per cō
ſequens mandatum. Et pro hoc inducit rationē Bar. quam Io.
de Imo. inducit pro ſe & rectius, quia prout videre poteris, hoc
ſonant verba Bar. Poſſet tn̄ pro eorū concordia diſtingui, ꝙ aut
procur. eſt conſtitutus a dictis perſonis ad illū actum, in quo pu
pillus per ſe abſque aliquorum authoritate in iudicio eſſe po-
teſt, tunc quia in omni actu, in quo pupillus per ſe in iudicio
eſſe poteſt, aut capitulū, per eoſdē poteſt procur. cōſtitui abſq;
alicuius authoritate, vt l. ēr. §. abſens. ĵ. de ma. vind. l. 2. §. fi. & ibi
per Bar. s̄. qui pe. tu. & c. edoceri. & quod ibi per gloſ. extra de re-
ſcrip. tali caſu mandatum ipſius procu. licet interuenerit autho
ritas tutoris, vel prælati, non expirabit eorum morte, ex quo in
ipſius conſtitutione talis authoritas nō erat neceſſaria. Ad hoc
quod not. Bart. C. de teſta. l. oīum. & hoc caſu poterit verificari
opi. do. Io. Aut cōſtitutus eſt ab eiſdem procurator cum autho-
ritate prędictorum, quę erat neceſſaria, & tūc verificari poterit
6 opi. Raph. per rationem Bar. hic. Tertio inducitur iſte † tex. per
Ange. & etiam Raph. an mandatum factum per iudicem, ſeu
cōmiſſio ipſi executori de mittendo aliquem in poſſeſſionem,
ſeu tenutam ipſius rei, expiret finito iudicis officio? & vr̄ ꝙ ſic,
per iſtum tex. Bar. tn̄ in l. fundi venditor. ff. de acqui. poſ. dicit ſe
conſuluiſſe ꝯ̄rium per illum tex. Et dicit etiam eſſe caſum in c.
ſi ſuper gratia. de of. dele. in 6. & tenuit in l. more. & in l. & quia.
vbi pro hoc eſt bona gl. s̄. de iuriſd. om. iud. allegās tex. in Auth.
vt nul. iudi. §. ſi vero. Et pro hac opi. Bal, & Ang. ibidem allegat
dictum Spe. quem Bar. non vidit in tit. de iu. deleg. §. reſtat. Ad-
uertendum tn̄ eſt, ꝙ Bal. in l. j. C. de poſtu. quem ſequitur Ang. li
cet de eo non faciat mentionem hic, & in d. l. fundi venditor. in
hoc arti. diſtinxit, ꝙ aut cōmiſſio facta fuit cum cauſę cognitio-
ne, aut ſine. Primo caſu verius eſt dictum Bar. eo quia mandata
ſine cōmiſſione cum cauſę cognitione facta perpetuā vim ha-
bent, vt d. l. j. & l. fi. de pœ. Scd̄o caſu talis cōmiſſio expirat finito
officio, eo quia facta ſine cauſę cognitione temporalis eſt. Ad
hoc s̄. de poſtu. l. & puto. §. j. facit quod no. Inn. s̄. de ęta. & qua.
c. cum bonæ. quod plene dicit do. Ant. in c. ex literis. de cōſti. Et
ideo hoc caſu dicit Bal. neceſſariam fore ipſius cōmiſſionis re-
nouationem. Ita dicit cōſuetum fore practicari. Idem tn̄ Bal. in
d. l. & quia. & Ang. in quibuſdam lect. & in l. edictum. de iudi.
dixerunt indiſtincte ꝯ̄rium, dicentes non obſtare d. l. fundi. per
quam Bart. ſe fundat, quia ibi cōmiſſum fuit vt procuratori, nō
vt nuncio, aut vt executori, in caſu Bar. Item nec ob. d. §. ſi vero.
quia ibi non vt nuncio, ſed vt iudici cōmiſſum fuit. Et ideo dicit
Bal. alias Bar. ꝙ ſm eos remanet falſum, pręcipue quia cum iſte
nūcius aut executor habeat fundare dictam executionē ex per-
ſona ipſius iudicis cōmittētis, quia vt eius pica & organum eſt,
ac miniſter, vt l. licet. de conſti. pecu. quod no. per glo. in l. mul-
tum. C. ſi quis alteri vel ſibi. certum eſt, ꝙ mortuo iudice, aut fi
nito eius officio hoc non poterit, igitur &c. Opi. tn̄ Bar. ſequitur
hic do. Rapha. & etiam do. Io. de Imo. in d. l. fundi venditor, per
ſuas tn̄ rationes non facientes mentionē de prędictis. Poſſet pro
concordia iſtorum Docto. diſtingui, ꝙ aut iſtud mandatum cō
miſſionis eſt collatum in executorem, aut nūcium deputatum
pro prędictis a republica, vt hodie fieri ſolet, & tunc aut cū cau
ſę cognitione, aut ſine. Primo caſu videtur tale mandatum ſeu
cōmiſſionē non finiri, eo quia iſte executor publicus habet ſu-
per hoc ordinariam, ſi eidē ſit mandatum a iudice de exequen
do, fit mādatū ſibi de eo, quod eſt ſuę iuriſdictionis ordinarię.
Et certiſſimum eſt, ꝙ quotieſcūq; alicui habēti iuriſdictionem
ordinariam aliquid mandat̄, quod ad illam pertineat, tale man-
datum morte aut officij finitione mādantis non finit, vt in c. 2.
de offi. deleg. in 6. Et concludunt Cano. in c. qm̄ abbas. extra de
offic.

offic. deleg. Cum talis commiſſio potius videatur quædam ex-
citatio ad iuriſdictionẽ exercendam, quàm mandatũ, argu. in l.
ſi prætor. & quod ibi no. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. &
quod no. in c. licet. extra de offic. ordi. Item & quod hoc ſit ve-
rũ, patet ex duabus rationibus Bart. vna eſt in d. l. more. quã ſe-
quitur d. Ant. in d. c. qm̃ abbas. ꝙ quotieſcunque fit aliquod
mandatum ſeu præceptũ ei, ad cuius officiũ pertinet, quod præ
ceptum eſt, tale mandatũ, aut præceptũ morte ſeu officij finitio
ne mandantis non finitur, vt in d. §. ſi vero. ſed cum d. mandatũ
ſit huiuſmodi, igitur &c. Item alia ratione poſita per Bar. in d. l.
fundi. vbi per illum tex. dicit, ꝙ quotieſcunque mandatur, ſiue
pręcipitur ab aliquo aliquid, quod eius officium facere neceſſi-
tat, vt in caſu noſtro in iudice, qui neceſſe habet iuſtitiam mini-
ſtrare, vt l. munerum. §. iudicandi. j. de mu. & hono. & tũc nun-
quam tale mandatũ ſeu præceptum morte finitur, per illũ tex.
Ad quod facit quod ipſe no. in l. 2. §. ſed & ſi quis. j̃. de don. Sed
cum caſus noſter ſit huiuſmodi, igitur &c. Secundo caſu vero
qñ ſine cauſæ cognitione, & tunc debes dicere, ꝙ tale mandatũ
ſeu commiſſio ſunt temporalia, & in hoc verificetur opi. Bal. &
Ang. quæ tñ vr̃ dubia, quia potius vr̃ debere dici, ꝙ talis com-
miſſio ſit nulla, eo quia facta ſine cauſæ cognitione, vt l. prola-
tam. C. de ſenten. & in c. eccleſia. extra de conſtit. facit, quod no.
Cy. & Bal. in l. quoties. C. de fideicom. & Bal. in l. filiusfamilias.
§. diui. de lega. j. Aut talis commiſſio executionis facta eſt per ip
ſum iudicem ipſi executori, aut nuncio, qui ab eodem ad hunc
actum deputatur, vt l. i. & 2. C. de ſpor. & tunc ſiue volemus di-
cere iſtum habere iuriſdictionẽ delegatam, ſiue ordinariam, vr̃
veriorem fore opinionem Bar. & Ang. Iuriſdictio enim ordina-
ria, quæ eſt dependens ſeu acceſſoria principaliter ipſius ordina
riæ, finitur finita principali, de offic. vic. clem. 1. & tenent Cano.
in d. c. qm̃ abbas. Et ſi delegata, & tunc quia ipſe delegatus fun-
gitur vice delegantis, vt l. j. §. pen. de offic. eius cui mand. eſt iu-
riſd. & in c. ſane. de offic. deleg. el 2. Item & ex regula generali,
quia mandatum re integra morte finitur, vr̃ debere dici verio-
rẽ fore opin. Bal. & Ang. & hoc vltimum eſt de mente eiuſdem
Bal. in d. l. & quia. Cogita. Et aduerte, quia poſſes dicere, ꝙ ex
dictis ſuperius, dũ ęqui paratum fuit mandatum ipſi præcepto,
7 poſſit inferri ɔ̃ gl. † quæ allegatæ fuerunt in §. iuſſum. dicentes
præceptum morte non finiri. Et ideo ſcias, ꝙ licet illę gl. cõiter
teneantur a Canoniſtis, qui fundant ſe per caſum in d. §. ſi vero.
in Auth. vt nul. iud. attamen Roſ. in libellis iuris ciuilis in tit. de
act. mand. circa prin. tenet ɔ̃rium dicens non reperiri iure cau-
tum, ꝙ ſit dr̃ia inter hæc duo, vt patet, quia & mandatũ a ſupe-
riore factum habet vim præcepti, l. j. §. quod iuſſu. per gl. Cõiter
tñ Doc. ſequuntur illas gl. per d. §. ſi vero. Nec obſtat dicta æqui
paratio de mandato ad præceptum ſuperius facta, quia quo ad
caſum illum hæc duo æquiparantur, videlicet qñ a ſuperiore
mandatum ſeu præceptũ factũ eſt ſuper eo, quod eſt de neceſ-
ſarijs ſui officij. Et ꝑ duas primas qõnes habes expeditã dubita-
tionem Feder. qui illos paſſus reliquit indeciſos circa 8. conclu.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans de viribus teſtamenti, ſi moritur ante aditionem, ꝙ tranſmittat ius adeundi.*

LEX LII.

CVm, qui. Dubitans de viribus teſtamenti hę
reditatem non adit. h. d. & hanc l.
intelligit Ang. hic fore veram, qñ ipſe hæres vellet
tm̃ adire ex vno teſtõ, ſecus ſi adeũdo diceret ſe vel-
le adire ex quocunque teſtõ, hęreditas ſibi deferatur, quia tunc
cum certum ſit ſibi ex vno deferri, vt l. quod ſi dubitet. s̃. eod.
procedet hęc aditio. Et ita dicit ſe ɔſuluiſſe in ciuitate Paduana,
& ſe lucratũ fuiſſe de illo ɔſi. 46. flo. tene menti, quia hæreditas
illa opulẽta erat. Hoc dictũ nullã vr̃ hr̃e dubitationẽ, ſi illa duo
teſtamenta in omnibus ɔcordant. & in nullo diuerſificant. Tũc
.n. a lege hæc duo reputãtur vnũ ſæpius, s̃. de teſta. l. vnũ. de ſec.
tab. l. j. §. ſi duob. Idẽ ſi eſſent diuerſa, nõ tñ magna diuerſitate,
quia tunc hæreditas ex illo teſtõ defertur hæredi, qđ minus gra
uamen habet ei inferre, de lega. 2. l. Sẽpronius. An aũt dubitans
1 † de viribus teſtamenti, eo moriente in dubitatione trãſmittat
ius adeundi? quidã tangunt in l. cũ falſum. s̃. eo. Habes tex. ꝙ ſic,
in l. ſi ex modica. §. j. de bo. lib. de quo dic vt ibi. Vnũ caſum no.
in quo dubitans hæreditatẽ adit. l. ille a quo. in §. ſi ex teſtõ. j̃. ad
Treb. In glo. ſuper ver. ex neutro. in fi. dicit e vt plenius ꝑ glo. &
Bar. in l. j. §. j. & §. ſi quis duob. hic allegata, & in l. cũ proponas.
C. de cod. & in c. ſi duobus. de reſcr. in 6. per Io. And. in c. ſi a ſe-
de. de præb. eo. lib. vbi de literis gratioſis a Papa emanantibus
ſuper eodem facto, & diuerſimode.

SVMMARIVM.

1 *Explorare quid cum quis debet, ſi facit actum & non explorat ab his, qui notitiam illius actus habent, non valet actus, quia talis exploratio præcedere debet.*
2 *Exploraſſe aliquid quando quis dicatur.*
3 *Clauſula, exploraueris, vel ſi idoneum reperieris, quando important cõditionem.*
4 *Mandato vel iuſſui ſi aliquid adijcitur, quod ſit extra actus naturam, tũc illud tale inducit conditionem, non monitionem.*
5 *Aditio facta ſub conditione non valet.*

§. Filiusfamilias. Aliqui legunt hunc §. cõtinua-
tiue vſque ibi, ſi quis. Alij diui-
dunt & faciunt alium §. in ver. filius. vtraque eſt bona. h. d. ſm
primam. In mandatis habet locum argumentum a ɔ̃rio ſenſu.
vel ſic ſm ſecundam. Si non eſt ſeruata forma iuſſus, non valet
aditio. Item nec valet aditio ſub conditione, ſi hęreditas erit ſol
uendo facta. hoc dicit vſq; ad fi. No. quod dictum eſt in primo
1 ſummario ad extenſionęm l. diligenter. ff. mand. No. ꝙ † quo-
tieſcunque aliquid quis explorare debet, non valet quod agit,
niſi prius exploret ab his, qui notitiam eius rei habent, & ꝑ eos
eidem fiat perſuaſio. Ad quod l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de
reb. eor. & cum alijs legibus hic alleg. per Bar. Et hoc adde ad §.
iuſſum. ꝙ vbi lex requirit explorationem, de natura eius eſt p̃-
cedere, & non ſequi. Item & aliud adde, ꝙ vbicunque tex. requi
rit tractatum debere fieri, ſemper de natura eius eſt præcedere,
non autem ſequi, nec tunc ſufficeret ratihabitio, niſi id, quod
actum eſt, eſſet quid modicum, vt elegãter ſentit Innoc. arg. hu-
ius literæ in c. cum vos. extra de his quæ fiunt a præla. ſine ɔſen.
2 capi. Item no. ex hac † litera, ꝙ illud dr̃ quis exploraſſe, de quo
ab eodem eſt facta interrogatio ab illis, qui veritatem illius rei
ſcire cõſueuerunt. Et non requiritur, vt quis exploraſſe dicatur,
quod id, ſuper quo exploratio debet interuenire, ea certitudine
ſciat, quæ requiritur in teſtibus, ſed ſufficit, ꝙ a conſuetis illud
ſcire ſit ei perſuaſum, vt in d. §. ne paſſim. hic per Bar. quod no.
ad cognoſcẽdum, quid ſignificet huiuſmodi verbũ, exploratio.
de quo in l. omne delictũ. §. exploratores. & l. deſertorem. §. in
3 exploratione. de re mil. Et no. hic, † ꝙ verba, ſi exploraueris, ſeu
ſi idoneum reperieris. inducunt conditionem, adeo ꝙ hoc non
ſeruato, nihil eſt, quod agitur. Quod eſt ɔ̃ id, quod dicit Innoc.
extra de præſump. c. dudum. gl. in clem. j. de offic. deleg. Salues
tñ, vt hic per Bar. Quod tñ limita, niſi Papa voluiſſet illa verba,
ſi idoneum reperieris, ẽt condi. importare. Tunc enim ſi iudex
hoc non perſcrutatus fuerit, non valet collatio beneficij. Ad qđ
tex. no. in l. in conditionibus primum locum. §. j. de condit. &
4 demonſtr. No. ꝙ vbi in mandato ſeu iuſſu † adijcitur aliquid,
quod eſt extra naturam ipſius actus, vt erat hic, tunc illud tale
conditionẽ, non autem monitionem importat. Et hoc no. hic An-
ge. pro mandatis, quæ faciũt priores ciuitatis ipſis iudicibus pa-
latij, quia ſi in eis aliquid adijcitur, quod ſit extra naturã illius
negotij, illud eſt de forma. Et funguntur tunc illi iudices poteſta
te delegata, non autem ordinaria, vt in c. cum aliquibus. extra
de reſcrip. in 6. & per Innoc. in c. licet. de offic. ord. Guil. de Cu.
5 & Bal. in l. ius ciuile. de lega. Vltimo † no. non valere aditionẽ
ſub conditione factam, eo quia eſt actus legitimus, vt in regula
iuris. & hinc dicunt legentes poſt Bal. ꝙ interrogatus, an ſit hæ-
res pure, non ſub conditione, reſpõdere debet. Et ex hoc euenit,
ꝙ lex interrogato, an hæres ſit, iubet iudici terminum ſtatuere
debere, vt determinate reſpondere poſſit, vt l. qui interrogatus.
& l. quia. §. j. de interrog. act.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias patre exiſtente furioſo, an de iure Digeſtorum ſibi acquirat, & non patri.*
2 *Dictio, perinde, ꝙ ſit relatiua omnium qualitatum.*
3 *Lex poteſt inducere, ꝙ aliquis ſit pro parte liber, & pro parte non.*
4 *Furioſus in quaſi contractibus an obligetur.*
5 *Statuto ſtante, ꝙ filius ſine patris conſenſu contrahere non poſſit, an contrahet patre furioſo exiſtente.*
6 *Filiusfamilias patre exiſtente furioſo, an poſſit pecuniam mutuo accipere, non obſtante Macedoniano.*

LEX LIII.

CVm hæres. Filius habẽs patrem furioſum,
hęreditatem ſibi delatam abſq;
patris iuſſu poteſt adire. hoc dicit. No. quia non eſt
alibi ſm omnes de iure Digeſtorũ, ꝙ filius ſibi quę-
1 rat, & † non patri. Et hoc ratione furoris ipſius patris, licet hunc
intellectũ gl. expreſſe non firmet, ſed dubitatiue. Hanc lec. com
muniter omnes Doc. ſequuntur excepto quodam Doc. Papiẽſi
vocato dño Pe. de Bell. in repe. l. cũ filio. de leg. 1. dicente iſtũ
tex. non continere caſum ſpecialẽ immo ꝙ hic non probatur, ꝙ
filius ſibi acquirat. Sed dic filiũ, eo quia pater eſt furioſus, poſſe
abſque paterno iuſſu adire, eo q' furioſus, in quo nullus eſt con-
ſenſus, l. ſi furioſi. & l. in negotijs. de reg. iu. iubere non poteſt.
Et ſic dicit debere intelligi regulam legis. Et hoc probatur in l.
Autiſtius. §. fi. j̃. eodem. Nec ob. ſm ver. ibi, perinde habeat &c.

Quia

Quia debet intelligi, vt habeatur paterſamilias quò ad hoc, vt
abſque iuſſu adire poſſit, non aũt vt ſibi acquirat, quia tunc ex-
preſſe eſſet ↄ̃ dictam l. Antiſtius. Hanc opin. ipſe corroborat per
regulam l. placet. j̃. eo. quæ non reperitur in caſu expreſſe limi-
tata, ergo firma manet, vt l. ab ea parte. cum ſim. s̃. de prob. Itẽ
& ſecũdo, quia hoc reſcriptum iſtius legis proceſſit de benigni-
tate, vnde debet operari, vt minus lædat ius cõe, quàm poteſt,
C. de noxa. l. 2. cum ſim. Item ſi verus eſſet Doctorũ intellectus,
læderetur ius tertij, hoc eſt, ipſius patris. quod eſſe non debet,
l. 2. §. merito & ſi quis a prin. ff. ne quid in loco publi. extra de
reſcrip. c. quamuis. in 6. Et maxime hoc procedit in furioſo, cui
tanquam afflicto afflictio addi non debet, de offi. præſi. l. diuus.
& l. tam dementis. Item & ius reliquorũ filiorum ipſius furioſi,
qui, ſi patri furioſo acquiſita eſſet hæreditas, venirent ad hære-
ditatem vna cum ipſo filio, licet tñ iſtæ rationes ſint perſuaſiuę,
non recedas a cõ: opin. & hæ rationes non obſtant, ſi tu ponde-
2 ras vnum verbum † tm̃ literæ, perinde ac ſi &c. Quæ dictio ha-
bet referre omnes qualitates ad ipſum filiumfamilias, quę ſunt
in libero homine, vt in hoc caſu, quia hæc eſt natura iſtius di-
ctionis, vt l. j. & quod ibi per Bar. de iſta dictione j̃. de recep. & l.
filio. §. patri. j̃. de adim. leg. & eſt glo. quæ melior ſit in iure, in l.
ſacrilegij. la i. §. is autem. j̃. ad legem Iul. pec. Qualitas autẽ liberi
hominis eſt, ꝙ ſibi acquiratur, & non patri, igitur &c. Et per hoc
non obſtãr rationes, quas ipſe fundat per l. ab ea parte. quia im-
mo in hoc caſu reperitur expreſſe limitata ipſa regula iuris an-
tiqui, per iſtã dictionẽ, perinde, vt vides. Nec obſtat illud, quod
ipſe dicit, ꝙ durat patria poteſtas non obſtante furore, vt l. pa-
tre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ergo durare debet ef-
fectus, quia dicam quo ad hoc non durare. Et ſi tu dicas, ꝙ quis
non poteſt eſſe pro parte liber, & pro parte ſubiectus, vt l. ſi pa-
3 riter. de lib. cau. l. j. in prin. de lati. lib. tol. & etiam † per Bal. qui
per hoc reprobat iura Bar. ↄ̃trium dicentem in l. ſenium. C. qui
teſta. facere poſ. quia hoc intelligo nõ poſſe induci ab homine,
ſed a lege ſic. Hoc probatur in caſtrenſibus, vel quaſi, in quibus
filiusfamilias pro patrefamilias habetur, vt l. 2. ad Maced. l. fin.
C. de inoffic. teſtam. Item non obſtat, quod dicit ipſe, ꝙ lædetur
ius tertij, hoc eſt partis. Quia ius tertij non lædit, qui iure ſibi ac-
quiſito vtitur, vt in regula iuris, & l. Iulianus. s̃. eo. Item nec ob.
quod ipſe dicit de filijs, quia ipſi filij habent intereſſe propter
act. ſucceſſionis, quod non eſt in iure conſiderabile, vt l. poſt e-
mancipationẽ. de lib. lega. l. ex conſenſu. §. filius. de app. Itẽ nec
obſtat d. l. Anuſtius. vt ibi videbis, & ideo ſequaris cõem lectu-
4 ram. Et per hanc legem † vr̃, ꝙ reprobari debeat quædam glo.
quæ eſt in l. 2. §. ſi furioſi. in j. glo. s̃. de neg. geſt. Quæ ſi vera eſt,
notanter dicit, ꝙ licet in veris ↄ̃ctibus furioſus non habeat con-
ſenſum, ex quo obligari poſſit, vt in d. l. in negotijs. & l. furioſi.
tñ in quaſi ↄ̃ctibus habet, adeo ꝙ ipſe in his obligare & obliga-
ri poteſt. Eius ↄ̃rium vr̃ compræhendi in multis legibus huius
tit. & in l. fi. de cura. fur. vbi furioſus non habet cõſenſum in adi-
tione hæreditatis, per quam quaſi ↄ̃hitur, vt l. apud Iulianũ. in
fi. ex qui. cau. in poſſeſſ. eatur. Ideo non teneas ibi illam gl. licet
5 eam ſequatur do. Raph. Fulg. Et † inducitur hæc l. ad duo per
Bal. & ſe. primo, ꝙ ſtante ſtatuto. ꝙ filius non poſſit ↄ̃hiere abſq;
conſenſu patris, ꝙ patre exiſtente furioſo poterit ↄ̃here, ꝑ hãc l.
Quam licet cõiter omnes ſequuntur, tñ non bene dicunt, quia
in l. ſi furioſi. C. de nup. ipſe idem per illum tex. dicebat, ꝙ ſtante
prædicto ſtatuto, ꝙ patre exiſtente furioſo debeat filius in dicto
ↄ̃ctu adhibere decretũ iudicis, per illum tex. Ad quod facit l. fi.
C. qui adm. l. ſi infanti. C. de iure delib. & illud ſequaris, tanquã
6 tutius, per illos tex. Item & † ſecundo inducitur per eundem, ꝙ
filius patre exiſtente furioſo, poteſt pecuniam mutuo accipere
non obſt. ſenatuſconſ. Maced. quod ſequuntur d. Ang. Ioan. de
Imo. & Rapha. & cæteri Doct. quod tñ forte eſt falſum. Et qđ
hoc ſit verum, ſequitur præfatus Doctor in repe. d. l. cum filio.
conſiderando rationem Iuriſconſulti in l. j. ad Maced. dicentis,
ideo ſenatuſconſultum illud edictum induxiſſe, ne filius vitæ
patris inſidiaretur. In caſu aũt noſtro patre exiſtente furioſo,
magis ipſe filius inſidiari poſſet vitæ & bonis patris, quàm eo
exiſtente ſanæ mentis, ergo a maioritate rationis dicamus hoc
dictum non eſſe verum, C. de ſacroſ. eccle. authen. multomagis.
cum ſi. Item vltra eũ. quia iſte caſus non eſt in iure enumeratus
per gl. magiſtram, quæ enumerat omnes, in quibus filio nõ ob.
ſenatuſc. licitũ eſt pecuniam mutuo accipere, in l. Zenodorus.
C. ad Maced. ergo debemus ſtare iuri communi. Poteſt tamen
ipſe filius, ſi patris curator eſſet, pecuniam pro vtilitate ipſius pa
tris mutuo accipere, de cura. furio. l. pignus. cum ſim. & hoc te-
neas propter maioritatem rationis, vt dixi.

S V M M A R I V M.

1 Conditio, cuius euentus nihil operatur, expectari non debet, & vide num. 3.
2 Statuto ſtante, ꝙ bannitus in banno poſitus, ſi intra decem dies non comparuerit, poſſit impune offendi, ſi certum eſt eum non compariturum, an poterit impune offendi.
De futuro neceſſario contingente idem iudicatur quod de præſenti.
4 Dictio, tunc, quod denotet extremitatem temporis.

§. Qui ex parte. Fruſtra expectatur conditio, cu-
ius nihil operatur euentus. hoc di-
1 cit. No. ergo conditionem † expectari non debere, cuius euẽtus
nihil operatur. Concor. l. aliqñ. ad Velleia. de ſtatu homi. l. Are
2 thuſa. de hære. inſtit. l. ſi quis ita ſcripſerit. Et † hoc facit ad quæ-
ſtionem, an ſtante ſtatuto, ꝙ bannitus in banno poſitus, ſi intra
decem dies nõ comparuerit, poſſit impune offendi, ſi certum
eſt, ꝙ intra illos dies venire non poteſt, offendens tunc non pu-
niatur, adeo ꝙ terminus expectari nõ debeat? & videatur ꝙ ſic
per illum tex. quia idem iudicamus de futuro neceſſario cõtin-
gente, quod de præſenti. vt l. ſi pupillus. §. j. de noua. ↄ̃rium tñ
eſt veritas, quia lex aut ſententia requirit terminum conſum-
matum fore, de elec. c. vbi periculum. in 6. glo. eod. tit. c. cõmiſ-
ſa. de quo vide per Bar. in l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo.
de verb. obligat. & per Bal. in l. 2. qui ſibi vr̃ ↄ̃rius. C. ſi pẽd. app.
3 mors interue. In gl. ſuper ver. † omnino. ibi, ſed arg. ↄ̃. dicas, ꝙ
vbicunque expectatio ipſius cõditionis affert aliquod commo-
dum, vt puta dilationis ſeu tranſmiſſionis ipſi expectanti, tunc
licet euentus ipſius cõditionis nihil operetur, attamen expecta-
ri debet. ita loquuntur iura in glo. alleg. Item & ſi teſtator in ca
ſu huius legis dixiſſet, & ſi nauis ex Aſia venerit, tunc te hæredẽ
in reliqua portione inſtituo. fortè tunc debet expectari condi-
4 tio † propter iſtam dictionẽ, tunc, quæ denotat extremitatem,
vt l. ſi is legatũ. §. j. j̃. de condi. & demon. vbi gl. allegat concor.
In gl. ſuper ver. conditionale. ibi, & ſic eſt opin. Ioan. de quo vi-
de, quod dictum eſt in l. qui in aliena. §. interdum. s̃. eo.

S V M M A R I V M.

1 Inſtitutio conditionalis quando ad hæredem tranſeat.
2 Subſtitutio vulgaris facta in vnum caſum, an comprahendat ſub ſe alium.

L E X LIIII.

QVi ex duobus. Et hæredi hr̃dis pro par-
te quæritur reliqua por-
1 tio in conditionis euentum. h. d. No. † ꝙ licet condi-
tionalis inſtitutio ad hæredẽ non tranſeat regulari-
ter, vt l. liber homo. §. ſi ita. de hæred. inſti. C. de cad. toll. l. vnica.
§. in nouiſſimo. cũ ſi. Tñ hoc fallit, qñ hæres inſtitutus eſſet vni-
uerſaliter, & ſic non haberet alium cohæredem, cui accreſcere
poſſit dicta portio. Tunc enim ne teſtator decedat pro parte te-
ſtatus, & pro parte inteſtatus, tranſmittitur hæc cõditionalis in-
ſtitutio, vel ius accreſcendi, vt l. ſi ex pluribus. j̃. de ſuis & legit. &
hoc ſm̃ lec. Bar. In gl. j. ibi, datus fuit ſubſtitutus &c. Hoc nõ po-
teſt procedere, quia ſi datur ſubſtitutus in parte conditionali,
nec iure accreſcendi heres hæredis illam portionem habebit,
quia ſubſtitutio tale ius tollit, vt l. fi. in princ. de vulg. & pupil. &
in l. pe. alias 2. de iniuſto rup. & irrito facto teſtõ. ſm̃ vnam lec.
Nec etiam in iure tranſmiſſionis illius conditionalis inſtitutio-
nis, quia hoc non tranſmittitur, vt dixi in notabili. Et ideo Bart.
tenet vltimam lec. hic, & etiam aliam, quam poſui in notabili.
Bal. aũt, & Ang. quos ſequuntur Moderni, dicunt hanc legem
2 fore notab. ad limitationem † l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. s̃. de lib.
& poſthu. cum ſim. vbi vulgaris facta in vnũ caſum ẽt compre-
hendit ſub ſe alium. Hoc. n. eſt verum, niſi ille caſus eſſet ↄ̃rius
oppoſito, vt hic vides. Si etenim teſtator ſubſtituit ſub condi-
tione, ſi nauis ex Aſia venerit, non cõpræhendetur caſus, ſi na
uis non venerit, eo quia eſt de directo contrarius appoſito. Et
videtur tantum teſtator ſubſtitutum ad ſucceſſionem inuitaſ-
ſe hoc caſu, ſi nauis ex Aſia venerit, non autem in ſibi cõtrario,
merito in hoc caſu hæredi hæredis accreſcit illa conditionalis
portio ſecundum eoſdem hic.

Qui ſemel. Inuito etiam accreſcit portio. h. d. No. re-
gulam, quæ habet plures fallẽtias, de qui-
bus dicetur in l. cum hæreditate. & l. ſi minor. j̃. eo.

S V M M A R I V M.

1 Hæreditatis aditio quando retrotrahatur ad tempus mortis.
2 Procurator conſtitutus ad exigendos debitores hæreditarios, ſi contra eũ opponitur hæreditatem adhuc non aditam, & poſtea adeatur, an iudicium reconualeſcat.
Superuenientia iuris ex cauſa de præterito, an validet iudicium.
3 Præſcriptio quando non currat contra hæreditatem iacentem.
4 Gabella ſi debet ſolui de quibuſcunque obuentionibus, ex quibus ius quæritur, & tempore vnius gabellarij deferatur hæreditas, & tempore alterius adeatur, cui ſolui debeat.
5 Statutum, quod de quolibet contractu ſoluatur gabella, quòd non ſoluetur de contractu inutili.

6 *Hæreditas delata bannito ante bannum, ſed non adita, an tranſeat in fiſcũ cum alijs bonis banniti.*

LEX LV.

HAeres quandoque. Hereditatis aditio qñq; retro-
trahitur ad tps mortis. hoc dic it. Et ideo dicit, quã-
1 doque,† quia ſemper non trahitur. Et fallētiæ ſunt
in gl. & hunc articulum vide per Bart. qui ipſum reducit ad di-
2 ſtinctionem. Et facit iſte tex. ad tria. & primo † ad id, quod indu
cit Bal. videlicet, ſi conſtituo procuratorem ad exigendos debi-
tores hæreditarios, & poſt litem cõteſtatam oppoſitum fuit ip-
ſi procuratori eũ nulliter interceſſiſſe, alias egiſſe, quia dñs ad-
huc hæreditatem non adiuerat, qua oppoſitione facta, ad hoc
iudicium procedat, ego hęreditatem adeo, an hoc caſu iudiciũ
reconualeſcat, adeo ꝙ non ſit opus noua inſtantia, vel nouo li-
bello? & certe determinat hic Bal. iudicium recõualeſcere, nec
noua inſtãtia opus eſſe. Primo, quia illa hæreditatis aditio retro
trahitur vt hic. Secundo, quia ſuperuenientia iuris ex cauſa de
præterito iudicium validat, de pign. act. l. ſi rem. §. fi. & no. in l.
non poteſt videri. de iudi. ff. man. ſi tibi mandauero. cum ſim.
la piccola. & ita dicit hoc tenere hic Cy. in addit. & hoc dictum
omnes Moderni ſequuntur, & dicunt ſe habuiſſe de facto. Ad-
uerte, quia licet dictum in ſe ſit verum, attamen malum eſt ex-
emplum, quia eo ipſo, ꝙ exigo debitores hæreditarios, videor
hæreditatem adire, vt dictum fuit in l. pro hærede. in prin. ſ. eo.
Vnde non eſt neceſſaria alia aditio, hoc tñ dictum debes dupli-
citer limitare. Primo, niſi talis ſuperuenientia iuris cauſata ab
aditione ſuperuenerit coram delegato, & nõ coram ordinario,
quia tunc nunquam ſuperuenientia iuris ex cã de præterito, ha-
bet iudicium coram delegato validare, vt eleganter dixit Bal. in
l. præſcriptione. C. ſi ꝯ ius vel vti. pu. allegando pro hoc caſum
no. in c. fi. de reſcrip. & tene menti, quia fuit hoc anno de facto
in hac ciuitate. & quidam ſolemniſſimus Doctor dicebat ꝯtra
hoc dictum fore caſum extra de re iudi. c. abbate ſane lib. 6. Ego
tñ reſpondebam, illud c. loqui in delegato Papæ, qui cenſetur
maior quolibet ordinario. extra de offic. deleg. ſane. de mino. ſ.
l. minor autem magiſtratus. cum ſim. & merito de eo cēſendũ
eſt quod de ordinario. Quæſtio autē noſtra loquebatur in dele-
gato ab inferiore, vnde nihil ad propoſitum illud c. & pro con-
firmatione illius dicti allegabam tex. no. in l. de his. de arb. qui
diſponit in arbitro illud, quod vult Bal. in delegato. Item & ſe-
3 cundo limita,† niſi talis hæreditas ſit hæreditas ex priuilegio te
ſtatoris, qui cum hęredem habere non poſſet, ſibi ex priuilegio
conceſſum eſt quod habeat. Tali etenim caſu talis nõ proprie,
ſed ficte dr aditio. Et licet alias regulariter ꝯ hæreditatem iace-
tem currat præſcriptio, vt l. ſi ſeruus hæreditarius. de ſtip. ſeruo.
tñ ꝯ hanc non curret. & hoc colligit ibi Ang. ex tex. ad hoc mira
bili ſm eum, in l. ſi ſeruus cõis Mæuij. eo. tit. Tali etenim caſu
concurrunt duæ fictiones. Prima, ꝙ hæreditatis aditio trahatur
retro, quæ eſt fictio, vt hic ſm Bart. Item & ſecunda de hæredita
te ex priuilegio, merito non habet locum hoc dictum. In his tñ
4 duobus cogita. Secundo facit iſta lex † ad quæſtionem, quæ fuit
de facto in vrbe Romana, & in perſona mea, vbi dicit ſtatutũ, ꝙ
de quibuſcunque obuentionibus, ex quibus ius quæritur, ſolui
debeat gabella duorum denariorũ pro libra, quidam fuit hęres
vniuerſaliter inſtitutus, & antequã hæreditatē adiret, erat vnus
gabellarius, poſtquã hæreditatem adijt, venerat tps ſecundi ga-
bellarij, quærebatur, an debeat ſolui gabella primo, an vero ſe-
cundo? dicebatur ꝙ primo, eo quia talis hæreditatis aditio re-
trotrahebatur, & ſic ad tps primi. Reſpondebatur mihi, ꝙ hoc
verum ficte, non autem vere, & fictio non procedit vbi veritas
locum habere poteſt, de lib. & poſthu. cum quidam. cũ ſim. Itē
& licet trahatur retro, non tñ trahitur retro in præiudicium ter
tij, vt in ſimili dr in ratihabitione, vt in l. obſeruari. §. poſt hæc.
de offic. procon. Item allegabatur pro hoc quoddam dictũ Bar.
in l. ſancimus. la pe. C. de conſu. & non ſpar. pec. lib. 12. vbi per il
lum tex. eleganter dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ de quolibet ꝯtu, ex
quo ius quæritur, ſoluatur gabella, ſi emitur fundus cũ hoc pa-
cto, quod hinc ad duos menſes ius dñij in me emptorem non
tranſeat, & tempore ꝯtus facti erat vnus gabellarius, tempore
lapſus duorum menſium erat ſecundus, quod debetur gabella
ꝯtus primo, & non ſecundo, licet ius ꝯtus non fuerit mihi q̃-
ſitum niſi poſt duos menſes. & ita ibi decidit no. per illum tex.
vbi vr caſus. Ad hoc non bene reſpondebatur. Allegabant ter-
tio dictum Bal in d. §. poſt hæc. vbi ſtante prædicto ſtatuto pro-
cur. reuocatus ꝯhit, & ſic inutiliter, & tempore ꝯtus erat vnus,
tempore ratificationis ꝯtus per dñm factæ erat alius ſecũdus,
debetur gabella primo & non ſecundo, eo quia ratihabitio re-
trotrahatur. Ad hoc reſpõdebatur, ꝙ lec. mea erat corrupta, im
mo Bal. ibi expreſſe determinat ꝯrium, videlicet ꝙ ſecundo de-
beatur gabella; & quia illa ratihabitio nõ trahitur retro in prę-
iudicium ſecundi gabellarij. Item & quia tempore primi gabel
larij ꝯtus erat inutilis, quia adhuc nõ ratificatus, & de ꝯtu in-
5 utili † nõ debet ſolui gabella ſtante prædicto ſtatuto, vt l. j. C. de
eunuchis. & ibi tex. no. iudex ſentiebat ꝯ me, niſi ꝙ poſtmodũ
inuentum fuit, ꝙ in vltima die temporis primi gabellarij adita
fuit hæreditas, & ſic ius gabellæ erat in ſua perſona cauſatum,
pp temporis tũ breuitatē nõ potuit illo die exigere, vnde poſt-
ea licet euenit tempus ſecundi, attamen dicta gabella debetur
primo, & licet ſecundus exegerit, attamen primo reſtituere tē-
netur. & ita reperi Cy. tenere in addit. ff. veteris, in l. fi. de iuriſd.
omn. iudic. quod poſtmodum ibidem refert in repetitione ſua
in fi. ꝯfirmando Bal. allegando l. is qui in puteum. §. qui poſtea.
quod vi aut clam. & refert hanc q. in l. fi. C. de fruc. & li. expen.
6 & ita fuit finaliter obtētum. Vltimo † facit hæc l. ꝙ ſi bannitus
eſt quis, cui reſpectu confiſcantur omnia bona ſua, & antequã
bannitus eſſet, inſtitutus erat in aliqua hæreditate, nondum tñ
adita, an dicta hæreditas quærēda tranſmittatur in ipſum fiſcũ?
hanc quæſtionē ſimiliter reperio fuiſſe de facto, & eam refert
in tractatu ſuo ſolemniſſimus Doctor do. Nellus de Florentia,
vbi finaliter dicit illam hæreditatem in fiſcum non fuiſſe tranſ-
miſſam, eo quia quæſita, & non quærenda veniunt in confiſca-
tionem, vt l. quoties. §. fi. j. de noua. & l. nam ad ea. de condit. &
demon. in glo. & in l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. mand. Du-
bium tñ eſt, ſi poſt bannum bannitus adiuerit, an hæreditas illa
applicetur fiſco? videbatur ꝙ ſic, per hanc legem, ꝯrium tñ eſt
verum, quia illa lex procedit ficte & non vere. & ita refert ille
Doct. determinatum fuiſſe. Deciſio tñ primi dubij vr no. in l. ſi
quis mihi bona. §. ſi ſeruus fiſci. ſ. eo. & ibi vide. Vltimo tractat
hic Bar. an ſtatuta loquentia in caſu vero, trahantur ad fictũ, de
quo vide j. de fonte. l. j. §. hoc interdictũ. & quod pleniſſime tra-
ctat Io. And. in mercur. in c. pro poſſeſſore. de reg. iu. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Suitas per dationem cohæredis extranei non tollitur.*
2 *Quis per alium poteſt, quod aliquando per ſe non poteſt.*
3 *Hæreditas in hæredem hæredis tranſit cum illa qualitate, quæ erat penes primum hæredem.*
4 *Priuilegium, quod æquitate nititur, ad ſucceſſorem tranſit.*
5 *Portio deficiens quando accreſcat etiam inuito.*
6 *Cohæres, qui inuentarium non facit, an teneatur vltra vires hæreditarias.*
7 *Lex hæc an habeat locum, ſi hæres non confecit inuentarium, & de eius practica, remiſſiue.*
8 *Diſpoſitio huius legis ꝙ habeat etiam locum, quãdo extraneus repudiat.*

LEX LVI.

CVm hæreditate. Propter repudiationē cohæredis poteſt hæ-
res, qui adiuit, a tota hæreditate recedere. quod pri
uilegiũ etiam ad hæredem hæredis tranſit, niſi cre-
ditores dicant eius portione tm̃, quę adita eſt, ſe fore contentos.
1 hoc dicit & non eſt alibi ſm Bar. cum ſeq. No. ꝙ † propter da-
tionem cohæredis extranei quis ſuus eſſe non deſinit. patet, qa
non obſtante talis hæredis datione, hic etiam neceſſarius voca-
tur, j. eo. l. ſi ex parte. Hoc tñ intelligo, vt vr plene in l. ſi filius. &
in l. ſi filius hæres. & in l. filius qui ſe paterna. ſ. eo. Nota brocar-
2 dum † illud, ꝙ poteſt quis per alium, quod per ſe aliqñ non po-
tatio. de quo plene vide per Bart. in l. damni infecti. §. Sabini. &
in l. j. §. aut actio. de opē. no nunc. & gl. in clem. j. de offi. deleg.
& Bal. in l. ſi qn̄. C. de teſti. in rubrica, C. ſi ex falſis inſtru. & ple-
niſſime vltra alios per d. Ant. de But. in c. licet cauſam. extra de
prob. & vide no. verbum Iac. de Ra. in l. ille autem. ſ. de hæred.
inſtit. In tex. ibi, dum dicit, oſtendendum probandumque.

§. Si ſeruus. Iuſſus extinguitur monitione domini, &
ideo in adeunda hæreditate per ſeruum
eſt neceſſarius iuſſus noui domini. hoc dicit. Et facit hæc litera
ad quæſtionem de monachis, de qua pleniſſime dicemus in l.
ſi ſeruus eius. j. eo. Nota mutatione domini extingui iuſſum, ſi-
cut morte, ad quod ſ. eo. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum.

SVMMARIVM.

1 *Incapax ad acquirendum ob delictum, ꝙ non poteſt per alium acquirere, ſecus ſi eſt incapax ob infęlicitatem.*
2 *Bannitus, qui ex forma ſtatutorum acquirere non poteſt in territorio bannientis, an poſsit per alium acquirere.*

§. In libro. Furioſus per ſe non acquirit, ſed mediante
ſeruo aut filio. hoc dicit. No. ex iſto tex. ele-
1 ganter † ꝯiuncta gl. vltima, ꝙ qui incapax eſt acquiſitionis pp
delictum, non poſſit per alium acquirere, vt l. neque. C. de hæ-
red. inſtit. Attamen quando incapax ob infęlicitatē acquiſitio-
nis facti, per aliū poteſt acquirere. & ita ſemper allegat̄ hæc lite
2 ra. Et hoc inducit hic Ang. & per eū ponderat̄, † ꝙ ſi ex forma
ſtatuti bannitus nō pōt acquirere in territorio bannientis, non
poterit acquirere p ſeruū, vel ſubiectā pſonā, eo qa eſt incapax
ob ſui delictū, hoc tn̄ multipliciter limita. Primo, niſi iſta acqui-
ſitio ſit ſibi potius odioſa, q̄ fauorabilis, qa tunc nō obſtāte ſta-
tuto poterit acquirere, ne factū in eius odiū retulier in eius fa-
uorē, vt l. ſi quis ſolidū. & ibi ponit Bal p illā literā, vbi vide Bar.
ad hoc alleg. ꝯcor. ſ. de hære. inſtit. p quo vide gl. no. in l. 2. §. ne-
mo. ſ. de capitis diminu. q̄ dicit no. ꝙ licet bannitus deſinat eſſe
ciuis, vt l. amiſſione. §. qui deficiunt. ſ. eo. tit. & l. ſi. j. de releg. &
ibi per Bart. tamen non deſinit eſſe in eius odium. Item & ſecū-
do mirabiliter limita, niſi ipſi bannito ſeu ipſi ſeruo ſit aliqd re-

lictum, cum hoc ꝙ vendat, quia tunc non obſtante ſtatuto valet ipſa acqſitio, hoc ſingulariter ponit Bal. in l.cũ qõ. in ſimilibus verbis ſuis, quod tene menti, mouet ſe ꝑ gl. ad hoc no. Ioan. And. in c.j. ſuper verbo, domũ. de reli.dom.lib.6. dicentem, ꝙ licet ordo Minorũ non põt ſibi acquirere aliquid, attamen ei relinqui põt cũ hac ꝯdi. &c. ab aliquibus reprobatur. Et pro plena eius intelligentia vide do. Ant. in c. in pñtia. de prob. Secũdo, poſito ꝙ ſit vera, non tñ recte ad propoſitum Bal. poteſt induci, quia loquitur in ordine Minorum, qui prohibentur acquirere, non tñ hoc procedit propter delictum, vt in caſu noſtro, ſed potius ob facti infęlicitatem. & vide in l.fi. C. non lice. habi. metropo. lib. 11. Cogita. Tertio limita, niſi acquiſitio facta ipſi bãnito reſultet in fauorẽ ciuitatis, quia tunc ẽt poſito, ꝙ reſultet in fauorẽ ſuũ, valet acquiſitio. h.d. no. Bar. in l. ſi qs in graui. §. vtrum. ff. ad Sillania. per iſtum tex. quod tene mẽti. Quarto intelligas ſtatutum in acquiſitione dñii. non autem in acquiſitione poſſeſſionis exiſtentis in mero facto, quia & illa non ob. ſtatuto poteſt acquiri, hoc eleganter dixit ſe diſputaſſe in l.2. in ſimilibus verbis ſuis. ſ. de iuriſd. om. iud. & ita decidit per tex. qui bene probat in l.j. §. ſi quis vxori. de acquir. poſſ. Vltimo vr̃ hæc litera ꝯ legem, cum hæres. ſ. e. ſed ſoluit vt hic per Barto. Bal. & Aug. hoc caſu fuit inſtitutus contemplatione patris furioſi, merito ſibi acquiritur, ſecus autem econtra. vel & melius hic ideo patri acquiſiuit, quia videtur ſuæ volũtatis fuiſſe, vt acquireret, ex quo adiuit cum voluntate curatoris ipſius furioſi.

LEX LXIIII.

SEruus duorum. Nota, hęreditatẽ poſt manumiſſionem nõ aditam ſeruo acquiri, non autem domino. h.d. Et ꝑ hoc induci poteſt hæc lex, & l. legatarius. de lega. j. licet dominus Raphael Fulg. ibi ſubtiliter teneat contrariũ dicẽs primo, quia nemo inuitus cogitur in communi ſtare. vt l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum. de condi. indeb. Item ex quo licebat priori domino aut totum, aut nihil emere, & ſic non poterat partem, d.l.fi. C. de iure emph. non debet ipſa obligatio ex perſona hæredum mutari, vt l. 2. §. his de verb. obligat. & l. cui fundus. de cõdit. & demonſtr. cum ſimilibus. Ex quibus præfatus Doctor, quia licèt dictum Guil. ſit ſingulare, tamen ſibi non videtur verum, pro eo tamen optime facit hęc litera, vt hic vides, quia licet a principio ius ſucceſſionis ſit indiuiduũ, vt l.j. & 2. ſ. e. attamẽ ex perſona hæredum mutatur, & diuiduum accipitur. facit tamẽ pro domino Raph. quia natura vẽditionis eſt indiuidua, vt l. in executione. §. in ſolidũ. & l. cum ex cauſa. de verb. oblig.

LEX LXVI.

SI ſeruus. Seruus plurium poteſt omnibus dominis neceſſarius hæres exiſtere. hoc dicit. Nota hæredem neceſſarium omnibus dominis hæredem fore. In glo. ibi, l. j. hoc eſt verum de iure nouiſſimo, de iure autem Digeſtorum non poterat aliter ſaluari hæc lex, niſi dicas omnes inſimul deceſſiſſe ſecundum caſum, l. duo ſocij. in glo. allega. vel etiam ſecundum alium intellectum gloſſæ.

LEX LXVII.

SEruus communis. Inter cõiunctos coniunctione legali locus eſt in hæreditate iuri accreſcendi, ſecus in legato, aut vſufructu. h.d. No. ex meo iuſſu facto induci tacitum ius accreſcendi, & hoc inter coniunctos coniunctione legali. Ad hoc vide de leg. 2. l. & Proculo. In glo. ſup verbo, accreſcere. hanc gl. multoties inducit Bal. ꝙ ius accreſcendi neceſſarium in hæreditate, non poteſt per teſtatorem prohiberi, ſecus in legatis. Quod an ſit verum, vide in l.j. §. ſi ex fundo. & l. quoties. §. ſi duo. de hæred. inſtit. & ſ. de vſufruc. vbi gl.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus in eo, quod eſt commune pluribus vt ſingulis, ſi an vnite & collegialiter præſtetur.*
Et quid quando eſt commune pluribus vt vniuerſis.
2 *Feſtinatio vnius non debet alteri nocere.*
3 *L. fin. C. de iure emphy. an habeat locum in emphyteuta nolente vendere partem.*

LEX LXVIII.

CVm ſolus. Ob legis ſeparationem hęreditas vnita ſeparari poteſt. h. d. No. ꝙ
1 in eo, qđ eſt cõe † pluribus vt ſingulis, non reperiẽ
ꝙ iuſſus vnite, & collegialiter interueniat, ſed ſufficit ſi ſeparatim. ad hoc ſ. de ſerui. ruſti. prædio. l. per fundũ. commu. præd. l. eſt receptum. niſi in caſu l. & ſuum. de pac. vbi habes tex. no. ꝙ quotieſcunque conſenſus maioris partis poteſt in vniuerſo pręiudicare, ſm l. ꝙ maior aditum. licet tñ illud ſit commune pluribus vt ſingulis, tamẽ requiritur, ꝙ vnite, & collegialiter conſenſus interueniat, vel ſi ſeparatim, quicquid agiẽ non valet. In eo vero, quod eſt cõe pluribus vt vniuerſis, nõ ſufficit ſi interueniat conſenſus ſeparatim, quia tunc actus nihil valeret, ſed requiritur ꝙ collegialiter & vnite, vt dixi, & hoc vide per Inn. extra de conſti. c. omnes. de elec. c. auditis. & per no. in glo. in c. præſentium. de teſti. lib. 6. & per Io. And. in c. dudum. de ecc. non ædific. & per Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. eccl. & vide in l. 2. C. de cur. vbi per Bal. No. feſtinatio
2 nem vnius † alteri nocere non debere. & de feſtinatione vide pulchrum tex. in l. ſi hominem. ſ. depo. Et no. ex iſta l. aliud, ꝙ licet vnus inſtitutus tantum non poſſit hæreditatem ſeparatim adire, attamen ipſe decedens pluribus inſtitutis, hæreditatem illam tranſmittet, licet ipſe a principio ſeparatim admiſſus non poſſit, attamen propter ſeparationem legalem, quæ inducitur inter ipſos, hæres poterit ipſam hæreditatem ſeparatim adire.
3 Et † ſic facit iſta lex pro eleganti dicto, videlicet d. Guil. de Cu. in l. noxali. circa fin. ſ. de pec. dicentis, ꝙ licet l. fi. C. de iure emphy. prouideat, ꝙ emphyteuta volẽs ius emphyteuſis alienare, prius alienare nõ poſſit, quàm dominus ſit requiſitus, quia aut totũ ius curiæ compellit, aut nihil habere debet, attamen hæredes ipſius domini poſſunt, emphyteuta vendere volente pro parte curiæ, licet vnus velit emere partem, alter non. attamẽ ad hoc emphyteuta, licet in priori domino non fuiſſet, quod no.

SVMMARIVM.

1 *Ordo ſuccedendi ꝙ datur, vbi eſt pluralitas graduum.*
2 *Terminus ad adeundam datur primo inſtituto ad petitionem primi ſubſtituti.*
3 *Plures termini etiam diuerſis ſucceſſiue ſtatui poſſunt.*
4 *Limitatio ad d.l. ſiue pars. C. de dila.*
Secundus ſubſtitutus ꝙ admittitur in defectum primi.
5 *Electi ſi ſunt tres poteſtates, quorum vnus ante acceptationem moritur, deinde moritur ſecundus, an tertius in defectum ſecundi admittatur.*
6 *Præſcriptio an currat conditione pendente.*
7 *Dilatione pendente ſi articuli producuntur, & ſuper eorum admiſſione diſputatur, an interim currat tempus datum ad probandum.*
8 *Tempus, quod ſtatuit iudex hæredi, intra quem adeat hæreditatem, quantum eſſe debet.*
9 *Terminus adeundæ hæreditatis an poßit per iudicem prorogari.*
10 *Hæres quando vltra tempus præfixum ad adeundum poterit adire.*
11 *Iudex quando ſtatuere poßit alicui terminum ad agendum. Et an quando poſt lapſum termini ad agendum quis agere poſſit. nu. 12.*
Purgatio moræ ꝙ admittatur in actione cõſeruanda, non tamẽ acquirẽda.
13 *Termino ſtatuto ad probandum, an illo elapſo, quis ad probandum admittatur.*
14 *In cauſa criminali poſt terminum datum ad probandum, & etiam poſt cõcluſionem in cauſa, admittuntur teſtes & probationes.*
15 *In cauſa appellationis ꝙ probationes admittatur etiam poſt terminum ſtatutum ad probandum. quod intellige, vt ibi.*
16 *Probari per confeßionem quòd poßit etiam poſt terminum datum ad probandum.*
17 *Iudex ꝙ poſt terminum datum ad probandum, & etiam poſt concluſionem cauſæ poteſt probationes inducere.*
18 *Probationes quando fieri poſſint poſt terminum, ſi in termino ſtatuto probare debens fuerit impeditus.*
19 *Probationes admittuntur in cauſa ſpirituali, vel matrimoniali, vel ſummaria poſt terminum.*
20 *Probationum declaratio an poßit fieri poſt terminum datum ad probandũ.*
21 *Terminus in dubio an dicatur peremptorius.*
22 *Excipere quando quis poſſit poſt terminum datum ad excipiendum.*
23 *Termino dato ad producendum teſtes, vel inſtrumenta, an poſt lapſum termini poſſint produci. Et an poſt terminum datum ad eligendum poſſit quis eligere. num. 24.*
25 *Contumax ꝙ habetur pro adeunte, vel repudiante, prout ſibi magis præiudicium infertur.*
26 *Teſtator ſi inſtituit filium ſuum pupillum, & ſi intra pupillarem ætatem deceſſerit, ſubſtituit ſibi Sempronium, & ſi Sempronius quandocunque deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit ſibi Sẽpronio Titiũ, an ſi Sempronius moritur ante pupillum, & poſtea pupillus, an Titius ſuccedat pupillo.*
27 *Teſtator ſi inſtituẽdo pupillum eidem pupillariter ſubſtituit Semproniũ, qui ſi deceſſerit viuo teſtatore ſubſtituit eidem ſubſtituto Caium, an Sẽpronio decedente mortuo teſtatore patre pupilli, Caius ipſe admittatur ad ſucceßionem pupilli.*

LEX LXIX.

QVandiu. Poſteriores in ordine non admittũtur, niſi prioribus excluſis. Et ideo ad petitionem poſteriorum ſtatuitur terminus prioribus, intra quem, ſi non adeant, poſteriores admittuntur.

1 tantur. hoc dicit. No. ex hac † litera, quòd vbi eſt pluralitas gra duum, ibi eſt ordo ſuccedentium. Et ideo lex conſiderans teſtatoris ordinem, voluit poſteriorem poſt priorem admitti, & de hoc ſ. eod. l. quandiu. & ſ. de hæredib. inſtituen. l. cum teſtamen
2 to. cum ſimilibus. Nota. quòd † ad petitionem primi ſubſtituti datur terminus ipſi inſtituto, & ad petitionem ſecundi datur terminus ipſi ſubſtituto primo. Et poterit prætor eodem tempore ſucceſſiue tamen dare terminum inſtituto primo loco, & ſubſtituto, nec ante lapſum terminum ipſius inſtituti curret terminus ſubſtituto primo, vt puta, ſi iudex dicat, do terminum primo inſtituto centum dierum, aut anni, hæreditatem adeundi, & ſubſtituto tantundem. Quod tamen dicunt hic legentes terminum non currere ſubſtituto, niſi poſt lapſum primi. debetis notabiliter limitare. Niſi ipſe inſtitutus, cui eſt datus primo terminus, ipſi termino renunciauerit, tunc enim quantumcunque iudex dixerit, & poſt lapſum primi do terminum ſecundo. nihilominus a die renunciationis incipit ſecũdo terminus currere. Et iſte eſt tex. no. ſm vnam expoſitionem glo. in l. fi. C. qui admit. & ita limito, quod dicunt hic legentes. Ex his no. ꝙ poſ-
3 ſunt † plures termini etiam diuerſis ſtatui ſucceſſiue, & ita ſeruat curia Romana, ſm Angel. pro quo l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. vide bonam glo. in c. conſtitutionem. de ſententia excomm. lib. 6. & dicit hic Bart. quem alij ſequuntur, ꝙ etiam prima pendente dilatione poterit a iudice impetrari per ſm ſubſtitutum, vt ipſi ſubſtituto primo detur ter-
4 minus. Ex quo no. ſecundum † eandem limitationem ad l. ſiue pars. C. de dila. vbi licet ius dicat pendente dilatione iudicis officium conquieſcere, verũ eſt ad nil ſtatuendum ſuper eo, ſuper quo dilatio conceſſa eſt, ſed ſuper diuerſo locum ſibi non vendicet illa lex, quod dictum clare probatur in l. generaliter. §. de illo. C. de reb. cred. hanc tamen limitationem tu vlterius limita ſm dictum Bar. in l. 2. de re iudi. niſi iſtud diuerſum, ſuper quo terminus ſtatutus eſt, eſſet ꝑiudiciale aut ↄnexum. Primo, ſup quo dilatio eſt ↄceſſa, tunc etenim non habet locũ dicta limitatio, ſed firma remanet, d. l. ſiue pars. vt ibi ipſe dicit. quod no. & ẽt ponit hic Bal. allegando l. creditor. ſ. mand. licet Bar. non alleget. & hæc vera, niſi finita foret cã ipſius dilationis, tunc etenim intelligit̃ finita dilatio, & non habent locũ ꝓdicta, d. l. ſiue pars. ad quod ẽt ĵ. ad Treb. l. ſi a filio. §. alumno. & l. ſi quis ita hæres. ĵ. e. & quod vtrobique per Bar. Item & tertio limita illam l. ſiue pars. niſi illud, ſuper quo data fuerit dilatio, nullius momenti fuerit, quia tunc & dilatio nulla cẽſetur, nec illa lex habet locũ, vt eleganter colligit Bar. & tex. ff. de leg. 2. §. curatoris. in l. cũ pater. No. vlterius, ꝙ in defectum primi ſubſtituti admittitur ſecundus, qui obtinet primi vicem. Quod inducitur hic per Bart. ad duas quæſtiones, de quarum vltima ſupra diximus, alias di-
5 cemus in fi. Alia † eſt, ſi in eodẽ officio ſunt electi tres pꝛ̃ates, & primo vnus, ſecundo alter, & ſic ſucceſſiue, ſi prior pẽdente acceptatione ante introitũ officij morte defecerit, deinde poſtmodũ defecerit ſecundus, an tertio electus in loco ſecundi admittatur? Et vr̃ per hunc tex. ꝙ ſic, tñ debent conſiderari verba electionis. Aut n. verba dicunt, eligimus talẽ, & ſi non veniret, eligimus aliũ, tunc enim locũ habebet, quod dictũ eſt ſupra. Aut ũ non acceptauit, & tunc quia eo ipſo ꝙ acceptauit deficiũt verba ipſius electionis, dicendũ eſt excluſos fore ſequentes. In dubio aũt ſemp intelligitur electus, ſi non venient, arg. l. qui p ſalutem. de iureiur. Nec hoc caſu excludũtur ſequentes, licet acceptauerit primus, quia per hoc ipſi primo non fuit plene ius ſibi quæſitũ. ad hoc ſ. de offi. ꝑſi. Ang. de ↄd. & dem. l. Publius. Et iſta eſt in articulo, quo Bar. in l. cũ ſub hac. eo. tit. & Bal. in l. poſt aditã. C. de impub. No. ꝙ antequam ius cõpetere incipiat, non venit terminus ſuper illo iure, aut eius exercitio aſſignatus, vt
6 hic in fi. Quod facit, † vt pendente ↄdõne non currat præſcriptio. ad quod no. l. cũ notiſſimi. circa fi. C. de pſc. 30. ann. Quod eleganter intellige, qñ eſt conditio miſta aut caſualis, cuius impletio non conſiſtit in poteſtate patris, ſecus ſi ſit conditio poteſtatiua, quia tunc ſibi imputetur, cur non impleuit, & præſcriptio currit, vt eleganter voluit Guil. de Cu. ex tex. l. j. §. ſi ſub cõditione. ſi quis omiſ. cau. teſt. & quod ibi refert Ang. & Bald. qđ tñ vlterius limita ſm eundẽ Bal. C. eo. ti. l. 2. de quo ibi vide pro
7 huius dicti intellectu. Et inducitur † hæc l. fi. per Bal. ad q. q̃ fuit Spec. in tit. de dila. ꝙ ſi iudex dat dilationẽ ad producendos teſtes. Et pendente dilatione producũtur articuli, ſup quibus diu dubitat iudex, an admittendi ſint, & ſup hoc litigat̃, an hac litigatione pendente currat terminus teſtiũ producendorũ? dixit ipſe Spec. ex hoc tex. dixiſſe non currere, eo maxime, quia impedito non currit terminus, l. 2. §. ſi dubitet̃. ff. de iudic. l. vt pfectius. de anna. excep. C. de inoffic. teſtam. ↄ maiores. & per ↄñs non huic, qui ſuper diuerſo articulo ab eo, ſuper quo data eſt dilatio, impeditus fuit. Et licet hoc ipſe ita ſimpl̃r dicat, non tñ ita debes intelligere, quia ſi ex culpa, aut ex temeritate, doloue producentis iudex dubitet articulos admittẽdos fore, nihilominus hoc caſu non obſtante ſup eius litigio, currit terminus, vt voluit Bar. in l. 2. §. non ſolũ. ff. ad Tertul. & hoc ne ſua culpa aut temeritas ſibi proſit, de vſucap. l. tutor. de re iudi. l. negotiorum. cum ſimi. Et hoc fuit ſequutus idem Bal. in d. l. ↄ maiores. vbi ponit plures ſimiles q. circa hoc. & facit quod ipſe no. in l. qui teſtamento. de excu. tut. vbi in ſimilibus terminis ponit alias duas q. In glo. ſuper verbo, ſubſtituto. ibi, vſque quo primum tempus erit finitum. dic vt dixi in nota. In ea. ibi, ad inſtitutum ſubſtituti. hoc poterit procedere, quando quis eſt inſtitutus pure. Sed quomodo procedit, ſi inſtitutus eſt ſub poteſtatiua conditione, quæ vſque ad vltimum ſpiritum vitæ impleri poteſt, vt l. ſuus quoque. de hære. inſti. & l. fi. de condic. inſer. Dicas hoc caſu, ꝙ queadmodũ quis eſt inſtitutus pure, licet ꝑpetuo adire poſſit, vt in fi. gl. dictũ fuit in l. quandiu. ſ. eo. tñ ne hæreditas ſtet in ſuſpenſo, poterit terminus dari per iudicem, vt adeatur, & quãdo ſub poteſtatiua conditione inſtitutus eſt, poterit per eundẽ dari terminus, intra quẽ impleatur poteſtatiua conditio, & adiri hæreditas. Et hoc voluit glo. in l. ſi quis ita inſtituatur. la grãde. ſ. de hæred. inſtit. & hæc procedunt in poteſtatiua ↄditione adiecta inſtitutioni, alias ſubſtitutioni, ſecus ſi ſit adiecta legato, qa tunc impleri debet cũ primum poteſt, vt l. hæc conditio. ĵ. de cõ-
8 ditio. & demon. In ea. ibi, tempus arbitrio iudicis. hanc † gl. no. Bal. & Ange. ↄ Bart. dicentes in d. l. ſi quis ita inſtituatur. & hic, & in l. j. cum ſim. de iure delib. & l. ſi ſeruus. de bonis autho. iudi. poſſid. & l. quandiu. ex quib. cau. in poſſ. eatur. dicentem, ꝙ tẽpus, quod iudex debet præfigere ad inſtantiam ſubſtituti, ſeu creditorum ipſi hæredi, vt adeat, debet eſſe in ſuo vnius anni, vt l. j. §. largius. de ſucceſ. edi. in extraneo nõ minus centũ dierũ, l. j. cum ſeq. de iure delib. ſupra alleg. Præallegati Doc. per hanc gl. dicunt Bar. male dicere, dicentes tp̃s arbitrio iudicis ſtatui debere, ſi etenim eſſet verũ, quod dicit Bar. ꝙ non minus centũ dierũ, vel anno iudex ſtatuere deberet, ſequeret̃, ꝙ non eſſet arbitrium, quod eſt ↄ gl. & idẽ, quod hic tenent præfati Doct. in omnibus locis, in quibus ponit Bart. Aduerte, quia forte nullus ipſorum vr̃ bene dicere. Primo, quod dicit Bar. in ſuo, illud eſt manifeſte falſum, quia tex. §. largius. per eum allegatus eſt hodie correctus per Iuſtinia. in l. fi. §. ſed quia. C. de iure delib. vbi expreſſe dicit litera, ꝙ tempus, quod dari debet ipſi ſuo ad adeundum hæreditatẽ, a principe conceditur vnius anni, ab inferiori iudice nouẽ menſiũ. dicit ibidẽ Iuſtinia. ſe in hoc velle corrigere iura antiqua, vnde male dicit Bar. de anno. niſi ſaluemus cũ principe. Item male Bald. & Ang. dicentes tempus eſſe arbitrarium, quia hoc eſt contra authoritatem glo. in d. §. ſed quia. dicentis iudicem illum terminum excedere non poſſe, vnde non
a eſt arbitrarium quo ad prorogationem. [a] Secũdum autem qđ dicit Bar. in extraneo, vr̃ falſum ſimiliter per glo. in l. 2. de iure deliber. vbi allegando tex. in d. §. ſed quia. qui loquitur in anno ſuis conceſſo, dicit ſimiliter per eundem tex. fore correcta iura dicentia debere dari terminum centum dierũ extraneis hæredibus. Itẽ & ſi verum eſſet, quod dicit Bar. Bal. & Ang. omnimodo non bene dicunt, quia non ſequitur, iudex non põt dare minus centũ diebus. ergo hoc tp̃s non eſt arbitrariũ, quia immo arbitrarium eſt in prorogatione, non autem in diminutione, vnde dicitur habere limitatum arbitrium, quod excedere non licet minuendo, arg. ĵ. de acqui. rer. dom. l. in agris limitatis. cum ſim. Et iõ in extraneis teneas quod dicit Bar. Nec ob. gl. in d. l. 2. de iure delib. quia falſa, vt apparet ex tex. d. §. ſed quia. Imperator ibidem dicit ſe in toto non velle corrigere iura antiqua, ſed tñ ea, quæ loquuntur de tempore annali, vnde non debet extẽdi ad ea, quæ loquũtur de extraneis dando centũ dies, vt loquitur d. l. 2. Primo, quia hoc ibi ſentit Imperator. Secundo, quia legum correctio eſt euitanda. Ergo bene Bar. vt dixi, & hæc procedunt, quando iudex dat terminum, intra quem ſi non adit, hę res habeatur pro adeunte, vel repudiante ſm diuerſitatem caſuum, vt infra videbitis. Quando autem iudex ad inſtantiã creditorum, qui ius ſuum proſequi non poſſunt, dat terminũ ipſi hæredi, intra quem adire debeat, ad hoc vt ſint certi creditores, an agere debeant contra hæredem, vel petere curatorem dari hæreditati iacenti? hoc caſu iudex, quia hæc eſt iuſta cauſa, poterit terminũ centum dierum, ſeu anni minuere, argum. l. nonnunquam. de iudi. & tunc licet lapſum fuerit tempus, & bona creditoribus diſtracta ſeu poſſeſſa, hoc non obſtante poterit hæres hæreditatem adire, non tñ erit hæres emolumentorum, ſed oneium & nudi nominis. Et ad hoc tex. in d. l. ſi ſeruus. coniuncta gloſſa magna. & hoc eſt quod notabiliter dixit Baldus limitando iſtam legem, in rubrica, de ſucceſſorio edicto. quod dictum Ange. hic, & in dictis legibus, vbi Barto. ponit, ſibi appropriat neminem allegando. Addas tamen caſum, in quo nõ requiritur

ADDITIO.

a Ad prorogationem. Vide in ſimili notabile dictum Bal. in l. certa ratione. ad fi. C. quando prouo.

requiritur iſtum terminum pro deliberatione aditionis debere
dari,quod eſt qñ hereditas continet in ſe tm̃ lucrum & nullum
damnum,tunc enim a iudice talis terminus dari non debet. &
hoc voluit notab.glo. ea ratione,quam ponit in legato, in d.l.j.
in gloſſa ſuper verbo, patet. ſ.de iure deliber. quam ibi ad hoc
9 no.dom.Bal.Vlterius dubium eſt, an talis † terminus adeundę
hæreditatis poſſit per iudicem prorogari. in quo Bar. in l.2. de
re iud.dicit,ꝙ ſic ꝙ non procedit in termino nouem menſium,
d.§.ſed quia.vt ſupra dixi,ille terminus non poteſt per iudicem
excedi, & ſic coniuncto tex. cum glo. eſt ibi tex. contra Barto.
Poterit tamen dictum ſuum ſaluari in termino centum dierũ,
qui datur extraneo,ꝙ cum in hoc non reperiatur correcta d.l.2.
ergo,ibi eſt caſus pro eo a contrario ſenſu literæ,dum dicit, non
minus,ergo plus poteſt dari prorogando. In ea.glo. ibi, & facit
10 ad hoc, vt vltra tempus ſtatutũ. hoc † tenet Bar.per d.l.ſi ſeruus.
hic & vbiq;. Bal.autem hic remiſit ſe ad d. l. ſi quis inſtituatur.
quem ſequuntur Moder. dicit,ꝙ aut iſtud tempus eſt præfixũ
hæredi ad petitionẽ creditorum,& tunc licet intra tempus non
adiuerit,attamen poſt tempus re integra poterit adire, etiam ſi
iudex comminatus ſit, ꝙ ſi intra tempus non adiuerit, vlterius
adire non poſſit, vt eſt elegans no.Innoc. extra qui mat. accu.
poſſ.c.cum in tua.Aut talis terminus eſt præfixus ad inſtantiam
ſubſtituti,& tunc putat,licet nihil alleget,ꝙ hæres poſt terminũ
adire non poſſit. Tu allega duo. Primo,quia vt dicit glo.fi.ſi ter
mino ſtatuto ad petitionem ſubſtituti, intra quem hæreditas
non aditur,hæres hr̃ pro repudiante, ergo vlterius adire nõ po-
teſt,quia ſi ſemel deſinit eſſe hæres, nõ põt amplius fieri hæres,
vt l.tam maior.C.de repu.hæred.cum ſim. Secũdo,quia ſtatim
poſt lapſum terminũ lex facit executionẽ conuertendo hæredi-
tatẽ ad ſubſtitutũ,ergo non admittitur purgatio moræ, vt l.is q
ob rem non defenſam.de cõd.indeb. & l.inſulam. cum ſim.de
verb.oblig.Vltimo,quia hic do.Io.de Imo.ponit quandam ma-
11 teriam ſtatuitionis termini, in † qua dicit Doct. ſepius inculca-
re caſus.Ideo nos eius ordinẽ ſequẽdo habemus primo videre,
quia iudex aliqñ ſtatuit terminũ ad agendũ, & tunc an poſſit,
dicit hic præfatus Doc. ꝙ aut vult ſtatuere terminũ in cã mere
ci.& tunc dicit ſe nõ bene reperire iure cautũ, ꝙ ad hanc rõnẽ
intentandam iudex terminũ ſtatuere poſſit, tamen dicit hanc
eſſe communem ſententiam & glo. & Doct. Tu autem omiſſo
eo quod ipſe hic dicit, dicas, ꝙ aut iudex vult ſtatuere terminũ
in ciuili cã.quæ ſecũ habet odium permiſtũ, & tũc dicas, ꝙ ſic,
hoc ꝓbaī in cã diffamatoria ſtatus, vt l.diffamari. C.de ingen.
manu.probatur in cauſa querelæ inoſſicioſi teſtamenti, ꝑ gl.in
l.Papinianus.§.ſi quis poſt.ſ.de inoſſic.teſtam. Aut eſt fauorabi
lis,& tunc dicas,ꝙ cum cã iuſta poteſt ſtatuere terminum,alias
nõ, vt probatur per gl.in l.j.C.vt nemo inui. voc. Et iuſta cã erit
ſcholari, qui vult recedere, ne intentatus recedat, ſtatim faciat
terminũ creditoribus. Item iuſta cã erit ipſius partis contuma-
cia, quia propter eam iudex denegare poteſt audientiam parti,
alias per ſe, vt l.ſed & ſi per prætorem. §.ſed de cætero.in glo.ex
quib.cau.maio. multo magis terminum ad agendum ꝯſtitue-
12 re,& ita in hoc tenendũ eſt.Vlterius tñ dubitatur † hic per eun
dem, an poſt lapſum termini admittatur ad agendum? In quo
dicas,ꝙ aut non emanauit præceptum,& de eo poſt terminum
audiendum,& tunc intra modicum tempus,dummodo nil par
ti ſit factũ deterius ad agendũ,admittiř,eo quia pro actione cõ-
ſeruãda habet locũ moræ purgatio,l.ſi ita quis.§.Sci.a.ff.de ver.
oblig.& l.ſed ſi poſt tres. ff.ſi quis cau. non antẽ pro acquirẽda,
vt l.Thais ancilla.§.intra.j.de fideic.liber.Aut emanauit præce-
ptum,& tunc vlterius audiendus non eſt,ne ſit ludibrio,l.ſi præ
tor.de iudic. Quod eleganter limita ſm Innoc. in c.cum in tua.
qui mat.accu.poſſ.vt refert Bal.in præalleg.l.ſi quis inſtituatur.
& Ange.in l.Titia.j.de accu.niſi re integra,& iure aduerſarij nõ
facto deteriore,quod no. Hoc tamen dictum Inno. & ẽt prædi-
cta debes nouiſſime limitare ſm Ang.in Auth.de hære. & Fal.
§. ſi quis autem non implens. & in Auth.de eccle. tit. §. ſi quis
autem. quando iudex ſtante termino bis monuit actorẽ intra
terminũ intentatũ, alias bina monitione non p̃cedente nõ ob-
ſtante lapſu termini, & p̃cepto facto, quis ad agendũ admittiř.
Et dicit hanc ſuam eſſe nouiſſimam opinio.fundatam ex d.§ ſi
quis autem. in glo. ſuper ver. monitis. per iura quæ ibi allegat
gl.& per §.ſi autem.in Auth. de eccl.tit. Quod ſi verũ eſt,bene
eſt mirabile, vt ipſe dicit. Sed illa gl.nec tex. alleganti videntur
probare ibi ẽt, videlicet in d.§.ſi quis aũt.dũ tex.dicit,ꝙ ad hoc,
vt hæres per termini lapſum debeat priuari cõmodo hæredita-
rio,dicit debere intercedere iudicis monitionẽ, vt hæres volun
tatẽ teſtatoris exequatur. Glo. ibi quærit,an ſufficiat vna moni-
tio vel bina requiratur?& dicit vnam ſufficere.Nec ob.§.ſi quis
aũt.in Auth.de eccl.tit. quia ibi ideo requiritur bina monitio,
quia ſumus in relictis ad pias cauſas, q̃ ſi hæres non exequatur
bina admonitione p̃cedente, incontinenti executio deuoluitur
ad ep̃m, merito dicit gl.ꝙ ibi requiritur bina,quia incontinenti
priuatur.Secus aũt in caſu authen. hoc amplius. quia priuatur
poſt monitionẽ per lapſum anni.illa tamen gl.nõ vr̃ vera, quia
tex.in Auth.de eccle.tit.in §.ſi quis autem.præalleg. requirit ẽt
lapſum anni pro priuatione hæredis, vnde non incõtinenti pri-
uatur.ideo illa glo.eſt falſa per tex.quem alleg.& merito ſubſe-
quenter dictum domini Ang.quia illi tex. alleg. loquuntur, qñ
iudex me priuat ex eo,quod omiſi facere,non autem ex eo, qđ
omiſi agere.Vnde dicta extenſio non eſt fienda. cogita tñ, quia
dictum Ang. propter eius authoritatem alias me vidente & iu-
dice ſequutum fuit.Aliquãdo ſtatuitur terminus in actu crimi-
nali,& in hoc non eget ſuppletione,vide præalleg.l.Titia.& prę
allega.c.in tua.& l.ſi in ea. C.qui accu.non poſ. Aliquando ſta-
13 tuitur terminus ad † probandũ,& tũc dicas,ꝙ ſub iſto gñali ver
bo compræhenditur tam probatio per teſtes q̃ per inſtrumẽta,
ſm Spec.in tit.de dila.§.videndum.verſ.quid ſi data. Et an poſt
hunc terminum admittatur ad probandũ? cõis opin. eſt ꝙ nõ,
quia in dubio talis dilatio cenſetur peremptoria, vt l.fi.de fer.&
voluit Bar.in d.l.j. C.de dila.& in extraua.ad reprimen. ſuꝑ ver-
bo, dato termino. quod firmatur ex eo, quia cõis dilatio data
poſt li.ꝯteſt.in dubio cenſetur peremptoria, vt voluit Io.And.in
clem.j.de excep.quod firmant Do. de Rot.dec.13. & vide dictũ
Ant.in c.licet cauſam.de prob. Et ꝙ non admittaī poſt lapſum
terminũ, voluit Inn.in c.corã.de in integ.reſtit. niſi ex iuſta cau-
ſa, vel ex in integ reſti.ſm eũ,arg.c.cũ Bertholdus.extra de re iu
di.& in c.ex literis. de in integ.reſtit.vel vbi facto partis aduerſæ
lapſus fuerit terminus, vt idẽ voluit in c.ex literis. extra de teſti.
ad hoc ſ. de min.l. vnia.quod ibi ꝑ gl. Hæc tñ in ſe multiplicem
14 accipiunt limitationẽ. Primo,quia † prædicta in ciuili cauſa ve-
ra ſunt,ſecus in criminali, in qua ẽt poſt terminum & ꝯcluſum
in cã, ob ipſius cõem fauorem admittuntur probationes. tex.
eſt no. j.de pę.l.diui fratres, & quod ibi ꝑ Bar. facit de quæſtio.
l.j.§.ſi quis vltro. vide Bal.C.de cõd.indeb.l.j.& Bar.in l.admo-
15 nendi. de iureiur. Secundo hoc † vendicat ſibi locum in cauſa
principali, non autem in cauſa appellationis. Lapſus enim il-
lius termini quo ad probationes reſtringitur ad cauſam princi-
palem,non aũt ad cauſam appellationis. ad quod C.de rẽp.ap-
pel.l.ꝑ hanc.& in c.fraternitatis.de teſtib.& hoc voluit Io.And-
in c.fi.de re iud.lib.6.in verbo,intra.Quod intellige verũ in ter-
mino hominis,non in termino iuris, quia appellatio illum ter-
minum, nec eius effectũ tollit, vt idem voluit Io.And.ibidem.
alleg.l.ita demũ. C.de procur. Pro quo vide Ant.de But. qui ẽt
ad hoc allegat Archid. & Io.Mona.in c.paſtoralis. de excep. ad
hoc facit gl.not.in c.fi.de appell.lib.6. & quod ibi per Ioã.And.
in nouella,in verbo, admoneri. dicentem renunciationem ſeu
concluſionem in cauſa quo ad probationes factam non obeſſe
in cã appellationis. quod etiam voluit do. Ant.in d. c. licet cau-
ſam. Quod tu mirabiliter limita, niſi renunciatio illa aut con-
cluſio in cauſa eſſent ſpeciales ad certum articulum, ſeu proba-
tionis ſpeciem, quia tunc illa ſpecialis renunciatio, aut con-
cluſio trahitur etiam ad appellationis cauſam. vt eleganter vo-
luit Innoc.extra de in integ.reſtit. c cum veniſſent.Quod no.&
tene menti. allegans pro hoc c. conſtitutus. a contrario ſenſu,
extra eod. tit. Quod dictum Ange. in Authen.de reſtit. §. quia
vero. reputat ſingulare. Item vlterius quod principaliter dictũ
16 eſt, limita † eſſe verum quo ad probationes teſtium,ſeu inſtru-
mentorum, non autem quo ad probationem, quæ fit per con-
feſſionem,quoniam tale genus probationis non compręhendi-
tur ſub termino generaliter dato ad probandum. Confeſſio.n.
non eſt proprie probatio,ſed probationis releuatio, ſm Io.And
no.in rub.extra de prob.quod idẽ approbat in c. bonæ. & c.du
dũ.extra de elec. & hoc eſt quod idẽ Ant. voluit no. in d. c.licet
17 cauſam. Item & quinto † hæc vera quo ad partẽ, videlicet ad-
uerſariũ, nõ aũt quo ad iudicẽ, quia in his caſibus, in quibus iu
dex põt ſupplere, lapſus termini per eum dati ad probandũ nõ
excludit ipſum,ſed tm̃ aduerſariũ.ad hoc extra de teſti.c.cũ cla
mor.de fide inſtrum.c.cum Io.eremita.& voluit gl. no. 2. q.õ.j.
18 c.in primis. & vide d. Ant.in c.paſtoralis.† Item ſexto, vbi in ter-
mino interuenerit aliquod impedimentum, quod non potuit
præuideri, quia ex iuſta cauſa eidem poteſt terminum concede
re in integrum reſtituendo ad probandũ.ſecus aũt ſi ſit impedi
mentũ feriatũ,quia tunc cũ hoc caſu hæc potuerint præuideri,
imputetur parti, q̃ ſe ad vltimum diẽ aſtrinxit. Ad primũ ſ.ex
quib.cau.maio.l.ſed & ſi ꝑ p̃torem.§.ſermo.Ad ſm ſ. ſi qs cau.
l.2. circa med. & hoc voluit Spec. in tit.de dila.§.j.ver.ſed quid
19 ecce. Septimo † illud vendicat ſibi locũ in cauſa ciuili aut pro-
phana, in cã autem beneficiali, aut matrimoniali, & alia qua-
cũq; ſummaria, dixerũt Do.de Rota in p̃all. dec.13. de ſtylo cu
riæ, & ẽt de æquitate canonica ꝑ cle ſæpe. ver. eo ſanio.de ver.
ſign.nõ obſtante lapſu termini quãcunq; probationẽ fieri poſ-
ſe.In cã aũt ciuili aut ꝓphana ꝯcluſerunt de ſtylo curię poſt ter
minũ admitti probationes, q̃ pro earũ examinatione longũ tra
ctum ipis non requirunt, vt eſt in nota.probatione, aut proba-
tione

tione per inſtrumenta, non autem probatione per teſtes. Et hęc
no. quia ſi hoc dictũ traheretur ad alias curias, deſtrueret quaſi,
quicquid dictum eſt ſupra. & vide d. Ant. in d. c. licet cauſam.
20 Octauo hæc intelligas † vera quo ad fundamentalem probatio
nem, ſed an declaratio ipſarũ ꝓbationum poſſit poſt terminũ
fieri, pendet ab eo quod no. dicit Inn. extra de teſtib. c. ꝑ tuas. &
c. in pñtia. per gl. extra de prob. videlicet, ꝙ aut talis obſcuritas
probationis prouenit ex culpa aduerſarii, ſiue partis, & tunc ſibi
imputetur, adeo ꝙ poſt terminũ ad eius inſtantiã declaratio fie-
ri non poterit, ſecus ſi ex defectu iud. quia tunc poſt terminum
ſupplebit. & hoc eſt quod ibi voluit Inn. quod Bal. & Ang. repu
tant no. ſ. de eden. l. veluti. & ita intelligendũ eſt qđ no. Io. And.
in addi. Spec. in tit. de teſte. §. nũc videndũ. ver. hoc ẽt no. ad fi.
§. vbi ẽt no. dicit talẽ declarationẽ trahi ad diẽ factarũ probatio
nũ, arg. l. hęredes palã. §. notã. ſ. de teſta. & ita ẽt eſt intelligendũ
quod dicit d. Ant. Io. And. referendo in d. c. licet cauſam. & d. c.
paſtoralis. Et ad oĩa præallegata vide Bar. & Bal. in l. j. C. de dila.
21 Et ad id quod † ſupra dixi, an terminus in dubio p̄ſumetur per-
emptorius, diuerſæ ſunt opi. Pro cuius dubii lata examinatione
vide per legẽtes, & maxime ꝑ Ang. in d. l. fi. ſ. de fer. & ꝑ d. Ant.
pleniſſime vltra alios in c. paſtoralis. pręalleg. Terminus tamen
datus a lege in dubio eſt peremptorius, ſm Bal. in l. ſcire opor-
tet. §. ꝯñs. ſ. de excu. tut. & in d. l. diffamari. vbi vide. Tertio prin-
22 cipaliter, † quando eſt datus terminus ad probandas exceptio-
nes, & in hoc nil adde præter duo dicta pleniſſime per d. Ant.
in d. c. paſtoralis. Primum, ꝙ illud c. vendicat ſibi locum, quan-
do ad vlteriora poſt lapſum termini erat proceſſum in cauſa,
quia tunc niſi tribus caſibus ibi exceptis, non licet poſt terminũ
excipere, ſecus ſi ad vlteriora non ſit proceſſum, quia tunc non
tm̃ in illis, ſed etiam generaliter in quibuſcũque excipere licet.
& hoc voluit no. Bar. j. de opt. leg. l. mãcipiorum. per illum tex.
quod no. Secundũ quod ſi ad probandam exceptionem excõi-
cationis eſt datus terminus, & intra terminũ eſt ꝓbata, & poſt-
modũ acta probatoria ipſius exceptionis caſu ſunt ꝑdita, tunc
nõ licet ipſi excipienti nouã dilationẽ impetrare pro iterũ pro-
banda dictæ excõicationis exceptione, & hoc ideo, quia ipſa ex
cõicatio odioſa eſt. Et iſtud voluit mirabiliter Inn. de offi. dele.
c. prudentiã. Quod no. & tene menti. Et hoc dictũ dicit Ange.
non eſſe alibi in d. l. fi. de fer. & ad hunc ſm principalẽ articulũ
vide quæ no. per d. Ant. in c. cum M. Ferra. de conſtit. Quarto
23 principaliter, quando † datus eſt terminus ad probandum, ſeu
producendum teſtes & inſtrumẽta, & tunc an poſt lapſum ter-
mini poſſint produci, ſuccedit gl. Io. And. in d. cle. ſæpe. verſi. eo
ſaluo. præalleg. & quod no. Cy. in l. ſi eo. C. qui accu. non poſſ.
& Bar. in d. l. admonendi. & d. l. mancipiorũ. Bal. in d. l. j. C. de
ꝯdic. indeb. & idem Bal. poſt eũ. Ang. in l. j. §. edenda ſunt oĩa. ſ.
24 de eden. de quo ibi vide plene per eos. Quinto qñq; † datus eſt
terminus ad eligendũ, & tunc dic vt in tex. d. l. mancipiorum.
qñque ad adeũdum, & dic vt hic, & ſupra dixi. Reliqua mẽbra
dationis termini vide hic ꝑ Ioã. qui bene loquitur, & non eget
ſuppletione. In glo. ſuꝑ verbo, negamus. reſultat ex hac gl. no. ꝙ
25 † contumax habetur pro adeunte, vel repudiante, prout ei ma-
gis infertur præiudiciũ, & ſic dicimus, ꝙ habetur pro negante
vel pro ꝯfeſſo, prout magis grauatur, de interro. actio. l. de æta-
26 te. §. qui tacuit. de confeſſ. c. ſi poſt præſtitũ. lib. 6. † Vltimo indu-
cit Bar. iſtum tex. in his verbis ver. his autem, qui. pulchre ad q.
ſi teſtator inſtituit filiũ pupillũ, & ſi intra pupillarem ætatẽ de-
ceſſerit, ſubſtituit ſibi Semproniũ, & ſi Sempronius qñcũque
deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit ſibi Sempronio Titium. an ſi
Sempronius moriatur viuente pupillo, admittatur Titius in ca-
ſu extantis pupillaris ad ipſius pupilli ſucceſſionem? & dicit
ſe per hunc tex. reſpondiſſe, ꝙ ſic, quam ſñiam ſequitur hic Bal.
Ang. & Imo. In ꝯ̃rium tamen eſſe veritas: primo apparet, quia
iſte Sempronius fuit ſubſtitutus Titio, non autem pupillo, er-
go ad ſucceſſionem pupilli non debet admitti. ad hoc ſ. de vul-
ga. & pupil. l. ſi iure. §. j. Quinimmo cum ſubſtitutio ipſius Sem
pronij effecta fuerit inutilis ob ipſius mortẽ, nõ potuit cauſare
vtilem in perſona Titij, arg. eius quod no. de peric. & commo.
rei vendi. l. ſi in venditione. Tertio, & hoc fortiſſimè aſtringit
ꝯ̃ Bar. quia ſi ille, qui primo loco ſubſtitutus eſt, & directo ipſi
pupillo, nunq̃ ſe reddit ad illius ſucceſſionẽ habilẽ, multomi-
nus is, qui ſecundo loco ſubſtitutus eſt, & non ipſi pupillo, ſed
Titio pupillariter ſubſtituto ad ſucceſſionẽ ipſius pupilli habili
tari debet. Ad hoc j. de ꝯd. & dem. l. pupillus. §. Titio. j. ad legem
Falc. l. ſi filios. in fi. & ita in ſimilibus terminis reperio tenuiſſe
ſummæ authoritatis virũ Io. And. in tit. de teſta. in addi. Spec. in
§. j. verſ. occurrit caſus notiſſimus. in vlt. char. ꝑalle. §. & in ante-
pen. col. qui q̃rit, an ſi pr̃ inſtituit poſthumũ primo naſciturũ,
eidemq; ſubſtituit pupillariter ventrẽ ſecundo naſciturum, ei-
dẽq; ſubſtituit primo qñcũq; ſine prole deceſſerit ſubſtituit Sẽ
pronium, & certũ eſt ꝙ pupillo exiſtente viuo pr̃ amplius ſm
pattũ patere non pōt, an Sempronius primo ſubſtituto ſubſti-
tutus veniat ad ſucceſſionẽ pupilli morientis? & determinat ꝙ
non, ideo cogita, quæ opin. ſit verior. tex. iſte tñ inductus ꝑ Bart.
non vr̃ obſtare, quia hic mortuus erat pupillus deliberãte ſub-
ſtituto, vnde nihil mirũ, cũ videatur quodammodo via aperta
ſucceſſioni, ſi ſecundo ſubſtitutus reintrat locũ primi deliberan
tis & decedentis pupillo mortuo. Itẽ ad prædicta inducit tex.
Ioan. And. in l. qui habebat. de vulg. & pupil. Cui tamen poteſt
reſponderi, ꝙ ibi ideo ſecundus ſubſtitutus non reintrat locum
primi, quia deficit cõditio, ſub qua ſubſtitutus fuit. Item & ſe-
27 cundo † ad hanc materiam dicit Ang. ſe ꝯſuluiſſe Florentię, ꝙ
ſi teſtator inſtituendo pupillũ, ſubſtituit eidem pupillariter Ca-
iũ, q ſi deceſſerit viuo teſtatore, ſubſtituit eidẽ ſubſtituto Sem
pronium. an Caio decedente, mortuo teſtatore patre pupilli,
admittatur Sempronius ad ſucceſſionem ipſius pupilli? In quo
dicit Semproniũ non admitti, eo quia fuit perſonæ ſubſtitutus
ſub conditione, quæ non extitit, merito Sempronius non debet
admitti, argum. l. cõmodiſſime. de lib. & poſth. & ita dicit fuiſ-
ſe iudicatum, & forte non bene, licet eum ſequantur hic Mo-
derni, Ioannes de Imo. & Rapha. Cum. Et conſidero namque
fauorem fore ipſius pupilli habere pupillariter ſubſtitutũ, C. de
inoffic. teſtam. l. ex tribus. ſ. eo. l. Iulianus. Item quia ſubſtitutio
compræhendat omnem caſum, qui eſt aptus compræhende-
re, de lib. & poſthu. l. Gallus. Vnde cum hęc ſubſtitutio, cum te
ſtator dixerit, ſi deceſſerit viuo teſtatore, ſit apta compræhẽde-
re etiam perſonam ipſius pupilli, & etiam teſtm̃ pupillare dici-
tur, ſ. de vulga. & pupil. l. patris & filij. melius in l. Papinianus.
§. ſed nec impuberis. ſ. de inoffic. teſtam. merito ergo in fauorẽ
pupilli interpretemur teſtatorem ſenſiſſe de ipſius pupilli per-
ſona, dum dicit, ſi viuo teſtatore deceſſerit. Præterea & verba ip
ſa interpretantur, ſm ſermonem, cui adijciuntur, ſ. loc. l. ſi vna.
cũ ſi. ſ. de vſufruc. & hab. l. plenũ. §. equitij. Sed illa verba ſunt
adiecta in teſtõ pupilli, ergo in perſona ipſius verificantur, &
ita credo verũ ſit, hoc mõ non intelligenti forte nõ procedet ti-
tulus q. iſte, namq; primo loco aut ſubſtitutus erat extraneus,
cui non potuit ſubſtitui, niſi fideicõmiſſarie, & certũ eſt, ꝙ ei q
nihil habet ex bonis teſtatoris, fideicõmiſſarie ſubſtitui nõ põt,
C. de fideicom. l. ab eo. de leg. 2. l. cum Imperator. cum ſi. Et cer-
tum eſt, ꝙ ſi verba intelligerentur viuo teſtatore pupilli patre,
tali ſubſtituto nõ potuiſſet ſubſtitui fideicõmiſſarie, quia adhuc
ei nihil de hæreditate patris obueniſſet, vnde neceſſe eſt intelli-
gere, vt dixi, niſi habeam Ang. corruptum.

SVMMARIVM.

1 *Iura diuerſa quando concurrunt in perſonam vnius, de eo iudicatur vt de diuerſis.*

Doct. vtriuſque iuris ſi examinat aliquem ſcholarem in vtroque iure, debet habere vtrunque ſalarium.

2 *Filius, cui pater legauit libros iuris ciuilis, ſi in eo iure profecerit. Et libros medicinæ, ſi in medicina: ſi profecerit in vtroque, habebit libros iuris ciuilis & medicinæ.*

3 *Arguere de beneficio iuris ciuilis ad beneficium iuris prætoris licet.*

4 *Renunciatio iuris de futuro in manibus iudicis valet.*

LEX LXX.

IN plurium. Si te ſuccedatur beneficio p̄-
toris, ſiue iuris ciuilis, ſcripti
p̄cedunt legitimos, ẽt ſi ſub ꝯdõne ſint inſtituti, quia
pendente hæreditas non pōt repudiari, niſi coram
1 iudice. h. d. coniuncta glo. No. ꝙ † quandiu eſt locus ſucceſſio-
ni ex teſtõ, non eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato, l. quandiu. ſ.
eo. tit. C. cõia de ſucceſ. l. anteq̃. cũ ſi. No. in ver. ẽt. ꝙ quotieſcũ-
que diuerſa iura cõcurrunt in perſona vnius, idẽ iudicandũ eſt
de eo, quod de diuerſis. Ad quod j. de his quib. vt indig. l. tuto-
rẽ. Quod no. facit ad q. ꝙ Doctor vtriuſq; examinans in vtroq;
iure aliquẽ debeat hr̃e duplex ſalariũ. quod voluit Bal. C. de ap-
2 pel. l. ſi ad ſcribatũ. Secũdo, ſi teſtator reliquerit filio † oẽs ſuos
libros iuris ciuilis, ſi in legibus proficeret. Et ſi in medicina, li-
bros medicinæ, ꝙ ſi in vtroque effectus eſt Doctor, oẽs debet ha
bere. Ad quod j. de ꝯd. & dem. l. qui duob. & in Auth. vt iudi. ſi-
ne quoquo ſuffr. § illud. quod no. C. de aduoc. diuor. iudi. l. bi-
nos. & hoc voluit Bal. licet argumenta faciat in ꝯ̃rium in l. 3. in
prin. C. cõia de leg. & ita dicit ſe ꝯſuluiſſe, cuius ꝯ̃rium videbat̃,
quia vno tm̃ onere teſtator videbatur voluiſſe. & non duplici
grauare, l. Titia. §. qui inuita ff. de lega. 2. & videas no. ꝑ eũ. & fa-
ciunt no. per Io. And. extra de re iud. cum olim. in nouella. ſm
quod refert idem Bald. in c. j. de controuer. inueſti. in vſib. feu.
3 Nota hic Iuriſconſultum † arguere de beneficio iuris ciuilis ad
beneficium iuris prætorii. In glo. fi. ibi, manu iudicis. No. ꝙ licet
4 † alias regulare ſit, ꝙ iuri de futuro renunciari non poſſit, vt l. j.
C. de pac. Attamen hoc verum, niſi renunciatio fiat in manu
iudicis. gl. eſt hic no. vt ſ. eo l. is qui hæres. & in l. j. j. de cura. bo.
dan. quas tene menti, quia ſemper inſimul allegantur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus fauore libertatis ꝙ dicatur neceſſarius etiam ab initio.*

LEX LXXI.

SI ſeruum. Seruum alienum ab hoſtibus redemptum licet redimenti ſuum
facere, & neceſſarium, ſi tñ dño ſoluatẽ æſtimatio.
hoc dicit vſq; ad §.ſi quis hac l. qui hoc intẽdit, pro
parte põt quis eſſe hæres voluntarius, & pro parte neceſſarius.
hoc dicit vſque ad §. ſi quis dederit. Quẽ ſumma ſm plures in-
tellectus & bonos datos in glo. hoc dicit vſque ad §. prætor ait.
Nota fauore libertatis introductum eſſe, vt ſeruum ab hoſti-
bus bona fide redemptum, primus dominus pretio accepto li-
berare cogatur. Ad quod ſ̃.de vulg.& pup.l.ſi ſeruus. Et ſic no.
1 huc caſum, † in quo licet alias contractus ab initio ſit volunta-
rius, C.de actio.& obliga.l.ſicut.& l.nec emere. de iure delibet.
Attamen fauore libertatis redditur neceſſarius, & ad hoc tene
menti hoc principium. Nota §.ſi quis hac lege. ꝙ licet effectus
inductus per aditionem hęreditatis mutari nõ poſſit, vt l.ſicut.
C.de repudianda hæredit. attamen qualitas hæredis mutari po
teſt mutatione temporis. Ad quod ſ̃.de hæredib.inſti.l.3.§.qui
fideicommiſſum. Poteſt enim quis pro parte temporis eſſe vo-
luntarius, & pro parte neceſſarius.

SVMMARIVM.

1 *Legis verba quando ſunt ſcripta in rem, non ſolum comprahendunt facientem, ſed etiam fie. i facientem, ſecus ſi ſcripta ſunt in perſonam.*
2 *Statutum puniens facientem, quando compræhendat mandantem.*
3 *Verbum, amouiſſe, an compræhendat ea, quæ quis in ſuos vſus conſumit.*
4 *Fructus ſequeſtrantur nedum ratione dilapidationis, ſed etiam ſi timetur poſſeſſorem illos in vſus ſuos conſumpturum, quod limita, vt num. 4.*
5 *Dictio, quid, ſeu quicquid, quòd verificetur etiam in vna re.*
6 *Statutum puniens capitaliter amouentem pecuniam communis, quando comprahendat officialem.*
7 *Officialis quòd poſſit modicam pecuniæ communis quantitatem etiam deputatam ad vnum vſum, in alium conuertere, pur quòd tendat ad vtilitatem communis.*
8 *Statutum puniens vxorem amouentem de bonis mariti, non comprahendit vxorem amouentem de domo annulos, & veſtes quotidianas.*
9 *Lex priuans aliquem de aliquo beneficio obtinendo, non priuat de iam obtento.*
10 *Lex puniens delictum, an requirat dolum, vel ſufficiat lata culpa.*
11 *Abſtentio an inducatur per iſta verba, nolo adire.*
12 *Hæres, qui priuatur hæreditate, ſi moleſtet vxorem teſtatoris, quòd non punitur, ſi bona mente moleſtet, & de facto & non de iure.*
Moleſtare quid ſignificet.
13 *Iuſta cauſa excuſat quem a dolo, & etiam iniuſta.*
14 *Minor amouens de hæreditate ante abſtentionem, quòd non incurrit pęnam edicti.*
Pęna ꝙ minuatur fauore minoris ætatis.

§. Prętor ait. Ante abſtentionem factã ſuus aliquid
de hæreditate amouens, vel amoueri fa-
ciens, abſtentionis cõmodo priuatur, ſecus ſi poſt abſtentionẽ
amouerit, vel etiam bona fide. h.d. vſque in fi. Nota primo, ꝙ
1 verba † l ſcripta in rem, non tñ compræhendunt facientẽ, ſed
etiam fieri mandantem. Ad quod j. de adult.l.hæc verba. ſecus
ſi in perſonam ſcripta ſint, quia tunc facientẽ compræhendũt,
non antẽ mandantem. de quo in l.j. §.deieciſſe. de vi & vi arma.
2 Quod facit ad quæſtionem † poſitam hic per Bal.& Bar. an pę-
na ſtatuti, qua punitur faciens, puniatur etiam mandans? de
quo plene videas in l.ſed ſi vnus. §.ſi ſeruus. & in l. non ſolum.
§.ſi mandato. j. de minoribus. & per Bartolum, & Bal. in l.tran-
ſigere. & in l.vbi pactum. C.de trãſactionib. & in l.non ideo mi-
nus. C.de accuſationib. vbi etiam per Cy. & in cap.mulieres. de
ſententia excomm. vbi plene Antonius de Bnt. Nota verbum,
3 † amouiſſe, in ſe compræhendere etiam quando quis in ſuos
vſus conſumit. quod no. inducit hic Bal.& Ang. ꝙ ſicut pendẽ-
te lite, dum dubitatur de dilapidatione fructuũ, cum eius poſ-
ſeſſio ſequeſtratur, vt l. Imperatores. in fi. j. de appel. ita etiam
quando dubitatur, ne poſſidens eos in ſuos vſus conuertat. Pro
hoc dicit Bal. eſſe notabile verbum Archid. 11.q.j. c.quia res in
litigio poſita. quod etiam ipſe retulit in l. ſi fideiuſ. in §. fi. qui
ſatiſda.cog.& in c.1. quo tempore mil.inue. ſeu.pe.poſ. in vſib.
ſeu. Tu adde, ꝙ fuit Innoc. originaliter in c.fi. extra de prohi. ſe-
queſt.poſſ. & fruc. ꝙ dictum tamen non videtur verum, quia
tex. in l.Imperatores. §. fi. permittens talem ſequeſtrationem
fructuum, vtitur verbo, depopulare, quod verbum in mala par
te ſumendum eſt, videlicet ꝙ deuaſtat. & hoc modo exponitur
in gl. Pro quo tñ alleg. l.2. C. quando lic. ſe ſine iudi. vind. vbi ſit
mentio de verbo, depopulare. Item tex. in d. c. fi. & pen. de pro-
hib. ſequeſt. vtitur verbo, dilapidare, & ſic pur ꝯſiderat malam
fidem, quæ non vertitur, ſi quis in vſus ſuos eos moderate con-
uertat. Vnde attentis verbis tex. hoc dictum non vr̃ verum. Et
4 poſito, ꝙ † ſit verum, habes no. limitare. Primo, niſi ille, cuius
fructus ſequeſtrantur, non aliunde habet, vnde ſę alere poteſt,
quia pauper eſt, quia tunc tali caſu ex illis fructibus ali debet, vt
eleganter dicit litera in l. fi. C.de ord.cog. quam tene menti. &
facit quod dicit gl. no. in c.dudũ eccleſia Rothomag. extra de
elec. Secũdo habes limitare ex dictis Inn. in d.c.pe. Vlterius no.
5 ex † iſta litera, ꝙ verbũ, quid, ſeu quicquid, cõpræhendit ſub ſe
6 vnam rem, quod ẽt hic inducit Ang. ꝙ † ſi ſtatutum dicit, ꝙ ſi
officialis quid amouerit ex pecunia cõis, priuetur officio, habe-
bit ẽt locum officiali amouente vnum denarium. Et hæc quæ-
ſtio fuit de facto in ciuitate Peruſij, vbi ſtatutum dicit, ꝙ ſi quid
officialis amouerit ex pecunia cõis, puniatur pęna capitis, repe
riebatur quoſdam officiales diuiſim aliquam pecuniam amo-
uiſſe, aliqui medium florenum, aliqui vnum, excuſantes ſe, ꝙ
ideo retinuerant & amouerãt, quia in ciuitate non erat theſau-
rarius generalis, cui pecuniæ erant conſignandæ. Ego ꝯ eos al-
legaui ſingulare dictum Bart. in l.j. per illum tex. ibi, aut proxi-
mum. C.de ca.lat.lib. 10. multum no. dicentis, ꝙ quotieſcunq;
in ciuitate non eſt theſaurarius ꝯſtitutus a dño abſente, cui pe-
cuniæ ſolui poſſunt, tunc ſoluendæ ſunt theſaurario prouincię
proximæ, vt puta ſi deeſſet theſaurarius Lombardiæ, ſoluendæ
erunt Theſaurario Romandiolæ, vnde illa excuſatio illius nihil
7 profuit. Agebatur etiã contra quendam † iudicem maleficio-
rum, qui cum multoties pro ſua camera reaptanda a theſaura-
rio pecunias petiiſſet, videns ſe non poſſe conſequi pro reapta-
tione, expendit quaſdam pecunias ad eũ peruentas ex quibuſ-
dã pęnis ſiue mulctis pecuniariis cõi applicãdis, cuius pecuniæ
quantitas erat minima, dicebatur eũ debere puniri pœna capi-
tali. & per famoſiſſimos Doc. dictũ Ang. alleg. hic. Ego defendi
iudicem ex notabili dicto Bar. per illum tex. in l.diuus. in fi. j. de
bon.damn. dicentis, ꝙ vbicunque officialis publicus expendit
pro bono communitatis aliquam paruam pecuniam, licet cõ-
munis ad eum peruentam, ſi prius illam pecuniam a theſaura-
rijs petierit, & nõ fuerit conſequutus, hoc ei permittitur, nec ve-
nit puniendus. Reſpondebatur mihi, ꝙ illud erat de iure com-
muni. nos autem ſumus in caſu ſtatuti, quod idem prouidet, ꝙ
jus cõe, videlicet nẽ pecunię cõitatis amoueantur, vnde ad hoc
vt ſtatutum habeat locũ, ſeu aliquid operetur, dicebat etiam ip
ſum habere locum in caſu Bart. Ego reſpondi, & ita fuit obten-
tum, ꝙ immo ſtatutũ multum operatur. ꝙ licet ius commune
prohibeat, ne officiales cõis pecunias amoueãt, aut in ſuos vſus
conuertant, & maxime ad vnum vſum deputatas, vt l.minime.
C.de ſuſcep. & arca. lib. 10. & in l.j. & 2. C. de his qui ex publi.
rati. co. lib. & in l.ſi quis. C.de aquæ du.lib. 11. Attamen vbi ius
cõe ꝓ amotione talis pecuniæ imponit pœnã dupli, vt dicit tex.
10 facit pro dicto Bal. in d. §. ſi ſeruus. Vlterius tñ pro † completione materiæ dubitatio eſt, an quęſita per monachũ monaſterio, qui ab abbate deputatus eſt in priorẽ cuiuſdã beneficij clauſtralis, an talia acquiſita prioratui quærantur, an vero monaſterio primo? In quo inuenio Fed. in ꝯſi. 34. quod aliqui habent 35. & ita refert, & tenet do. Ant. in c. in pñtia. in fi. q. extra de proba. ꝙ aut adminiſtratio prioratus limitata eſt cũ adminiſtratione monaſterii, & tunc talia quæſita pro portione debent diuidi. Alleg. quod no. Inn. in c. relatũ. extra de teſta. Aut eſt ſeparata, & tunc prioratui acquirãtur Bar. licet d. Ant. non alleg. in l. ſed & ſi qs. §. interdũ. ꝯtinuato cũ ſim. ſ. de vſufruc. rectius vr̃ diſtinxiſſe caſum illius tex. ꝙ aut ex re monaſterii prior q̃ſiuit, & tunc bona q̃rantur monaſterio. Aut ex re prioratus, & tunc prioratui. Aut ex induſtria ſua, & tunc prioratui, eo quia talis prior cenſet eſſe vſufructuarius illius prioratus. Et iõ admodũ palleg. tex. in d. l. qui diſtinguit in ſeruo fructuario dicit diſtinguendũ eſſe in tali priore. Quã ſnĩam puto veram, p ea q̃ dicta ſunt in l. ſi quis mihi bona. in prin. palleg. & per l. ſi ſerui. de vſufruc. Et dicta Bart. extendere potes ad hæreditatẽ, in qua inſtitutus eſt prior. Si. n. prior ꝯtemplatione monaſterij inſtitutus eſt, monaſterio acqritur, ita & eꝯ. Quæ n. quæruntur contemplatione noſtra, dicuntur quemadmodum ex re noſtra quæri, vt dicit tex. nota. in d. l. aditio. circa fi. ſ. eo. Cogita tamen quæ opi. ſit verior. Itẽ & quin
11 to. quid de † quæſitis per monachum cuiuſdam particularis loci vnius ordinis, ſub quo oẽs aliæ eiuſdẽ ordinis particularis eccleſiæ dñt eſſe ſubiectæ. An illi, q in particulari loco, in quo intrant, dicta bona. quærant, an vero primo & principali loco, in quo eſt gñalis prior? vr̃ ꝙ particulari, cũ bona perſonam ſequãtur, extra de cler. ꝯiug. c. quod cum te. facit j. de precar. l. ſi adoptauero. ꝯtrium tñ dicit do. Ang. in d. c. in præſentia. fuiſſe conſultum per Gaſparem Cal. videlicet, ꝙ patri generali acquiratur, per gl. quam ad hoc ipſe reputat ſing. 17. q. j. c. de viduis. in glo.
12 magna. quod bene no. Sexto, quid † in monacho putatiuo, an hæreditas vel bona per eum quæſita monaſterio acquirantur? Hanc quæſtionem potes dupliciter intelligere. Primo in putatiuo, hoc eſt, qui vere erat vnius monaſterij, & reputabatur fore alterius monaſterij, & de hoc dic, vt per Io. And. & Specu. in titu.

tit. de ſtatu mona. in rub. quæ incipit, ſuſc. & oĩa quæ habēt lo-
cum in ſeruo alieno ab alio poſſeſſo, habebũt locum in tali pu-
tatiuo monacho. Et ideo recurras ad l. ſi ſeruus alienus. de ſtip.
ſeruo. Poteſt & ſecundo intelligi in libero homine, & ſolita ar-
gumenta, qui monachus reputatur, & de hoc dicas, vt per Bar.
in l. cum ſeruus. ad titu. de ſtipu. ſeruo. & per Ang. in l. liber ho-
mo. de hære. inſti. Addas tñ verbum Bal. in d. l. ſi ſeruus. eo. titu.
de ſtip. ſeruo. dicentis, ꝙ ſi monachus eſt in monaſterio, quem
abbas ſcit nõn recte profeſſum, tali monaſterio nihil quęrit, qđ
eſt ſing. verbum, ſi cum conſcientia abbatis concurreret ſcien-
tia monaſterii, tunc talis coniuncta ſcientia præiudicaret eccle-
ſiæ, arg. extra de ord. cog. c. 2. ſecus tamen ſi prælato ſciente, ca-
pitulum eſt in bona fide, quia tunc forte ſcientia prælati eccle-
ſiæ non præiudicaret, arg. nota. in l. iubemus nullam nauim. C.
de ſacroſan. eccle. cogita tamen, an diſtincte verum ſit dictum
13 Bar. † Septimo, quid in monacho exiſtente abſque monaſte-
rio, cui hæreditatem ſeu bona quærat; dic vt per Bar. qui dat in-
telligere, quomodo poſſit eſſe ſine monaſterio, & nulli quærit;
ſecus autem ſi monaſterium ſit deſtructum non ſuperioris au-
ctoritate, ſed potentia armigerorum, quia tunc cum ſperetur
aliud monaſterium, ſequenti quæſiuiſſe intelligatur, arg. illius,
quod ego probo per nota. per Innocen. in c. cum ex iniuncto. ex
tra de oper. noui nunc. & per eundem Bar. in l. ſodales. in fi. q. j.
de colleg. illici. Primum tamen dictum Angel. improbat in d.
l. quod ſeruus. dicit enim, ꝙ licèt monachus non ſit obligatus
vniuerſali eccleſiæ, cui bona debent applicari, quod pro tũc pu
14 tat verius, ar. no. per Inno. in d. c. in pręſentia. Octauo † quid in
monacho vagabũdo? vide quod plene no. extra de infan. & lãg.
facit quod no. in c. quanto. extra de offic. ord. & in c. cum olim.
extra de priuileg. vide quod no. in dicto tit. Spec. de ſtatu mona.
in d. §. j. ver. ſexto quæritur. & in verſi. 25. & in 20. vbi de ſimili-
15 bus quæſtionibus quæritur. Vltimo quid in † iſtis oblationibus,
cui quærantur? dic ꝙ aut ſunt oblatæ eccleſię ſeculari & regula
ri, de quo pleniſſime in pręallega. 17. qõ. 1. c. vt lex continentię.
& in auth. ingreſſi. & in dicto c. in pręſentia. & per Spec. in dicto
tit. de ſtatu mona. ver. 31. quęritur. Et ad hoc addas quod no. in
tex. in Auth. de ſanctiſ. epiſ. §. quod ſi monachus. & in Authē.
de mo. §. ſi vero relinquēs. & adde quę dixi in l. ſi quis mihi bo-
na. in prin. & in §. ſi ſeruus. & in d. §. neq; filius. & in d. l. is poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Portio portioni ſemper accreſcit.*
2 *Nudum nomen hæredis quòd remanet penes hæredem indignum, quòd ſit potens cauſare ius accreſcendi.*
3 *Ius conditionis implendæ quòd non tranſeat in fiſcum.*

LEX LXXXIII.

SI totam hæreditatem. Portio ac-
creſcit por-
tioni non perſonę, & ideo ſublata a cohærede por-
tione, vt ab indigno, reliqua pars fiſco accreſcit, nõ
1 ſibi. hoc dicit. No. portionem portioni † ſemper accreſcere, nõ
2 perſonę. & ita ſemper allegatur iſta lex. Ex quo no. ꝙ † nudum
nomen hęredis, quod remanet penes indignum, qui portionē
ſuam amiſit, in l. ex facto. § Iulianus Longinus. de vulg. & pup.
non eſt potens cauſare ius accreſcendi. Et de nudo nomine hę-
redis vide quod plene dictũ fuit in l. pro hęrede. §. Papinianus.
3 s̃. eo. cum glo. Et † adde ad dicta in l. pro hęrede. §. Papinianus.
s̃. eo. quod no. Bar. in l. qui hęrede §. cum hæreditas. j. de condi.
& demon. dicens ius conditionis implendæ non tranſire ad fi-
ſcum, qui eſt eius effectus, ſed debere impleri in perſonã eius,
a quo vt ab indigno hæreditas eſt ablata, remanente hęrede nu
di nominis, nõ videtur bene dixiſſe, per caſum, qui videtur ꝯ eũ
in l. pod legatum. §. fi. ver. alia eſt cauſa. ff. de his quib. vt indig.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas ex teſtamento quod ſperatur rumpi, adiri non poteſt, quandiu durat ſpes, & ibi rationem. & uide infra nu. 5.*
2 *Ventre uacuo exiſtente, licèt ignoretur, ſi ſuus decedit, hæreditatem tranſmittit, & ibi quid in emancipato.*
3 *Hæres, qui in omnem caſum futurus eſt, licèt hæreditatē non adiuerit propter dubium poſthumi naſcituri, hæreditatem tamen tranſmittit, ſi decedat ante aditam.*
4 *Suus quando beneficio præteriti poterit contratabulare teſtamentum, uel illud dicere nullum.*
6 *Reſtitutio in integrum, an tranſmittatur per ſuum.*
7 *Remedium ordinarium per extraordinarium ceſſat, quando extraordinarium ceſſat.*
8 *Continuatio in legibus, quòd non fiat, nec attendatur.*
9 *Hæreditas non adita, an & quando beneficio ſuitatis tranſmittatur ad quoſcunque.*
10 *Filia excluſa a ſtatuto propter exiſtentium maſculorum, an ſit ſua.*
11 *Filijs excludentibus fœminas, ſi aliqua portio addatur, an illam portionē non aditam tranſmittant.*
12 *Statuta condita a marchione uel epiſcopo, dicuntur ius prætorium, & ipſi dicuntur habere prætoris poteſtatem.*
13 *L. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. an habeat locum in bonorum poſſeſſionibus a prætore conceſsis.*
14 *Suus quòd tranſmittat hæreditatem non aditam cũ illis qualitatibus, quibus penes illum erat.*
15 *Diſpoſitio l. apud hoſtes. loquens in ſuo, an habeat locum in emancipato.*
16 *Differentiæ inter ſuum & emancipatum quæ ſint, quæ ſublata ſint.*
17 *Hæreditas materna, an ſicut paterna per filium non adita, ad quoſcunque tranſmittatur.*
18 *Infans hęreditatem non aditam, an ad quoſcunque tranſmittat.*
19 *Iura uolentia per ſuos hæreditatem tranſmitti, an habeant locum in adoptiuo.*
20 *Lex unica. C. de his qui ante aper. tab. an habeat locum in naturalibus & ſpurijs? Et uide uſque ad nu. 23.*
Item an habeat locum in nepote concepto poſt mortem aui.
Item an habeat locum in alijs gradibus ultra nepotem.
Item an habeat locum in aſcendentibus.
24 *Infans an tranſmittat ius petendi reſtitutionem in integrum, ad poſtulandam hæreditatem extranei ſibi delatam non aditam? remiſsiue.*
25 *Deſcendens decedens, an tranſmittat ius deliberandi nedum intra annum, ſed etiam ultro.*

LEX LXXXIIII.

VEntre. Ex teſtamento, de cuius viribus dubita
tur, extraneo aut emancipato hæredi-
tas nõ defertur, ſuo autem ſic, ſi tñ eſt certum valo-
re teſtm̃ in ſe. Et qui in omnē caſum futurus eſt hæ
res, hæreditatem non aditam tranſmittit. hoc dicit. Et vide hãc
legem, vt hic per Bar. & ſequentes, & primi dicti huius ratio eſt
duplex. Primo, qa dubitatur de viribus teſtamenti, videlicet, an
poſthumus naſciturus, vel non, teſtamentũ rumpat: vnde adiri
non põt, vt ſupra in multis legibus vidiſtis. Secũdo inſtituti de-
1 bent expectare præteritos, & hæc eſt ratio glo. Et ex † hoc nota
quandiu teſtm̃ ſperatur rumpi hæreditas ex eo adiri nõ poteſt,
Ad quod l. cum quidam. §. j. s̃. eo. cum ſimilib. Et ratio, quia ad-
huc delata non eſt, igitur, vt l. delata. de verb. ſigni. cum plurib.
2 legibus huius tit. alleg. Secundo no. ꝙ vacuo exiſtente ventre,
& hoc apud legem certo, licet non apud cõem opin. ſuus dece
dens hæreditatē tranſmittit. Et idē a paritate rationis eſt in emã
cipato. Quo autem beneficio cenſetur tranſmiſſio, dicetur in
glo. No. ad cauſandam potentiam hęreditatis adeundæ in emã
cipatum non ſufficit legem certam fore ventrem eſſe vacuũ,
ſed ꝙ cõi opi. Itē & ſua hæc ſubaſſeratur, quod ſecus eſt in eo,
3 de quo pleniſſime vide in d. l. illud. ſi pars hęre. pet. † Not. qu in
omnem euentũ futurus eſt hæres, licet hæreditatē non adiuit
propter dubium poſthumi naſcituri, hęreditatē tñ tranſmittit,
& hæc eſt principalis huius materia, quam tractauit hic Bar. po
nendo primo regulas, & ſubſequenter fallētias, licèt Ang. poſt-
modum, & Io. de Imo. hic plenius dixerunt. Et oppoſitionem,
quam facit Bar. per d. l. ꝙ ſi dubitet. s̃. eo. ſolue, vt hic per eum,
& aliam etiam ſolutionem ponit hic Ang. & d. Io. In glo. ibi, cõ-
4 tratab. &c. † vides ergo ſuum inſtitutum beneficio præteriti pe-
tere ꝯtab. quod ẽt procedit præterito tacente, & ſic approbante
ſm formam l. pręteritę. & l. filio poſt mortem. §. fina. j. de ꝯtab.
Quid tñ dices in iure dicendi nullum, an inſtitutus præterito ta
cente intentare poſſit? Spec. in ti. de teſta. §. j. verſi. ſed pone Ber
ta. eleganter tenuit ꝙ non, per tex. l. Papinianus. in prin. s̃. de in-
offic. teſta. & hoc ſequitur do. Bal. in d. l. Papinianus. arg. l. filio.
reſpondet Spe. ad l. poſt mortē. §. fi. ꝙ ibi loquitur de beneficio
iuris prætorij, quod ęquitate nititur, vt l. ęquiſsimũ. cum ſimil.
de ſm tab. de facili perſonam vnã egreditur ad aliam tranſeun
do, ſecus eſt in beneficio iuris ciuilis, quàm eſt bñficio iuris præ
torij. In ea. glo. ſuper ver. item dum dicit. Item no. ꝙ hic trãſmit
5 titur &c. & ſic † videtur hæc glo. ꝯtrariari primæ glo. ſupra poſite,
vbi dicit, ꝙ licet hæres ſuus aut emancipatus ob ventrem exiſtē
tem plenum adire impediatur, vt ẽt in hac lege dr̃ per ſcriben-
tes, attñ idem hæres non adiens tranſmittit ad hęredē bon. poſ-
ſeſſ. ꝯtab. beneficio præteriti ſibi cõpetentem, vel ẽt ſm tabu. vt
no. in d. l. illud. §. fi. in glo. hic alleg. hic aũt dicit dictam hęredi-
tatem, licèt non aditam dubio rupturæ teſtamenti, tranſmitti
ad quoſcunque huius legis beneficio, & hanc ſequitur hic Bar.
dicens, ꝙ licet præcedens in ſe vera ſit, attamen hæc magis con
ſonat literæ, cum illę leges ſituentur in tit. vbi tractatur de hære
ditatis acquiſitione, & per conſequens in dubio intelligatur ſm
materiam tit. ar. l. Imperatores. s̃. de in diem addic. l. fi. s̃. de con
dic. indeb. cum ſimil. Ang. autem ponit nouum intellectum ad
hanc literam, dicens hic eſſe caſum, qui alibi non reperitur, ꝙ
hæreditas nõ adita propter cauſam neceſſariam & communē;
item nec delata tranſmittitur per eum, qui in omnē euentum

futurus eſt hæres ad quoſcunque, poſtulato tamen prius bene-
ficio reſtitu.in integ.poſt quod obtentum hæreditas adiri pote-
rat. Et hoc ipſe dicit, quòd vult ver.iſtius legis, & ideo lect. Bart.
& glo. Primo, quia impoſſibile eſt, ꝙ hæreditas nondum adhuc
delata, vt erat in caſu huius l. ventre præterito exiſtente pleno,
tranſmittatur. Et ꝙ regu.iur.nemo plus iuris.de acquir.rer.do-
mi.cum ſimilib.l.vnica.§.in nouiſſimo de cadu.tol.l.4. & l.quo
niam ſororem. C. de iure delib. cum ſimil. Aduertendũ tñ eſt,
6 ꝙ † lec.do.Ang. obſtat, quia videtur ꝙ non potuerit transferri
in integrum reſtitutio, ex quo principalis inſtitutus non videt
eſſe læſus, quod reſtit.requirat. Item quia vbi competit ordina
rium remediũ, ceſſat extraordinarium, l.in cauſæ. de mino.l.q̃-
dam.de eden.cum ſimilib. Sed hic competit ordinarium, hoc
eſt bon.poſſ.contra tab.vel bono.poſſ.ſm tab.ſm vnum intelle
ctum glo. ergo ceſſat reſtitutio. Sed potes defenſare opin.Ang.
reſpondendo ad primum, quia immo læſus hæres fuit, ex quo
in articulo mortis exiſtente adhuc hæreditas non erat delata, iõ
per hanc læſionem cauſatur in perſona ſubſequẽtis hæredis in
integrum reſtitutio, arg.l.non ſolum.de in integ. reſtitu. Itẽ ſe-
7 cundo arg.poteſt reſponderi, illud † verum, niſi remediũ extra-
ordinarium, vt eſt reſtitutio, eſſet magis pingue ordinario, quia
tunc ordinarium ceſſat, vt dicit glo.in l.fi.C.ſi aduer.rem iudic.
& per Bar.in l.in prouinciali.de ope.noui nunc.& l. etiam.C.de
tut.vel cura. Sed cum hic ſit plenius extraordinariũ, quia durat
triennio, & poſt impetratã in integrũ reſtitutionẽ hæreditas per
petuo adiri põt ſm veram opi.poſitam in l.quandiu.ſ.eo.Ordi
narium aũt durat anno, vt l.j.§.largius.cum ſimilib.ſ.de ſucce.
edic. hoc tamen ſm do.Io. hic pro defenſione Ange.non vr̃ ve-
rum, quia iſta maior pinguedo, quæ eſt ĩ extraordinario potius
quàm in ordinario, verſatur tñ circa intereſſe temporis, quod
non debet attendi, vt l.pater qui caſtrenſe.j. de caſtren pecu.&
quod no.per Bar. in l.qui bis.de verb. oblig. Item pro Bar.facit,
quia leges ſequentes poſt iſtam tractant de ſubueniendo hære-
di per in integrum reſtitutionẽ, maxime l.Pantonius.j.eo.cum
ergo aliquando leges poſteriores declarent priores, vt l.nam &
poſteriores.cum præce.ſ.de leg.non eſt dubium, ꝙ ex cõtinua-
tione dictarum legum hæc lex ſimiliter intelligatur in integrũ
8 reſti. Sed † ad hoc potes reſpondere, ꝙ non procedit argu. quia
nulla lex de vna ad aliam attenditur continuatio, nec eſt neceſ-
ſaria, ſecundũ glo.no.in l.Gallus, in prin.de libe.& poſthu. Præ
terea pro Ang.facit ꝙ d.ver.huius legis vtitur verbo, ſuccurren
dum eſt, & ſic verbo futuri temporis, quo non eſſet neceſſe vti
ſi hæreditas immediate tranſmitteretur, quia tunc dicitur eſſe
ſuccurſum, & non ſuccurrendũ. Quod tamen argu. parum fa-
cit pro eo, & non eſt reſponſione dignũ. Ideo ſequenda eſt opi.
Bar. quam etiam hic ſequitur Bal.& d.Io. & eſt cõmunis & ve-
rior. Et quia Bart cõmentauit hanc legem ponendo in ea ma-
teriam quomodo, & quibus caſibus hæreditas non adita tran-
ſmittatur, & eam latiſſime repetit do. Ange.& poſt eum latiſſi-
me d.Ioan. ideo ad illam ſecundũ Bart. quæſtionẽ quam tradit
in l.ex militari.in fi.ſ.de teſta.mili.& per l. apud hoſtes.cum ſi-
9 mil.hic per eum.& Ang. videlicet, ꝙ † beneficio ſuitatis hæres
hæreditatem non aditam ad quoſcunque tranſmittat. Et addas
primo limitationẽ, quam ad eam hic ponit Ang.niſi hæreditas
per filium eſſet repudiata, quia tunc licet ipſi hęredi primo ſuo
competeret beneficium l.fin.C.de repu.hære. tamen ad ſubſe-
quentem hæredem hoc beneficium non tranſmittit, & ſic hæ-
reditatem non aditam. Et pro hoc facit l.j.C.de his qui ante ap.
tab. quod tamen dictum, licèt Ang.non alleget, fuit eiuſdẽ Bal.
in d.l.j.per eundem tex.ibi. Item hic habes, ꝙ beneficium d.l.fi.
C.de repu.hæred.non tranſeat ad hæredem, quod etiam tenuit
Bar.in d.l.ex militari.per tex.l.j.per quem ſe fundat do.Bald.&
hoc hic ſequitur do.Io.& etiam Bar.hic, quod dubium videtur
multum dubitabile. Primo per d.l.j.C.de his qui ante aper.tab.
vbi ſe fundant Doc.ibi, dum dicit, nominatas perſonas, ſi tamẽ
hæreditatem non recuſat &c. videre meo nihil probat, cum il-
le ver.non debeat referri ad hæredes deſcendentes, qui non adi
tam hæreditatẽ tranſmittunt, ſed ad illos, in quos fit tranſmiſ-
ſio. Quia ſupra proxi. ante ver. Imperator loquutus eſt de libe-
ris, in quos fit tranſmiſſio, non autem de illis, qui tranſmittunt
tunc, & ſic magis proximis referre debemus, arg. l. ſi idem cum
eo.ſ.de iuriſd.om.iud. Et licet pro cõmuni ſñia videatur caſus,
qui per ipſos Doct.non allegatur in l.cum antiquioribus. C. de
iure delib.ibi, dum dicit, ſi tamen hæreditatẽ non recuſant. Et
ſic videtur velle illa litera, ꝙ hærede recuſante non tranſmitta-
tur in hæredem ius deliberandi, & per conſequens, nec benefi-
cium d.l fi.attamen reſpondeas etiam, ꝙ ille verſi.non obſtat,
quia vt patet ibidem, loquitur in hærede extraneo, non autẽ in
ſuo. Hoc enim probatur per verbum, recuſant. Recuſatio enim
hæreditatis, aut repudiatio proprie pertinet ad extraneos, non
autem ad ſuos, quorum proprie eſt abſtentio, vt in rub.ſ.eod.&
C.de iure delibe.in glo. Et ꝙ dictum beneficium tranſmittatur,
vr̃ caſus coniuncta glo.d.l.cum antiquioribus circa prin ibi, &
alijs quibuſdam &c. dum dicit Imperator ibi ſe nouiſſe in quæ
ſtionibus Iulij Pauli deciſum fore, ſuos paternam hæreditatem
in ſuam poſteritatẽ tranſmittere, poſtea dixit & ſubdit, in q̃buſ-
dam, vt dixi glo.illud verbum, alijs exemplificatis in d.l. fi. Pro
hoc videtur caſus a ꝯrio ſenſu literæ in l.Iulianus.ſ.eo.vbi dicit,
ꝙ ſi pupillus ab hæreditate paterna abſtinuiſſet, & ei aliquis hæ
res extitiſſet, non eſt compellendus paternis creditoribus reſpõ
dere. Ergo a ꝯrio ſenſu ex formalibus verbis literæ colligitur, ꝙ
ſi vult adire hæreditatẽ, a qua ſe abſtinuit, tunc creditoribus re-
ſpondebit. Pręterea & qua ratione minor tranſmittit in hære-
dem beneficium reſtitutionis, vt l. non ſolum. cum ſimil. de in
integ.reſti.ergo eadem ratione maior beneficium d.l. fi. quod
eſt in integrum reſtitutio. Quinimò, & licèt ſe ſuus abſtineat,
tñ & nudo nomine hæres remanet, l. cum quaſi.§.ſed & ſi quis.
ſ.de fideicom.liber.& dictum fuit. Et adde glo. in l. ſi pro hære-
de.§.ſi Papinianus.ſ. eo. Ergo dictum nudum nomẽ dẽat ſuus
hæres abſtinens cum aliquo effectu tranſmittere in ſuũ hære-
dem, per quæ videtur hanc cõem ſñiam non fore veram. Co-
gitandũ tamen eſt, ab ea non recedatis in cõſulendo, & hæc col
lationis gratia dicta ſunt. Vlterius & ſecundo limita ſingu.niſi
10 † filia, quæ ſimiliter ſua dicitur, excluſa eſſet a ſtatuto maſculis
extantibus, quia ſua non dr̃, & per conſequens habebit bñficiũ
ſuitatis, vt voluit ſing.Bar.in l.j.§.ſciendũ.j.de ſuis & legi.per il-
lum tex. Et ideo tunc ſi quo caſu hæreditas per eam adeat, tran
ſmiſſa non dicitur. Contra hoc no.facit dictum Bar. quod j. al-
leg.ſcilicet, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ fœmina non ſuccedat ſtantibus
maſculis, ꝙ intelligitur ſi maſculi ſuccedant patri, vt ipſe poſuit
in §.ſed ſi ſint.hic alleg.ſi ergo iſti nõ ſuccedunt, filia ꝓpter hoc
non deſinit eſſe ſua, & ſic tranſmittet hæreditatẽ. Quod no.ꝗa
eſt noua limitatio ad materiam, & eſt quotidie in facto. Sed po-
11 ne, ꝙ † ipſius ſtatuti beneficio excluſa fœmina cuidam portio
attributa eſt, an talis portio non adita per ipſos filios ſuitatis be-
neficio tranſmittetur. Aduertendũ, quia eſt notabilis limitatio,
& eam nullus tangit niſi d.Bal.in quodam ſuo conſi.quod inci
pit, In Chriſti nomine amen, Factum ꝓponitur ſub hac forma,
quidam nomine dicens, primo videri hanc portionem non adi
tam non tranſmitti, eo quia ipſis filijs ſub nomine naturali, nõ
autem ſuitatis defertur, & ex ſpeciali bñficio ipſius ſtatuti, ergo
&c.arg.l.legatum.de cap.dimi. Ego addo idem videri dicendũ,
ꝙ per dictum ſtatutum, quod excludit fœminas ſtantibus ma-
ſculis hæreditatem nolentibus, aliàs fœmina ſuccedat ſm Bar.
in l.2.§.ſed ſi ſint.ad Tertul.per illum tex. Sed cum iam maſculi
tacuerint, nec vnq̃ dictæ portioni ſe immiſcuerunt, vidẽtur po-
tius ſororẽ voluiſſe, ſi extranei iiſdem fratribus ſucceſſuri eſſent,
anteponere, q̃ poſtponere. Ad hoc C.de fideicõ.l.cum acutiſſi
mi.j.de condi.& demon.l.cum auus.C.de inſti.& ſubſti.l.gene
raliter. §. fi. In ꝯtium tamen ipſe decidit notabiliter dicens ab-
ſurdum eſſe, quem pro parte eſſe ſuum hęredẽ, & pro parte nõ
ſuũ, arg.j.de condi.& demon. l. Titia ſi non nupſerit. de vſuc.l.
eum qui ędes. Itẽ quia dicta portio filijs delata videtur eſſe por
tio accreſcens, & quam primo iure habent, & ſic eiſdem reſpe-
ctib.debet determinari. Ad hoc de leg.j.l. ſi ex toto.ſ.de pac.l.in
ter ſocerum.§.cum inter.C. de iure dot. l. etiam. & ita ẽt deter-
minat in prædicto cõſi.iſtis rationibus, quod eſt ſatis no.& mẽ-
ti tenendum, quia quotidie accidit in facto. Aduertendũ tamẽ
eſt, quia hoc dictum videtur multum dubitabile. Primo ex ra-
tione vna per me ſuperius in ꝯrium aſſignata. Secundo, quia di
cta portio defertur beneficio ſtatuti, non autem ſuitatis: vnde
cum ſuitas ſit fundamentũ ipſius tranſmiſſionis hæreditatis nõ
aditę, vt patet in d.l.ſi fratris.& in d.l. apud hoſtes. cum ſimilib.
quæ allegat hic Bar. & per conſequens dicamus hunc filiũ hãc
portionẽ non tranſmittere, quia ad eam nõ vocatur vt ſuus, ſed
ex prædicto beneficio, videtur multomagis hoc dictũ nõ pro-
12 cedere, ſi prædictum ſtatutum foret ab † his, qui poteſtatẽ præ-
toris habent, vt eſt marchio, epiſcopus ciuitatis, & ſimiles, de q̃-
bus in c.fi.extra de offic.deleg.& per Bart.in l. ſtipulationẽ.cir-
ca prin.de verbo.obliga.& l.fina. j. de pœnis. Tali etenim caſu,
cum prætor & ſimiles nõ poſſint ipſo iure abſque aditione hę
redem facere. Inſti.de bon.poſſ.§ quos autem.& tñ etiam quia
ipſe ſuitatem abhorruit, quod eſt tranſmiſſionis fundamentũ,
vt Inſti.de hæred.quali.& differ.§ ſed his permittit.ſ. eod.l.ne-
ceſſarijs. vr̃ tali beneficio ad deficientem filiæ portionẽ admiſſũ
abſque aditione tranſmittere, vt in ſimili dicimus in bono. poſ.
vnde lib.liberis a prætore datã ad hęredes non agnitam nõ trã-
ſmitti, vt l.ſi emancipato.C qui admitti. In ꝯtium tamẽ hoc ca-
13 ſu mouet glo.d.l.ſi emancipata.† dicens l.vnicam. C. de his qui
ante aper.tab.prouidentem, vt deſcendentes hæreditatem non
aditam ad alios tranſmittant, habere etiam locum in bon.poſſ.
a prætore conceſſa, vt etiam hęc non agnita ad deſcẽdentes trã
ſmittatur. Quam glo.no.& tene menti ad extenſionem d.l. Co-
gitabis dictum Bal.in prędicto conſi.quod prędictis rationibus

non

non videtur verum. Item & tertio principaliter hanc regulam traditam per Bar. ſing. limitabis in l. ex vulgari. §. ſi. de teſta. mili. niſi a ſuo petitum foret ius deliberandi, quia tunc eo intra an nū decedente, idem de ipſo iudicatur quo ad tranſmiſſionē, qd de extraneo dicitur in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberā. Et ex hoc reſultat no. effectus, ꝙ vbi ſuus hæres tempus ad deliberandum non petiiſſet, tranſmiſiſſet hæreditatem, licèt non aditam, ad quoſcunque cum bñficio, ꝙ vſque ad triginta annos
14 adire poſſent, cum † hæreditas tranſmittatur a ſuis in alios cū bñficiis ipſis ſuis conceſſis, vt l. ſi quis filium. §. j. ſ. eodem. & l. ſi poſt. & l. cum hæreditate. ſupra eodem tali caſu videlicet, quòd ſuus intra annum deliberationis deceſſerit, ſi hæredes ſui intra reſiduū anni non adiuerint, ab adeundæ hæreditatis bñficio perpetuo excludentur, vt in herede extranei decedentis dr̄ in l. cum antiquioribus. Eſſet ſatis ſingul. & no. dubium, tamen eſt, quia vt dixi, hæreditas per ſuum tranſmittitur cum conditionibus, quibus penes eum erant, vt in præalleg. legibus. Sed certū eſt, ꝙ hæres licèt petiiſſet terminū ad deliberandū, potuiſſet eidem renunciare & venire recta via per aditionē, & ſic perpetuū fuiſſet ipſum ius aditionis, C. de iure deliberan. l. quod ſuum. & quod no. eodem titu. l. licet. per Bal. Ergo eodem modo dica mus in herede ipſius, maxime cum d. l. cū antiquioribus. quan do loquitur dicendo, hæres ſi intra reſiduū anni hæreditatē nō adiuerit, perpetuo excluditur, loquatur in hærede extraneo, nō in ſuo, vt patet, dum loquitur per verbū, adita, ibi in tex. poſitū, quod proprie non eſt ſuorū, ſed extraneorū, in rub. C. de iure delib. Et cogita, an procedat hoc dictū Bart. Et ex hoc no. ꝙ per
15 ipſos repetentes hoc non præmittitur. Vlterius † dubitatur hic per Bart. an d. l. apud hoſtes. cum aliis hic alleg. loquens in ſuis, habeat locū in emancipato, vt ēt ad quoſcunque tranſmittat? In quo ipſe dicit videri quod ſic, cum ipſe ad inſtar ſuorū ſuccedat, & ſublata ſit dr̄ia. C. de leg. hære. l. meminimus. & in Auth. de hæredi. ab inteſta. §. nulla. ergo idem vr̄ dicendū de eo, quod de ſuo, hoc tñ decidens ſub dubitatione reliquit hic. Ang. autē dixit ſibi videri ꝯrium, quod ēt ſequitur do. Ioā. dicens ꝙ emancipatus tñ, immo ad deſcendentes non autē ad extraneos hæreditatē non aditam non tranſmittit, & ita dicit in d. l. j. C. de his qui ante aper. tab. dicens non obſtare argu. Bar. quia verum eſt,
16 † ꝙ ſublata differentia quantū ad hoc, vt pariter ſuccedant, non autem quo ad reliqua beneficia, quę ſuis conferuntur, vt no. in l. ſi emancipati. C. de colla. Et excep. gloſ. de differentiis inter filium & emancipatū, & ideo dicta differentia de ſuis & emancipatis eſt ſublata quo ad ſucceſſionē ab inteſtato, non ex teſtō, quia nihil eſt immutatū, vt no. glo. in l. Gallus. de libe. & poſth. miror tñ, ꝙ præfati Doc. non alłegent contra Bar. caſum expreſſum dicentē emancipatū ad extraneos non tranſmittere, vt d. l. ſi fratris. in 1. reſpon. C. de iure deli. Tu tñ in vno caſu potes no. ſaluare Bar. videlicet, ꝙ filius emancipatus foret, non facto ipſius patris, ſed iuris diſpoſitione, vt dr̄ ī Fęlice effecto epiſcopo, qui patriam poteſtatē exiuit, vt in auth. ſed dignitas. C. de epiſc. & cler. quia tunc ipſe quo ad odia, non autē quo ad fauores de patria poteſtate intelligitur exiſſe, vt no. dixit Bar. in l. item ſunt in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Quod comprobar Bal. in d. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. hic alleg. per Docto. dico, ꝙ tali caſu, ꝙ cum fauor ſit filiorum hæreditatē non aditā tranſmittere, arg. l. & quia. ſ. de interro. actio. tali caſu emancipatus ad extraneos tranſmittet, ita notanter ſalua Barto. in hoc
17 puncto. Item quæritur, † an hæreditas materna, vt paterna ad quoſcunq; per filium tranſmittatur. & quia hoc eſt clarum, vi-
18 deas hic per Bar. & alios. Dubitatio tñ maxima eſt, † quæ ſecuit dum Bal. egeret Cęſarea deciſione, an ſicut maior infante hæreditatē ad quoſcunq; tranſmittit, ita & ipſe infans, in quo Bal. in l. ſi infanti. C. de iure delib. ſecutus opin. la. de Bel. tenuit, quòd non, & hoc per tex. in l. infantis. §. parentis. coniuncto verſi. inferiore &c. qui tex. probat, ꝙ infans hæreditatē non aditam non tranſmittit, niſi in deſcendentes per lineā paternam, cum in eo non conſideretur bñficium ſuitatis. Et pro hoc dicit eſſe caſum in l. 2. §. ſi quis ex liberis. ad Tertul. Aduertendū tñ, ꝙ ipſe idem in l. cum antiquioribus. proxime ſequen. ad l. ſi infanti. ad fi. d. l. eum reſtitutionē fiſco debere. Mat. tenuit ꝯrium, ꝙ ſecutus fuit in d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. Bar. tamen tenuit cōtrarium, quem omnes poſt eum ſequuntur, dicentes, ꝙ cum eadē ratio ſit in infante quę eſt in maiore tranſmittente non aditam, videlicet bñficio ſuitatis, eadem ratione & debet eſſe iuris diſpoſitio. allegat pro hoc Bar. caſum in l. qui duos. §. in bello. de rebus dubiis. qui in veritate ſalua reuerentia nihil facit, quia ille tex. non loquitur in infante, ſed in impubere ſecundū intellectum glo. ibidem, qui probatur in fi. eiuſdē legis, & in l. cū impuberes. eo. titu. licet tñ ille tex. non probet hic oppoſitum, ſententia quæ eſt cōmunis, verior eſt, & eam hic ſequuntur repetētes, cum eadem ratio ſit in ſuo maiore, quæ ibi in infante. Nec obſtat tex. in d. l. ſi infantis. quia ibi non loquitur in hæreditate paterna, ſed aliā, vt patet, quia in principio ſiti diſpoſuit, quādo hereditas eſt infanti delata patre viuente, vnde ſicut a princi. ita & in fi. debemus medium & finem interpretari. ad hoc ſ. de hered. inſti. l. Pacumeuius Androſth. in fi. & ſ. de origi. iuris. l. j. §. conſequens. vt & totam legem de alia hæreditate, quam paterna intelligamus. hocq; probat̄ per verba eiuſdē legis, quæ ſunt hæc, adita, agnita, & deuoluta, quæ quidem verba in proprio ſignificato intellecta non pertinent ad hæreditatem paternam, ſed extranei, vt ſupra dixi, & in l. qui putat ſe. ſ. eo. quare in hoc caſu teneas cum opinione cōmuni, quam ēt tenuit idem Bald.
19 in l. j. C. de his qui ante aper. tab. Vltimo, circa † iſtam regulam addas ad præfatos repetentes, an dicta iura loquentia de tranſmiſſione per ſuos fienda, habeat locum in adoptiuo? Et gl. quę dam no. in l. ſeruus alienus. in fi. glo. magnæ. ſ. de hæredi. inſtit. voluit, ꝙ ſic, de quo dubito, an ſit verū. Item poſita eſt hic quinta regula per Bar. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. quòd hæreditas aſcendentium non adita tranſmittitur per deſcendē-
20 tes ad reliquos deſcendentes. Circa quam hic † legentes examinant quatuor. Primo, an illa lex habeat locum in naturalibus, & ſpuriis, & de hoc dicas hic per Ange. & Ioan. de Imo. Secundo, an hæc lex habeat locum in hæreditate delata iſtis deſcendētibus ab inteſtato, videlicet, vt hic non adita tranſmittatur, & cōmunis glo. opin. & Docto. in l. vnica, eſt quòd ſic, contra quā hic inſurgit do. Ioan. dicens, quòd cum hæreditas delata ab inteſtato ipſis primis deſcendentibus, non adire poſſint reliqui, & ad eam venire ex capite ſecūdo edicti ſucceſſorii, vt in toto titu. C. de ſucceſſo. edic. merito cum habeamus regulas iuris cōmunis, non debemus venire ex ſpeciali priuilegio d. l. vnicæ. qd̄ eſt extraordinarium, arg. d. l. in cauſæ. de mino. Pro quo etiam facit, quia lex noua in vno caſu corrigens ius antiquum, & maxime ſpeciale & contra regulas iuris cōmunis, non debet extēdi ad alium etiam ex identitate rationis ſm̄ no. in authen. quas actiones. de ſacroſanct. eccle. & ad hoc ſ. de legibus. l. ius ſingulare. mihi tamen videtur cōmunis opinio verior, & maxime cū ſit glo. author. ſufficiens, & ſi non eſſet vera, reſultarent multa abſurda & incōuenientia. Pone enim, quòd decedat ab inteſtato parens relictis duobus filiis, quorum vnus filium habens anteaditam hæreditatē deceſſit, certe ſi vera eſſet opinio dñi Ioā. ſequeretur, ꝙ cum ibi ſit locus iuri accreſcendi, non habeat locum ſucceſſoriū edictum, Inſti. de hære. quæ ab inteſt. §. admonendū. fraudaretur tunc ipſe nepos hæreditate aui, cum ipſa alteri fratri accreſceret, quod eſſe non debet, ne legis auctoritate fraus iſta contingat, ſ. l. proxi. C. de his qui veniam ęta. l. meminerint. C. vnde vi. cum ſimil. Ideo ſequaris cōem opinionē, quę tutior eſt, & ēt hic in vltimo loco placuit do. Ioan. dicenti, ꝙ ipſe deſcendens defuncti deſcendentis habebit electionē, an velit venire ex ſucceſſōrio edicto, an vero ex capite l. j. C. de his q ante aper. tab. allegat l. recuſare. § Titius. ff. ad Trebel. Et in hoc argumēto addas no. Dy. in l. Gallus. in diſtinctione magna. de hoc quod referunt Cy. & Bal. in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſtam. & facit quod no. Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. videlicet, ꝙ
21 † nepos parentis ex filio deſcendente mortuo, ante aditam hæreditatē conceptus poſt mortem dicti parentis, licèt ex edicto ſucceſſorio non poſſit venire ad hereditatē dicti parētis aui ſui, vt d. l. ſi quis filium. & l. Titius. in fi. cum ſimilib. C. de ſuis & legi. attamen poterit venire bñficio d. l. j. quod no. & tene menti, quia ſic aliàs fuit conſultum & obtentū, licèt multa ꝯria videātur in contrariū. Secundo quæritur per præfatum repetentem, an beneficium dictæ l. vnicę, habeat locum in aliis gradibus vltra pronepotem. & in hoc cōmunis eſt opin. quòd ſic, licèt do.
22 Io. teneat contrarium dicens, † ꝙ cum d. l. vnica, taxet gradum vſque ad pronepotem, merito alii gradus poſt eum hæreditatē aſcendentis non aditam ad deſcēdentē tranſmittunt beneficio legis vnicę. Ex quo ſi lex voluiſſet beneficium illud in aliis gradibus ſibi locum vendicare, facile potuiſſet exprimere, arg. l. j. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tol. Quę opi. ſalua reuerentia non vr̄ eſſe vera, quia dum expreſſit nepotē, & pronepotē, alios tertio & quarto loco videtur expreſſiſſe, cum appellatione prędictorū, imò non tñ nepos comprehendatur, & atnepos, & trinepos, ſed ēt & cęteri ſequentes, cū ſumus in materia fauorabili, ſicut eſt hic ad oēs, de poſt. l. cui corū. §. affinitatis. in ver. ſi. l. in vſu. & l. ſocerum. & l. generi. & l. parentis. & voluit expreſſe Bar. in l. liberorū. de verb. ſigni. & in l. j. §. & generaliter. de legatis pręſtan. Nec obſtant verba tex. d. l. vnicę. quia licet dixerit nepotes & pronepotes, & non vltra, tamen hoc magis vr̄ Imperator feciſſe cauſa maioris declarationis, vt alii gradus venirent, ꝗ reſtrictionis. Ad hoc de lega. 3. l. cū quis. §. fi. & ita tenendū eſt, cū idē d. Io. dicat veriorē fore opinione cōem, & cauſa ꝓferendi ſic
23 dixiſſe. Quarto an dicta † lex habeat locū in aſcendentibus, & cōmunis opi. d. l. vnicę. glo. & Doc. in l. 2. C. ad Or. ſic. ꝙ ſic, & hanc opinionē ſequitur Iaco. But. dicens, ꝙ licet aſcendentes non habeant hoc priuilegium ex manifeſta litera ibi, tamen habent ex iden-

id ẽtitate rationis d.l.cum aſcendẽtes magis contriſtentur mor
te filiorum, quàm econuerſo, quod not.in l. iſti quidem. de eo
quod met.Item quia hæreditas deſcendẽtis, vt eſt quaſi debita,
ſic econtra l.nam & ſi parentibus.de inoffi.teſta.l.ſcripto. vnde
libe.Bar.autem tenuit contrarium dicens, quòd cum de deſcen
dente lex loquuta eſt, ergo non extendenda.l.ſi vero.š.ſolu.ma
trimo. cum ſimilibus. Aduerte, quia in duobus caſibus poteſt
verificari opinio Barto.Primus, quando dederit ipſe filius hęre
ditatem non aditam cum relictis fratribus ipſius defuncti parẽ-
tis filij, tali etenim caſu portio fratris non adita reliquis fratri-
bus accreſceret, non autem ad patrem trãſiret, & ille eſt caſus,
ſecundum vnam lectu.in d.l.non pro numero. C.ad Orfic. Se-
cundus, quando extaret decedente ipſo deſcendente aſcẽdens,
vt puta pater, ſeu mater deſcendentis defuncti, tunc enim por-
tio hęreditatis non adita deſcendentem contingens tranſmitte-
retur potius ad illum aſcendentem defunctæ perſonæ, de cuius
hæreditate transferenda agitur, quàm de aſcẽdente deſcenden-
tis.& ille eſt caſus in l.2. §.ſi quis ex liberis.j̃.ad Tertul. An au-
tem extra omnes caſus ſit vera opinio Barto. an contraria, du-
bium eſt. Et ideo hic do.Ioan.nititur concordare prædictas opi-
niones dicendo, quòd aut aſcendens ipſius deſcendentis eſt ex-
tranea perſona ab ipſo aſcendente, de cuius hæreditate trãſmit-
tenda agitur, & tunc verior ſit opi.Bart. quòd non tranſmittat.
Et ponit exemplũ ſi ſit mater ipſius deſcendentis, quæ fuit vxor
ipſius aſcendẽtis, de cuius hęreditate tranſmittenda agiẽ, & fun
datur hic præfatus Doc.æqua ratione, quia tunc non vendicant
ſibi locum rationes d.l. vnicæ. quia ibi deſcendentes, in quos fie
bat tranſmiſſio, non erant extranei ab ipſo aſcendente, de cuius
hæreditate tractabaẽ, ſed coniũcti, & cum ita non ſit in caſu no-
ſtro, quod dictũ placet, ſed non exẽplum, quia ſi volumus vxo-
rẽ remanere viduã, tunc nõ diceẽ extranea perſona ab ipſo alio
aſcẽdente, ſed cõiuncta, quia durante viduitate vr̃ primum nu-
merũ durare, vt l.fi.§.vidua.ad munici. Et eſt ẽt tex.in l.ſi de bo
na. vbi exẽplum ponit in vxore, & ideo non ponas exẽplum in
matre vxoris aſcẽdentis, vt ipſe dicit, ſed in auia materna proce-
dit. Vlterius ꝙ aut aſcẽdens, in quẽ deſideraẽ fieri trãſmiſſio, eſt
cõiuncta perſona cũ aſcendẽte mortuo, vt puta, quia aſcẽdens
mortuus eſt pr̃ aut auus pr̃nus, & tũc habeat locũ alia opi. vide-
licet quod trãſmittaẽ. quam diſtõnem do. Io. dico procedere in
filio deſcendentis emancipato, non autem in deſcendente ſuo.
In eo aũt firmiter teneas, ꝙ hæreditatẽ ad quemcunq; tranſmit
tat ſtante vera quarta regula hic poſita per Bart. ꝙ ad quoſcũq;
etiam extraneos, per d.l.apud hoſtes. cum ſi.per eum allegatis.
Poniẽ & alia regula tunc per Bart. videlicet, ꝙ l.ſi infanti.de qua
bene loquiẽ, vt hic per eum, tene menti duas limitationes, quas
24 tradit ad d.l. Examinat tamen hic Ang.& † do.Io.illum dubita-
bilem paſſum, an poſito quòd infans non tranſmittat hæredita
tem extranei ſibi delatam, non tamen aditam, patre non extan-
te ad dictam lineam maternam, vt d.l.ſi infanti. dicitur attamẽ,
ꝙ tranſmittat ad eundem ius petendi in integ.reſtitu. pro dicta
hæreditate poſtulãda, de quo dubio pleniſſime vltra alios repe-
tentes in l.Pantonius.j̃.proxi.legẽda. Eſt & ſeptima rl̃a, videlicet
per l.cum antiquiorib. videlicet ꝙ quicunq; hæres ſciẽs hæredi
tatẽ ſibi delatam, decedens intra annum, tranſmittat ius delibe-
randi. Circa huius regulę examinationẽ Bar. multa elegantiſſi-
ma ponit in l. qui duos. §. qui in bello. j̃. de reb. dub. & Bal. in
multis ſibi ꝯdixit in l.ſi infanti.& in d.l.cũ antiquiorib. quæ hic
notabiliter proſequiẽ Io.de Imo.ideo omitto. Ad vnum aduer-
25 tas, quod † dicunt Bar.& Bal.in l.fi.C.ſi pend.appel.mors inter
ue.videlicet ꝙ hæres deſcẽdens tranſmittat ius deliberandi, nõ
tm̃ annum, ſed etiam reſiduum anni ſm̃ d. l.cum antiquiorib.
ſed etiam vltra id tempus pro deliberando habet quatuor men
ſes.& de hoc dicunt eſſe tex. ſingularem in l.fi. in 2.reſpon. C.ſi
penden.appel.quod improbat hic do.Ang.dicens, ꝙ finito an-
no ei aliud tempus non conceditur, cum d.l. cum antiquiorib.
eos poſt lapſum anni totaliter excludat, vt ibi dicit tex.in fi.Sub-
dit tñ opi.Doc.prædictorum procedere, quãdo tempus delibe-
randi impetratum foret a iudice, & ita dicit loqui l.fin. š. alleg.
quod eſt multum nota.& ſingu. Hanc etiam limitationem An
ge.hic improbat do.Io.per quandam glo.quæ eſt in l.fi.quæ ta-
men parum facit, puto tamẽ, quòd dictum ſuum ſit verum, &
quodlibet dictum prædictorum Doct. ſit falſum, & hoc per ca-
ſum l.fi.§.ſed quia quidẽ.C.de iu.delib. vbi tex.dicit, ꝙ quando
tempus petitur a iudice ad deliberandum, nouem mẽſes debet
ipſe ſtatuere. ſubdit poſtea formaliter litera ita, vt neq; ei aliud
tẽpus ab imperiali culmine indulgeatur, & ſic ſi in d.l.fi.eſt ca-
ſus pro d.Doct.corrigeretur per d.§.ſed quia quidẽ.qui fuit Iu-
ſtiniani, & ſimiliter dictum Ange.per illum §.improbaẽ, qui lo-
quitur etiam in termino ſtatuto, prout etiam ipſe loquitur. Et
per hoc ſit expedita materia, reliqua autem circa primam & ſe-
cundam regulam Bart. videte hic per Ang.& vltimo per do.Io.
qui melius loquitur.& tamen Ang.contrarietatem teneatis. Et
videte etiam hic aliqua per do.Rapha.Cuma.& quia ſuppletio
ne non indigent, omitto.

LEX LXXXV.

SI metus. Aditio metu facta valet, ſed beneficio
prætoris reſcinditur.hoc dicit. & vide
quod no. in l.ſi mulier. §.ſi metu. quod metus cau.
& dic, vt no.š.eo.l.qui in aliena. §.fi.

SVMMARIVM.

1 *Speciale mandatum an requiratur ad petendam bonorum poſſeßionem.*
2 *Hæredi ex perſona defuncti an competat in integrum reſtitutio, quæ ipſi defuncto competebat.*
3 *Hæres an poſſit ratificare factum nomine defuncti.*
4 *Aditio hęreditatis quòd improprie inducatur per petitionem bonorum poſſeßionis.*
5 *Abſens quando reſtituatur? remißiue.*

LEX LXXXVI.

PAntonius. Impeditus propter iuſtam abſen-
tiã adire, ſi interim decedit, in in-
tegrum reſtitutionem ad adeundam hæreditatẽ hæ
1 redi ſuo reliquit.h.d. No.ex iſta litera poſſe † inferri,
ꝙ ad bonorum poſ.petendam requiritur in procuratore ſpecia
le mandatum, ſi volumus intelligere iſtum tex. prout intelligiẽ,
ꝙ eſſet a Pantonio cõſtitutus procurator generalis: ſi autem vo-
lumus intelligere procuratorem nullum mandatum habuiſſe,
tunc hæc litera hoc non probat. Pro quo intellectu facit, quia di
citur hic in tex. ꝙ ratam non habuit patronus bon. poſſ. ſi enim
mandatum habuiſſet, non requireretur alia ratihabitio ſm̃ ea,
quæ notantur in l.3.§.acquirere.de bon. poſ. Verum tamen eſt
ſpeciale mãdatum requiri, arg.l.ſi quis mihi bona. §.mandaui,
š.eo.in l.qui ita.§.j.ad Trebel.pro qua facit, quod no. Bar.in l.fi
2 liusfa.de dona. No. ꝙ † hæredi ex perſona defuncti competit in
integrum reſtit.quæ ipſi defuncto competebat. Et hoc eſt in ip-
ſo tex.ex eo, quia coniuncta abſentia vnà cum morte ipſius de-
functi cãtur in vltimo vitæ ſpiritu in ipſum defunctum, eo quia
hæredi.nõ adiuit.eſt lęſio, ob quam hæres ex perſona defuncti
in integrum reſtitutionem poſtulat. Et ſm̃ hoc iſte tex. facit ad
pulchrã & notabilem limitationem, quæ ſm̃ Ang. egeret deci-
ſione Imperiali, an tutor ſeu alius extraneus hr̃s ex perſona in-
fantis, aut pupilli prædefuncti poſt tempus iuris deliberandi hę
reditatẽ poſſit adire, licẽt nõ aditã. In quo dubio Io.And.in c.in
præſentia.extra de prob.ſecutus opi.Cy.& Iac.But.& Iac.de Bel.
in l.j.C.de teſta.mili.tenuit ꝙ ſic, hos oẽs ſequitur Bar.vt hic, &
in l.ventre.& in l.qui duos.in prin.j̃.de reb.dub. dicens pro hac
q.ibi eſſe caſum pro intellectu Iaco.But. Et pro iſtorũ deciſione
facit iſte tex. quia ſi propter abſentiam cum morte cõiunctam
ex perſona defuncti datur hæredi in integrum reſtitutio, vt hic,
& l.j.& l.cum quidã.š.eo.quę quidẽ eſt cauſa accidentalis, mul
to magis debet dari intra minorem ætatem cum morte cõiun-
ctam, quæ quidem ætas eſt cauſa naturalis, quæ potentior iudi-
cãda & fauorabilis, vt l.verum.§.fi.de mino.cum ſi.Iac. de Bel.
in Auth.de triẽte & ſemiſſe.tenuit ꝯrium diſputando, videlicet
in infante, quem ſequitur hic Ang.& in l.ventre.& Bal.in l.ſi in-
fanti.C.de iu.delib. Pro quib.facit, quia iſta quæſtio læſionis ob
lucrum ceſſans in perſonam infantis non cauſaẽ dolo aut facili-
tate aduerſarij, ſed facto diuino iudicio proueniente, & ſic quo-
dam caſu diuino. Clarum eſt autem damnum propter factum
contingens in integrum reſtitutionem non cauſare, vt pręalleg.
l.verum.§.ſciendum igitur. Er per hoc patet hæc rñſio ad argu-
mẽtum illud inductum pro parte. Præterea videtur, ꝙ cauſatur
læſio in vltimo vitæ ſpiritu, quia pręſumitur ꝙ ſi vixiſſet, & ma-
ior factus fuiſſet, hæreditatẽ forte adiuiſſet, arg.glo.magnę in fi.
C.de reſti.mili.ad quod etiam & ſecundo loco potes reſponde-
re, quòd illa læſio fundatur iuris præſumptione, quæ quidẽ præ
ſumptio non cauſat in integrum reſtitutionem, tamen oportet
veram lęſionem probare, vt l.nam & poſtea.§.ſi minor.de inte-
iu. Præterea pro opi.iſta, & ſic pro ar.Iac.de Bel.facit tex.in d.l.ſi
infanti.dicens, ꝙ ſi infans viuens hæreditatem non adiuerit, fin
gitur hęreditas nunquam delata fuiſſe, ſed ad alios, qui hęredes
futuri eſſent, peruenire debet dicta hæreditas, ac ſi infans nun-
quam in rerum natura fuiſſet, vnde cum Imperator fingat hæ-
reditatem non delatam, decidens ad alios debere peruenire, er-
go excludit reſtitutionem in integrum, cum verbum perueni-
re, cũ effectu intelligaẽ, vt l.2.§.perueniſſe.de hære. vel act.ven.
l.perueniſſe.de ver.ſig. cum autem nõ eſſent effectualia iſta ver-
ba, ſi in integrũ reſtitutio infantis hæredib. perueniſſet. Ad hoc
š.de in integ.reſti.l.nemo.j̃. de ſolu.l.qui ſic.ergo &c. Quinimo
pro iſtis facit, quia Imperator fingit infantẽ non adeuntem nũ-
quam fuiſſe in rerũ natura. Sed ſi fuiſſet in rerũ natura, in inte-
grum reſtitutionẽ non tranſmiſiſſet, cum non detur ab Impera-
tore ſine cauſa, vt extra de elect.c.3.in gloſ.alleg.cum concor.š.
Pręterea facilius ſolet tranſmitti ius cõe, quàm priuilegium ſpe-
ciale, vt š.de rei vendi.l.in rem.§.item quæcunq;. ſed Imperator

denegat tranſmiſſionem directam, hoc eſt ipſum Ius cõmune,
ergo & trãſlationem priuilegiatam. Nec ob. quod dicit hic do.
Bal. quem ſequitur do. Io. de Imo. rñdendo ad tex. d. l. ſi infanti.
videlicet ꝙ Imperator ibi fingat hæreditatem infantis nũquam
fuiſſe delatam, & decidit ad alios. dicũt enim illa verba debere
intelligi habito reſpectu ad ius cõe, non ad ius ſpeciale reſtitu-
tionis, vt reſtitutio in integrũ. quod Imperator non debuit con
ſiderare, arg. l. 4. C. de fideicom. libe. & no. etiam in impuberib.
vt l. q̃diu. la prima. ſ. eo. quia ad hoc rñdeas, ꝙ ſi ſic eſſet, Impera
tor per ꝯñs voluiſſet ſua verba carere effectu, & eſſe in dubio po
ſita, quod non eſt præſumendum. Ad primum ſ. quod cuiuſq;
vniuerſitatis nomine. l. j. §. hæc verba. ſ. in l. ſi per alium. §. edo-
cere. Ad ſcdm ſ. de iudi. l. ſi prætor. cum ſi. Ideo hæc rñſio nõ eſt
bona, licèt do. Io. hic, & in l. venter. referat do. ſuum Franciſ. de
Ramp. dum paſſum ipſum diſputaret in hac ciuitate Bono. exi-
ſtẽtem cum do. Ang. ſemper ſic rñdiſſe ad tex. d. l. ſi infanti. Item
nec pro eis aliquo modo facit iſte tex. cum præalleg. l. cum qui-
dam. & præalle. l. quidam. & præalle. l. j. quia hic nõ fuit cã reſti
tutionis ꝯcedẽdæ abſentia primi hrdis inſtituti. Itẽ & mors, ſed
etiam qui ignorabat hęreditatẽ ſibi fuiſſe delatam, vnde iſtis tri
bus cõiunctis datur in integrum reſtitutio, quia forte ſi fuiſſet
præſens, & ſciuiſſet hæreditatẽ delatam, tũc adiuiſſet eam, licèt
interuenerit abſentia & mors, attñ non concederet̃ ſubſtitutio,
& id per ꝯñs, de iur. & fac. igno. l. pe. circa medium. cum ſi. & ita
limitant hunc tex. hic legentes, licèt nunc ad iſtud propoſitum
iſto modo intellis nullo modo habet procedere obſtãte d. l. qui
duos. quæ eſt fundamentum Bar. Primo, quia ille tex. loquit̃ in
impubere, non aũt in infante, vt ibi patet. Item & ſcdo põt rñde
ri ſm quod hic dicit Ang. reprobando intellm Iac. de Are. ꝙ in
illo tex. non ſubaudiat̃. de in integ. reſtit. quia ſi hoc eſſet, nõ pro
cederet, quod dicit præallegatus tex. ꝙ in hæreditate ſcdi moriẽ
tis inueniret̃ hæreditas primi, quia imo tunc non inueniret̃ ipſo
iure, ſed in ſubſtituto pupillari vitiabit̃ acquiſitio ob in integ. re
ſtitutionẽ intentatam ex perſona defuncti, vnde ipſe dicit, ꝙ ve
rus intellis eſt, ꝙ fuerit facta principaliter ſubſtitutio vltimo mo
rienti, vr̃ ipſe vlterius moriẽs ſubſtitutus pupillariter ipſi primo,
ar. l. vel ſingulis. de vul. & pup. l. Titia. §. Seio. de leg. 2. Et ideo ſi-
cut ſi ipſe vltimo moriẽs fuiſſet expreſſe ſubſtitutus pupillariter
ipſi primo, haberet neceſſe adipiſci hæreditatẽ illius primi mo-
rientis, vt l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. de vul. & pup. & in l. Iu-
lianus. in ver. prin. ſ. eo. & per ꝯñs non aditã tranſmittere, ſm gl.
no. & ſing. in l. 3. §. aperturæ. de hære. inſti. etiam dicamus qñ ta
cite ſubſtitutus eſt. Quem tñ intellm reprobat do. Io. dicens, ꝙ
cum rr̃ hæreditas fraterna non adita non tranſmittat̃, vt l. qm.
ſ. de iu. delib. ideo debemus reſtringere rłam d. §. quos poſſum.
cum ſi. ſ. alle. ꝙ vbi expreſſe frater aliqñ fratri ſubſtitutus ſit, nõ
dicat̃ hæres eſſe neceſſarius eidẽ. Sed tu teneas Ange. per d. l. vel
ſingulis. & quia eadẽ virtus debet eſſe taciti & expreſſi, vt l. cũ
quid. ſi cer. pet. maxime cum tractamus de ſubſtitutione pupil
lari, quæ inuenta eſt fauore ipſius pupilli, vt l. ex trib. C. de inof.
teſt. & d. l. Iul. Item ſi iſte intellectus Ang. non placeret, potes di
cere ſm quod dicit Bart. in d. l. qui duos. ꝙ ibi in hæreditate ſcdi
decedentis inueniat hæreditas primi per viam iuris deliberãdi.
Vel aliter, ꝙ ibi vixit ſcdo moriens per tm̃ tp̃s, ꝙ hæreditatẽ adi-
re potuit vno actu, & vno verbo, & ſentit Bal. in l. ſi infanti. C. de
iu. delib. Aduerte tñ, quia ipſe idẽ in l. vnica. §. in nouiſſimo. de
ca. tol. in pręfato dubio ſic diſtinguebat, ꝙ aut loquimur in adul
to, aut in infante. Primo caſu intẽtari poſſit in integrum reſtitu-
tio, per d. l. qui duos. Scdo aut infans nãlr deceſſit, aut caſu for-
tuito. Primo caſu non tranſmittit̃ reſtitutio in integrũ, ſi tutor,
cuius culpa hæreditas nõ eſt adita, ſoluẽdo ſit. Et ad hoc l. ſi ſub
prætextu. ſ. ſi mul. ven. no. licèt ipſe nõ alleget. & faciũt no. per
Bar. in d. l. qui duos. Scdo caſu tranſmittit̃ oĩmodo. ad hoc alle-
gat l. qui duos. quæ non ob. vt ſ. vidiſti. & licèt hæc diſtõ videat̃
magiſtralis, attñ non vr̃ bona, quia ſiue dicamus infantẽ natura
liter deceſſiſſe, ſiue caſu fortuito, primum hoc quaſi damnum
ſeu lucrum ceſſans accedit ipſi infanti diuino iudicio, quod nõ
cauſat reſtitutionẽ, vt l. verum. §. ſciendum. de mino. quæ hanc
diſtõnem deſtruit. Item d. l. cum quidã, ſ. eo. & l. j. C. de reſti. mil.
alle. pro prima opi. non faciunt, quia in dictis legibus in vita de-
cedẽtis tranſactũ erat petendo bo. poſ. merito minor tranſmittit
in integ. reſti. ad ſucceſſores per l. non ſolũ. de in integ. reſtit. vbi
ẽt Bar. & Ang. de hac q. ponunt. Iſta qõ eſt dubiiſſima, & audio
ꝙ Doc. illuſtris d. Raph. Fulg. de ea volebat conſulere Imperato
rẽ, dum eſſet Conſtantiæ. in minore rñ concluderem, ꝙ aut hæ-
reditatẽ non adiuerit, quia hoc feciſſet quilibet bonus paterfa.
vtputa, quia hæreditas erat dãnoſa, & tũc hæres non poſſit in in-
teg. reſti. poſtulare, quia vſus eſt iure cõi, ꝯ qd̃ non cõpetit in in-
tegrum reſtitutio, vt l. non vr̃. de in integ. reſti. tit. gñali. Aut nõ
adiuit ex negligentia, & tunc quia læſio tm̃ eſt in puncto mortis
ipſius minoris, merito dat in integrũ reſtitutio. Moueor per d. l.
ſi minor. §. non ſp. & per l. non oĩa. ſ. de mino. Et ađr ſentit Ang.
hanc diſt. in d. l. non ſolũ. In infante aũt videas primã opi. videli-
cet ꝙ tranſmittat̃, roboratã fore authoritate Io. And. Cy. Iac. de
Are. & Bar. & Bal. hic, & in l. j. C. de reſti. mili. Item & ſm autho
ritatẽ Io. de Imo. Scdam aũt opi. Ang. Iac. de Bel. & Bal. in d. l. ſi
infanti. & ideo potius pendeo in illa opi. ꝙ non tranſmittat̃. Pro
3 qua adduxi ſ. multas rõnes. Cogita tñ. No. tertio ex iſto † tex. ꝙ
hæres nõ põt ratificare geſtũ noĩe defuncti, qñ tale eſt. quod in
eius perſona non tranſit, de quo per Bar. in l. bonorũ. ff. rem ra.
4 ha per Dy. in c. ratũ. de reg. iu. lib. 6. † Itẽ no. coniuncta gl. ꝙ per
petitionem bo. poſ. improprie aditio inducit̃, de quo plene dixi
repetendo Bar. ꝯ Bal. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mãdauit. ſ. eo.
5 Vlti. circa hanc l. † qñ & qualiter abſens ex cauſa probabili & ne
ceſſaria, vel neceſſaria tm̃, aut voluntaria, reſtituat̃ vel non, dica
tis vt hic plene per Io. de Imo. & Raph. & ſuper hoc recolligite
dicta Barto. & Bal. quia ſuppletione non egent, videatis per vos.

S V M M A R I V M.

1 *A ſentẽtia lata in crimine hęreſis non appellatur, ſed à ſentẽtia lata in cri mine læſæ maieſtatis ſic.*

2 *Appellatio licet ſit prohibita, & indiſtincte, tamen ſupplicatio per vnam querelæ ad Principem, non videtur prohibita.*

3 *Negatiua coarctata loco & tempore eſt probabilis.*

4 *Locus & tempus commiſſi maleficij quando debeat probari, licet in querela appoſitum ſit.*

5 *Iudex poteſt cogere querelantem fauore accuſati exprimere in querela locum & tempus delicti.*

§. Rei perduellionis.

Hæreditas eius, de cuius
ſtatu dubitatur, adiri po-
teſt per hæredẽ, qui certus eſt. h. d. Idem & ſi nõ ſit certus, vt In-
ſti. de hære. quæ ab inteſtato. §. per ꝯrium. & ideo legentes exce-
1 pto do. Raph. ſupplẽt hic maxime. In gl. † ſuper ver. ſuſpẽſa. no.
iſtam gl. multũ ſing. quia licèt a ſnĩa lata ſuper crĩe hæreſis non
poſſit appellari, vt in c. inquiſitionis. de hære. lib. 6. & per Bal. in
l. 2. ſ. de ſum. trini. tñ ſuper crĩe læſæ maieſtatis appellari poteſt.
Cuius ꝯriũ eſſe vr̃, quia vt plurimũ vnum æquiparat̃ reliquo. Et
licèt magna ſit authoritas huius glo. tñ ꝯriũ vr̃ probari. primo,
quia vbicunq; intereſt reipublicæ crĩa celeriter abſq; alia tardi-
tate puniri, a ſnĩa lata ſuper crĩe non appellat̃, tex. eſt in l. cõſtitu
tiones. C. de appel. ſed ita eſt in crĩe læſæ maieſtatis, quia reipu-
blicæ intereſt, vt ex eo dãnatus abſq; alia tarditate puniat̃, imo
in ꝯrium neq; aliqđ pactũ, ſeu ꝯſuetudo valet, vt in extrauagãti
ad repri. in tex. ergo &c. Scdo eſt caſus in d. l. conſtitutiones. vbi
tex. prohibet a ſnĩa lata ꝯ cõmittẽtes factiones poſſe appellari,
& certũ eſt, ꝙ ſub hoc verbo, factiones, continet̃ crimẽ lęſę ma-
ieſtatis, vt l. quiſquis, in tex. circa prin. ꝯiũcta gl. C. ad l. Iul. maie.
ergo &c. licet illi tex. poſſet rñderi, ꝙ loquit̃ in inducente factio-
nẽ condẽnato, & ſic non in quolibet alio, attñ in quocũq; dam
nato. ita ſic probat tex. ad hoc propoſitũ ſing. in l. ſi quis filio ex-
hæredato. §. hi aũt oẽs. de iniu. teſta. vbi a ſnĩa trium crĩum pro-
hibetur appellatio, videlicet lata ꝯ inſignẽ latronẽ, & ꝯ manife-
ſtũ, & ꝯ cõmittentẽ ſeditionẽ, & lata ſuper factionis crĩe, & ſic
læſæ maieſtatis, vt ſ. dixi, vnde vr̃ ibi caſus ſm gl. iſtã ab alijs non
ponderatus. Tertio hoc vr̃ probari, quia ſnĩa lata ſuper re nõ re
cipiente dilationẽ, appellatio nõ permittit̃, de app. re. l. fi. C. quæ
ſen. ſine app. re. l. quiſquis. extra de app. c. qua fronte. Sed hmõi
enim eſt tale quo ad permiſſionẽ, vt d. §. ſ. alle. in extrauag. ad re
pri. igit̃ &c. Quarto vr̃ probari ex iſta, ꝙ a ſnĩa ſuper quolibet im
mani vel enormi delicto prohibet̃ applo. Ad primum C. de ſal.
mo. ad ſcdm C. de rap. virgi. l. vnica. & de epi. & cleri. l. raptores.
a ergo &c. ꝙ ſit immane probat̃, quia ex qualitate [a] pęnæ cogno-
ſcimus immanitatẽ delicti, vt de lega. j. l. j. §. initio. cum ſi. ſed in
crĩe lęſæ maieſtatis maior imponit̃, q̃ in quibuſlibet alijs, vt d. l.
quiſquis &c. Quinto hoc probat̃ ex ęquiparatione criminis hę
reſis ad crimen lęſę maieſtatis, quam plerq; leges faciunt, ſed a
crĩe hæreſis non appellatur, vt ſ. dixi per d. c. vt inquiſitio. & c. ad
abolendã. extra de hære. & in c. eos qui. in prin. e. ti. ex quib. oĩb.
vr̃ poſſe concludi ꝯ iſtam glo. Aduertendum tñ, ꝙ non eſt præ-
ſumendum, ꝙ Accurſius ita fatue fuerit loquutus, & ideo poſ-
ſunt eum ſaluare, ſ. ꝙ aut conuictus confeſſus eſt ille de tali cri-
mine damnatus, & tunc vera ſit opi. vt non poſſit appellari, cõi-
ter concludunt glo. & in alijs delictis, & etiam Docto. in l. 2. C.
quo. appel. non reci. & in l. non tantũ. j. de appel. & in d. l. conſti-
tutiones. co. titu. & in d. c. Romana §. poſt ſnĩam. extra eo. in 6.
Et ibi pleniſſime gl. & 2. q. 6. c. quicunque. vbi gl. & in d. §. ſunt
quorum. Aut confeſſus tantũ vel conuictus tm̃, & tũc poſſit ap
pellari ſm cõmunem ſnĩam, vt ſ. proximis locis circa alia dicta
loquentem. Sed hæc diſtinctio ſimiliter non videtur bona, quia
deſtruitur

A D D I T I O.

a Ex qualitate. Adde l. teſtamento Centurio. de ma. teſtam. & c. at ſi clerici. §. de adulterijs vero. de iudi. cum ibi no.

deſtruitur auctoritate glo.& in d.l.conſtitutiones.vbi in illis tri-
bus criminibus ibi exceptis,& ſic in crimine factionis, dicit ſuffi
cere delinquẽtes eſſe conuictos aut ꝯfeſſos,ad hoc vt prohibea
tur appellatio. Sed pro prædicta deſtructione facit l.vnica.C.de
rapt.virg.& alias,quas ibi allegaui,an etiam in immanibus deli
ctis requirantur ad prohibendã appellationẽ cõfeſſiones & cõ-
uictiones in inducente factionẽ, quia cum ſic caput & initium
talis cõmiſſi criminis,& ſic cum magis peccauerit,magis puni-
ri debeat,& ſic ſufficiat tm̃ ad prohibendã eius appellationem,
aut ſola ꝯfeſſio,aut ſola ꝯuictio. Noſtra aũt diſtinctio loquitur
in adhærentibus ipſi duci, qui tanquã inuiti delinquẽtes minori
pœna plectantur,& hoc eſt ſatis æquum. Et pro hoc facit quod
no. Io. And.in d.c.vt inquiſitionis.in nouella. Et poſito pro con
ſtãti, ꝙ verum ſit prohibitum eſſe appellationẽ in tali crimine,
eſt tñ hoc ſing.limitandũ ſm Ang.in l.conſtitutiones.vbi iudex
a quo appellationi detulerit, quia tunc quantũcunque appella-
tio fuerit friuola, pp delationẽ iudex ad quẽ cognoſcet, per c.cũ
appellationibus friuolis.de appel.li.6. quod dictum eſt ſatis du
2 bium. Item † licèt velimus tenere appellationẽ prohibitã eſſe
indiſtincte,attamen nunquam ceſſabit, quin talis damnatus p
viam querelæ non poſſit ſuperiorẽ adire, ſm glo.no. 2. q.6.c.a
iudicibus.& facit quod no.in c.2.extra de arbi.in glo In glo.ſu-
per ver.quare. ibi,§.per contrarium. Legiſtæ ſoluunt illud con
trariũ, vt dixi in no.d. Raph. alibi. ꝙ ille §. loquitur in patre de-
cedente ab inteſtato,quo caſu ſiue certus ſit filius,ſiue non,pa-
trem innocentẽ fore,adire potuit ab inteſtato, quia iſta eſt quæ
dam acquiſitio,quæ cauſatur l.beneficio.& iſte §. loquitur, qñ
accuſatione pendente pater condidit teſtm̃, tunc quia tali caſu
eſt interdicta adminiſtratio bonorũ, vt l.quiſquis.C. ad leg.Iul.
maie.& is cui interdictũ eſt teſtm̃ condere non põt, & ꝙ iſte §.
loquatur, qñ conditũ eſt teſtm̃,probat ipſe ratione, de qua hic
per eum. Iſta diſtinctio non vr̃ bona,quia cum alicui eſt interdi
cta alienatio ſeu adminiſtratio ipſa ipſorũ bonorũ, vr̃ ẽt interdi
cta ſucceſſio ab inteſtato, vt l.codicillis.§.matre.de leg.2.l.cum
3 pater.§.cum inter.eo.tit.& ideo ſequar ſo.cõem. In ead. † gloſ.
ibi,tunc fuerat filius. hanc glo.ſemper allegamus,negatiuã coar
ctatam loco & tpe probabilẽ fore,de quo in l.actor. C. de pro-
ba.& in l.illa ſtipulatio ſi calendis.coniuncta l.hoc iure.de ver.
4 obl.& ibi per Bar. Item † & ſecundo allegatur hæc glo. ꝙ licet
in accuſatione ſit neceſſe exprimi locũ & diẽ cõmiſſi criminis,
vt l.libellorũ.de accu.3.q.9.c.libellorũ.attñ ſi poſita fuit,neceſſe
eſt probari. Quod intellige verũ,qñ accuſator ſic dixit, dico Ti-
tium occidiſſe Seium in platea, & ſic dicit actũ cũ limitatione:
vnde non ſufficit actum probare ſine limitatur. Secus aũt ſi di-
ceret ſic:dico Titiũ occidiſſe Seiũ , & dico eum occidiſſe in pla-
tea. Nã tunc copulatiue dicit: vnde quantũcunq; non probaue-
rit de loco,debet obtinere. Ad qđ in ſimili elegantẽ theoricam
Bar.in l.Fulcinius.§.cũ hoc.ex quib. ca.in poſ. quia vr̃ ſe aſtrin
xiſſe.ad qđ ſ.de inſti.l.habebat.extra de proba. licet cauſam.im
5 mo plus dicit no.Bar.† in l.is qui reus.circa fi.j.de pub.iud.& in
l.arbitraria.circa fi.per glo.quæ eſt ibi,de eo qđ cer.lo. ꝙ iudex
fauore accuſati cogere poterit accuſatorem , vt prædicta expri-
mat,licèt in libello accuſatorio non ſit neceſſaria.

EL X LXXXVII.

Cum bonis. Actus, qui in extraneo inducit aditionem, in ſuo inducit im-
miſtionẽ. hoc dicit. No.hic coniuncta glo. immiſce
re eſſe proprie ſuorũ, adire extraneorum , de quo p
glo.in rub.ſ.eo.& rub. C.de iure delib.aliquando tamen vnum
improprie poni pro alio.

Pupillis. Pupillo in integrum reſtituto aduerſus aditio-
nem , reſtituuntur actiones per eam confuſæ.
hoc dicit. Et no.quòd in integrum reſtitutio omnia ponit in pri
ſtino ſtatu, videlicet in eo, in quo erat res antequam hæreditas
eſſet adita. Ad quod ſ.de mino.l.quod ſi minor.§.reſtitutio. ad
fi.eo.tit.l.Iunius Diophantus. quæ eſt fi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in furto, an habeat locum in crĩe expilatæ hæreditatis.*
2 *Opinio quod magis attenditur in aditione hæreditatis, quàm veritas.*
3 *Ad eſſentiam aditionis hæreditatis,ſeu ad eius ſubſtantium, quòd ſufficiat conſenſus qualitercunque declaratus.*
4 *Voluntas nuda neminem obligat, niſi Deo.& nu.5.in fi.*
5 *Animus per ſigna extrinſeca, vel per verba aut per iur̃m probari poteſt.*
6 *Poſitioni continenti, an aduerſarius habuerit animum adeundi tanquam pertinenti, reſponderi debet.*
7 *Hæres non conficiens inuentarium , an teneatur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias.*
8 *Aditio hæreditatis an inducatur per verba ſuſpenſiua.*
9 *Aditio an inducatur per iſta verba, volo adire.& nu.11.*
Intellectus ad l.Pamphilo.§.propoſitum.ſupra de leg.3.
10 *Tabellio, qui prius conſcripſerat teſtamentum, ſi interrogat teſtatorem, an velit talem inſtituere hæredem, qui reſpondit quòd ſic, an valeat eius teſtamentum.*
12 *Cohæres comminans ſe velle petere partem ſuam a cohæredibus, an ex hoc videatur inducta aditio.*
Intentans querelam inofficioſi teſtamenti, an videatur adire.
13 *Aditio hæreditatis an inducatur per iſta verba, ſum hæres.*
14 *Verba, nolo adire, præſumuntur deliberate prolata.*
15 *Aditio an inducatur per iſta verba, placet, quòd talis hæreditas mihi obuenerit, & quid ſit ſi dicat, gaudeo.*
Conſenſus nec ratihabitio inducuntur per iſta verba, placet, vel gaudeo.
Reſponſio, ꝙ ſit intelligenda ſecundum præcedentem interrogationem.
16 *Limitatio ad textum in l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum ſupra de rei vendi.*
17 *Aditio facta hoc modo, credo quòd teſtator adiuerit, quod ſi non adiuit, ego adeo, an procedat.*
18 *Aditio his verbis facta, adeo ſi de iure poſſum, an valeat.*
19 *Agens contra Sempronium tanquam contra hæredem Titij, an neceſſe habeat probare ſe fore hæredem Titij.*
20 *Vir retinens dotem, & eam non reſtituens filijs vxore mortua, an videatur adire.*
21 *Aditio & repudiatio an ſemper paribus paſſibus ambulent.*
22 *Aditio hæreditatis quando inducatur per facta.*
Habitatio in domo teſtatoris quando inducat aditionem hæreditatis.
23 *Fructuum perceptio an inducat aditionem hæreditatis.*
24 *Adire quod dicitur, qui vendit res hæreditarias.*
25 *Interpoſitio authoritatis an requirat verborum expreſſionem.*

LEX LXXXVIII.

Gerit. Hoc dicit. hęc lex ſolẽniter repetita per Bar.
Hæreditatis aditio vt plurimum conſiſtit in
animo, & in ea potius inſpicitur opi. quam rei veri-
tas. h.d. No. primo eleganter ex illa litera, ꝙ licèt tex.
in l.j.§.Sceuola.j.ſi quis teſta.li.eſſe iuſ.ſue.dicat hæreditatem ia
centem non poſſidere, tñ illud intelligendum eſt in vera & ple-
naria poſſeſſione,non autem de qualiquali ficta poſſeſſione, vt
eſt hic tex.no. & facit, & ita vidi ſemel induci ad quæſtionem,
1 an † ſtatutum puniens furem, extendatur ad expilantem res ia-
centis hæreditatis,& ſic an ſtatutum loquens in furto habeat lo
cum in crĩe expilatæ hęreditatis? & fuit de facto in ciuitate Peru
ſij.& dicebant quidam ꝙ non, arguẽdo a diuerſitate titulorum
inter tit. de fur.& tit.de crimi.expi.hære. & per l.rẽ hæreditariã.
j.de fur. Itẽ & a diffinitione furti, quia eſt ꝯtrectatio inuito dño &c.
hic aũt non eſt dare dñium inuitũ.& arguebant ex glo.l.ſi te ex-
pilaſſe.C.qui no infa. volẽtes tenere ꝯtrium.allegabant. do.Bal.
hoc expreſſe dicentẽ in l.de his.C.de fur. vbi decidit hanc quæ-
ſtionẽ per q̃dam gl.quæ eſt ibi, videlicet ꝙ trahat̃ ad crimẽ expi
latæ hæreditatis. Pro quo inducebat̃ iſte tex. quia cum apud hæ
reditatem ſit qualiſqualis poſſeſſio, ergo ſaltẽ illa qualiſqualis
poſſeſſio ſibi dr̃ ſubtrahi, vnde punit̃ pena ſtatuti dicentis de fu
re. Et ita obtẽtum fuit authoritate do.Bal. licet iure forte ꝯtrium
ſit verius, per rationes primo allegatas,& quia glo.in d.l.de his.
dicit crimẽ expilatæ hæreditatis improprie appellari furtũ, quæ
improprietas non eſt trahenda ad intellm̃ ſtatutorum. Nec ob.
iſte tex. quia licet qualiſqualis poſſeſſio ſit, attamen cum iſte ca
ſus criminis expilatę hęreditatis ſit omiſſus a ſtatuto, remanebit
in diſpoſitione iuris cõis,& ſic non dicetur fur, ſed expilator. Et
ad prędicta facit quod dicit idẽ Bal.in l.tranſigere.C.de tranſac.
2 Vltimo † no.in aditione hęreditatis potius inſpici opi.quam ve
ritatem, vt l.inter omnes.§.recte.de fur.& in l.2.§.item ſub con
ditione.de vſucap.pro emp.& in l.is qui putat.ſ.eo.& hinc eſt,
quòd error in cauſa apprehenſionis vitiat ipſam aditionem . In
gloſ.ſuper verbo, alienam.ibi, animus qualitercunque declara-
tus. Et per hanc glo.dicit Bar.declarari omnes glo.quæ allegatæ
fuerunt in l.pro hærede.in prin.ſ.eo. Concluſio eſt enim, quòd
3 † ad eſſentiam ſeu ſubſtantiam aditionis ſufficit animus quali-
tercunq; declaratus, ſiue actu, ſiue verbo, nõ autem facto, vt la-
te & pulchre ſequitur Barto.& ad confirmationem huius dicit
Barto.eſſe text.in l.pro hærede.in princip. Item allegat ſanctum
4 Tho.de † Aqui.& l.ſi rẽ.§.voto.de pollicita.dicentẽ nuda volun
tate neminẽ obligari, niſi Deo.ad quod extra de vſu. c.cõſuluit.
& hanc opi.cæteri ſequunt̃, excepto Ang. qui tenet ꝯtriũ dicens
5 ꝙ ſolus aĩus ſufficit actus † aũt aut verba nõ ſunt neceſſaria, niſi
ad probationẽ ipſius animi, q a ſr̃ q̃ per extrinſeca aut iur̃m pro
bari non põt. Ad primũ l.Labeo.§.Tubero.de ſupellec.leg. Ad
ſcđm Inſti.de act.§.aliæ.in glo.l.ſi cui.§.idẽ.j.de accu. in gl.extra
de homi.c.ſignificaſti.& de ſen.excõ.c.ſi vero.& h.d.Ang.pro-
bari per tex.expreſſum, qui cauillari nõ põt, in §.j.Inſti.de hęre.
quali.& diffe.& in l.ſi auia.C.de iu.delib.qui tex.ſolã exigũt vo-
lũtatẽ. Nec ob.dictũ Tho.de Aqui.quia in caſu aditionis hæres
nõ tm̃ agit ſe alijs obligare, ſed alios ſibi obligari, quæ quidẽ ob-
ligatio quærit̃ ignoranti, vt l.cum pr̃.§.ſurdo.de leg.2.facit ſ.de
iureiu.l.Labeo.& cõem ſequit̃ ſniam, verũ quia volũtas in mẽ-
te retenta nihil operatur.C.de condi. ob cauſam.l.ſi repetendi.
Nec ob. d.§.pe. quia ille debet ſuppleri per alios actum exigen-

tes, vt ad concor. reducantur, & hoc hic ſequitur do. Io. & bene. Dictum tñ Ang. procedit in foro conſcientię, in quo nuda volū
6 tate quis obligatur. Et ideo ipſe † refert, ꝙ ſi fieret poſitio, an inſtitutus habuerit aliquando animum adeundi, tali poſitioni vt pertinenti debet rñderi, de quo dic vt hic per eum. Et ex prædi-
7 ctis hic infert Bar. an in foro ꝯſcientię teneatur † non conficiens inuentarium vltra vires hæreditarias: de quo vide, quæ pleniſſime dicta ſunt in rub. ſ. eo. Vlterius quia clare ipſe & Ang. ponit hic diffinitionem aditionis, & immiſtionis, & repudiationis, &
8 abſtētionis, vide hic per eos. Et dum Bar. primo † dicit in arti. qñ per verba ſuſpenſiua inducatur aditio faciendo differentiam inter hæc verba, volo adire, & volo eſſe hæres, vt primo caſu non inducat̄ aditio, niſi deliberate illa verba hæres protulerit, allegā-
§ do l. ſerui electione. de lega. j. l. iam dubitari. de hæredi. inſtit. & l. apud Aufidiū. de opti. leg. Scđo caſu indiſtincte inducatur aditio. Adde, ꝙ ipſe idem in hoc arti. eſt ſibi ꝯrius in l. ſi quis ſuus. de iure delib. vbi inter prædicta nullam facit drīam, & illud puto verius, quia in vnaquaq; iſtarum orationum eſt verbum, volo, quod eſt infinitum, aptum comprehēdere omne tp̄s, de ver.
9 obli. l. ſtipulatio. in gl. Item † vlterius dum ipſe dicit, ꝙ ſi quis acceſſitis amicis dicit, volo adire, inducit̄ aditio, quaſi ex hoc præſumatur deliberate dixiſſe, & hunc dicit eſſe no. intellectum ad l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. 3. Adde, ꝙ Ang. dicit hoc eſſe ꝯrium, dicēdo hoc non eſſe verum. nec ob. §. propoſitum. quia ibi loquitur in vltima volūtate, in qua eſt neceſſaria teſtiū conuocatio, ſecus eſt in aditione. Dicit tñ in vno caſu poſſe ſaluari dictum Bart. videlicet qñ in vltima volūtate quis coram teſtib. diceret ſe hæreditatē velle adire, quia tūc ceſſat ratio, quare per hęc verba aditio non inducat̄, quia per iſta verba declarant̄ primi motus animi, non aūt ꝙ ita deliberate hęres adeat. & ad hoc extra de voto. c. 2. & j̄. de act. & obl. l. obligationū ſubſtātia. in fi. d. Io. dicit hic, ꝙ verior ſibi vr̄ intellectus & opi. Bar. & eſt verū, ꝙ dicit Ang. ꝙ requirat̄ teſtium cōuocatio in d. §. propoſitum, quia ibi erant codicilli, in quib. etiam ſufficiūt teſtes ſortuito, vt l. fi. in fi. ſ. de codicil. in gl. merito verior eſt opi. Bart. Aduertatis, quia nullus iſtorum vr̄ tetigiſſe intellectum illius §. & verus intellectus eſt, ꝙ ibi ille tex. loquitur in milite, cum dicit, contubernali ſuo &c. & ita ibi tenet glo. & ideo ibi verba illa, relinquere volo &c. operant̄ diſpoſitionem. primo, quia fauore militiæ verba enunciatiua, & ꝑ aliud emanantia diſpoſitionē inducūt, vt l. ex his verbis. C. de teſt. mili. Itē & q̄a ibi emanauerūt principaliter ꝑ ſe, quæ ēt a quolibet ꝓlata inducūt diſpoſitionē, vt l. ex hac ſcriptura, de do. cū ſi. Itē & tertio, & hoc eſt qđ no. inducit illa litera, ideo ibi illa verba, volo relinquere, diſpoſitionem inducūt, quia fuerūt geminata, primo. n. teſtator ex ſe protulit. Scđo iterū protulit ad interrogationē teſtī̄ ſeu codicillos ſcribentis, & verba enūciatiua geminata idem operant̄, qđ verba diſpoſitiua enunciatiua principaliter. vt ſing. tradit Bar. in aliquib. lecturis in l. cum ſcimus. C. de agri. & cēſi. lib. 12. Probatur hoc ibi ex tex. ibi cū gl. iuncto, & ideo bene no. illum §. propoſitū. quia ad plura bene no. eſt. Primo, quia probat dictū Bart. in d. l. cum ſcimus. Scđo, q̄a † ad aliud eū allegat ſingulariter Spe. in tit. de teſt.
10 §. in primis. in addi. quæ inci. Pileus. cui in perſonā vxoris de facto accidit talis caſus. Io. An. in addi. dicēs, ꝙ licēt gl. opi. ſit cois in l. iubemus. C. de teſta. nō valere . inſtitutionē factā, ſi tabellio interrogat, vis talem inſtituere hæredem, licēt teſtator dixerit, ꝙ ſic, cum ipſe tabellio prius teſtī̄ conſcripſerit perſuaſione conſanguineorū, attñ illud eſt verū ſing. ſm̄ eū, niſi ꝑrius cōſtituiſſet tabellioni de mēte teſtatoris, ꝙ volebat talē inſtituere. Tunc. n. q̄tuncūq; tabellio prius ſcripſerit teſtī̄, & poſtea interrogauit teſtatorē, an velit talē inſtituere hæredē, attū valet inſtitutio teſtatore in illo cōſentiēte. Caſus eſt ſing. & no. in d. §. propoſitū.
11 ſm̄ eū. qđ no. & tene mēti. Reuertēdo tñ ad principale † pōt pro cōcordātia Bar. & Ang. dici, ꝙ aut volēs adire vocatis amicis in teſtō, illa verba protulit, & in vltimis ꝯſtitutus, & tunc quia nō eſt dare aliū animi motū, videat̄ per illa verba adire, & dicat verū Bar. aut eo ſano exiſtēte, & tūc aut ad interrogationē alterius rñdit ſe adire velle, & tunc quia deliberate dixiſſe præſumit̄, procedat aditio, arg. l. j. §. j. de ver. obli. Aut ad nullius interrogationē, & tūc aut ꝑceſſerūt dicta verba, & virtute geminationis inducat̄ aditio, per d. §. propoſitū. cuius ille eſt verus intellſ, & multū no. & eū habui a Bal. in ꝯſonib. iuris. Aut nulla verba vnq̄ præceſſerūt, & tūc verū dicat Ang. & ad ꝑdicta de verbis ſuſpē-
11 ſiuis adde, † qđ voluit Bar. in l. quędā. ſ. de inof. teſt. vbi elegāter dicit vno ex cohęredib. cōmunante ſe velle petere a cohæredib. ſuā portionē hr̄ditatis, inducat̄ hr̄ditatis aditio. Ita dicit ipſe mirabiliter ꝓbari per tex. l. queādmodū, licēt trepide hic affirmat, qđ dictū non vr̄ verū. Nec vr̄ obſtare ille tex. quia loquit̄ in querela inofficioſi, per cuius intētionē non inducit̄ hæreditatis aditio, vt j̄. dicet̄, & ibi per gl. & l. is qui. de inof. teſt. eo. ti. Itē & quia Bar. loquit̄, qñ prædictus hr̄s irate cōminatus eſt de perēda hr̄ditatis portione, quæ quidē verba ita irate dicta aditionē nō inducūt, q̄a nō fuerūt prolata deliberate, vt vult hic Bar. ar. l. quicqd. de reg. iu. Itē & alia rōne, quia repudiatio & aditio parib. paſſib. ambulāt, vt ſ. e. l. ſi quis extraneus. Inſti. de hęre. quali. & diffe. §. pe. C. de rep. hære. l. ſi cū maior. ſed verba ꝑ repudiationē prolata ab ipſo irato repudiationē non inducūt, vt voluit Bal. in l. 2. per illū text. qui bo. ce. poſ. ergo nec aditionē. Itē & tertio, quia prędicta verba denotarūt primū animi motū, ergo aditione nō inducūt, vt dicit Bar. in hoc verbo, volo. per d. c. 2. & d. l. obligationū ſubſtantia. in fi. ex quib. hoc dictū non vr̄ verū. Cogitate.
13 † Vlterius addas, an per hæc verba, ſum hęres, inducat̄ hæreditatis aditio. & vr̄ ꝙ nō, quia ſicut ꝑ hoc, nō ſum hęres, nō inducit̄ repudiatio, vt l. qui ſe patris. C. vnde li. ita per hæc ꝯria, non inducit̄ ꝯrium. tñ cōcludit Bar. nō hic, ſed in l. filius. ſ. de tut. quē ſequit̄ Bal. ſubtili rōne in l. potuit. C. de iure dcli. & ēt hic aliquali
14 ter hoc ſentit Bar. Illud † tñ no. ꝙ prędicta verba, nolo adire &c. ſemper præſumunt̄ deliberate prolata, niſi in ꝯrium conſtaret. Ad hoc j̄. eo. l. Clodius Clodianus. & ita tenet hic Raph. Cu. Itē
15 dum hic Bar. † dicit, an per hæc verba, placet ꝙ talis hr̄ditas mihi obuenerit, inducat̄ hr̄ditatis aditio, dicendo ꝙ non, addas, ꝙ idē eſt ſi diceret, gaudeo &c. ad hoc j̄. de vi & vi ar. l. j. §. quot. per gl. & Bar. vbi talia verba in maleficijs nō inducūt ratihabitionē, nec ꝯſenſum, ergo idē in quaſi ꝯctib. ar. ſ. de iud. l. oēm. Itē dum Bar. dicit, an ſi aliquis dicit hr̄di inſtituto, talis hr̄ditas tibi obuenit, & īſtitutus rñdeat, placet, ꝙ per hęc verba inducat̄ aditio. cōcludēdo hæc verba fore dubia, & ideo ſtari dēre declarationi ipſius proferētis, aut eius hr̄dis. Adde, ꝙ ꝯriū tenet d. Raph. & bonna rōne, quia ſubſequēs rñſum debemus intelligere ſm̄ præcedēs interrogatū. Inſti. de inuti. ſtip. §. ꝑterea. extra de fi. inſtr. c. cū inter dilectos. circa fi. C. de diuer. reſcri. l. j. Sed ſi cū pręcedēs interrogatū nō inducat hr̄ditatis aditionē, nec in eo ſint poſita verba id inducētia, quia pōt eſſe, ꝙ obuenerit, aut delata ſit, non tñ adhuc adita, vt l. delata. j̄. de verb. ſig. Ergo nec rñſio aditionē inducit. qđ vr̄ verū per l. ſine. §. qui interrogatus. ff. inter. act. quæ pro
16 prie loquit̄ in materia hr̄ditaria. No. tñ ex hoc dicto † Bar. ſing. limitationē ad l. Pōp. ſcribit ſi frumentū. in fi. ſ. de rei vē. & ad l. inter ſtipulantē. §. ſi Stichū. de ver. obl. & qđ no. Inno. de ſucce. ab inte. c. cū dilectus. dū dicūt, ꝙ declaratio ſeu īterpretatio verborū dubiorū teſtōris nō trāſit ad hr̄dē. Nā illud eſt verū, niſi ex tali interpretatione damnū afferat̄ ipſi hæredi in quæſitis, ſecus in quærendis. Pro quo Bar. alle. l. ſi hæres a filio. §. ſi quis plures. cū
17 ſeq. de leg. j. quod no. Vlterius dum Bar. † quærit, an ſi hæres teſtatoris hæreditatē ipſi teſtatori delatam ita adit, credo ꝙ teſtator adiuit, quod ſi non adiuit, ego adeo ex iure deliberandi ad me per eum tranſmiſſo, ſm̄ l. cum antiquiorib. an procedat hęc aditio, tenendo ꝙ ſic, ꝙ Bal. tenuit contrarium in d. l. potuit. dicens talem aditionem nō tenere, quia cum hæres ſcire debeat, ex quo capite ſibi hæreditas deferatur. C. qui admit. l. q̄diu. & ſ. eo. l. is poteſt. & nunc adeundo dubitet, ergo non procedit aditio. l. qđ ſi dubitet. cum l. præcedenti. cū ſi. ſ. eo. Item quia aditio conditionem non recipit per regulā, actus legitimi. & l. qui duobus. §. fi. ſ. eo. quę in hoc caſu eſt incerta, ego verius puto dictū Bart. & ſi rōnes eius bene videbis, hic patet rñſio ad dicta ꝑ Bal. Licēt enim dubitet, tamē certus eſt, ꝙ ex vno iſtorum duorum capitum ſibi hæreditas acquiratur, ergo tunc non obſtat aditioni talis dubitatio, per d. l. quod ſi dubitet. & facit qđ dicit do. An
18 ge. in l. qui duobus. in prin. Item adde, † an procedat iſta aditio, adeo ſi de iure poſſum, videt̄, ꝙ non, per rationes do. Bal. in præcedenti quæſtione, contrarium tamen eſt verius, quia hęc conditio eſt intrinſeca & neceſſaria, quę etiam taciteineſt, vnde ēt expreſſa nihil operatur. ad hoc de lega. j. l. hæc verba. cum ſi. Itē quia eſt conditio, quæ vt plurimum cum adita eſt hęreditas, purificat̄, vnde habet pro puro ipſius aditionis actu. Ad hoc ſ. de noua. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. cum ſimi. Et ita ſentit d. Bal. in l. potuit. Vlterius dum dicit Bal. an per iudicij pręparatoria inducatur aditio, adde glo. † in l. j. quo. bo. in ver. filium. di
19 xit ꝙ ſi ego ago ꝯ Sempronium dicens me hæredem petitione hæreditatis, hoc non ob. neceſſe erit, ꝙ probetur illum, qui petitione hæreditatis egit, hæredem fore, quod tamen non videtur verum, primo, quia agendo petitione hæreditatis, egit actum, qui citra ius & nomen hæredis non poteſt geri, ergo inducitur aditio, vt l. pro hærede. in prin. ſ. eo. Item & quia ſatis animum declarauit, ſe hæredem appellando, quod hęc lex cum ſi. requirit. & ita tenet do. Io. & rectius. Itē dum Bar. quærit, an per non
20 facta inducat̄ aditio, ſubdens † no. quæſtionē & quotidianā, an ſi vxore mortua, vir retinet dotē eam filijs non reſtituens, an ex hoc inducat̄ aditio noīe filiorū, concludēs ꝙ ſic, & ita tenuit in q. quæ inci. Debitor in diem. per rationē, quia ſicut ex non facto inducit̄ repudiatio, vt l. recuſare. ſm̄ vnum intellm̄ Iaco. de Are. ita & aditio, cum parib. paſſib. ambulēt, vt ſ. dixi. Item & ſcđo, quia ſi vir non reſtituit dotem, incidit in moram, quod eſt delictum, ſi cer. pet. qđ te mihi. l. qui ſine. de reg. iu. cum ſi. vnde benignius præſumendum eſt ꝙ per retentionē ipſe adiuerit, arg. l.

mei-

merito.cum ſi.ſ.pro ſocio.probans hoc per l.ſi peculiũ.§. ſicut. de pecu.leg. Addas tñ,ꝙ Bal.in multis locis terribiliter inſurgẽs voluit ꝯrium,videlicet in l.dos a patre.C.ſol.mat.& in l.pe.§.in his.ſ.eod.titu.& in l.ſi certis annis.circa fi.C.de pac. & in l.non hoc.C.vnde cog.& in l.cum antiquiorib.C. de iure delib. dicẽs Bar.in hoc peſſime dixiſſe. Aditio enim hæreditatis ad ſubſtantiam ſui requirit geſtionem pro hęrede,& animum qui declaratur facto, aut verbo, vt d.l.cum antiquiorib.& in plurib.legib. huius tit.& ſ.dictum eſt.Qui aũt tacet, non dicit,nec agit.C.de
21 ſerui.& aqua.l.2.ergo.Addas tu,† ꝙ non ob. arg.de repudiatione per d.l.recuſare.quam Bar.inducit,quia hoc non ſemper verum eſt,ꝙ ambulent parib.paſſibus, quia repudiatio nudo animo fit.tex.eſt hic.cui non poteſt reſponderi,in d.l.pen.ſ. de hæredi.inſtit.& de hæredum qua.& diffe. non autem ſic aditio ſm eundem Bar.hic,vnde nil mirum,ſi per non factum inducatur repudiatio,non autem aditio.Item & ſecundo contra Bar.quia aditio eſt facti,vt l.conſi.de cura.furio.& l.pro hærede.in princ. Facta autem non præſumuntur,vt l.in bello.§.facta. de capti.l. quicũq;.§.ſi a pupillo.ſ.de publi.cum ſi.ergo.Item tertio, quia ſi vera eſſet opi.Bar.ſequeret,ꝙ quis tacẽs ſe obligaret inuitum hæreditarijs onerib.cum plerunq; hęreditas onus contineat.l.ſi hæreditatẽ. quod non eſt præſumẽdum.de proba.cum de inde bito. Quarto, quia quotieſcũq; inter duo extrema cadit mediũ potius quidẽ ſemper trahitur ad naturam medij extremorum. ſ.de ꝯtrab.l.j.§.ſcientiam.& l.is qui tacet.de reg.iu.Sed inter hęc duo extrema, videlicet aditionẽ & repudiationẽ, cadit mediũ, quod eſt deliberatio adeundi, ergo tacens præſumitur delibera re potius velle pro adeunda hæreditate,ꝙ̃ adire.tex. eſt in d.l.cũ antiquiorib.licẽt Bal.hoc ar.ibi non vtat̃.Quinto,quia ꝙ̃diu nõ reſtituit,habet maritus titulum dotis.C.ſol.ma.l.dotis.ergo potius preſumitur velle poſſidere hoc titulo,ꝙ̃ hęreditario,& hoc eſt vnum argu. ex ſuis in d.l. non hoc. & vide in prædictis locis, vbi ipſe ponit,quia ſemper dat diuerſas rñſiones ad d.§.ſi quis. qui in veritate nõ ob.vt in dictis locis per eũ.Aduerte, quia hic do.Io.vtit̃ pro cõcordia quadam diſtõne,quæ habet in ſe ęquitatem, & eam prius ꝙ̃ eum vidiſſem didici in quodam conſilio cuiuſdã famoſiſſimi Doct. qui poſtea legẽdo dicebat hanc opi. fore ſuam.& ita ſe conſuluiſſe, videlicet ꝙ aut dos cõſiſtebat in reb.mobilib.vt in pecunia,& tunc ſi filij vxoris prædefunctæ decedunt intra annũ, & tunc non videat̃ eorum pr̃ ob dotis retentionẽ hæreditatẽ adiuiſſe,& tunc ceſſat ratio, quæ eſt ne præſumat̃ deliquiſſe moram cõmittendo ſm formam l.rẽ in pendenti.C.de rei vxo.act.§.exactio.Aut poſt annũ,& tunc vera ſit opi. Bar.per rationẽ ſuam.Pręcedenti aũt caſu opi.Bal.aduertendũ. quia hæc diſtõ non vr̃ bona,quia ꝙ̃tum ad primam partem nõ tollit arg.quod Bar.ſumit ex tex.d.l.ſi peculium.§.ſicut.quẽad. ſerui.Nec tollit arg.do Bal.in prædictis locis.& hæc qõ eſt nunc de facto in ciuitate Ferrariæ,dico tñ,ꝙ hęc qõ non poteſt procedere aliter,ꝙ̃ in filijs infantib.Pro quib. abſq; aliquo eorũ facto pr̃ hæreditatem adire poteſt.l.ſi infanti.C.de iu.delib.l.cum nõ ſolum.circa fi.C.de bo quæ lib.filijs aũt exiſtentib.pupillis,quęſtio nullo modo procedit,qa ipſi de per ſe adeũt,ſi in patria poteſtate conſiſtunt,cum iudicis decreto.l.non ſolum.§. finaũt.ſ.
22 alle.Pater aũt pro eis adire † non poteſt,cum factum pupilli requiratur,iuxta l.ſi pupillus.cum ſi.ſ.eo.vnde non ob.dotis retẽtio,quam pr̃ fecit, qm̃ non inducit aditio ipſorum filiorũ noĩe. & ſic erit vera opi.Bal.hoc caſu.cogita tñ.Vlterius ad id quod dicit Bal.an per facta inducat̃ aditio?adde,ꝙ in primo mẽbro concludit ꝙ ſic,per l.j.C. de repu.hære. ponendo exemplum ſm formam illius legis in habitatione, quam hæres facit in domo teſtatoris poſt illius mortẽ. In ſecundo autem membro vr̃ dicere ꝯrium.ſed potes concordare,ꝙ in primo membro loquitur qñ cũ tota familia habitat,in ſecundo autem qñ econtra, quæ concordia non placet hic d.Io.dicenti parem in vtroq; caſu fore rationem. vnde concludit indiſtinctè locum habere l.j. verior tñ vr̃ præcedẽs concordia, quia tunc qnis domum deſtinate habitare dicitur,quando cum tota familia habitat,alias non.l.j.§.domum.de lib.agno.facit ſ.de his qui deie.vel effu.l.j.§.habitare. in fi.& ſic ſi nõ cum tota familia ibi eſt, videtur potius quodam familiaritatis iure in domo teſtatoris remãſiſſe, vel habitaſſe, ꝙ̃ adeundi aĩo,arg.l.qui iure familiaritatis.& quod ibi no.ſ.de ac-
23 qui.poſ.Vlterius † dum in eodẽ membro ſubdit,ꝙ per receptionem fructuum nõ inducatur hæreditatis aditio. Adde, ꝙ idem Bal.vr̃ voluiſſe ꝯrium in d.l.j.C.de rep.hęre.quod vr̃ verius,niſi forte feciſſet cã eos cõſeruandi ſuccedẽtib.ab inteſtato,aut proximũ locũ tenentib.poſt dictũ hæredẽ inſtitutũ,arg.d.l.pro hæ-
24 rede.circa fi.prin.Item adde,† ꝙ male dixit Ang.in d.l.pro herede.tenẽdo ꝙ per venditionẽ rerũ hęreditariarũ non inducat̃ hęreditatis aditio,arg.l.rem alienam.de ꝯhen.emp.quia ꝯ eum eſt tex.quẽ Bar.allegat hic in l.ſi quis mihi bona.§. ſed ſi mãdauit.
25 ſ.e.Vlti.ad † id quod dicit hic Bar.in finalib.verbis,an pro interponẽda authoritate per tutorem in aditione hæreditatis ipſius pup.requirat̃ verborum expreſſio,concludẽdo,ꝙ ſic, & ꝙ non ſufficit tacitus cõſenſus, per l.3.& qđ ibi no.per gl. de auth.tut. Adde,ꝙ Bal.in præalle.l.circa fi.hoc limitat eſſe verũ, niſi pure actũ faciat vnà cũ ipſo tutore ſignificãtem tacitam aditionẽ, vt eſt in plurib.exẽplis hic poſitis per Bar.quia tunc dicit ipſe,cum in tacitis tacite loquamur, vt l.itẽ quia.cum ſi.ibi per eum alle. ſ.de pac.non requirat̃ alia verborũ expreſſio,hoc credo verum, qñ ipſe vnà cum tutore hunc actũ faceret,quia tunc bene præſumit̃, & hoc ius interpretamur, ꝙ vnus alteri conſenſum mutuũ præſtiterit.hoc probat l.is qui hæres. §.neq; filius. & quod ibi per Bar.ſ.eo.& tex.melior in l Titius.ſ.quib.mod.pig.vel hypothe.ſol.Facit,quod no. Bart.in l.cum pater.§.libertus.ſ.de lega.2.aliàs putarem veram fore ſententiam Bart. & glo.quia eadem eſt ratio taciti & expreſſi.ſ.ſi cer.pet.l.cum quid.cum ſim.

LEX LXXXVIIII.

SI pupillus. Reſtitutio pupilli aduerſus aditionem fideiuſſorib. ab eo datis prodeſt.h.d.Et quando reſtitutio pupilli prodeſt fideiuſſoribus,dicas vt in l.3.C.de fideiuſſoribus.&c.

SUMMARIUM.

1 *Mutatione perſonæ nomen rei mutatur.*
Præſcriptio rei fiſcalis vel eccleſiaſtica maius tempus requirit, quàm res priuatorum.
2 *Grauamen in legitima filiorum,licẽt non adijciatur,tamẽ in perſona eius ſubſtituti adijci poteſt,& etiam in perſona ceſſionarij.*
3 *Rationes,quare aditio hæreditatis fieri non poſſit per procuratorem.*
4 *Mandatum ſpeciale an requiratur in petenda bonorum poſſeſſione.*
5 *Limitationes ad hunc textum.*

LEX XC.

PAulus lib.12. reſpon.per procuratorem. Hæreditas per procuratorem adiri non põt,& mutatione perſonæ deſinit peculium eſſe ca
1 ſtrẽſe.h.d. No.nomẽ † rei mutari mutatione perſonæ, & ſic per priuilegiũ ius rei tolli.ad hoc C.de inof.teſt.l.ſi.in fi. & hoc eſt qđ dr̃, ꝙ res eccleſiaſtica ſeu fiſcalis ad præſcriptionẽ ſui requirit maius tp̃s,quã res priuata,vt in auth. quas actiones. C.de ſacroſan.eccl.& in l.fi.vbi gl.allegat ꝯcor.ſ.de vſu. Attñ ſi talis res in priuatum eſt alienata,eodẽ tp̃e pręſcribit̃,quo res priuati,ſm
2 Dyn.hic,& Bar.in l.eum qui.§.fi.ſ.de pub. Itẽ hinc † eſt,ꝙ alibi dr̃,ꝙ licẽt in legitima ipſi filio non poſſit adijci grauamen, attñ in perſona ſubſtituti ſic,vt per Cy.in l.tribus.C.de inof.teſt. per Bal.in l.j.de vul.& pup. Hinc ẽt ſingu.dicit tex.in l.cũ patronus. de lega.2.ꝙ ſi filio in legitima eſt adiectum grauamen,quod reſpuitur ſm l.qm̃ in priorib us.C.de inoffi.teſta.attamen ſi filius legitime renunciat,in perſona eius,cui nouiter obuenit propter filij renũciationem, grauamen illud reſuſcitatur, quia propter mutationem perſonæ legitima ſuum nomẽ perdidit.Iſta eſt ſingu.litera in l.cum patronus. & licẽt illa loquatur in patrono,tñ per Bal.& alios Moder.extẽditur ad filium propter rationis idẽtitatem.In gloſ.ibi,iam adeo. Vltramonta. reprehendunt hanc
3 † glo.inter quos fuit Iac.de Are.ſm relata Cy.in l.j.C.qui admitti. quia eoipſo ꝙ mando procuratori vt adeat hæreditatem, videor aĩum meum ſuſpendiſſe, vt ante mihi hæreditas non quęratur,ꝙ̃ per eũ ſit adita. Ad qđ facit ſm d.Raph.hic.l.qui abſenti.ſ.de acquir.poſ.licẽt in ꝯrium,& pro glo.facit ſm eundem l.j. §.ſi iuſſerim.de acqui.poſ.Item dicit præfatus Raph.ꝙ hęc non eſt bona ratio Doct.ꝙ ideo aditio per procuratorẽ fieri non poteſt,quia cõſiſtit in aĩo, qui eſt quid perſonaliſſimum, vt in c.ſi gratioſe.de reſcrip.lib.6. & in l.4.ſ.loca. & per ꝯñs cõmitti non poteſt. vt l.vnica.§.ne autem.C.de cad.tol.Item non eſt bona ratio Bal.in d.l.j.C.qui admit.dicentis,ꝙ ideo non poteſt hoc fieri,quia dependet ex declaratione animi,quæ alteri non cõmittitur,vt l.ſicuti.in gl.C.de arbi.& facit l.quia.ſ.de condi.inſti. Falſum eſt hoc ſm eum, quia videmus in ſimili, ꝙ electio, quæ in animo conſiſtit,procuratori cõmitti poteſt,vt l.ſi is qui Stichũ. de procur.per Bar.& in l.ſtipulatus.de ver.obli.& licẽt forte verum dicat,attamen ſunt aliæ rationes pro iſto tex.quib. non poteſt rñderi. Primo,quia aditio hęreditatis non eſt in noſtro patrimonio,vt l.precia rerum.ad leg.Fal.ff.Ea autem,quæ non ſunt in patrimonio,per procuratorẽ explicari non poſſunt,ſm rñam gl.no.in l.4.C.de manu.Scda eſt,& hoc eſt dictũ Ang. quia aditio hæreditatis nõ eſt in opera, vt l.aditio.ſ.eo.& per ꝯñs ſm eũ per operarium procuratorem explicari nõ poteſt. Tertia eſt, & eſt Bal.in d.l.j.C.qui admit.quia aditio eſt actus ci. vt dictũ fuit per Bar.in rub.ſ.e.& ea quę ciuiliter ſunt inducta,alteri per alterum acquiri non poſſunt, vt l.ea quæ ciuiliter.& l.quæcunque gerimus.de act.& oblig. Et licẽt huic rationi poſſit reſponderi, vt ibi per eum,attamen duabus præcedentibus non.Ideo ſequẽda eſt regula huius tex.Et inquantum dicit,quòd nec per ſpecialem, nec per generalẽ acquiri poteſt, licẽt enim eſſet vna ratio, videlicet prima,quæ fuit Bar.attamẽ remanẽt aliæ duæ ſimiles

efficaces, & per ꝯñs huius legis diſpoſitio irrita eſſe non debet.
Ad quod Inſti.de nup.§.affinitatis.& ſ.de hęre.inſti.l.qui ſoluẽ
do non erat duos Apollonios.& ſ.de his qui no.infa.l.liberorũ.
§ notatur.in glo.& j.de priui.cred.in l.ſi vẽtri.§.in bonis menſu
rarij.in gl.& per Bar.in l.ita ſtipulatus.de verb.oblig. & in extra
uag.ad repri.Vnum tamen eſt,quod dicunt hic Doct.ſequẽtes
4 glo.† quod forte non eſt verum ſm do.Raph.& d.Io.de Imo.&
bene,videlicet ꝙ bo.poſ. poſſit peti per procuratorem gñalem,
imo dicunt ipſi,ꝙ requirit̃ mandatum ſpeciale. Et hoc probat̃
per tex.ſm vnã lect.in l.Pamonius.ſ.eo.Scdo probat do.Raph.
ex tex.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ſ.e.vbi ſi in iuſſu requiritur
mandatũ ſpeciale,multo magis videtur debere requiri in bon.
poſ.in qua fundatur hæreditatis aditio.Tertio,& hoc eſt dictum
Io.per l.qui ita.§.j.ad Trebel.allegata in gloſ.vbi ad petendum
reſtitutionem hæreditatis requiritur mandatum ſpeciale,mul-
to magis videtur debere requiri in bono. poſſ. in qua fundatur
hęreditatis aditio,per quam quidem reſtitutionem certum eſt,
ꝙ non tranſeunt niſi iura vtilia.l.j.§.j.j.eo.Ita ergo debemus di-
cere in bono.poſſeſ.per quam quis hæres non efficitur directo,
ſed vtiliter tantum, vt Inſtitu. de bono.poſſeſ. §.quos autem.&
maxime quia ratio tex.in d.l.qui ita.§.j. quæ ponitur in manda-
to per reſtitutionem, habet etiam locum in ſpeciali bono. poſ.
per procuratorem petenda.Et ad hoc facit ratio Bar.io.j. de do-
na.l.ſi filius.vbi dicit,quod quotieſcunq; actus ipſi domino poſ
ſet eſſe multum periculoſus,ſemper ad id explicandum requiri
tur mandatum ſpeciale.Sed ita eſt hic,quia per bono.poſſeſ.hę
res efficitur,& hæreditas forte poſſet eſſe multum damnoſa ip-
ſi domino,ergo & hoc eſt tenendũ quod ſupra dixi.Item huic
5 †tex.debes dupliciter limitare.Primo,niſi hęreditas ſit talis,quę
non poſſit adiri abſq; alterius adminiculo,vtputa,quia hęredi-
tas eſt delata pupillo,ſeu muto,qui nihil intelligit. Tali etenim
caſu iſti procuratores ad adeundũ conſtituere poſſunt ſm Bart.
hic,& in d.l.j.per l.filio.C.e.qđ dictũ licèt non teneat do.Raph.
& rñdeat ad text.l.filio.tamen eſt contra eum l.ſeruo inuito.§.ſi
pupillo.ver.quo exemplo.j.ad Treb.quam Doct.non allegant.
Item ſecundo fallit in bono.poſſ.ſm gloſ. hic,quæ etiam poteſt
procuratori committi petenda ſub conditione,ſi reperiat hęre-
ditatem eſſe locupletẽ,licèt non ita ſit in aditione,vt l.eum qui.
§.fi.ſ.eo.Et hinc eſt ꝙ Bal.dat cautelam in d.l.j.C.qui admit.ꝙ
dum tu inſtitutus es in longinquis partibus,& dubitas, an hære
ditas delata ſit damnoſa,quòd conſtituas procuratorem ad pe-
tendum bonorum poſſeſſionem,cum hoc ſi reperiat hæredita-
tem locupletem,& in rubrica ſecundum eum.C.eo.tit.qui ad-
mi fuit vtilis & neceſſaria inuentio bonorum poſſeſ.ſecundum
tabu. Quod dictum licèt hic Moderni reputent notandum,at-
tamen pro eo eſt caſus,& miror ꝙ non allegent, in l.ſi quis mi-
hi bona.§. ſed quid ſi mandaui. ſ.eo. & l.ſi quis alicuius. eo.tit.

S V M M A R I V M.

1 Beneficio ſibi conceſſo abutens,illud perdere meretur.
2 Emptio bonorum paternorum facta per filium poſt illius abſtentionẽ,quando præſumatur fraudulenter facta.
Fraus quando non præſupponatur in facto palam.
Ad le & vide vnum notabile verbum Bal.in l.quoties.C.de rei vend.
3 Titulus cum fraude & ſimulanter procuratus,non excludit petitionem hæreditatis.

LEX XCI.

SI is qui bonis. Abſtentio fraudulenta ab-
ſtinenti non prodeſt, quæ
fraudulenta præſumitur ſi abſtinens oĩa bona eme-
rit per ſe,vel per interpoſitam perſonam.h.d.No.&
allegatur cum l.ſi ſeruum quis.§.prætor ait.ſ.eo.& l.Paulus.de
1 præto.ſtip.† ꝙ beneficio conceſſo vti non meretur,qui ſibi con-
ceſſa abutitur poteſtate,& caſus huius legis eſt ſing. ſm Doct.li
mitans l.2.C.de repu. hære. vbi emptio bonorum paternorum
poſt abſtentionem facta,non inducit immiſtionẽ, quia hoc eſt
verum,niſi fraudulenter facta probetur.Et fraudulenter præſu-
mit̃ ſm Doct.hic,& Cy.& Bal.in d.l.2.ſi incõtinenti poſt abſten
tionẽ oĩa bona hæreditaria emerit,vel maiorem partẽ. Ad hoc
l.oẽs. §. Lucius.ff.quæ in frau.credi.l. nomen debitoris. §.j. de
leg.3.cum glo.Quod tñ intelligas verum,ſi clam & per ſuppoſi
tam perſonã dicta emptio facta fuerit,argu.l.exiſtimo.de admi.
tut.in fi.ſecus,ſi palam. Quod dicit hic do. Raph.eſſe bene no.
2 licet nõ alleget aliquam bonam l.Sed † ꝙ in factis palã non præ
ſumit̃ fraus,alle.l.fi.C.de fideic.l.hac cõſultiſſima.in fi.C.qui te
ſta.fa.po.& l.fi. C.de nup. Item & præſumit̃ fraus,ſi vnam rem
tm̃ filius per ſuppoſitam perſonam mercatus fuerit,duntamen
precioſiorem hæreditatis.hic eſt tex.quem Ang. ſolitus eſt alle.
pro ſing. in l.ſumma cum ratione.de pec.nõ hic, ſed in d.l.2.C.
de repu.hęre.qui tñ tex.non recte per Bar.allegatur,niſi præſup
ponas,ꝙ peculium ibi alienatum fuerit precioſior res patrimo-
nij.& hæc maxime procedunt,qñ incontinẽti poſt abſtentionẽ
filius eſt mercatus,arg.l.ſi venter.§.ſi ff.de priui.credi.Et indu-
citur hæc l.per Bal.& legentes ad tria.primo ad no.per Bar. in l.
poſt contractum.de dona.& Cy in l.ſi quis poſt hanc. C.de bo.
proſcri.Secundo, quòd ſi mercator timẽs aduerſam fortunam
alteri bona ſua donet, talis donatio in fraudem creditorum fa-
3 cta præſumitur.l.Lucius.ſ.eo. Tertio, ꝙ ſi ego timens † conue-
niri petitione hæreditatis, facio mihi cõcedi titulum ab altero,
iſte titu. prodeſſe non habet tanquàm fraudulentus, & ſic non
habebit locum l.nec vllã.de peti.hære.videlicet qui in petitione
hæreditatis conueniri poſſint.de hoc per Cy.C.de peti. hæredi.
l.cogi. Vltimo an hæc l. habeat locũ in extraneo? dic vt per Cy.
& bene loquitur in d.l.2.C.de repu. hæredi.

S V M M A R I V M.

1 Hæreditas materna de iure Digeſtorum acquirebatur patri,vel auo,in cuius poteſtate nepotes erant.
2 Mandatum vel iuſſus ſi requiritur,ſemper peti debet ab eo, ad quem pertinet negocium principaliter iure poteſtatis.
Emphyteuta emphyteutæ, vel feudatarius ſi alienare vult,an conſenſum primi domini requirere debeat.

LEX XCII.

FIliusfamilias. Ad adeundum hęreditatem
per filiũſa. requiritur iuſſus
aui,non autem patris.h.d.No.hic caſum,ꝙ hæredi-
1 tas † materna iure iſto acquirebatur patri, vel auo.
in cuius poteſtate nepotes erant, de quo fuit dubitatum in l. is
qui hæres.§.neq; filius.ſ.eo.& ibi per glo.& Doct.& in l.quidã.
2 Scdo † ſemper allegatur hæc l. cum l.filium habeo.ſ. ad Mace.
licet hoc non notent Docto.ꝙ quotieſcunq; requirit̃ iuſſus ſeu
mandatum,ſp̃ petenda ſunt ab eo,ad quem pertinet negotium
principaliter iure poteſtatis. Quod facit ad no.dictum Guil.de
Cu.quod refert Bal.in l.ſi permittẽte.C.ad Mace. ꝙ emphyteu
ta emphyteutæ volẽs alienare,ſeu feudatarius feudatarij,requi-
rere debet conſenſum primi dñi, non autem ſufficit conſenſus
primi emphyteutæ.Quod tamen notabiliter limita,niſi ipſi pri
mo emphyteutę conceſſa ſit emphyteuſis per dominum.Item
& in illis,quibus ius ſuum cedere voluit,quia tũc ſufficit, quòd
ſecũdus emphyteuta habeat conſenſum primi,nõ autem prin-
cipalis domini.& hoc dicunt Bal.& Ang.ex tex.ad hoc notabili
in l.cum eſſet.§.per plurium.ſ.de ſerui.ruſti.prædi.

LEX XCIII.

PAter quoties filio. Iubẽs hæreditatem
adiri,debet eſſe cer
tus de cauſa acquiſitionis & quotę.h.d.No.in adeũ
da hæreditate per filium requiri certitudinẽ patris
iubentis.de quo dicetur in glo.In glo.j.hæc ſo.non valet,quia de
directo contradicit huic literæ,& ideo d.Ang.putat dicendum,
quòd aut contemplatione patris filius eſt inſtitutus,& tunc lo-
quitur hæc lex. ſecus ſi contemplatione ſui, quia tunc vendicat
ſibi locũ contraria.Quæ ſo.ſimiliter non vr̃ bona,quia iure iſto,
quo iuſſus requirit̃,non attendebat̃,an contẽplatione patris,an
contẽplatione ſui inſtitutus ſit.ſ.eo l.placet.Inſti. per quas per-
ſo.nobis acqui.in prin.ff.ſi quis à paren.fuerit ma.l.j. & ideo vr̃
dicendum,ꝙ in vtroq; ſciẽtia exigatur,vt ſentit Cy. in l.ex ſemiſ
ſe ſ.e. ſed hæc ſimiliter nõ eſt bona ſol.quia ob.l. quidã. §.ſcien
tiam.ſ.eo.ibi,ſufficere certitudinem in filio.& ideo Bar.in vtro-
que ſciẽtiam requirit,ſed maiorem in filio,quàm in patre,quia
ipſe principaliter inſtitutus. cuius dictum hic optime declarat
do.Ioan.& quia non eget ſuppletione,vide per te.

§.Pater mutus. Iuſſus nutu,vel literis explicari po-
teſt.h.d. No.ibi,magis eſt, vt ſi in-
tellectu careat,a cõtrario ſenſu,quia videtur caſus pro lect.Bar.
contra iſtum Docto.Papi.in l.cum hęres.ſ.eo.videlicet ꝙ de iu-
re Digeſtorum videt̃ caſus, videlicet ꝙ filius ſibi quærat & non
patri.& ille §.fuit neceſſarius in muto,non autem loquit̃ in mu
taſtro,quia ſicut loquens oĩa explicare poteſt,vt no glo. ſ.q.j.de
trahe.quam glo.non reperies alibi, quia ſicut eſt reperire ſurdũ
& ſurdaſtrum,vt voluit d.glo.ita mutum & mutaſtrum.

S V M M A R I V M.

1 Filia dotata,quæ repudiauit hæreditatem paternam cum iuramento,quando hæreditatem petere poſſit iuramẽto non obſtante?& ponit octo limitationes ad c.quamuis. de pact. lib. 6.
2 Dos ſuccedit loco legitimæ.
3 Diſpoſitio c.quamuis.de pact.in 6.an habeat locum in fratre.
4 Diſpoſitio auth.ſacramẽta puberum.quæ loquitur in contractibus, quòd habeat etiam locum in diſtractibus.
5 Chriſtianus iurans per alienos Deos, obligatur ita vt Iudæus.
6 Pater quòd poſſit legitimare filium cum pacto,quòd ei non ſuccedat.
7 Repudiatio facta per filiam de bonis patris, an præiudicet deſcendentibus ex ea.
8 Pater,qui filios hæredes inſtituit,ſi mandauit ac iurare fecit dictos filios de ſe non diuidendo intra decem annos, & ante decennium vnus moritur relicto filio,an talis filius iuramento non obſtãte poterit eius portionem petere.

Mulier

9 *Mulier ſi in alienatione fundi dotalis appoſuit iuramẽtum, an filius eius talem alienationem reuocare poterit. iuramento non obſtante.*

LEX XCIIII.

Qui ſuperſtitis. Repudiatio hæreditatis vi-
uentis nulla eſt, & ideo nõ
obſtante repudiatione per repudiantem hæreditas
adiri poteſt. hoc dicit. & eſt ratio, quia adire non dici
tur non delatam, & hæreditas nulla eſt viuentis, vt l. j. cum ſimi-
libus. ſ. de hære. vel ac. duntamen iuri de futuro non potuit re-
nunciari, vt ſ. in pluribus legibus huius tituli dictum eſt, & ple-
ne dicitur C. de pactis. l. j. facit l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditio-
1 ne. de lega. 2. In gloſ. ſuper verbo, † repudiauit. ibi, idem ſi iuret.
eius contrarium hodie eſt deciſum in c. quamuis. de pactis. in 6.
vbi filia dotata repudiare poteſt ipſius parentis hereditatẽ cum
iuramento. & de hoc in l. pactum, quod dotali. Áduertendum
tamen hic, quòd Richar. & Bar. de Salic. dant tres notabiles limi
tationes ad d. c. quamuis. quarum duas dico fuiſſe Bal. in d. l. pa
ctum. Prima eſt, niſi pater non ob. illa repudiatione eam filiam
in teſtamento inſtituit, quia tunc licèt repudiauerit, tamen ex
noua cauſa ſuperueniente ad hæreditatem admittitur. Allegãt
l. ſi patronus nõ aluerit. de bo. lib. ego allego caſum uo. qui me-
lius probat, & proprie loquitur in iuramento, in c cum P. Gau-
fred. extra de renun. quem caſum allegant Dñi de Rota in deci-
ſionib. antiquis. Secunda eſt, quando fratres ſeu cõſanguinei ip
ſius filiæ renunciantis mortui ſunt ante ipſam filiam, quia tunc
cũ eorum reſpectu præſumat̃ dicta filia repudiaſſe, ideo hac cã
ceſſante, quia defectus fuit talis, filia ad ſucceſſionem admittit̃,
nec hæc repudiatio alijs prodeſt. Alleg. prædicti in argumentũ
C. ad Velleia. l. iubemus. Tu adde tex. q hoc probat no. ſm vnũ
intelſm in l. ſi ac. C. de pac. vbi per Bal. & per eundẽ in d. l. pactũ.
qui pro hoc allegat Guil. de Cu. Tertia eſt, & iſta eſt Richar. &
Bar. qñ ipſa filia non dotata repudiaſſet, quia tunc cũ ſumus ex
tra formã præalle. c. q̃uis. quod loquit̃ in muliere dotata, nõ de-
bemus c. illud continẽs ius ſingulare, extendere vltra verba ſua,
arg. l. ius ſing. de leg. & l. j. C. qui admit. Quod tñ dictum licèt in
ſe ſit multum no. tñ hoc improbat do. Io. quia licèt ipſa mulier
indotata renũciauerit, & ſic videat̃ ceſſare præfatum c. tñ firma
ſtat ratio illius tex. dicentis, oẽ iurm eſſe ſeruandum, quod non
vergit in diſpendium ſalutis æternę, cum pulchra eſſet ratio, cũ
licèt indotata ſit, cum remanet virtus iuramenti, quod ſeruan-
dum eſt, ergo remanet iuris diſpoſitio. Allegat cle. j. de ele. l. qđ
2 dictum. de pac. Aduertendum eſt, † ſi dicimus dotem ſuccedere
in locum legitimæ, vt hodie cõiter eſt ſm formam ſtatutorum,
vt l. quiſquis. circa medium. C. ad leg. Iul. maie. & no. C. de nup.
l. ſancimus. per Cyn. Certum eſt, ꝙ ſi mulier ſimpliciter vt præ-
ſupponunt præfati Doct. cum iuro repudiauit paternam hære-
ditatem, non tñ propter hoc excluditur a petitione ipſius dotis,
qñ in locum legitimæ ſuccedit, vt in l. ſi qñ. ergo & gñalt. Vnde
vr̃, ꝙ firma remaneat dicta repudiatio, cum ſalua ipſi filię repu
diatione non obſtante, remanet dotis petitio. Et ꝙ hoc dictum
do. Io. ſit verum, probatur arguendo de pacto ad ſtatutũ ſm le-
gem, non impoſſibile. de pac. Certũ eſt. n. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ exi
ſtentibus filijs, aut agnatis filia fœmina non ſuccedit, ipſi filij aut
agnati ſuccedẽtes, filia à pr̃e non dotata ſuccedit in ius dotandi,
adeo ꝙ filia eos ad ſe dotandam cõpellere poteſt, ſm Bar. elegan
ter ex illo tex. in l. ſi marito. §. ſi voluntate. ſol. mat. & facit, quod
ibi no. in l. poſt dotem. eo. tit. quod approbat Bal. in l. fi. C. de do.
promiſ. vnde ita in caſu propoſito ſi filia ſe voluntarie excludit
à ſucceſſione in vniuerſum ad filios donatione per ſe facta, à fi-
lijs dotem petendo, ne incidamus in abſurdum, ꝙ hic veniat cõ
tra factum ſuũ, vt res magis valeat, q̃ pereat, arg. l. quoties. de re.
dub. verior ſit opi. do. Io. Quarto & ſing. limita d. c. q̃uis. niſi ipſa
filia eſſet minor, & iuraſſet ſe non ꝯcturam, neq; diſtracturam
abſq; legitima ſolẽnitate, hoc eſt cum ipſius iudicis decreto, aut
cum authoritate tutorũ, aĺs ſi faceret, non valeret. Tunc enim
q̃tumcunq; in repudiatione interuenit iurm, attamen hoc non
valet ratione præcedentis ſacramenti liciti & honeſti. & hanc li
mitationẽ ex eleganti dicto Spe. in tit. de emp. & ven. §. tertio lo
co. ver. & notą generale conſilium, reprobat Io. And. in addi. &
ponit de hoc no. in c. licet mulieres. de iureiur. lib. 6. videlicet ꝙ
q̃tumcunq; ſm formã d. c. licet. & c. cum contingat. in antiquis
alienatio fundi dotalis valeat iuro intercedẽte, tñ hoc eſt verũ,
niſi mulier per prius iuraſſet ſe non alienaturã, & caſu quo alie-
naſſet, nihil valeret. Quod dictum fundatur ex c. intellecto. eo.
tit. in antiquis. quod no. & tene menti. Et ita forte limitatur au-
thentica, ſacra. C. ſi aduerſus ven. & hoc dictum didici à Bal. in
concluſionib. iuris. Quinto limita ſm Pet. de Anch. in c. j. de cõ-
ſtit. in repe. ſua, in d. c. licet mulieres. niſi talis renunciatio conti
neret in ſe euidentẽ iniuſtitiam & iniquitatem. Ponit exẽplum,
& ita dicit ſe conſuluiſſe, quãdo mulier repudiat hæreditatem,
quę valet quatuor millia pro mille in dotem habitis. Tũc enim
non habet locum d. c. quamuis. ratio, quia iuramẽtum non de-
bet eſſe iniquitatis vinculum, vt in c. quemadmodum. de iure-
iur. cum ſi. ibi alleg. in gl. Item quia debet habere ſecum tres co-
mites ad hoc, vt valeat, videlicet veritatem, iuſtitiam, & iudiciũ,
§. Qui ſunt. Licèt ſuus hæres repudiando ex teſtamẽto nihilominus remaneat hæres, ſi tamẽ ab inteſtato poſſideat, incidit in edictum. hoc dicit. Dubitatio erat, quia videbatur edictum habere locum in illis, qui repudiãdo ex teſtamẽto deſinunt ex toto eſſe hæredes, vnde cum filius efficiatur ſtatim hæres ex teſtamento per legẽ, & licèt repudiet, nõ deſinit eſſe, quod nõ incideret in edictum, ꝯrium eſt verius, quia ſaltem deſinit eſſe in effectu, licèt remanſerit noĩe, & quia hũc effectum vel vtilitatem vult ab inteſtato, incidit in edictũ.
1 Et allegatur ſemper iſte † text. in materia ſuitatis, ꝙ ſuus hæres ſtatim efficitur hæres per legem duodecim tabu. & licèt repudiet beneficio prætoris, non deſinit eſſe hæres ex teſtõ, ſi fuit inſtitutus, vel ab inteſtato, ſi non fuit inſtitutus. Et propter hoc talis exiſtentia, quæ remanſit ſaltẽ nomine, confirmat tabulas pupillares, vt l. ſi filius qui patri. de vul. & pup. & l. filius qui ſe pa-
2 terna. ſ. de acqui. hęre. † Et per iſtum tex. patet, ꝙ ſola exiſtentia ſui heredis non confirmat legata particularia. Si enim cõfirmaret, non eſſet neceſſarium hoc edictum iſto caſu. de hoc j. vt le-
3 ga. nomi. cauea. l. j. §. fi. cum l. ſeq. † Et facit etiam iſte tex. pro opinione illorum, qui dicunt, quòd ſi ſuus hæres repudiat ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſubſtitutus vulgaris, vel ſequens in gradu non poſſunt habere hæreditatem de iure ciuili, quia ille remanſit hæres de iure ciuili, ſed debet petere bo. poſ. de iure prætorio. Pro quibus facit iſte tex. in fi. in ver. bonorum poſ. & l. qui ſe patris. C. vnde libe. Bar. tenuit contrarium, per l. defunctis. C. de legi. hære. per l. j. §. ſi quis adita. ad Tertul. & quia erunt hæredes vtiliter de iure ciuili, ille vero directus.

§. Qui ſub conditione. Paria ſunt, poſſe adire hæreditatẽ & nolle, & facere vt poſſit, & non facere, quia vtroque caſu incidit in edictum. hoc dicit. In textu ibi, vt in arbitrio ſit. imputaretur ſibi, ſi eam non impleuit, vt j. eo. l. Iulianus §. j. & no per Barto. in l. j. §. j. j eodem. vbi plene examinat iſtam materiam recolligendo omnes caſus huius tituli.

§. Non quæri. Qui repudiauit ex teſtamento, ſi reperiatur hereditatem poſſidere, ſiue poſſideat de iure, vt quia ſit de venientibus ab inteſtato, ſiue de facto non ſubſiſtẽte aliquo iuſto tit. vel cauſa incidit in hoc edictum. Idem ſi non poſſidet, ſed dolo fecit, vt poſſeſſio ad alium perueniret. h. d. vſq; ad §. fi. No. ergo, ꝙ non debet eſſe melioris conditionis ille, qui nullam iuſtam cauſam habet detinendi hæreditatem, poſtquam eam ex teſtamento repudiauit, quàm ille qui habet aliquam iuſtam cauſam, puta ſuccedendi ab inteſtato. Nam iſte non eſt prædo, & nihilominus incidit in edictum, fortius primus qui eſt prædo. & hoc voluit dicere iſte tex.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam lucratiuam etiam dicitur habere, qui dat pecuniam ſed non bono modo, vel dat, ſed precio iniuſto.*

§. Si quis per. Hic incipit tractare, qñ quis repudiat ex teſtõ, nõ vt habeat ab inteſtato, ſed vt alius hẽat ab inteſtato, vel ex teſtamento. puta ex ſubſtitutione vulgari, & de hoc etiam loquitur l. ſeq. cum duabus ſeq. vſq; ad l. excuſatus, & quia tex. ſunt inuoluti, ideo diſtingue recolligendo tres caſus. Nam aut colluſit cum illo, non in aliquid ab illo percepit, & tunc ipſe repudians non tenetur, ſed ille, ad quẽ peruenit hæreditas, tenetur ad legata non ſolum relicta a ſe, ſed & ad relicta ab illo repudiante. quæ non erant ab ipſo repetita, vel non fingebantur, vt j. eo. l. ſi quis pecuniam. & j. eo. l. cui ſeruus. Aut recipit ab illo pecuniam, & tunc aut ęquiualentem hęreditati, & ſic iuſtum precium, & tunc eſt perinde ac ſi ipſe repudians hæreditatem poſſideret, & ideo ad relicta ab ipſo repudiante non tenetur, ad quem peruenit hæreditas, ſed ipſe ſolus repudiãs propter precium, quod habet, vt l. ſi quis pecuniam. §. fi. Aut non habuit iuſtum precium, & tunc tenetur vterq; ad relicta ab ipſo repudiãte, hoc tñ ordine, quia primo loco ille, ad quem peruenit hæreditas, conuenitur, & ipſo non reperto ſoluendo in ſubſidium peruenitur ad repudiantem, vt j. l. proxi. Et ſecũdum iſtam diſtinctionem debet intelligi iſte §. dum ſimpliciter

plic iter dicit repudiantem teneri, quod debet intelligi, qñ pecuniam percepit, & quod tunc aliquando tenebitur primo loco, aliqñ in ſubſidium. In tex. ibi, per fraudem. ſ. participatam cum illo, ad quem peruenit hæreditas, aliàs neuter tenebitur, vt j. eo.
1 l. ſi quis omiſſa. & dixi in prin. Et no. vnã gl. ſing. † in l. licet. quæ ſemper allegatur, quòd ſemper dicitur habere cauſam lucratiuam, qui dat pecuniam, ſed nõ dat bono modo, nec dat iuſtum precium. facit j. de obſequijs. l. Titius puerum.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter legata particularia & fideicommiſſa, an ſit ſublata hodie per l. 1. C. commu. de leg.*
2 *Clauſula codicillaris an operetur, ꝙ videatur data licentia repudiandi ex teſtamento, & adeundi ab inteſtato.*
3 *Teſtator grauans aliquem ab inteſtato, an videatur voluiſſe, ꝙ habeat hæreditatem ab inteſtato.*
4 *Incidens in hoc edictum, an perdat Falcidiam.*
5 *Tangere quis dicatur.*

LEX V.

QVia. Habens licẽtiam à teſtatore repudiandi ex teſtamento, & adeundi ab inteſtato, ſi hoc faciat, non incidit in hoc edictum. Non tamen cenſetur data licentia propter hoc ſolum, ꝙ fuerit grauatus fideicom. ſi hæreditas ad eum perueniet ab inteſtato, & ideo dicto caſu ſi repudiet ex teſtamẽto, & adeat ab inteſtato, primo loco ſoluerit legata in teſtamento relicta, & ſi aliquid ſupereſt de dodrante, ſoluentur fideicõmiſſa ab inteſtato relicta. h. d. in
1 effectu vſq; ad §. non ſimpliciter. No. hic, † ꝙ legata relinquunt in teſtamento, ſed fideicõ miſſa ab inteſtato, quæ differentia an hodie ſit ſublata per l. j. C. cõmu. de leg. dic, vt l. j. j. de leg. j. Item
2 no. quòd per clauſulam codicillarem, ſi non valet iure teſtamẽti, valeat iure codicillorum, non videtur data licentia inſtituto repudiandi ex teſtamento, & adeundi ab inteſtato, ſed potius vt detur hoc fuiſſe dictũ in caſu, quo non poſſit adire ex teſtamento, vel nolit præter tamen voluntatem defuncti, vt j. eo. l. Iulia-
3 nus. Item patet † ex prædictis, quòd grauando quem ab inteſtato, non propterea videt teſtator voluiſſe quòd adeat, vel habeat hæreditatem ab inteſtato. Sed contra de l. ſi quis cum nullum. j. de iu. codicil. Sol. ibi non inſtituerat aliàs venientes ab inteſtato, quia tacite videtur velle, quòd habeant ab inteſtato, hic vero inſtituerat, ideo videtur voluiſſe, quòd habeant ex teſtamento, & nõ ab inteſtato, licèt eos ab inteſtato grauauerit. Item no.
4 † quòd ille, qui incidit in hoc edictum, non perdit Falcidiam, vt j. eod. l. ſi duo. §. j. Sufficit enim ad hoc edictum, quòd puniatur in eo, quod deliquit, quia voluit fraudare legatarios, vt nihil haberent. Prouidetur ergo, quòd iſta fraus nihil operetur, ſed perinde teneatur, ac ſi adiuiſſet ex teſtamento. & dicit Bar. per hanc legem dubitando tamen poſſe dici, quòd ſi teſtator dixit, quòd volebat valere teſtamentum iure teſtamẽti & codicillorum, & ſic poſuit in electione hæredis, quam viam velit eligere, vt l. fin. C. de codic. Si eligat viam inteſtati, incidit in hoc edictum. hoc non placet, quia eſt expreſſe cõtra iſtum tex. qui vult, ꝙ ſi eſt data licentia, non incidit, ſed ſatis eſt data licẽtia nominatim, ſi ponitur in eius electionẽ per modum, quem dicit Bar. Sed hic non
5 ponebatur in eius electionem, ſi bene inſpiciatur. Vlti. no. † tex. dum dicit, dũmodo quadrans non tangatur, quod tangit, dum dicit aliquid, quod diminuat. & eadem ratione, ſi auget, non alter. Per quod dicit Ange. ſe alias dixiſſe in caſu de facto, cũ in ciuitate Peruſij fuiſſet data balia certis ciuibus in bono ſtatu, dum modo non tangerent imburſationem, ſeu ſacculos officialium, & illi ex aliqua cauſa volebant facere extrahi priores ante tempus, vel conſuetudinem antea ſeruatam. dicebatur, ꝙ non poterant, quia non debebant tangere ſacculos officialium. Ipſe dixit õrium, quia tangere videntur, ſi vellent diminuere de imburſatis vel inſacculatis, aut augere, vt hic, ſed hoc neutrum volebãt facere, ſed potius executioni mandare, licèt nõ ordine hactenus conſueto, non propterea videnẽ tangere, arg. hic, & ita dicit fuiſſe obtentũ. In fi. tex. ibi, dicendũ eſt contribui fideicõmiſſa. ſ. adinuicem, non autem cum legatis in teſtamẽto relictis, quia hoc caſu non debentur legata, ſi hoc caſu non fuerunt ab inteſtato repetita, poſtquam in edictum non inciditur, ſecundum Cy.

§. Non ſimpliciter. Siue fuerit data licentia a teſtatore, ſiue nõ fuerit data, ſiue aliqua iuſta cauſa fuit, propter quam omiſit ex teſtõ, & adiuit ab inteſtato, vel nõ adiuit, ſed permiſit ad alium bona peruenire, ad quẽ de iure pertinebant, nõ incidit quis in edictũ. Si vero ipſe idẽ eadẽ bona retinuit, licèt nõ potuerit, quia nõ erat de veniẽtib. ab inteſtato, teneẽ hoc edicto, & ſi illa bona perſcripſerit õ fiſcum. h. d. vſq; ad §. ſi patronus. In tex. ibi, aut ſi qua iuſta cauſa alia. puta, vt in caſu l. excuſatus. ſ. eo. vel l. Iulianus. ſ. de acqu. hære. vel l. cum patet. §. Titio. de leg. 2. in fi. In tex. ibi, item ſi inuenerit, pone hic caſum, ꝙ repudiauit ex teſtõ, & nõ occupauit ipſe ab inteſtato, ſed permiſit bona ad alium peruenire, vide batur ipſum teneri, vt ſ. eo. l. j. §. j. Contrarium hic dicitur, ſi ad illum iſta bona re vera pertinebant, & ſic cum illo nulla fuit conclusio. In tex. ibi, ſi autem. Pone hic caſum, quod inſtitutus erat extraneus, & repudiauit ex teſtamento, & poſtea de facto occupauit, certum eſt, quòd bona poterant ſibi auferri per venientes ab inteſtato, vel per fiſcum, ſi illi non erant. Ipſe hoc conſideras dimiſit poſſeſſionem, antequam conueniretur a legatarijs, certe non poterit conueniri, ſecus ſi dimiſiſſet poſt litem conteſtatam. In tex. ibi, certe. Pone hic ſimilem caſum in extraneo inſtituto, qui repudiauit ex teſtamento, & cum nulli eſſent venientes ab inteſtato, fuit aperta via fiſco, & incẽperunt eſſe bona vacãtia, ipſe autem de facto ea occupauit, certum eſt, quòd poteſt conueniri a legatarijs, antequam in eis acquirat ius nouum, vt ſ. eo. l. j. §. non quærimus. quia poſſidet vt prædo. Sed quid ſi antequam conueniretur a legatarijs, præſcripſerit cõtra fiſcũ quadriennio, quæ præſcriptio locum habet in bonis vacantib. a die denunciationis, vt l. j. C. de quadrien. præſcrip. videbatur, quòd poſtea non poſſet a legatarijs conueniri, quia non poſſidet illa bona vt hæres, nec ex teſtamento, vel ab inteſtato, nec vt prædo, poſtquam acquiſiuit ius nouum, vt d. §. nõ quærimus. Contrarium tamen eſt verius, quia non deſinit teneri, licèt ius nouum acquiſiuit, & ſic eſt hic caſus mirabilis, ſecundum Ang. in quo legata debentur, licèt nec ex teſtamento, nec ab inteſtato fuerit hæreditas adita. Regulariter contra, vt l. eam quam. C. de fideicom. & quod no. ſ. de hæredi inſtit. l. qui filio. §. j. Sed nil mirum, quia propter fraudem adhibitam in repudiando, conſeruatur tuitione prætoris, ac ſi hæreditas ex teſtamento fuiſſet adita, vt j. eodem. l. duo hæredes.

§. Si patronus. Licèt quis habuerit iuſtam cauſam repudiandi ex teſtamento, & amplectendi ab inteſtato, ſi tamen portionem ſui cohæredis habet facta colluſione cum eo, tenebit pro illa ad relicta ab ipſo cohærede. h. d. In tex. ibi, legatorum actionẽ, ſ. relictorum a cohærede, vt j. paret, dum dicit, quæ in Titium competeret &c. nõ autem relictorum a ſe, quia illa non valent, cum non potuerit in legitima grauari, vt j. de lega. 2. l. cum patronus. per quam rationem non habuit hoc neceſſe repudiare ex teſtamento, qui etiã ſi adiuiſſet, ad illam non teneret, ſi tantum hoc fecit, non dicitur propterea fuiſſe in dolo, vt ſ. eodem. l. excuſatus. tenetur ergo ad relicta a cohærede, quia non ſolum ille, qui repudiauit, incidit in edictum, ſed ille ad quem peruenit portio repudiata facta colluſione cum repudiante, vt ſ. eodem. l. ſi quis pecuniam. glo. tamẽ hic videtur dicere, quòd etiam ad relicta a ſe tenetur, quod non eſt verum per iam dicta, & miror de glo.

§. Hoc edictum. Qui potuit intentare contratabu. & noluit, ſed potius ab inteſtato habere voluit, non liberis & parentib. tenetur, quib. teneẽ ſi contratabu. impetraſſet. h. d. Et gl. hic, & Doct. laborant in ponendo exemplum, & non tangunt iudicio meo verum intellectum. Tu autem dic clare, ꝙ loquiẽ in filio inſtituto, ſiue erat in poteſtate, ſiue emancipatus, qui petere poterat beneficio emancipati præteriti, qui õtab. impetrauerat, ſimiliter & ipſe intentaret, vt l. 3. §. ſi quis ex liberis j. de õtab. quod ſi feciſſet, tenetur liberis & parẽtibus legata præſtare, non extraneis per titulum, de leg. præſtan. Ipſe hoc non fecit, quia repudiauit ex teſtamento, & amplexus eſt ab inteſtato, per vnde liberi, ſi erat emãcipatus, vel de iure ciuili, ſi erat in põte, per id quod dixi in l. j. §. qui ſunt in poteſtate. ſ. eodem. Certe tenetur liberis & parentibus, quos fraudauit, alijs non, quibus non tenetur, ſi contratabu. intentaſſet. Huic tamen lectu. ob. l. ſi filius. j. eodem. vbi dicitur, quòd tenetur omnibus etiam extraneis. Propter quod glo. & Docto. reprobãt hanc lect. Tu dic, quod hic debet intelligi, quando emãcipatus præteritus intentauit cõtratab. & tunc eſt verum. quòd inſtitutus intentando ſimiliter tenetur coniunctis tantum perſonis, & non extraneis. Sed l. ſi filius. debet intelligi, quando emancipatus præteritus contratabu. non intentauit, quo caſu licèt inſtitutus nullo modo intentare poſſit, vt l. ſi poſt mortem. §. fi. de contratab. nihilominus intentando eam tunc omnibus tenetur, etiam extraneis, ſicut ſi adiuiſſet ex teſtamento, vt in l. nonnunquam. j. de lega. præſtan. per quam legem datur intellectus ad iſtum §. & ad illam legem, ſi filius. tunc enim repudiando contratabulas ex teſtamento, & amplectendo ab inteſtato, fraudat etiam extraneos, ideo illis tenetur, vt d. l. ſi filius.

§. Si libertas. Legata, quę debentur ex hoc edicto, nõ ſoluuntur, nec debentur, niſi impleatur aditio, ſub qua fuerunt relicta. h. d. Et idem eſt dicendum in legatis, quæ conſeruantur per authen. ex cauſa.

LEX VI.

QVidam. Qui omittit adire cum poſſit, nõ habet beneficium huius edicti. hoc dicit. ſunt ergo in pari crimine, & ideo aliter non poteſt imputare.

LEX

LEX VII.

SI quis. Pro eo, quod eſt dandum gratia conditionis implendæ, nō competit actio, & ideo illud per hoc edictum non ſeruatur. h.d. Et ſemper illa lex allegatur, quod ea, quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione. Et vide hic quod no. Cy. C. de cad. tol. §. ne autem. in 2. q. & Bart. in l. licet. j. vt lega. nomine caueatur. Aliquando tamen quod eſt in conditione, videtur eſſe in diſpoſitione, vt j. de oper. libe. l. ſi ita ſtipulatio facta. Regulariter contra, vt hic. Et ideo per illa verba, ſi deceſſerit ſine liberis, perueniant ad talem, non cenſetur teſtator reliquiſſe liberis in caſu, quo cum eis decedat, & ideo grauatus poteſt dicto caſu de bonis facere quicquid vult, ſi liberos habet, quia nec illis tenetur, nec fideicommiſſatio, quia conditio non extitit, vt no. s. de hæredi. inſtitu. l. Lucius.

LEX VIIII.

SI non ſolus. Si repudiās ex teſtamento venit ab inteſtato cum alio, non recepta aliàs pecunia ab illo, quilibet tenet ad legata pro parte, ſed ſi pecunia recepta, quilibet tenetur inſolidum. hoc dicit. In tex. ibi, legatorum actionē vtilem, ſcilicet pro parte, vt differat a caſu ſequenti, vbi datur inſolidum. Et no. regulam ibi, nec enim &c. quòd qui habet cōmodum, debet etiā incōmodum ſuſtinere. Contra iſtam legem opp. extra gl. quòd etiam in primo caſu, quando non recipit pecuniam, teneatur repudians inſolidum, poſtquam aliquid poſſidet de hæreditate, vt j. eo. l. & ſi non totam. Sol. ibi poſſidebat partē, & nullus alius poſſidebat aliā partē, hic ſic, ideo diuidit actio inter poſſeſſores.

§. Cum ſubſtitutis. Legatum factum ſubſtituto vulgari, non cōſetuatur per hoc edictum, ſi vnà cum inſtituto poſſidet ab inteſtato. hoc dicit. Sed ſi ſolus inſtitutus poſſideret, ſecus, vt j. eodem. l. ſi in teſtamēto. §. ſi quis. Et ſic ratio poſita in tex. hic, non ſufficeret ſola per ſe, ſi ſubſtitutus non poſſideret vnà cum inſtituto, ſed cō iuncta hac poſſeſſione, eſt vna, & ita ſolue iſtud contrarium difficile, licèt glo. in l. contraria aliter dicat.

§. Si duo. Si inſtitutus & ſubſtitutus vulgaris repudient ex teſtamento, & ambo poſſideant ab inteſtato, quilibet ipſorum tenetur pro relictis a ſe tantum, & non pro relictis ab altero. Sed ſi alter tantum poſſideat, tenetur pro relictis a ſeipſo tantum ſine dubio. pro relictis vero ab alteris, ſimiliter ipſe ſolus tenet, ſi participauit fraudem cum illo, & pecuniā ſibi non dedit. Si autem dedit, tunc etiam ille tenetur inſolidum excuſſo prius poſſeſſore hoc dicit ſm intellectum, quē puto verum, & ſm quem nōn eſt fienda differentia inter inſtitutum & ſubſtitutum. Glol. autem videtur facere differentiam in hoc, quod quando inſtitutus poſſidet ſolus ab inteſtato data pecunia ſubſtituto, quòd tunc in ſubſidium, reperto inſtituto non ſoluendo, ſubſtitutus tenebitur non ſolum pro relictis a ſe, vt ex præcedentibus patet, ſed etiam pro relictis ab inſtituto, non ſic econtra, quando poſſideret ſubſtitutus ſolus data pecunia inſtituto, tunc enim reperto ſubſtituto non ſoluendo, inſtitutus in ſubſidiū tenebitur ſolum ad legata relicta à ſe, nō ad relicta à ſubſtituto, & ſic minus grauatur inſtitutus, quàm ſubſtitutus in dictis caſibus. Et ponit rationē diuerſitatis, quia primo caſu relicta ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto, vt l. licet Imperator. de lega. j. nimirum ſi reperto inſtituto poſſeſſore non ſoluēdo, ſubſtitutus, qui habet pecuniam, & ſic videtur habere hæreditatem, tenet ad relicta ēt ab inſtituto. non ſic econuerſo, quia relicta a ſubſtituto nunquā cenſenē repetita ab inſtituto. Et ideo ēt in ſubſidium ad illa nō tenetur, licèt teneatur ad relicta à ſe, poſito quod cohæredes non poſſideant. Bart. vero videbitis in l. ſi. j. eo. aliter ſentire intellectum huius §. quod quando alter tantum poſſidet data pecunia alteri, cum ille, qui pecuniam recepit, in ſubſidium tenetur ad relicta facta à poſſeſſore, ita demum ſi ipſe nō erat grauatus propriis relictis, aliàs non grauatus, niſi ad propria, quod mitius agitur cum eo, poſtquā habet proprium onus, arg. in l. licet Imperator. de leg. j. vnde non facit d'riam inter ſubſtitutum & inſtitutum, ſed vtrum ille, qui non poſſidet, ſed pecuniam recipit, habeat proprium onus vel non. Sed iſtud vr̄ ſentire iſte tex. in vet. & alias. quia loquitur in caſu præcedenti, quando vterq; habebat proprium onus, & tamē vult, quòd etiam ad onera alterius teneatur. mihi videtur, quòd poſſit intelligi, prout ſummaui nō faciendo differentiam, quam facit gl. nec quam facit Bar. Et ad tex. debet ſuppleri ſecundum ea, quæ in ſummario dixi.

SVMMARIVM.

1 *Concurſus inſtituti & ſubſtituti vulgaris quando admittatur.*

LEX X.

SI ab inſtituto. Si inſtitutus & ſubſtitutus repudiant ex teſtamēto, & adeunt ab inteſtato, relictum quod erat factum ab vtroque ipſorum, petitur à quolibet eorum inſolidum, ſed ſufficit vna ſolutio. hoc dicit. No. quòd licèt †regulariter non admittatē concurſus inſtituti & ſubſtituti vulgaris, quia 1
ſi inſtitutus eſt hæres ex inſtitutione, ſubſtitutus non poteſt eſſe ex ſubſtitutione, vt l. poſt aditam. C. de impube. & aliis ſubſtit. Bene tamen poteſt fingi quantum ad damnum ipſorum, quòd inſtitutus fuerit ex inſtitutione inſolidum, & ſubſtitutus ſimiliter fuerit hæres ex ſubſtitutione inſolidum, teneatur ad legatū factum à quolibet ipſorum, & tamen ſi inſtitutus hic adiuiſſet, ipſe ſolus teneretur, & non ſubſtitutus. Et econuerſo, ſi ſubſtitutus adiuiſſet ex ſubſtitutione, ipſe ſolus teneatur, & non inſtitutus, & tamen ſi neuter adiuit ex teſtamento, quilibet eorum tenetur inſolidum, ac ſi adiuiſſet, habentur tamen vt duo rei debendi, quia vno ſoluente, alter liberatur.

SVMMARIVM.

1 *Actiones pretoriæ quando ſunt rei perſecutoriæ, dantur contra hæredem*

§. Hæredem eius. Hæc actio licèt pretoria, datur contra hæredem eius, qui omiſit ex teſtō, & adiuit ab inteſtato, ſecus ſi nō adiuit, licèt ſit caſus in quo pp ſuum dolum dēt actio ꝯ eum ex hoc edicto. h.d. Ratio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu quando adiuit ab inteſtato, obligatur ex ſuo quaſi ꝯtu, quia illa aditio fingiē fuiſſe ex teſtō, vt j. eo. l. duo. Et quando dolus alicuius purgatur per actionem ex contractu, vel quaſi, datur actio contra hæredem doloſi, vt s. de po. l. ſi hominem. §. datis. Sed in ſecundo caſu non poteſt dici, quod teneatur ex cōtractu vel quaſi, poſtquā non adiuit, ſed tenetur dūtaxat ex dolo ſuo. Et ideo actio non datur contra hæredem eius, niſi quatenus ad eū peruenit ex dolo defuncti, vt s. de dolo. l. hęredibus. cum l. ſeq. In tex. ibi inſolidum. etiam ſi nihil ad hæredem peruenit ex dolo defuncti, vt differat in caſu ſequen. In tex.
1 ibi, magis enim. Reſpōdet tacitæ obiectioni, quia actiones†prętorię non ſolent dari contra hæredem, ſed certe illud verum in pęnalibus, iſta vero eſt rei perſecutoria.

SVMMARIVM.

1 *Res hæreditaria quòd non eſt hæreditas, nec pars hæreditatis.*

LEX XII.

ET ſi non. Repudians ex teſtamēto, etiam ſi minimam rem hæreditariā retineat ab inteſtato, tenetur ex edicto ad legata, ſicut etiam tenetur peti. hæred. h.d. cum l. ſeq. No. & hoc quando alius cum eo non poſſidet ab inteſtato, aliàs quilibet tenetur pro parte, vt s. eod. l. ſi non ſolus. in princip. Et no. in l. quamuis. quòd
1 †aliqua res hæreditaria non eſt hæreditas nec pars hæreditatis, nimirum, quia hæreditas conſiſtit in iure etiam ſine aliquo corpore, vt l. hæreditas. de peti. hæredi. Res vero conſiſtunt in corpore, vnde ſicut corpus ipſum vīe non perficitur, nec cōficiē ex partib. corporalibus, ita & res corporales non poſſunt dici pars corporis vniuerſalis. Sed ſi eſſet aliquod totum vniuerſale conſiſtēs in corpore, vt eſt grex, vel domus, tunc res particulares poſſunt dici pars illius corporis, vt l. eum qui ædes. de vſucap.

LEX XVI.

SI quis. Repudians ex teſtamēto, ſi non poſſidet ab inteſtato, nec participauit fraudē cum alio, vt ille poſſideat, licèt fecerit in fraudem legatorū, non incidit in hoc edictum, quia nō tenebatur pro lucro illorum ſe implicare oneribus hæreditariis, ſi tamen erat grauatus fideicommiſſo vniuerſali, vnde poteſt compelli adire commodo fideicōmiſſarii, quia non poteſt ſuſtinere damnum propter Senatuſconſul. Trebel. hoc dicit iſta l. not. & clauis in iſto titulo, quia dat intellectum ad omnes alias, & ſubſtantiam tituli. In textu ibi, excluduntur legatarii, quia non poſſunt agere contra repudiantem, nec contra poſſidentem ab inteſtato. ſi ille non participauit fraudem cum repudiante. & hoc vult gl. hic, quæ incipit, neque. & hoc vult gloſ. hic & bene, quòd ſi repudians fecit in fraudem, ſi tamen poſſeſſor non participauit cum eo, non tenetur. & fuit opin. Azo. Alii tenuerunt contrarium, quod ſequitur Pet. in l. j. C. eo. ſed iſta vera ſecundum Bart.

SVMMARIVM.

1 *Actio, quæ competit ex hoc edicto, eſt prætoria.*
2 *Aditio facta ab inteſtato quòd fingitur facta ex teſtamento.*
3 *Incidens in hoc edictum, quòd nō perdit falcidiam, nec aliquam aliam partem ſibi debitam.*

LEX XVII.

1 DVo hæredes. †Nota hic dum dicit, prætorio iure. quòd actio, quæ competit ex hoc edicto, eſt prætoria, nam de iure ciuili poſtquam hæreditas non eſt adita ex teſtamento, non poſſet dari actio, quia legata pereunt, vt ſupra l. proxi. in
2 verbo, intercidunt. ſed ſuſtinentur per prætorem. † Item nota quòd iſta aditio ab inteſtato fingitur fuiſſe facta ex teſtamento.
3 Item nota in fi. quòd † ille, qui incidit in hoc edictum, non perdit Falcidiam, nec aliquam aliam partem ſibi debitam in bonis teſtatoris, vt s. eo. l. qui autem.

LEX

LEX XX.

SI filius. Si quis poteſt hæreditatem adire ex teſtamẽto ex perſona filij, & magis voluit ab inteſtato, incidit in hoc edictum h.d. Item ſi potuit habere ex perſona ſerui, vt ſ.eo.l.j.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Legata, quæ valent, etiam ſi hæreditas non adeatur ex teſtamento, an debeantur per hoc edictum, ſi teſtator illa fecit ſub conditione, ſi adeatur hæreditas.*

2 *Teſtator ſi facit mentionem de hærede, quòd intelligitur de hærede ex teſtamento.*

LEX XXI.

SI in teſtamento. Per hoc edictum cõſeruantur legata, quæ habebant dependẽtiam ab aditione hæreditatis diſpoſitione legali non facto teſtatoris. Et ideo conueniẽs
fuit prouidere, ꝙ conſeruaretur voluntas eius, ex quo ſibi nihil
fuit imputandum, non autem conſeruatur portio hæreditatis
relicta per teſtatorem ſub conditione, ſi alius cohæres hęredita
tem adiuit, quia tunc pendet ab aditione cohæredis, facto teſta-
toris, nõ ex diſpoſitione legali, vnde eſt quid ſibi imputet, cur in
illum caſum ſuſpẽdit, & ideo ſibi non prouidet, per hoc edictũ.
h.d. iſta l.no. & pulchra, quæ nõ eſt alibi ſm quoſdam. In gl. ibi,
& ſi Titius hæres erit, Mæuius hæres eſto. ex quib. vr̃ inſtitutus
in dimidia Titius pure, & Mæuius ſub conditione, ſi Titius adi
bit. In tex. ibi, quia aliter. Vult dicere, ꝙ ideo per hoc edictũ pro
uidet legatis & fideicommiſſis, quia illa habent dependentiam
ab aditione, non facto teſtatoris, quia ipſe non poteſt eam relin
quere, niſi ab hærede, ſed ex diſpoſitione legali. In caſu vero no-
ſtro potuit iſtum Mæuium inſtituere pure, & tunc non habuiſ-
ſet dependentiam ab aditione Titij, quia vnus inſtitutus non ca
pit portionem cohæredis a cohærede, ſed a ſeipſo, imputet ergo
ſibi teſtator, ſi fecit inſtitutionem Mæuij pẽdere ab aditione Ti
1 tij. Et per iſtam legem videtur dicendũ, † quòd cum ſint aliqua
legata, quæ valent, etiam ſi hæreditas non adeatur ex teſtamen
to, vt no. in l. eam quam. C. de fideicom. quòd ſi teſtator illa fe-
cit ſub conditione, ſi adeatur hæreditas, non conſeruet̃ per hoc
edictum, quia eſt quid imputet̃ ſibi. Tene menti, quia puto hoc
veriſſimum. Sed oppo. nam ſemper poteſt imputari teſtatori,
quare legata non repetit ab inteſtato. gl. hic ſecunda ſoluit. Tu
dic melius, quòd bene imputat̃ ſibi, ſi facit id, quod facere non
debebat, vel nõ habebat neceſſe, vt hic. Sed non ſic imputatur,
ſi non facit id, quod facere non poterat, quia plus delinquitur fa
ciendo, vt no. glo. j. tit. j. l. diuus. & habetis C. de lib. & eo. lib. l. 2.
2 & ibi per Bal. No. etiam hic primam gloſ. † quæ ſemper allega-
tur, quòd verba teſtatoris, quando facit teſtamentum, ſi facit
mentionem de hærede, vel dicit, ſi hæres erit, intelligitur in po-
tiori ſignificatu, ſcilicet ex teſtamento. Et probatur in l. qui libe
ris. §. hæc verba. de vulga. & pupil.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quiſquis, diſtributiua plurium, tamen in vno verificatur.*

§. Si quis. Relictum ſubſtituto vulgari confirmatur per hoc edictum, ſi tam inſtitutus quàm ſubſtitutus repudiauerit ex teſtamento, & ſolus inſtitutus habeat ab in-
teſtato, licèt potuerit ſubſtitutus totam hæreditatem habere ex
teſtamento. h. d. Cui fortiter contradicit l. ſi non ſolus. §. j. ſ. eo.
Sed ſolue, vt ibi dixi. glo. etiam hic ponit aliam ſolutionem, quę
eſt bona in ſe, quòd iſte ſubſtitutus habuit iuſtam cauſam re-
pudiandi ex teſtamento. propter quam excuſatur, ne incidat in
hoc edictum, quæ ſunt plures, vt dixi in l. j. & l. quia autẽ. §. non
ſimpliciter. Et pro hoc facit tex. dum dicit, iuſtam cãm. Ego pu-
to, ꝙ ſatis ſit iuſta cã, ſi voluit onerib. hæreditarijs implicari, q̃-
tum ad hoc, vt cõſeruet̃ legatum ſibi factum, licèt q̃tum ad eui-
tandum hoc edictum requireretur, ꝙ aliter eſſet iuſta, vt in lo-
cis præallegatis dixi. Præterea hic nihil poſſidebat, nec pecuniã
receperat, vt alius poſſideret, & ideo non requiritur illa iuſtitia
cauſæ, quæ requiritur, quando repudiat ex teſtamento, & adit
1 ab inteſtato. Vltimo allegatur iſte † tex. quòd dictio, quiſquis, li
cèt ſit diſtributiua plurium, poteſt tamen de vno verificari, &
ad vnum ſolum referri, quia hic nõ poterat referri ad Titium,
cum ſolus Titius eſſet inſtitutus, & Mæuius ſubſtitutus. Cui
Mæuio fuit factum legatum, ſi non hæres erat. Ergo illa verba,
quiſquis mihi hæres erit, de ſolo Titio poſſunt intelligi hic. Dic,
vt l. qui liberis. §. hæc verba. de vulga. & pupil.

SVMMARIVM.

1 *Conditio rei in pari cauſa turpitudinis potior eſt.*

LEX XXII.

SI filius. Si emancipatus pręteritus non Intent. contratab. filij inſti. ſi omiſſa cõtratab. & ſm tabu. accipiunt hæreditatẽ ab inteſtato, tenentur oĩbus pręſtare legata, non ſolum perſonis cõiunctis. Itẽ collatio dotis non fit ſubſiſtente cã teſtati, licèt ficte. h. d.
In tex. ibi, ponit. Innuit ergo, quòd noluit, licet potuerit. Et iſtud
ſoluit cõtrarium de l. quia autem. §. j. ſ. eo. vbi potuit, & noluit,
vt ibi dixi per l. nonnunquam. de lega. præſtan. In fi. tex. ibi, cum
vt ſcripta &c. No. ꝙ licet iſta filia ſimul cum fratre participaue-
rit fraudem, vt omitterent ex teſtamento, & haberent ab inteſta
to, nihilominus poteſt contra fratrem petentem ab ea dotẽ con
ferre, iuuare ſe de dicta fraude, dicẽdo, quòd propterea fingun-
tur habere hæreditatem ex teſtamẽto, licet re vera habeant ab
inteſtato, vt ſ. eo. l. ſi duo. & ideo ceſſat collatio, quæ iure iſto nõ
habebat locum ex teſtamento, ſed ab inteſtato tantum, licet ho
die ſecus, in auth. ex teſtamento. C. de colla & hoc excipiendo,
& ſe defendendo contra participem fraudis, vt hic patet. Sed
1 † agendo & impugnando non poſſet, quia allegarent ſuam tur-
pitudinem, & in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio rei,
quàm actoris, vt l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verbo. obli. de mate-
ria autem gloſ. quæ eſt hic, qualiter debeantur legata ex teſta-
mento, quod poteſt contratabulari, in l. & ſi contra. ſ. de vulga
& pupil. l. fi. de lega. 3.

SVMMARIVM.

1 *Actio contra pupillum, num ex tutoris dolo detur.*

LEX XXIII.

SI dolo. Ex dolo tutoris datur actio ex hoc edicto contra pupillum, quatenus ad eum peruenit ex dolo, & eodem modo cõtra adultum ex dolo curatoris. h. d. Ex dolo vero proprio datur etiã vl-
tra quam peruenit, vt patet in l. & ſi non totam. ſ. eo Hic eſt vna
1 glo. quæ ſemper † allegatur pro ſingulari, quæ ponit vnã diſtin-
ctionem, quæ alibi nõ habetur, an pupillus teneatur ex dolo tu-
toris, de quo articulo plures leges loquuntur, tamen iſta diſtin-
ctio non eſt perfecta, ideo melius dic, quòd aut pupillus ex do-
lo tutoris factus eſt locupletior, & quæritur, an teneatur quate-
nus ad eum peruenit, & indiſtincte dicẽdum eſt, ꝙ ſic, vt hic, &
l. 3. ſ. qñ ex facto tut. & de doli exce. l. apud Celſum. §. Iulianus.
& de tribu. l. 3. §. j. Aut non eſt factus locupletior, & tunc aut tu-
tor deliquit extra adminiſtrationẽ, & pupillus in nihilum tenet̃,
vt l. neq; interdicto. de reg. iur. Aut delinquit, vel dolum cõmit-
tit in actu pertinente ad adminiſtrationẽ, & tunc aut colludẽdo
cum aduerſario, & non nocet pupillo, vt l. meminerint. C. vnde
vi. Aut non colludendo cum aduerſario, & tunc aut pœna, quæ
imponitur, non poteſt cadere in tutorem, ſed in pupillum ſic, &
tũc nocet pupillo, vt teneat̃ ad illam pęnã, ſed recuperat a tuto-
re, nec liberat cedendo actionẽ. Ita loquit̃ l. Polla. C. de his quib.
vt indignis. Ideo ſi ſtatutum dicat, ꝙ producens falſos teſtes per-
dat cauſam, & tutor in cauſa pupilli produxerit falſos teſtes, ipſe
pupillus perdet cauſam, quia iſta pœna non cadit in tutorẽ, qui
non habebat cauſam. tene menti. Aut illa pœna æque bene ca-
debat in tutorem, vel dabatur actio ad intereſſe, & tunc poſtquã
dolus eſt cõmiſſus in adminiſtratione, pupillus mero iure tene-
tur inſolidum, vt l. illud. ſ. de euictio. tamen liberatur cedendo
actionem contra tutorem, vt l. fi. ſ. de adminiſt. tuto. ſiue tutor
ſit ſoluendo, ſiue non, & illa lex limitat multas alias, & ſecundũ
prædicta poteſt intelligi hæc lex dum dicit, quatenus poſſidet.
quod tenetur ſcilicet in effectu. ſed mero iure tenetur inſolidũ,
ſed liberatur cedendo actionem, quatenus non poſſidet. & vide
Bar. in l. j. §. ſi procura. ſ. ſi quis ius dicen. non obtempe.

SVMMARIVM.

1 *Licentia repudiandi quòd non videtur data inſtituto, cui eius ſeruus eſt ſubſtitutus.*

2 *Veritas & fictio in eodem ſubiecto, licet inter ſe contraria ſint, quòd concurrant in odium doloſi.*

LEX XXIIII.

QVi ſeruus. Dominus omittẽs inſtitutionem ex perſona ſua, etiam amplectendo ſubſtitutionem ex perſona ſerui, tenetur ad legata tã relicta in inſtitutione, quàm in ſubſtitutione,
quia ex vtraque cauſa eſt hæres, ſcilicet ex ſubſtitutione vere, &
ex inſtitutione ficte. hoc dicit. In textu ibi, adire iuſſit. ſcilicet ex
ſubſtitutione repudiata inſtitutione, quod facere videtur eoipſo,
quòd iuſſit, vt ex ſubſtitutione adiret. ſ. de acqui. hæredi. l. il-
1 lud. Et no. hic, quòd licet † videatur data licentia repudiandi ex
inſtitutione, quando inſtitutus fuit ſibiipſi ſubſtitutus, vt ſ. e. l. j.
§. ſi proponatur. non ſic quãdo fuit ſibi ſubſtitutus ſeruus eius.
& idem ſi filius, vt j. proxi. & tamen ſeruus vel filius reputantur
eadem perſona cum patre, vel domino. Nota etiam hic, quòd
2 † veritas & fictio ſimul concurrunt in eodem ſubiecto, licet ſint
inter ſe contrariæ ad puniendum dolum ſeu in odium doloſi,
quia ſubſtitutio & inſtitutio videt̃ur inter ſe contrarię cum ſub
ſtitutio fiat in defectum inſtitutionis, vt l. poſt aditam. C. de im-
pube. & alijs ſubſtit. regulariter autem ſecus, quia non concur-
runt fictio & veritas in eodem ſubiecto. Item veritas offuſcat fi-
ctionem, vt l. filio quem pater. ſ. de libe. & poſthu.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Honorem meum nemini dabo.*
Crudelis eſt, qui ſuam famam negligit.
Honor debet omni lucro præferri.
2 *Titulus inſtitutionis quòd ſit nobilior, quàm titulus ſubſtitutionis.*
3 *Legata ab inſtituto quando ſint repetita a ſubſtituto.*
4 *Suus, cui datus eſt ſubſtitutus vulgaris, an fiat de voluntario neceſſarius.*

LEX XXV.

IVlianus. Si pater omittit inſtitutionē ex propria perſona, & amplectitur ſubſtitutionem ex perſona filij, incidit in hoc edictū, ſecus econtra ſi omittat inſtitutionem ex perſona filij, & amplectatur ſubſtitutionem ex perſona ſua. h. d. iſta l. no. & magiſtra. In tex. ibi, ex ſnīa edicti præſtaturū. q. d. non ex verbis, qa edictum loquitur, qn̄ repudiauit ex teſtamento, & habet ab inteſtato, hic autem repudiauit ex teſtamento, & habet ſimiliter ex teſtamento. Sed quia eſt hic eadem ratio, quia voluit fraudare legata relicta a ſe, habet locum ſnīa edicti. Et iunge hic ver. non. n. qui eſt j̄. vbi ponit̄ rō huius primi dicti. Ex quo ver. no. †illud vulgare, honorem meum nemini dabo. in proprio filio, & qui ꝯfacit eſt reprehendendus. Item illud vulgare, ꝙ crudelis eſt qui negligit honorē ſuū, & ſuam famā. Itē ꝙ honor dēt lu
2 cro præferri, vt in gl. Item ꝙ titulus † inſtitutionis eſt honorabilior, ꝗ̄ titulus ſubſtitutionis, inde procedit rō, ꝙ filius dēt hr̄e legitimam iure inſtitutionis, nec ſufficit, ꝙ habeat titulum legati, quia primus titulus eſt honorabilior. ſic j̄. de leg. præſtan. l. filiū. §. ſed ēt ſi portio. in fi. & facit C. de neceſ. ſer. l. 2. Item ꝙ honorabilius eſt hr̄e ex ſua perſona filij, vel ſerui, licet repræſentent
3 eandem perſonam. No. ēt ex † iſto prin. ꝙ poſſunt eſſe legata relicta ab inſtitutione, quæ non cenſentur repetita a ſubſtitutione. Nam ſi cēſerentur repetita, non expediret dicere, ꝙ iſte inciſſet in edictū, quia iſta legata conſeruarent̄ ex volūtare defuncti, nec eſſet neceſſariū edictum p̄toris. Sed hoc qūo eſſe poteſt, cum ꝯrium ſit, vt l. licet Imperator. de leg. j. glo. & Doc. hic non tangunt, ſed alibi ſentiunt, ꝙ hæc ꝓcedant, qn̄ nominatim fuerūt relicta ab inſtituto, ꝑ l. j. §. id qd̄ ex ſubſtitutione. ad leg. Fal. tn̄ ille tex. de directo probat ꝯrium, ſi bn̄ inſpiciat̄, vt ibi dixi. Prę terea licet tunc illud ex proprietate verborū poſſit procedere, tn̄ ꝑ reſcriptū diui Pij ſtatutū fuit ꝯrium, de qua fit mentio in l. non iuſtā. j. ad Treb. & j̄. de leg. 2. l. ſi Titio & Męuio. §. Iul. Ego dico ſalua meliori deliberatione, ꝙ in iſto paſſu ſemper dubitaui, ꝙ iſtud dictū Doc. poſſit procedere. qn̄ poſt inſtitutionem & ſubſtitutionē facta fuerunt aliqua legata relicta nominatim ab inſtituto, quia tunc p̄ſumit̄ ꝙ voluerit relinquere a ſubſtituto, quia ſi voluiſſet, hoc dixiſſet expreſſe, vel ſimpliciter reliquiſſet. Si aūt poſt factā inſtitutionē, & ante factā ſubſtitutionē aliqua legata fuerint nominatim relicta ab inſtituto, cenſent̄ ēt repetita a ſubſtitutione poſtea facta, non virtute verborū, ſed ex cōſtitutione diui Pij. Et pro iſta diſtinctione benefacit, qd̄ in ſimili hr̄ in l. cum virū. in gl. vbi fit ſimilis diſtinctio, cū q̄rit, an legata veniant in fideicommiſſo vniuerſali. Tex. ergo iſte dēt intelligi in primo caſu poſt factam inſtitutionem & ſubſtitutionē, quo pr̄ nominatim fuit grauatus aliquibus legatis, vn̄ non cenſent̄ repetita a ſubſtitutione, iō conſeruant̄ per hoc edictum. In tex. ibi, qm̄ ſimilia. hic reſpondet tacitæ obiectioni, ꝙ poſſet fieri, ꝙ ipſe non incidat in edictum, poſtꝗ̄ filia fuit ſibi ſubſtituta, vt qa ſibi data fuit licentia repudiandi ex inſtitutione, & amplectendi ex ſubſtitutione, ergo &c. vt s̄. eod. l. j. §. ſi proponatur. Sed certe ibi loquit̄, ꝙ quis fuiſſet ſibi ſubſtitutus, hic vero alius, vn̄ non cenſet̄ inſtitutus, vt arbitrium relinquat̄ repudiandi, ſed vt teſtator non decedat inteſtatus in caſu quo inſtitutus pure velit repudiare, cum teſtator non potuerit ipſum cōpellere, vt adeat,
4 vel in caſu, quo modo pure adiret ex inſtitutione. ſic † ergo vr̄ hic tex. expreſſus contra cōmunem opinionem, quæ eſt, ꝙ dando ſubſtitutum vulgarem filio, fiat de neceſſario voluntarius, quia videatur ſibi data licentia abſtinendi. Bar. ſentiens ꝯrium hic multum ſe inuoluit. Tu tene quod dixi in l. filius hæres. de lib. & poſthu. quia veritas eſt, ꝙ non videt̄ data licentia, vt hic, & s̄. de acqui. hære. l. ſi ſolus.

LEX XXVI.

MAter ſecundis. Renunciās hęreditatem pupilli ex ſubſtitutione pupilli, vt eam habeat ab inteſtato, incidit in hoc edictum. h. d. primo. Itē inſtitutus non implens conditionē difficilē, licet ſit poteſtatiua, nō incidit. h. d. ſecundo. Itē non ſolū inſtitutus, qui repudiauit, incidit, ſed ēt alius ad quem hr̄ditas peruenit, ſi participauit fraudē cū repudiāte, hoc tertio, & vltimo dicit tota lex. No. hic in fi. dum dicit, participato. pro opinione Azo. quam ponit gl. s̄. eo. l. ſi quis omiſſa. ꝙ licet quis repudiauerit doloſe, & in fraudem, vt ad aliū perueniret hr̄ditas, ſi tn̄ ille non participauit fraudē cū repudiante, fraus & dolus illius non nocet, vt teneat̄ ex hoc edicto. Si aūt participauit, tunc aut nihil dedit repudianti, & ipſe ſolus poſſeſſor tenet̄ ad legata ex hoc edicto, vt hic, & s̄. eod. l. ſi quis pecuniā. aut dedit, & tunc dic, vt l. licet. s̄. eo. & quod dixi ibi.

LEX XXVII.

SI ſeruum. Dominus, qui ſeruum inſtitutū vendidit, antequàm aliàs iuberet ipſum adire, tenetur ad legata relicta ab ipſo domino, quia videtur habere ſeruum cum hæreditate, ex quo habet precium eius. hoc dicit. Et hoc videtur intelligendum, quando vendidit ipſum maiori precio propter hæreditatem, quā erat aditurus iuſſu noui domini. Vel dic, quòd etiam ſi non maiori precio, ſi tamē ſciuit hæreditatem delatam, idem & imputet ſibi quare non maiori precio vendidit.

§. Inſtitutus. Per hoc edictum conſeruatur & fideicō miſſum vniuerſale. hoc dicit. videbat̄ cōtrarium, quòd alia via erat ſuccurſum fideicōmiſſario vniuerſali, quòd non obſtante repudiatione, poſſet compellere repudiantem ad adeundum, quia non potuit repudiare in præiudicium eius, vt j̄. ad Trebel. l. nam quod. §. j. ſed certe ipſe non poteſt hoc imputare fideicōmiſſario, quare nō compuliſti me ad adeundum ex teſtamēto, poſtquam de hoc lucrum ſentit, quia habet ab inteſtato, vt l. cum in fundo. §. fundus. de iure do.

LEX XXVIII.

QVi omiſſa. No. hic in fi. quòd propter dolū ſuum non perdit omittēs ius patronatus ſeruorum ſuorum, quos compellitur manumittere: ſufficit enim, quòd manumittere teneatur, ac ſi ex teſtamento adiuiſſet, ſicut non perdit Falcidiam, vt s̄. eodem, l. ſi duo. in fi.

LEX XXIX.

QVi omiſſa. Omittens ex teſtamento, ſi non poſſidet ab inteſtato pro hęrede vel pro poſſeſſore, ſed aliquo iuſto titulo particulari lucratiuo, vel oneroſo, non tenet̄ ex hoc edicto. hoc dicit. Et declarat totum titulum. Item & intellige, quādo iſtum titulū acquiſiuerat per prius in vita teſtatoris, ſecus ſi poſtquàm repudiauit, quia vr̄ acquiſiuiſſe in fraudem, vt euitaret actionē ex hoc edicto, ideo ſibi non prodeſſet, quia ſemel incępit teneri ex hoc edicto, arg. opti. ad hoc s̄. eo. l. quia autem. §. non ſimpliciter. ver. certe ſi vacātia. & qd̄ ibi dixi. & in ſimili habetis de illo, qui cum teneret̄ peti. hæreditatis, & illam excluderet, acquiſiuit titulo alio, vt euitaret publicianam, vt no. in l. cogi. C. de peti. hæred. Et diſtingue breuius, quàm faciat Bar. hic, qui multum plene recolligit omnes caſus. Aut ille idem, qui repudiauit ex teſtamento, poſſidet bona hæreditaria, aut alius. Primo caſu aut poſſidet pro hærede, vel pro poſſeſſore, & tenet̄ hoc edicto, niſi habuerit iuſtam cauſam repudiandi, & quæſiuit iuſte. dixi in l. j. in prin. & in l. quia autem. §. non ſimpliciter. Aut poſſidet aliquo titulo particulari acquiſito in vita teſtatoris defuncti, & non debentur, vt hac l. ſecus ſi acquiſiuit poſt, vt s̄. dixi. Aut alius poſſidet, & tūc aut non participauit fraudem cum repudiante, & nō tenetur, vt l. ſi quis omiſſa. s̄. eo. Aut participauit, & tunc aut nihil dedit, aut dedit, vt s̄. eo. l. mater. §. fi. & l. licet. Aut poſſidet ipſe, & etiam alius, & tunc dic, vt s̄. eo. l. ſi non alius. in prin.

Ad ſenatuſcon. Sillanianum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum Titio & ſuæ domui, quòd conceſſum intelligitur toti familiæ.*
2 *Priuilegium conceſſum Titio & ſuo generi, quos comprehendat.*
Generis ſui appellatione, quòd veniunt deſcendentes ex linea maſculina, & etiam venit frater. Item & legitimati per curiæ oblationem.
3 *Et quid ſi dicitur, tibi & tuæ generationi, qui comprehendantur. nume. 3. vſque nu. 10.*
4 *Tibi & tuæ ſoboli priuilegium ſi conceditur, qui comprehendantur.*
5 *Tibi & tuæ progeniei.*
6 *Tibi & tuæ proli.*
7 *Tibi & tuæ genti.*
8 *Tibi & tuis poſteris. & nu. 11.*
9 *Tibi & tuo nomini.*
10 *Tibi & tuis deſcendentibus poſteris maſculis & fœminis.*

LEX PRIMA.

CVm aliter. Præmittit euidentiale pro toto intellectu tituli, hoc ſit loco ſummarij. In tex. ibi, domus. & hoc verbum exponit hic Iac. de Are. reiecta opi. glo. pro agnatione, quod Barto. improbat, & de ratione hic per eum dicens, quòd debet intelligi hoc caſu
1 domus pro tota familia. Et ex hoc no. † quòd priuilegium conceſſum Titio & domui ſuæ, toti familiæ conceſſum intelligitur. & pro hoc habes gl. quę ſimiliter exponit in l. cū vnus. j̄. de ali. & cib.

cib.leg.& l.vnica.C.ſi quacunque prædi. poteſt. Qui aũt appellatione familiæ cõtineantur?dictum eſt in l. pronunciatio. §.fi.
2 cum l.ſeq.j.de verbo.ſigni.& in l.fi.C. eod.titu. Et ex hoc † verbo Bar.conſueuerunt quidam ponere de intellectu verborũ,q̃ quotidie in priuilegijs ponuntur,vt puta,tibi & tuo generi,proli,& ſimil.& iõ tũ ad pleniorẽ intellectum ſcias, ꝙ aliqñ conceditur priuilegium tibi & tuo generi, & tunc generis appellatione tm̃ comprehẽduntur hi, qui ex maſculina linea deſcendũt, vt l.j.in fi.de iu.immu.fallit fauore libertatis,vbi nati ẽt ex familia cõprehenduntur,vt l.j.de lib.cau.Item & generis appellatione frater etiam continetur,vt l.eum qui.j̃.de interdic. & releg. Et legitimati per curiæ oblationẽ,quia de alijs non eſt dubium,
3 de natu.lib.l.cõmunium.circa mediũ. Aliquando † cõceditur tibi & tuæ generationi,& tunc puto idem,quod in ſuperiori.dixit tamen quædam glo.iuris canonici,quòd tali caſu etiam ſpurij cõprehenduntur,in c. ſtatutum . extra de hære.lib. 6. Aliqñ
4 tibi † & tuæ ſoboli, & tunc cõprehenduntur nati ex maſculina & fœminina ſobole,& hoc probatur in l.j.ſ̃.ſolu. mar.& in l.j. C.ne re.do. vel templ.in fi.de bon.poſſ.& in l.3. de natura.liber. vbi etiam ſub tali verbo per curiam legitimati cõprehẽduntur.
5 † Aliquando tibi,& tuæ progeniei,& tunc nati tantum ex linea maſculina.hoc probatur in l.fin.C.de do. promiſſ. cum l.dedit dotem.de col.bo.& in d.l.pronunciatio.§. familiæ. Aliquando
6 † tibi & tuæ proli,& tunc tantum illi,qui appellatione liberorũ continentur.hoc probatur per tex.no.in l.officiales.C. de epiſc. & cle.& in l.diui.circa fi.de natu.liber. vbi ẽt ſub tali verbo legi
7 timati cõprehenduntur. Aliquando tibi & tuæ genti, † & tunc videtur probari ex vno tex.in l.j.ſm̃ expoſitionẽ glo. ſ̃. de prob. quod agnati & etiam cognati comprehenduntur. Aliquando
8 † tibi & tuis poſteris,& tunc dicas,ꝙ aut ſumus in materia ſucceſſionis,& tunc ẽt comprehenduntur nati ex fœmina. Ad hoc C.de inſti. & ſubſti.l.generaliter.circa princip.& l.cum acutiſſimi.de fidei. Aut ſumus in priuilegijs circa alia, & tunc omnes in infinitum ex maſculina linea nati,nõ ex fœminina cõprehẽduntur. Ad primum de iu. immu.l.4.C.de decu.l.neque decretum.in gl.Ad ſm̃,d.l.j.in fi.de iu.immu.& in c.1.de feudo Mar. Et hoc in fauorabilibus,quid autẽ in odioſis?vide extra de pœ.
9 c.vbicunque.lib. 6. Aliquando tibi † & tuo nomini, & tunc illi ſub hoc nomine cõprehenduntur, qui cõprehenduntur appellatione familiæ,ſm̃ glo.no.in l.is qui cum plures.j̃. de lega.3.& facit de condi.& demon.l.illis libertis,& ſic vr̃,ꝙ non cõprehendantur deſcendentes ex linea fœminina,vt in d.§.familiæ.cum
10 l.ſeq.Adde tamen vnum ſing.ꝙ † ſi dicatur, concedimus priuilegium tibi & tuis deſcendẽtibus poſteris maſculis & fœminis, ꝙ non cõprehenduntur fœminæ, niſi virgines, aut viduæ ſint, & ſic non nuptę.tex.eſt,qui non eſt alibi ſm̃ Bar.in l.quoties.C. de priuileg.ſcho.lib.12.& ita de facto dixi & obtentum fuit. Et
11 adde † ad illud verbum,poſteris.l.Iuriſconſultus.§. poſteriores. ff.de grad.& l.quod his verbis.de leg.3.

§.Domini appellatione. Dominus eſt, qui proprietatem habet, licèt non vſumfructum, non autem qui bona fide poſſidet, aut vſufructuarius tantum , & de hac materia dicetur j̃. ead. §. domini. vbi me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Domus delinquentis ſi ex forma ſtatuti debet deſtrui, an deſtruetur illa, quæ creditoribus eſt pignorata.*
2 *Vxor an poſſit defendere deſtructionem domus mariti delinquentis ratione dotis.*
3 *Guaſtum ſi debeat dari in bonis delinquentis, an dabitur etiam in bonis, & fructibus coloni.*
4 *Fructus poſſeſſionum illius delinquentis, qui illos uendidit pro decem annis,ſi deſtrui debent ex forma ſtatuti,an deuaſtabuntur.*
5 *Statutum,quòd domus delinquentis deſtruatur,an ualeat.*
6 *Exiſtentia conditionis,licèt faciat dominium rei legatæ in legatarium trãſire,attamen non fingit retro.*

§.Seruus pign. Quantum ad necẽ dñi pertinet, ſeruus pignoratus ſub dñio dñi eſſe dicitur.hoc dicit.Item ſimiliter & ille,qui ſub conditione legatus
1 eſt.hoc dicit.§. ſerui. Et primum §.inducit Iaco.de Are.† an domus pignori data propter debitorem delinquentem ex forma ſtatuti deſtruenda ſit, non obſtante creditorum defenſione? dicit per hunc tex.ꝙ ſic.Quantum enim ad pœnas pertinet, habetur ac ſi non fuiſſet pignorata,vt hic videtur tex.dicere.hoc impugnat hic Bar.quem ẽt hic ſequitur Bal.& de ratione, vt hic p eos.Pro Iaco.de Are.facit, ꝙ non obſtãte pignoratione domus in dominio debitoris manet,C.de pigno.actio.l. pignus. ubi ẽt de hoc per Cy.& Bal.C.de pig.l.ſi dominium. ergo vendicat ſibi locum ſtatutum de domo delinquentis loquens. Pro Bar.& ſequacibus induco,quia creditor habet actionem cõtra pignus deſtruentem,ſ̃.ad leg.Aquil.l.qui occidit.de pigno. l. ſeruum, quem. Ergo multo magis contra fiſcum exceptionem, ne deſtruatur, vt in regula iuris,l.inuitum.§.cui damus.de regu.in.cũ ſimi.Item ſi pignus perueniret ad fiſcũ, creditor haberet actionem.Ad hoc C.ad leg Iul.de vi.l.ſi tutoris.j̃. eod.l. cum fiſco.ad Treb.l.recuſare.§.ſi fiſco.C.de fideicom. lib.l.j. ergo tanto magis exceptionem, vt dixi.Pro Bar.tamen multũ vrget l.j.de pen. fiſ.credi.præf.lib.x.quam ipſe allegat Albe.de Roſa. in tract.ſtatutorum,in quarta parte, in prin.ſequitur opin.Iac.de Are.Ego putarem dicendũ, ꝙ aut creditor habuit prius in pignus illã domum abſq; fraude,& tunc ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter ſibi obligata ſit, non video cur in hoc faciant dubitationẽ, quia & præcedens gñalis pign.obligatio,ſiue ẽt ſpecialis poſteriori tacitæ, quam fiſcus ſecundũ vnam opi.in bonis delinquentis dicit̃ habere,vt no.in l.reſcriptum autem.de pac. in glo. cum ſim.& per Bar.de dona.l.poſt contractum , tanq̃ poſteriori præfertur, l.qui generaliter.& l.ſi pignus ſpecialiter. qui po.in pig. hab.& l.ſi ignorante.cum ſimi.C. de remiſ. pig. Si tamen creditor deſtructa domo ex cęmentis tantum eſſet habiturus,ꝙ ſibi ſatisfaceret,& tũc poſſit habere locũ opi.Ia.de Are.& ſentit Cy. in d.l. pignus.tunc enim compellitur facere,qđ ſibi non noceret,& fiſco prodeſſet,l.2.cum ſi.ſ̃.ſol.ma.Et ne maleficia remaneãt impunita. Si autẽ ex cęmentis tm̃ non conſequeret̃, & tunc qa in domo non põt hr̃e locum deſtructio, iudex permutabit aliam pœnam,l.hos accuſare.§.fi.in fi.de accuſa. Aut nihil habet, vbi poſſit pœna permutari, & tunc maius eſt actio, quàm inopia debitoris excludit,l. itaq; fullo. de fur. de dolo. l.nam is.& ideo tunc luat in corpus,vt l.ſi quis id quod.de iuriſ.om.iud. Aduerte tñ,quia nõ vr̃ eſſe opus iſta diſt.per caſum l. res quæ. in §.res aũt.j̃.de iu.fiſ.ad quẽ miror Doc.nõ aduertiſſe.vr̃ enim hanc q.
1 decidere,ꝙ ſi fiſcus vult domũ, debet prius ſoluere id ad quod
2 debitor creditori tenebatur : vnde ibi vr̃ caſus pro hac q.† & ex hoc deciditur hæc qõ poſita per Ang.& Bal.in d.l.pig. & latius per Albe.in d.parte 4.videlicet,an vxor poſsit defendere deſtructionẽ domus mariti ratione dotis.& dicendũ eſt, ꝙ ſic,qa præfertur omnibus alijs creditoribus, quod tamen intelligas ſecun
eſt, ꝙ ſtante conſuetudine villam teneri ad emendationẽ dam-
num paſſi in territorio, oportet prius probari ipſum patientem
damnum, per hoc ipſum paſſum fuiſſe. ad hoc ſ. de teſtam. mi-
li. diuus. & quod ibi per Bar. Item ad hoc, vt inſtrumentũ guarẽ
tigiatũ mereaẽ executionem, prius oportet probare guarenti-
giam interueniſſe, vt in ſimili de ſententia dicimus, vt l. 4. §. con
demnatum. ff. de re iudi. & ibi per Bar. putarem tamen, quòd ſi
probatio prædictorum interueniſſet, poſt hoc non vitiaret ex-
ceptio præpoſterationis, niſi opponatur, vt l. ſi mancipium. §. ſi
communi diuidundo. ſ. de euictio. & per gl. no. in l. ſi probatũ.
C. communi diuidundo.

Quæſtionem. Declaratur hic, quid contineatur ap
pellatione quæſtionis, & adde l. ſed
vnius. §. quæſtionis. aliàs, item apud Labeonem. j. de iniur. vbi
plenius declaratur, quid verbo quæſt. contineatur. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter cubiculum & domum.*

2 *Dieta, hoc uerbum raro in iure ciuili inuenitur.*

3 *Interpretationi de uerbo dubio factæ ſtandum eſt.*

4 *Vicinorum appellatione, qui comprehendantur.*

5 *Statutum puniens acrius delictum commiſſum a primo ſono campanæ de nocte citra, an comprehendat delinquentem in loco, ubi campana exaudiri non potuit.*

6 *Nox naturalis quæ dicatur.*

7 *Abſentes a uilla, quòd non teneantur ad emendam damni commiſſi in eius territorio, licèt uilla non ceperit malefactorem.*

§. Hoc autem. Senatuſconſultum habet locum tm̃
in his ſeruis, qui ſub eodem tecto cõ
ſiſtentes, quo dominus occiſus fuit, eidem auxilium non dede
runt. Et qui ſub eodem tecto eſſe intelligantur quantũ ad hanc
1 materiam, declaratur. hoc dicit. No. †drĩam eſſe inter cubiculũ
& domum, ꝙ Bar. inducit ad materiam l. libellorũ. de accuſa. &
2 dic vt ibi per eum. Item no. hic de verbo, dietam. † quod voca-
bulum raro inuenitur in iure ciuili. de hoc dicas per Canon. in
3 c. ſtatutũ. de reſcrip. in 6. Item † no. in verſi. & ait Sextus, ꝙ cum
ſæpius interpretatio ſuper quodã verbo ſtatuti dubio emana-
uit, ꝙ ſi eius intellectus iterum in dubium referetur, interpreta
tioni ſæpius factæ ſtandum eſt. Et inducitur iſte ver. ad id quod
4 quæri † ſolet, qui vicinorum appellatione comprehendantur,
quia vr̃ per hunc tex. ꝙ vicini intelligantur, quoad vox exaudiri
p̃t, de quo hic, & plenius dicetur in l. ſi tertius. de aqua plu. arc.
5 Item idem † verſi. inducitur hic per Bar. ad qõnem, dicit ſtatu-
tum, ꝙ maleficia cõmiſſa de nocte acrius puniantur, q̃ de die, et
diſponit ꝙ nox intelligatur a primo ſono campanæ de ſero vſ-
que ad alium ſonũ de mane, & ſic inducit noctẽ fictã, mõ qui-
dam delinquit in loco, vbi cãpana, quæ initiũ noctis denotabat,
non potuit exaudiri, an talis puniẽdus ſit pœna ſtatuti? Et refert
hanc qõnem diſputatã fuiſſe per Ia. Butrig. diſtinguentẽ, & hoc
ipſe tenet, ꝙ aut tale delictũ cõmiſſum fuit de nocte, vera ſcili-
cet, & tunc habeat locum ſtatutũ, & de rõne dic, vt hic per eũ.
Aut cõmiſſum fuit in nocte ficta, hoc eſt in ea, quæ per ſtatutũ
inducebatur, & tunc locum pœna ſtatuti non habet, quia tunc
intelligitur delictum eſſe cõmiſſum, quando vox auditur, aliàs
non, vt in hoc tex. Adde ꝙ Bal. in l. fi. C. de his quib. vt indig. pri-
mũ membrum diſtinctionis Bar. intelligit, niſi ſtatutum expreſ
ſe ſe reſtringeret, ꝙ pœna illa non habeat locum, niſi in delicto
cõmiſſo in nocte ficta, quia tunc cum caſus noctis vere ſit omiſ
ſus a ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris cõis. Allegat c. ſuſpe-
cta. de reſcri. in 6. l. ſi cum dotẽ. ſolu. mat. l. 3. C. de inſti. & ſubſt.
l. ſi extraneus. de condi. ob cauſam. cum ſi. & qđ plene no. in l.
Gallus. §. & quid ſi tm̃. de lib. & poſthu. Secundũ aũt membrũ
indiſtincte ſequitur. mihi aũt vr̃ aliter fore dicendũ, videlicet, ꝙ
aut iſte non audiens non audiuit ꝑ vitium accidentale, qa erat
in loco remoto, & tunc non vr̃ verum dictum Bar. quia licet au
dire non potuerit, attñ conſiderare debuit conſuetum tempus,
quo campana pulſabatur. Moueor per l. liberorũ. § j. verſi. præ-
tor enim. de infa. & quod ibidẽ no. Bal. in ſimilibus terminis, di
cens, ꝙ ſtante ſtatuto prædicto, licèt campana non pulſetur, vt
puta tempore quo eſt prohibitum, attñ tunc debet inſpici cõis
conſuetudo, & tp̃s ſecũdum quod alias ſolebat pulſare. Dubia
enim ſecundum conſuetudinẽ interpretamur. ad hoc C. loca-
ti. l. licet. & l. ex empto. & quod ibi no. de act. emp. & de ꝯhẽ. em
ptio. l. ſi iactum retis. in gl. vnde licet caderet excuſatio ꝑ inau-
ditũ ſonum, attñ hoc tollitur, quia cõſiderare debuit cõem cõ-
ſuetudinẽ & ſolitũ tẽpus. Aut talis inauditus non obuenit pro-
pter accidens, ſed ꝑ vitium naturale, puta qa delinquens erat
ſurdaſter, & tunc dico talẽ excuſari a pœna ſtatuti. ad hoc l. 3. §.
ſi ſurdus. j. eo. & l. i. §. 2. de poſtu. & qđ ibi no. & hoc tm̃ caſu puto
6 locum habere ſm membrum diſtinctionis Bart. Quę † autem
dicatur nox naturalis? dic vt per Bar. in l. aut facta. §. tempus. j. de
pœnis. & in l. qui duos. de ma. teſta. & per Bal. & Barto. in l. Ti-
tius

tius. §.j.ſ.de libe.& poſthu.& l.hæc verba.j. de verbo.ſigni.& l.
7 2.C. de cuſto. re. Et facit † etiam ſecundo hæc litera ibi in eadẽ
regione, ꝙ ſi ex forma ſtatuti teneatur villa de damno cõmiſſo
in eius territorio, ſi delinquentes non capiat, ꝙ non teneantur
abſentes, per hunc tex. ad quod j. de mag. conue. circa prin. quę
optime facit, & quod no. Bar. in tractatu repreſaliarũ. & in l. j. ſ.
quod quiſque iuris, & ibi determinat Alb. in tractatu ſtatutorum, in ſecunda parte, licèt communiter obſeruetur ꝯriũ &c.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus an teneatur ſalutem ſuam ſaluti domini uel filiorum anteponere.*
2 *Proditor quòd dicatur ille, qui ueneno necat.*
3 *Vaſallus an teneatur dominum contra filios iuuare, & quid econtra.*

§. Iuxta hoc. Serui ſaluti dñi ſuam anteponere nõ te-
1 nentur. h. d. In glo. fi. † no. glo. ꝙ vaſalli te
nentur ſalutẽ dñi ſuæ anteponere, quæ tñ eſt falſa, qa hẽs gl. in
c. j. quibus mo. ſeu. amit. ꝯriam. col. x. & eſt caſus in c. ſi a morte.
de alie. ſeu. p̃rni. Et eodẽ mõ dicimus, ꝙ non tenetur dñm de-
fendere ꝯ ſe, vt plene diſputat glo. in c. 1. hic finitur lex Cor. in fi-
ne. & eſt caſus in c. 1. §. porro. quæ ſir cã beneficij amit. vbi ẽt dr̃,
ꝙ permittitur ei dñm ſe volenẽ defendere, proditoriè necare,
2 & ibi habetis caſum no. † ꝙ proditor dr̃ ille, qui veneno necat, ꝑ
quo vr̃ tex. in §. occiſorũ. ſ. eo. Et iõ ibi hic addas ad dicta p Bar.
3 in l. reſpiciendũ. j. de pœnis. Quid tñ dices, † an teneatur dñm ꝯ
filios ſuos iuuare, vel ſalutẽ dñi filijs anteponere: hẽs caſum, ꝙ
ſic, in c. 1. hic fi. lex Cor. Et eodẽ modo dñs vaſallos ꝯ filios, & ſi
hoc non facit, a proprietate feudi cadit, & vaſallus ſuam exit iu
riſdõnem, caſum habes in c. 1. de for. fideli. & in c. dño confiten
te, ſi de feu. fuerit contro. & contra glo. inducunt quidam tex. in
c. petitor. de iureiur. & in l. humanitatis. de excu. tu. & in l. quicquid. communia prædio. teneas tamen vt dixi ibi.

SVMMARIVM.

1 *Conclaue quid ſit, & qualiter accipiatur.*
2 *Vaſallus tenetur denunciare domino, ſi ſcit aliquem domino mortem minantem.*
3 *Filia fœmina quod ita requirenda eſt in pace fieuda de nece patris, ſicut maſculus.*
4 *Auxilium, quod etiam detur uoce & clamoribus.*

§. Potuiſſe autem. Omni mõ quo fieri põt, ſiue
voce, ſiue corpore ſeruus ſeu
1 ancilla dominũ iuuare tenetur. h. d. aliàs punitur. No. ex † prin-
cipio de verbo, ꝯclaui, qđ verbũ qualiter intelligat̃ vide in c. vbi
periculũ. de elec. in 6. & in cle. j. de iureiurã. & l. qđ ꝯclaue. ff. de
dam. infec. In tex. ibi, qui dicit percuſſorẽ, ergo &c. No. ſm̃ vnũ
2 intellectũ, ꝙ tenetur ſeruus denũciare dño ſuo, ſi aliquẽ ſentit
dño ſuo mortẽ minantẽ, & eodẽ mõ vaſallus, vt d. c. 1. §. porro.
3 quæ fuit prima cau. bene. amit. Itẽ no. † ſiue corpore &c. tex. cõ.
glo. quã alibi alleg. Ang. pro ſing. in c. 1. qui feudũ dare poſ. in v.
ſi. feu. de qua plene dixi poſt eũ. & Bal. in l. pro hærede. ff. de acq.
hære. dicentẽ, ꝙ mulier faydã leuare non põt. Ex quo Ang. inferebat, ꝙ non eſt curandũ ſi filia fœmina non ꝯſentit paci factæ
de nece p̃rna, alijs filijs exiſtentibus, qa hoc eſt falſum, vt vides.
Ita enim dicit iſte tex. fœminã defendere poſſe ſuo corpore dominũ, ſicut & ſeruũ, ergo ita vr̃ ꝙ vindicare poſſit mortẽ paternã: vnde requirendus eſt eius ꝯſenſus. Pro quo facit bonus tex.
in l. j. C. de his qui defer. li. 10. & quod ibi per Ang. in apoſtillis.
4 Et adde hoc ad dicta per Bar. in l. pro hærede. §. fi. No. tertio † au
xilium, aut opẽ voce dari poſſe, qđ no. ꝯ illos, qui clamorib. auxi
liantur vulnerantibus alios, iuxta illud viri doctiſſimi. Vbi, cum
tyrunculus decertare incipiat, non erit incõmodũ, ſi vt pugiles
ſibilis, vocibus, ac nutibus adhortamur, ſic te currentẽ veteranus ipſe in uero fallendi aut inſerendi ictus rationes oſtendero.

SVMMARIVM.

1 *Dictio multi, uerificatur in duobus uel tribus.*
2 *Dictio plures, & dictio plurium, in quot uerificetur.*

§. Hoc reſcriptum. Cõcordat hic. §. cum §. hoc
aũt. ſ. eo. proxi. In glo. ſuper
1 vẽr. multa. dictio † ergo, multa, verificatur in duobus vel tribus,
de quo tñ videas glo. no. Inſtit. de lite. obl. §. multum. Quid de
2 † dictione, plures. vide. l. vbi numerus. ſ. de teſti. & per Bar. in l.
ſi gemina. j. arb. fur. cęſa. Quid de dictione plurium. glo. iuris ciui. dicit verificari in tribus. in Auth. de trien. & ſe. §. quod ſæpe.
ſuper ver. plurimorum. Ibi tamen dicit glo. 2. q. j. de multa verificari in 7. poteſt dici, ꝙ cum non ſit iure expreſſa eius ſignificatio determinata, iudicis arbitrio committatur. ad hoc ſ. de iure
delib. l. j. in fi. de offi. deleg. c. de cauſis. cum ſimi.

SVMMARIVM.

1 *Occiſus ſi aliquis reperitur, quando præſumatur occiſus ab illius inimico. Adde & uide Abb. in c. literas. col. 2. de præſumptio.*
2 *Inimicus quis dicatur, quod arbitrio iudicis.*
3 *Inimicus, qui & quando repellatur a teſtimonio.*
4 *Mortuus aliquis ſi reperitur ante oſtiũ alicuius, quando præſumatur mortuus ab illo, cuius eſt oſtium.*
5 *Repertus in ſtrata occiſus, per quam quis ire ſolitus erat, an præſumatur ab illo occiſus.*
6 *Statutum puniens portantes gladium de nocte, an comprehendat exiſtentes ſub porticu habentes arma ad pedes per terram. Vide Flo. in l. item Mela. §. ſi plures. ſupra ad legem Aquiliam.*
7 *Homines uillæ, qui ex forma ſtatuti tenentur pro maleficio commiſſo in territorio uillæ, an teneantur ſi reperiatur mortuus in dicto territorio, & neſcitur quis ſit, & quis eum occiderit, & an in dicto territorio occiſus fuerit? Et quid ſi ex quinque exiſtentibus in domo, unus reperitur mortuus, an præſumatur ab alijs occiſus. nu. 8.*
9 *Iudex ex quibus indicijs condemnare poſſit.*
10 *Iudex quando condemnat ex indicijs minus condemnare debet.*

§. Si quis in villa. No. primo tex. ibi, ſuſpicionem
cędis, quod is in quem habetur
ſuſpicio occiſionis torqueri põt. Ad hoc induco elegans, & no-
1 tabile dictum d. Spe. de præſump. §. j. quod † ſi reperitur quis oc
ciſus, qui inimicum, tunc præſentem in ciuitate hẽbat, & neſcit̃
a quo, præſumitur a ſuo inimico occiſum eſſe, adeo quod pro-
pter hoc torqueri poterit, qđ tñ mihi vr̃ intelligẽdũ de inimico
inimicitia capitali, aut maiori parte bonorũ, non aũt ſi inimici-
tia ob paruũ litigiũ interueniſſet. Ad hoc qđ no. ſ. de arb. l. licet.
iuncta gl. C. de teſti. authen. ſi dicatur. Inſti. de excu. tu. §. itẽ pro-
2 pter. Quis † aũt dicatur inimicus, dic vt per glo. & Inno. in c. in-
ſinuationis. & in c. oportet. de accuſa. vbi expreſſe dicit hoc eſſe
3 officio iudicis relinquendũ. Sed an inimicus odio tm̃ † veniat re
pellendus ab accuſatione, & a teſtimonio, ſicut inimicus, q ope
re, & damno irrogauit, & dicit Bal. ꝙ ſic. in l. præſcriptione. C. ſi
contra ius vel vti. pu. vbi ipſe ſing. allegat no. Inno. in c. cum I. &
4 A. de re iudi. ꝙ no. Itẽ facit, † quod ſi aliquis reperitur mortuus
iuxta oſtium cuiuſdã, quod ille cuius eſt oſtium, præſumitur oc
cidiſſe, & hoc dicit ſing. Bart. in l. j. j. de ędili. curul. quæ habetur
in l. fi. de via pu. quod dictũ multum dubitabile eſt. Putarẽ tamen pro auctoritate Bar. ſaluanda verũ eſſe, ſi ille alias conſuetus eſſet facere homicidiũ, ar. eius quod no. in l. inciuile eſt. C.
5 de furtis. in glo. Item † ẽt facit tertio ad aliud elegantiſſimũ di-
ctũ Bar. in l. iuſto. in princ. in aliquibus lec. de vſuc. dicentis, ꝙ ſi
aliquis reperitur in ſtrata occiſus, per quam quidã plurimum
conſueuerat tranſire, ꝙ ille talis p̃ſumit̃ occidiſſe adeo, ꝙ torqueri põt, per iſtã literã, quod tñ intelligerẽ ſm̃ proxime dicta.
ſimiliter facit dicta per eundẽ. in l. ſi ventri. §. inſulã. de priuileg.
credi. & per Bal. in l. multũ intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. & l. j.
C. de ſeruis fugi. Et adde verba eiuſdẽ Barto. in l. manifeſtiſ. j. de
fur. & Bal. in l. fi. de hære. inſti. & in l. fi. C. de proba. & in l. ad inuidiã. & in l. metũ, non iactationibus. C. qđ metus cau. & Ang.
in l. ſi quis Impera. male. Facit vlterius ibi, dum dicit, vna cũ eo
6 erat. No. ad no. quæſt. † quam ponit Alber. de Roſa in tractatu
ſta. in ſecunda parte, an ſtante ſtatuto, quod ſi quis de nocte portauerit gladiũ, puniatur tanta pęna, quidã exiſtentes ſub porticu quadã habebant gladium penes eorũ pedes, an iſti tales veniant puniendi forma ſtatuti. refert Alberi. hanc qõnem diſputatã eſſe Bon. per d. Thomam de Piparata, & vr̃ primo tales nõ
eſſe puniendos. Primo eo, quia non reperiuntur ipſi gladium illum portare, ergo abſoluendi, quia non comprehenduntur ſub
verbis ſtatuti. ar. l. j. §. ſi ſi is qui nauem. de exerci. l. non aliter. de
lega. 3. cũ ſi. Itẽ cum dubiũ ſit, an ipſi proiecerint, an non: vr̃ ex
hoc abſoluendos eſſe maxime in criminalibus. l. ſcientia. §. ſed
cum ſtramenta. ad leg. Aqui. l. ſciant. de prob. Et quia in dubijs
ſanctius eſt nocentẽ abſoluere, quam innocentẽ cõdemnare,
vt l. abſentẽ. ff. de pęnis. Cõtrarium uidetur, ꝙ iudex poſſit vnũ
ex eis eligere puniendũ, & habeat locũ gratificatio, ar. l. fi. ſ. de
relig. ar. l. ſi quis ſeruũ. §. inter duos. de leg. 2. l. ſi plures. de accuſ.
cum ſi. Refert deciſum fuiſſe, ꝙ oẽs teneantur per duas leges,
videlicet per l. j. §. j. cum tribus ſequentibus. ſ. de his qui deiec.
vel effu. & l. itẽ Mela. §. ſed ſi plures. ſ. ad leg. Aqui. Quæ deciſio
eſt mala ſm̃ Alber. & hoc puto verius per iura primo allegata.
Nec ob. d. l. licet. §. fi. & §. ſi plures. qa ibi licet ignoraretur a quo
eorũ cõmiſſum fuerat delictũ, attñ certũ erat, ꝙ ab vno illorũ
cõmiſſum fuerat. Vñ diuerſi ſunt illi caſus a nr̃o; qa hic ẽt ignorat̃, an ipſi dictũ gladiũ ad terrã proiecerint: vnde in hoc dubio
potius debemus abſoluere p d. §. cũ ſtramẽta. & arg. c. licet Heli
in fi. de ſimo. Et pro hac parte facit gl. in d. §. ſed ſi plures. circa.
fi. ſui. & ita tenendũ, licet aliter dicat d. Bal. in l. nã & ſalutẽ. §. j.
ſ. de offic. præfec. vig. per illa iura, q̃ ꝯ hanc determinationem
7 ſunt allegata. Facit ſecundo iſte † tex. ad illã no. q. quã ponit p̃fa
tus Doc. in tractatu ſtatutorũ, in ſc̃da parte, an ſtãte ſtatuto, ꝙ
ꝑꝑ maleficiũ cõmiſſum in territorio villæ teneant̃ illius hoĩes,
ſi nõ rep̃ſentauerint malefactorẽ, an ſi reperiat̃ quoddã corpus
mortuũ in dicto territorio, & neſcitur a quo, vel an in dicto territorio ſit cõmiſſum maleficium, teneatur prædicta villa in caſu, quo malefactorẽ non rep̃ſentauerit, & ꝙ teneatur plurib.

rationibus ſubtiliter oſtenditur. Et primo ſic, certũ eſt, ꝙ in deli
ctis diſpoſitio iuris circa perſonam æquiparatur diſpoſitioni iu
ris circa locũ. Ad hoc Inſti. de iniur. §. atrox. j. de pœnis. l. aut fa-
cta. §. perſona. & §. locus. j. de iniur. l. ſed & q̃onis. ver. ſed ſi in
theatro. Sed certum eſt, ꝙ ſtatutũ punit villã delinquentẽ non
repræſentantẽ, ſiue delinquens ſit certus, ſiue non, vt dicũt eius
verba, ergo ita dicamus, ꝙ ſiue appareat locus cõmiſſi malefi-
cij, ſiue non, puniri debeat. Secũdo ſic, arguendo de ꝯtractibus ad
delicta ar. l. omnẽ. ſ. de iudic. ꝙ eſſe ꝯtus, hoc eſt, ipſius ſubſtan
tia ſeparata eſſe poteſt a loco ꝯhendi. de act. & oblig. l. ꝯxiſſe. de
ſol. l. quæro. ergo & ita eſſe delicti põt eſſe ſeparatũ a loco delin
quendi. Sed clarũ eſt, ꝙ vbicunque non apparet de loco ꝯhen-
di, ibi fuiſſe præſumitur, vbi certũ eſt fuiſſe ſubſtantiã ꝯtus. l. ſi
cum dies. §. quid ergo. ff. de arbi. facit l. cum res. circa principiũ.
de lega. j. Ergo ita dicamus, quod vbi non apparet de loco deli-
cti, ibi in dubio eſſe p̄ſumatur, vbi apparet ipſius ſubſtãtia, hoc
eſt ille, in quẽ delinquitur. Tertio ſic arguitur vbi apparet de p-
ſona delinquentis, p̄ſumimus in partẽ duriorẽ. Ad hoc l. itẽ Me
la. §. ſi plures. & d. l. j. §. fi. j. de ſica. l. ſi in rixa. ergo ita dicamus in
caſu noſtro, ꝙ dũmodo appareat de perſona occiſi, licet non in
quo loco, p̄ſumamus in duriorẽ partẽ, videlicet ibi occiſum eẽ,
vbi inuenitur, ad hoc vt cõdemnetur villa. Quarto in ſimili ar.
ex eo, quod dicimus, quod res in domo mea inuenta, in ea eſſe
præſumitur. ſ. de iure do. l. ſi ego. §. dotis. C. de priuil. fiſ. l. j. & q̃d
no. C. ne vxor pro marito. l. ob maritorũ. ergo ita ſi inuenitur p-
ſona occiſi in meo territorio, præſumatur ibi occiſus eſſe. Vlti-
mo probatur alio ſimili, nauta non tenetur de his rebus amiſ-
ſis, quæ ſibi conſignata non ſunt, & tamen eo, quod in naui po
ſitæ reperiuntur, conſignatę p̄ſumuntur, l. j. §. fi. cũ l. ſeq. ff. nau.
cau. ſtab. & quod no. ſ. depo. l. j. §. ſi ciſta. & quod no. Cy. & Bal.
in l. inuitis. C. de procura. Ergo ita ſi reperitur perſona occiſi in
territorio villę, ibi occiſus præſumatur, & hoc ẽt voluit Bart. in
d. l. ędiles curules. allegata. j. de ędi. cur. q̃ apud libros antiquo-
rũ eſt in tit. de via publica. Contrariã tamen ſniãm veriorẽ pu-
to fore. vbicunque enim ad eſſe alicuius obligationis inducen-
dæ requiritur determinatus locus, aut tp̄s hæc ſemp clariſſimã
exigunt probationẽ. j. vi bon. rap. l. prætor ait. la 2. §. docere. l. j. §.
item ait. de in rem verſo. cum l. ſeq. facit ſ. nau. caup. l. fi. in prin
cip. Sed in caſu noſtro licet corpus mortui ſi ibi reperiatur, non
tamen neceſſario infertur, quod ibi delictũ fuerit cõmiſſum, q̃a
potuit ex aliquo loco ibidem exportari, ergo &c. C. vnde cog. l.
non hoc. C. de proba. l. matrem tuam. extra eo. tit. in c. in præſen
tia. hoc ſuadet ratio ipſa. Statutum enim eſt ꝯrium iuri, & ra-
tioni naturali dicenti, neminem ex facto alterius obligari. C. ne
vnus ex vic. al. l. j. lib. 11. & eodẽ libro de omni agro de. l. hac. C.
de exacto. tri. l. j. lib. 10. l. prouidẽdum. C. de decurio. in Authẽ.
vt non fiant pign. §. j. facit de leg. 2. l. legatorũ petitio. j. de adim.
leg. l. ſolent. circa finẽ. merito reſtringendũ eſt, niſi liquido pro-
betur locus, villa non teneatur. Et ad hoc ſ. de legib. l. q̃d vero.
& l. ius ſingulare. cum ſimili. & in hac parte Albe. inclinat in di-
cto loco, & Bal. in p̄dicta l. 3. licet de eo non faciat mentionem.
nec de Bar. & hoc puto veriſſimũ. Non obſtat, q̃d dicit Bart. in
d. l. ędiles curules. q̃ nihil obſtat, vt per teipſum videbis, q̃ tñ de-
ciſio eſt intelligenda, niſi probet̃ in territorio dictæ villę ſępe cõ
miſſa eſſe delicta & maleficia, & ibi delinquentes ꝯuerſari. Tũc
enim tenebitur villa ob cõmunem conſuetudinem iũctam cũ
aliqua præſumptione, videlicet quod ibi repertũ ſit corpus oc
ciſum. Ex pluribus enim præſumptionibus iudicatur. extra de
pigno. c. illo vos. & ibi no. extra de emp. & vendi. c. ad noſtram.
per Inno. facit glo. ſ. de excuſa. tuto. l. ſecunda. §. ætas. Nõ enim
in toto ſufficiens eſſet talis p̄ſumptio, ex quo eſſe poſſet, ꝙ ali-
bi corpus eſſet occiſum, & alibi tranſportatũ, vt alibi dicit exp̄ſ-
ſe. l. ſed & ſi quis. ſ. de relega. §. impenſa. & j. de adim. leg. l. alum
8 no. §. Seiæ. Inducitur & tertio iſte † tex. no. ibi eos, qui cum ipſo
&c. & hoc habeo ſolũ in quadã apoſtilla Dy. & nullus facit mẽ
tionẽ, an ſi reperiãtur in vna domo quinq;, & vnus interſectus,
& ignoretur a quo, an p̄ſumantur illi occidiſſe? Dy. quod ſic per
iſtũ tex. inuenio iſtã q̃onem fuiſſe diſputatã in q̃onib. dñicalib.
do. Bartholomei Brixienſis, quẽ refert do. Io. And. in c. ſignifica
ſti. extra de homi. & oẽs idem tenent dicẽtes oẽs illos in domo
repertos fore irregulares, & hoc decidunt ſpãliter per dictã l. itẽ
Mela. §. ſi plures. cũ alijs vna cũ eis ſ. allegatis. Bal. in d. l. 3. §. j. p
illum tex. idem arguit. Sicut enim domus cõbuſta culpa inhabi-
tantiũ cõbuſta eſſe præſumitur, vt ibi, & l. ſi vendita. de pericu.
& cõmo. rei venditæ. Ita & repertus in domo occiſus a ſtantib.
cũ eo occiſus eſſe p̄ſumit̃. Contrariũ tñ reperio tenuiſſe Alber.
in tractatu ſtatutorũ, in ſecunda parte, aliàs tertia, circa finẽ di-
cens non obſtare. d. §. ſi plures. cũ ſimil. Ibi enim ꝯſtabat vnum
ex illis ſtantibus delictũ cõmiſiſſe, ignorabatur tñ quis, & hoc
certum non erat aliquẽ eorũ occidiſſe. Vñ caſus ſunt ſatis diuer
ſi, ideo iudex ex talibus p̄ſumptionibus tales nõ cõdemnet. 2. q.
9 8. ſciant. C. de probat. l. fi. Et ſi dicatur iudicẽ † ex indicijs etiã in
criminalibus poſſe cõdemnare, vt patet in tex. in d. l. fi. ibi, dum
dicit, indubitatis indicijs. & l. indicia. C. de rei ven. & l. non oẽs.
§. a Barbaris de re mili. rñdeo, quod verum eſt in indubitatis in-
dicijs. hoc aũt non eſt indubitatũ in caſu noſtro. Poterat enim
alius illum occiſum exportaſſe, vt ſ. proxi. dictũ eſt. & ſi dicat̃,
ergo maleficia remanent impunita, vt ll. vulgaribus. rñdeo nõ
omne punitur illicitũ. l. pe. de his qui no. infa. & maxime vbi nõ
deficit ius, ſed probatio. l. duo ſunt Titij. de teſta. tute. vt in caſu
noſtro. Non obſtat ar. Bal. Tex. enim d. §. quem ipſe inducit di-
cit plerunq; culpa inhabitantiũ, ergo non ſemper. Vnde puta-
rem poſſe dici, licet Albe. non figat pedes, vt in ſimili dicit Ioã.
And. & Spe. in tit. de homi. §. j. ver. ſed pone quatuor. Quod aũt
quærimus, an tales veniant puniendi pœna corporali, & dico
quod nõ, eo quia talis pœna requirit indubitatas probationes,
vt in legib. alleg. Bene tamen verum eſt, quod ex eo, quod præ-
ſentes erant in ipſa domo vna cum interfecto, dico per iſtũ tex.
vna cum Dy. quod torqueri poterunt. & dicit Ioã. And. quid ſi
in tormentis confiteri nollent. dicendum eſt eos puniendos pę
na pecuniaria. ar. eius quod no. præſa. Docto. quia cum iudex
10 † in criminalibus procedit ex indicijs, aut ex vrgẽtibus præſum-
ptionibus, pœnas moderare debet, & ſic minuere, vt eleganter
no. Innoc. extra de præſump. c. 2. Et ad hoc faciunt quæ idẽ no.
in c. ſicut dignum. in gl. magna. de homi. lib. 6. & Ioan. And. vna
cum Specu. in titu. de legato, ſuper rubrica illa. de diſpenſatio-
ne. §. iuxta. verſicu. quid ſi in rixa. & quod no. Archid. poſt gloſ.
in c. ſi quatuor. 23. q̃. vlti. & Cyn. in l. quoniam multa. C. ad le-
gem Iuliam de vi.

SVMMARIVM.

1 *Impubes doli capax delinquens qualiter puniatur.*
2 *Impuberis teſtimonium in criminalibus, in quibus faciat indicium.*
3 *Vulnuſculum ſeu ſciſſura, quod non ueniat appellatione vulneris.*
4 *Ciuitas confœderata, quod teneatur aliam quo modo poteſt adiuuare.*
5 *Villa, quæ denunciauit alicui, quod caueret ne ſibi damnum daretur, an ſi damnum detur, excuſetur ne teneatur ad emendam uigore ſtatuti.*

§. Impubes. Seruus & ancilla impuberes propter ęta
tem, ſi dominũ non iuuãt, ab vltimo ſup
plicio excuſantur, leuẽ tñ patiunt̃ caſtigationem. h. d. No. quod
1 † impubes, licet doli capax a delicto cõmiſſo in faciendo, pp ęta
tẽ non excuſetur. l. impuberẽ. j. de fur. cũ ſi. attñ a delicto com-
miſſo in omittendo excuſatur, vt hic, q̃d tñ intelligas, niſi & ipſi
cõplices fuerint delicti cõmiſſi in dominũ, q̃a tunc nõ excuſat̃.
2 l. excipiuntur. j. eo. Item iſte tex. † dum dicit, terreri &c. cũ p̄cedẽ
ti ſemp allegatur no. per gloſ. noſtras, ꝙ licet in criminalib. te-
ſtimoniũ impuberis nõ admittat̃, vt l. 3. §. lege Iul. ſ. de teſt. attñ
indicciũ faciunt leuiter caſtigati, ita dicũt quidã glo. eſſe ſing. in
l. fi. C. eo. Tu tñ adde ſimilẽ, videlicet fi. gl. in l. inuiti ad teſtimo-
niũ. ff. de teſti. Sed tu adde Cyn. in l. fi. C. de his quibus vt indig.

§. Excuſantur. Excuſantur ſerui, vt ſi domino occi
ſo quantum poſſibile fuerit opẽ tu-
lerint abſq; dolo malo, & qualiter intelligatur opẽ, & auxilium
ferre hic declarat̃. Itẽ & ſerui ita acriter vulnerati, vt dñm iuua-
re non pñt, excuſantur. h. d. vſq; ad §. fi. No. ibi, nã & ſi q̃s finge-
ret &c. tex. ꝯ iſtos fingentes auxiliari & retinentes ſociũ, vt alter
poſſit verberare eum ſm Ange. hic. Et no. bñ. §. tuliſſe. qualiter
quis opẽ & auxiliũ pręſtare dicatur, de quo dicas vt plene in l. is
qui opẽ. j. de fur. & in cle. j. de pęnis. in gl. No. in §. q̃d ſi vulnera-
tus. ar. pro excuſandis vaſallis, ſi dñis vulneratis auxiliũ nõ præ-
ſtent, de quo dicetur. j. e. l. ſi quis in graui. in prin. No. ibi, ſi talia
3 vulnera. † ꝙ vulnuſculũ, [a] hoc eſt parua ſciſſura vulneris appel
a latione nõ ꝯtinetur. h. d. tex. q̃ ꝓprie hoc verbo vtitur in l. j. §. vi-
tiũ. de ędil. edi. ſic & alias leuis febricula non dr̃ febris. l. ob quę
vitia. §. fi. l. cui dens. eo. ti. in prin. j. de re iudi. l. quæſitũ. facit. l. itẽ
apud Labeonẽ. §. q̃onem. de iniurijs, vbi leuis tortura non cõti-
netur appellatione q̃onis. facit q̃d no. j. de iniurijs. l. vulneris ma
gnitudo. & ex his arguebat d. Bal. in l. fi. C. de ędil. act. ꝙ ſi ex for
ma ſtatuti puniant̃ delicta cõmiſſa de nocte, aut in platea, gra-
uius quã alia, nõ ꝯtinebuntur vulnuſcula. Inducit̃ & iſte tex. per
4 Ang. † hic ad ciuitates facientes ligam, vel ꝯfœderationẽ, quod
tenetur

ADDITIO.

a Vulnuſculum, uel parua ſciſſura non dr̃ uulnus. uide Bal. in l. fi. in j. col in uerſi. quæro, pro quibus rebus. C. de ædil. ac. & Bal. in d. l. j. §. uitium. verſic. proinde cum ibi no. & d. meum in ſuo trac. mal. in uerbo, una percuſſione & uulnere. & omnino Flor. in l. ſi cuius rei. §. Iul. in fi. de uſuf. uide Albe. in 3. parte ſta. q. 6. Adde glo. in ſimili no. in Auth. de ar. §. ut autem palam. in uer. minores cultellos, quæ uoluit q̃ gladiunculi ad panis inciſionem, uel pennarum temperationem, non contineantur appellatione armorum. de qua glo. ſing. meminit Barto. in l. j. unde ui. quod no. ad ſtatuta quibus cauetur, ꝙ nullus poſſit portare arma, niſi forte per ſtatutum exprimerẽtur arma uetita. & uide Ludo. ſupra in §. occiſorum. circa prin.

tenetur vna aliam iuuare omni modo, quo poteſt, puta per ambaſiatores vel armigeros,& ſimilia.alias incidit in pęnas appoſitas in confęderatione, per iſtum textum. Item in tex ibi, ſi
5 quis exclamauit. † inducitur iſte tex.in ſecunda parte ſtatutorum ad quæſtionem, an ſi ſtante ſtatuto,quod ſi ignoretur pſona eius qui damnum dederit, villa teneatur,& alicui datum eſt damnum. cui tamen villa denunciaret, quod caueret, ne ſibi damnum daretur,an propter iſtam denunciationem villa excuſetur ab emendatione damni? videbatur ꝙ ſic,quia vt in ſi. denunciatio habet excuſare.ſ̄.ad leg. Aquil.l.ſi putator. ſ̄.loc. itē quæritur. §. in exercitu. ſ̄. man. l.ſi fideiuſſor,circa ſi.principij. Item,quia clamor excuſat, vt in hoc tex. Itē ſimiliter & denunciatio. Tertio,quia ſi fuit denunciatum, ſi damnum paſſus non cuſtodiuit eſt in culpa, cum ergo culpa præceſſit caſum damni euenientis, merito villa excuſatur. argu.ſ̄.commo. l.ſi vt certo. §.nunc videndum.verſic.perinde. Contrarium tamen dicit cōſultū fuiſſe per Dy. ꝯſiderando ſtatuti verba dicētia, ſi ignoretͥ per quem damnum datum fuerit &c.ergo talis denunciatio, vt generalis,quia nō certificatur in ea perſona, quæ debebat damnum dare, villam non excuſat. Ad hoc infra, quod vi aut clam. l.aut qui aliter. in princ. & §.i.nec ob.l.ſ̄.alleg. quia in illis legibus certa erat & determinata denunciatio, in caſu autem noſtro ſecus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes domini, an poſſint vaſallum feudo priuare ob felloniam commiſſam in perſonam domini,ſi dominus in vita tacuit.*

§.Si dominus mortifere.

Hæredes domini non poſſunt ſeruis opponere ſeu obijcere,quod defuncto auxilium non pręſtiterunt, ſi dominus in vita tacuit. hoc dicit. Iſte. §. † allegatur
1 no.per glo.in c.i. §.i. quæ fuit prima cā benefic.amit. ſuper ver. vaſalli erit. quod hęredes domini non poſſunt vaſallos feudo priuare propter felloniam commiſſam viuēte domino, ſi in vita dominus conqueſtus non eſt. de quo habetis aliquos conſimiles in l.omnimodo.C.de inoffic.teſtam.facit.l.j.& l.his ſolis.& l.fi.C.de reuocan.dona.l.3.§.ſi emancipatus vxorem.j̄.de contratabu.

SVMMARIVM.

1 *Pęna,quæ applicatur fiſco in delictis conſiſtentibus in omittendo,pacto priuatorum remitti poteſt.*
2 *Statuta remittentia partem pęnæ,propter pacem,ſunt contra ius commune, & ſtricti iuris. & nu.4.*
3 *Statutum annullans contractum pacis propter gabellam non ſolutam, ſeruari debet vſque in vnum iota.& nu.5.*
5 *Statutum annullans contractum propter gabellam non ſolutam,ſi in ſolutione deficit nummus,an contractus annulletur.*
6 *Remiſſio iniurię facta in foro pęnitentiali,an proſit in foro fori.*
7 *Sacerdos,quod poſſit acquirere alteri,& ſit publica perſona.*
8 *Renunciatio ſeu liberatio facta abſenti,an ei proſit.*
9 *Teſtator remittens iniuriam coram presbytero in teſtamento cum iuramento,an eo reconualeſcente poterit agere actione iniuriarum.*

LEX II.

Diuus Marcus. Non poſſunt hæredes ſeruis obijcere, de non dato auxilio ab eis domino occiſo, ſi teſtator eorum purgauit officium.hoc dicit.In glo.ſuper verbo,ſolicitu
1 do. ibi,ſerui in omittendo. No.glo. † vna cum tex.quæ non eſt alibi,ſecundum Dy. & ſequentes, quod licet pęna fiſco ex delicto applicanda,conſiſtente in faciendo,non poſſit pacto priuati fiſco auferri,vt dicit hæc glo.& l.ius publicum.ſ̄.de pac.& qđ plene dicitur per Bal. in l.tranſigere. C.de tranſac.& Barto. in l. omnes.§.recte.j̄.de fur.attamen pęna quæ committitur ex delicto conſiſtente in omittendo, vt in caſu noſtro, poteſt priuatorum pacto fiſco auferri. Et pro hoc facit vna alia gl.ſimilis vna cum tex. qui non eſt alibi in l. eius. §.de præteritis. ſ̄.de vſufr.limitās totum titulum. ff.ad leg. Aquil. & eam multum no. Bal. quod actio legis Aquil. ſeu eius pęna minoratur propter culpam,quæ venit ex omiſſione.Bat.tamen hic repræhendit hanc glo. & de ratione hic per eum,quem ſequitur dominus Bal. & etiam cæteri reſpondendo ad hunc tex.quod hic abſoluit dominus ſeruos, dicendo eos non fuiſſe culpabiles,& ſic non remiſit eis pęnam; quæ non cadit, vbi non fuit delictum. Et hoc communiter ſequimur, licet Dy. ſequatur glo.no. No. tamē ex hac
2 † glo. d.Bal. quod ſtatuta remittentia pœnas propter pacē habitam a vulnerato,ſunt contra ius commune,& ideo tenaciter
3 reſtringenda. Et ideo ſi ſtatutum † annullaret contractum pacis propter non ſolutam gabellam,tale ſtatutum eſſet ſeruandum
4 vſque ad vnum iota. Circa † primum quod dicit hic, quod ſtatutum eſt contra ius commune, intellige quātum ad hoc, quia pœnam remittit,non autem quantum ad hoc,quod ad pacem inducit animos inimicos,quia tale eſt fauorabile,& ſemper extendēdum,vt l.furti.§.ſi pactus ſ̄ de his qui no infa. in glo. no. Secundo aduerte, quia tale ſtatutum intelligitͬ de pœna applicanda fiſco, vel reipublicę in dubio, non autem de ea quæ venit applicanda priuato glo habes ſing.quę non eſt alibi, in l. ve
5 nia.C.de in ius vocan.ſecundum Bal. Ad ſecundum dum † dicit de ſolutione gabellæ.aduerte, quia ex hoc dicto alibi referebat d.Ang. videlicet in l.Mæuius & in l.qui hæredi.j̄.de condit. & demonſtr. videlicet quod ſtante ſtatuto, quod ſi gabella non ſoluatur contractus ſit ipſo iure nullus, quod etiam ſi fuerit defectus in ſolutione, quantum ad vnum nummum. contractus annullabitur, quia conditio formaliter eſt adimplēda, vt dictis legibus ibi per eum. Quod dictum ſalua reuerentia, non puto procedere. Primo arguendo ex vna opin. glo.no.in l. res bona fide. ſ̄.de contrah.empt. vbi ſi vendo tibi rem ſi ſolueris preciū hinc ad dies decem,alias venditio ſit nulla,ſi defectus ſit vno in nummo, non irritatur venditio. Et eſt ratio, quia vnus non eſt numerus,.. ſ eſt principium numeri, vt dicit glo.no in l.ſi quis ante.j̄.de acquiren.poſſeſſ. Præterea & quantumcūque conditio veniat formaliter adimplenda, tamen defectus in modico, non habet obeſſe.j̄.de condit.& demonſtr. l.quamuis. facit de ven.inſpi.l.j.§.pen. vnde dictum iſtorum non videtur verum.
6 Cogita. Ex hoc quæſiuit. d. Bal.referens Cy. † an remiſſio iniurię facta in foro pęnitentiali, proſit in foro iudiciali? refert hic Cy. dicere hanc quæſtionem fuiſſe diſputatam & determinatam,quod proſit quantum ad rācorem,quem gerit quis in animo. Allegat glo.Inſtit.de iniur. §. fi.vbi eſt glo.ordinaria. Idem ipſe voluit in l.2.C.de li.& eorum lib.idem Bar.in l.non ſolum. §.iniuriarum. vbi allegat dictum magiſtri ſententiarum.j̄. de iniurijs.& in l.ſi tibi. §.j. ff.de pac. vbi refert Guil.de Cun. Alibi
7 † tamen d. Bal. diſtinguit notabilius in c.j. §.de iniuria. de pace iura.fir.videlicet quod aut conſtat eſſe remiſſum rancorem vna cum iniuria, & ſic eſt facta plena remiſſio. Aut rācorem tantū, aut dubitatur. Primo caſu proſit talis remiſſio in foro iudiciali, eo quia pro altero vulnerante interuenit perſona publica, hoc eſt ipſe ſacerdos,qui actionem alteri quærere potuit,aut liberationem.allegat.l.j. §.ius publicum.ſ̄.de iuſt.& iure. c.parochiano. extra de ſepul. & c.quanquam. de vſur. in 6. & quod no.in l.2.j̄.rem pupil.ſaluam ſo.& in l.non aliter.de adopt. & in l.Caius.ſ̄.de vſur.Et in hoc ego dubito,qa talis perſona non interuenit vt perſona publica,ſed vt merus ſacerdos & confeſſor,vnde duplicem perſonam gerere non potuit.Ad hoc quod no. ſ̄. de pac.l.ſi plures.de adopt.l.ſi conſul. & plene in c.ex literis.per gl. magiſtram. extra de probat. niſi ſaluemus ipſum alia ratione,
8 quia † hic fuit facta liberatio,quæ etiam abſente parte parit exceptionem doli,ſecundum glo licet eam reprobet Bar.in l.non ſolum.§.liberationis verba.de libe.leg.& plene ſolet dici in l.itē ſi duobus.§ perſonale.ſ̄.de pac.vbi eſt alia glo. contraria.vel ēt dicamus quod interuenit renunciatio, quæ abſenti prodeſt, vt no.Innocen.in c.veniens. extra de renunc.Secundo caſu, quando conſtat de eius mente actio iniuriarum non videtur remiſſa,ſcilicet quæ competit ad pœnam ſeu intereſſe. Quando autem dubium eſt, & tunc debemus præſumere, quod remiſit tātum rancorem,& non iniuriarum actionem, ex præſumptione legis.l.cū de indebito. ſ̄.de probationibus. Sufficit enim quod alterum remiſerit.Ad hoc ſ̄.de ſerui.ruſt.prædio.ſi mihi. & de ſerui: vrba. l.ſi domus. vbi etiam hanc concluſionem ponit, licet non ita perfecte ipſe Bal. allegando ad hoc Dy. & Innoc. in c.In noſtra. de iureiur. vbi licet remiſſę ſint iniurię, non tamen videntur remiſſa damna & pœnæ. & ad id quod dixi ſaluando do. Bal.facit quod idem ipſe no. in l. rationes. & in auth. quod
9 obtinet.de probatio. Et ex his deciditur † ſimilis quæſtio quam ponit Bart. Brixienſis in quæſtionibus dominicalibus in quæſtione 12.quæ incipit,quidam.an ſi quis metu mortis inſtantis teſtamentum condens coram presbytero remiſit iniuriam cū iuramento, eo poſtea reconualeſcente iniuriarum agere poſſit? & eam refert Ioan.And. in tit. de inſtrumen.editio. §.nunc aliqua. & eſt propria quæſtio glo.in §.fi.Inſtit. de iniur. In quo breuiter dicitur per præfatum Doct. quod aut conſtat talem remiſſionem eſſe factam metu mortis inſtātis. & tunc eo recōualeſcente reuocetur, vt in ſimili dicitur de donatio.mortis cā in l.2.§.ſenatus.cum ſim. j̄.de dona. cau.mor. Aut ſimpliciter remiſit,& tunc non vlterius reconualeſcit dicta actio, ex regula, quia ſemel extincta &c.vt l.qui res.§.areā.ff.de ſolu.Quod fortifico, quia interuenit iuramentum, quod cum dicta remiſſione interpoſitum poteſt prodeſſe parti abſenti,vt l.cum quis. §.codicil.de leg.3.& hæc deciſio vera eſt, vbi teſtator vſus eſt verbo, remitto act.iniuriarum &c. Secus ſi dixiſſet, remitto iniuriam, quia tunc vt ſ̄. proxime dicebat d.Bal.ſatis eſt, quod videtur remiſſus merus rancor,& ita eſt tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus grauiter vulneratus, ſi dominum reliquit in bello obſeſſum, quod non priuatur feudo.*

LEX III.

SI quis in graui. Seruus grauiter vulneratus excuſatur ſi dominū
non defendit. hocdicit. & concor. cum §. ſi vulne-
1 rati.ſ̄.eo. l. j. Et facit, quod ſi vaſallus † in bello gra-
uia vulnera recipiens dominum dimiſit obſeſſum, non priue-
tur feudo. de quo habetis glo. in c. j. ex qui. cau. feu. amit. in vſi-
bus feud. & habes caſum a contrario ſenſu in c. 2. in fi. ibi, ſi po-
tuit. de ſen. ſine culpa non amitten.

SVMMARIVM.

1 *Teſti exiſtenti in mortis articulo aſſerenti ſe alias ob pecuniam teſtificaſſe, an ſtetur.*
2 *Informatio, quæ ſumitur a iudice, non requirit iuramentum.*

§. Si quis moriens. Non ſtatur meræ aſſertioni domini dicentis mortem ſi-
1 bi a ſeruo illatam, niſi aliter probetur. hocdicit. Et inducit† no.
Bar. hic iſtum tex. quod ſi teſtis in mortis articulo, aut iudex cō
a feſſi ſunt ſe teſtimonium [a] aut ſententiam ob pecuniam tuliſ-
ſe, quod eorum dicto non ſtatur pro ſententia reuocanda, niſi
aliter probetur. Pro hoc dicit eſſe caſum in c. ſicut. extra de te-
ſtib. cum ſimil. Adde quod idem voluit Bal. in authen. ſi dica-
tur. C. de teſtib. Ang. autem dixit dicta talis teſtis, aut iudicis fa-
cere indicium, quod non videtur verum, cum iurati non depo-
ſuerunt. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. ſed poteſt reſponderi ſaluan-
do eum quod tale dictum ſufficiat ad informationem iudicis,
2 vt propter hoc poſſit inquirere. Informatio † enim gratia iudi-
cis facta non requirit iuramentum, glo. habes ordinariam, quę
non eſt alibi in c. j. §. ſi duo. ſuper ver. teſtamentum. de pace iu-
ra. fir. vel etiam ſaluari poteſt ſecundo, quando alias fuiſſet ru-
mor quod ille, qui pro ſe reportauerat ſententiam iudicem aut
teſtem corruperat.

ADDITIO.

a Teſtimonium. De hoc vide per eundem Ludo. Rom. in l. j. in princ. 2. colum. ſupra de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, quod non poßit alteri demandare occiſionem vxoris in adulterio depræhenſæ.*
2 *Vindicta a ſtatuto permiſſa, an poſſit alteri demandari.*
3 *Villa, quæ ex forma ſtatuti tenetur capere maleſactorem, an excuſetur, ſi non cepit occidentem bannitum.*
4 *Vaſallus non tenetur iuuare dominum iniuſte præliantem.*

§. Si maritus. Ignoſcēdum eſt ſeruis mariti, aut vxo-
ris, ſi vxori intra cubiculum a marito
propter adulterium occiſę, auxilium nō præſtiterint. hocdicit.
Facit hæc prima pars literæ ad ea, quę plene dicta fuerunt in l. j.
§. occiſorum. ſ̄. e. Secundam partem huius literæ ibi, ſi tamen
1 maritus. † inducit alibi eleganter Bal. videlicet in c. j. §. ſi vero.
de pace iura. fir. col. 10. ꝙ maritus non poteſt alteri demandare
occiſionem vxoris in adulterio depræhenſę. Sic ergo tale ius
cedi non poteſt ſm eum. Allegat primo caſum in hac litera ſe-
cundum Ioan. gloſſatorem, quem refert Accur. in l. ſi fundum.
de vi & vi ar. Aduertendum, quia licet illa glo. optime faciat,
non tamen video qualiter iſte tex. ad hoc inducatur, ſed ſi bene
aduertatur iſta etiam fuit deciſio Cy. recte intuenti, licet Bal. nō
alleget in l. j. circa vltimam qō. C. vnde vi. Et poſito hoc dicto
2 † pro vero facit ad quæſtionem, pone quod ſtatutum vulnera-
to permittat competentem vindictam contra vulnerantem, an
ius vindictę poſſit alteri demandari, aut cedi? Bal. no. in d. §. ſi
vero. ex dicta opin. Ioan. dicit, quod non, & idē tenet in l. vt vim.
ff. de iuſt. & iu. & pro hoc videtur ęqua ratio, quia ſtatutum de-
monſtrat ſpecialem perſonam a qua debet inferri vindicta, er
go tale ius conceſſum perſonæ ſpecialiter demonſtratę alteri
cedi non poterit. Pro quo facit tex. optimus in l. ſeruus ſi hære-
di. in ratione eius, de ſta. li. ad hoc no. & tene menti. Secundo in-
3 duxit Bar. iſtum † tex. an ſtante ſtatuto, quod villa teneatur ca-
pere malefactorem, alias puniatur, excuſetur, ſi non capiat occi
dentem bannitum. dicit hic per hunc tex. quod ſic, de quo hic
per eum, qui opponit de quodam alio dicto ſuo in l. fi. §. diuus.
j̄. de pub. & per hoc facit tex. optimus, & quod ibi per Bal. in l. j.
& 2. C. vt nemo priuatus. circa finem. Aduerte tamen, quia hoc
videtur dubium ſi volumus ſtricte intelligere verba ſtatuti, li-
cet enim tale maleficium non puniatur, attamen maleficium
eſt, vt probatur in l. ſi quis vxori. j̄. de fur. & l. reſpiciēdum. §. fur-
ta domeſtica. j̄. de pęnis. cum ergo verificentur verba ſtatuti de
malefactore, dicamus villam in pœnam incidere, & hoc argu.
ſumpſi ex dicto Bal. in l. decuriones. C. de his qui no. infa. ſed
poteſt reſponderi vt reſpondet hic Bart. quod cum hoc ſtatu-
tum ſit factum pro executione pęnę, ergo ceſſat pęna in ipſum
interficientem bannitum, & ſic ratio finalis ſtatuti merito ceſ-
ſat. ar. l. quod dictum. ff. de pact. & hoc ſi volumus attendere ra-
tionē, ſecus ſi verba, vt dicit hic aliter dominus Bal. Cuius ver-
ba non refero, quia non videntur habere ſaporem, & ad hoc vi
4 de quod no. Bar. in l. diuus. ff. de custo. reo. Vltimo † inducitur
iſte. §. quod vaſallus dn̄m iniuſte prælıantem iuuare non tene-
tur. de quo habes gl. in c. j. qui. mo. feu. amit. & eſt bonus tex. in
c. domino guerram. circa fi. hic finitur lex. Cogita.

SVMMARIVM.

1 *Duorum vaſallus inuicem ipſis dominis bella gerentibus, cui ſeruire teneatur.*
2 *Marito permiſſa eſt moderata caſtigatio vxoris.*
Adde eundem Ro. in l. rei iudicatę. §. 1. ſupra ſol. mat.
3 *Vaſallus Baronis, cui rex guerram facit, cui primo ſeruire debeat, an Baroni, an regi.*
4 *Vaſallus vnius Baronis, qui habet guerram cum alio Barone eiuſdem regni, ſi rex illius regni habet guerram cum alio rege, cui primo ſeruire debeat, an regi an Baroni.*
5 *Aduocatus, qui promiſit duobus præſtare patrocinium, ſi duo inuicem litigant, cui præſtare habeat.*
6 *Armiger, qui dedit fidem duobus dominis, ſi hi duo adinuicem contendūt, cui primo ſeruire teneatur.*
7 *Vaſallus duorum dominorum inſolidum, an quis eſſe poſſit.*

§. Si cum omnes. Omnibus dominis aggreſſurā
patientibus, in ſeruis eorum lo
cum habet gratificatio. hocdicit. No. quod in ſummario dictū
eſt. Item no. in verſic. quare ſi ſeruus. Quod ſerui vxoris pęnam
non patiuntur, ſi ipſi marito prius, quam eidem, auxilium præ-
1 ſtiterint. Item facit iſte. † §. ad quæſtionē, an homo ligius duo-
rum ratione fidelitatis inſolidum, ſi dicti domini vnus con-
tra alium litem alias bellum moueat, poſſit gratificare, hoc eſt
cui vult, fauere, ſi requiſitus ſit de auxilio? & primo videtur
per hunc tex. gratificationi locū eſſe. Ad hoc, de lega. 2. l. ſi quis
ſeruum. §. inter duos. ſ̄. de relig. l. fi. de condic. indeb. l. plane. de
accuſa. l. ſi plures. cum ſimil. In contrarium videtur, quod neu-
tri opem ferre teneatur, cum ambo ſe impediant per concur-
ſum. Ad hoc de vſufruc. l. quoties. de lega. j. l. huiuſmodi. §. fi. &
melior tex. ad hoc propoſitum eſt in l. hoc opere. §. j. vſque ad
fi. j̄. de oper. lib. Item, quia non poteſt quis duobus dominis con
trarijs ſeruire. ad hoc. extra de cler. coniug. c. diuerſis fallacijs. cū
ſim. Dubium hoc ponit Spec. in tit. de feu. §. j. ver. 4. quæro, de-
cidēs quod illi ſeruire tenetur, cui primo vinculo fidelitatis de-
ſcriptus fuit. Et hoc ego comprobo, quia vt videmus in obliga-
tionibus facti, qui prior eſt tempore, potior eſt in iure. ſ̄. locati.
l. in operis. facit de prohib. feu. alie. per Feder. c. Imperialem. §. il
lud. C. qui potio. in pign. hab. l. 2. verumtamen eſt ſecundum
Spec. in loco præalleg. quod illi cui ſecūdo aſtrictus eſt tenetur
per ſubſtitutum ſeruire, ne feudū perdat ab eo ſibi conceſſum,
nec propter hoc perdat feudum primum. Non enim vaſallus li
gius opem dedit ſecundo, vt eſſet principaliter contra primū,
ſed ne feudum ſuum amitteret, quod permiſſum eſt. ad hoc. j̄.
de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. de neg. geſt. l. at qui natura. §.
cum me abſente. Primum dictum Spec. intelligo, & limito du-
pliciter. Primo niſi auxilia, quæ impetrantur a vaſallis ab his do
minis contrarijs, tenderent ad diuerſa, quia tunc & vtrumque ſi
fieri poteſt per ſuam perſonā iuuare tenetur. Ad hoc j̄. de ope.
liber. l. duorum libertus. vnde dictum Spec. loquitur quando
circa idem poſtulantur ſeu impetrantur. Secundo per iſtū verſ.
quando & ſi ſeruus, videlicet niſi maritus illud auxilium im-
ploraret ad pugnandum contra alium, quam contra vxorem,
quia tunc licet vxor fuerit prius domina, attamen marito po-
2 tius obligantur, ſi volunt. † vbi autem maritus contra vxorem
pugnaret, & tunc dicas, quod aut pugnat eam leniter caſtigan-
do, & tunc ſerui non tenentur vxori auxilium dare, quia ꝑmiſ-
ſa eſt marito talis caſtigatio, vt plene no. extra de iureiur. c. quē
admodum. vltima glo. & 7. q. j. c. nunc illud. & per Spec. in tit.
de iniur. & damno dato. in rubrica. Quemadmodum dicimus
de magiſtro erga diſcipulum, in l. illud relatum. j̄. de iniur. ſ̄. lo-
ca. l. item quęritur. §. idem Iulianus. ad legem Aquil. l. & ſi quę-
cunque. §. ſi magiſter. cum ſimil. Si autem maritus pugnaret cō
tra vxorem pro graui caſtigatione contra eam fienda, & tunc
ſerui vxoris potius eam iuuare tenentur, quam maritum. Pri-
mo quia maritus iniuſte præliatur, vnde ſerui eum iuuare non
tenentur, vt dictum eſt. ſ̄. eo. l. ſi maritus. Secundo, quia magis
proprie ſunt vxoris, quam mariti, vt l. j. §. ſi vir. ſ̄. eo. cum ſim. Et
ita de-

ita declaro iſtum verſic. ſed circa primum dubium. Secundo
quæritur, ſi non conſtat cui ipſe homo ligius primo fuerit aſtri-
ctus, cui primo opem ferre teneatur? & videtur quod nulli, ex
quo de hoc non conſtat. ad hoc. j. de reb. dub. l. ſi fuerit. facit. ſ.
de teſta. tute. l. duo ſunt Titij. Spe. in verſic. ſi poſt. præalleg. de-
cidit per hũc §. quod habet locum gratificatio, cum hoc, quod
tamẽ ęquum eſt, ꝙ alteri per ſubſtitutum ſeruiat, ſi reditus feu
dales patiuntur hoc, & ita intelligas quod primo dictum eſt.
Mihi videtur aliter dicendum in hoc dubio, quod aut vnus ex
dictis dominis eſt nobilior altero, & tunc potius illi opem fer-
re teneatur. ad hoc in Auth. de hære. & Fal. §. ſi quis autem no.
C. de natura li. l. ſi quis. de re iudi. l. contra pupillus. §. qui ad ma
nus. facit. ſ. de iudi. l. minorem. ad hoc, cum diſtinc. Spec. quod
ęquum ſit alij ſeruire per ſubſtitutum. Pro principali dicto etiã
induco tex. 18. diſtin. c. ſi epiſcopus. & quod no. extra de appel.
c. ſi duobus. Aut ſunt ęquales potentia & dignitate, & tũc ant
vnus præuenit alterum in conuocando vaſallum, & ille præfe-
ratur. ad hoc. ſ. de iudi. qui prior. de lega. j. l. ſi pluribus. extra de
proc. c. ſi duo. in 6. ſ. de noxa. l. ſi quis a milite. Cum autem fue-
runt ęquales in conuocando, & tũc aut vocatus in re magis pe-
riculoſa & graui, ab vno quam ab alio, & illi deferre teneatur.
Ad hoc. ſ. ſi quis cau. l. 2. §. ſed ſi municipalis. j. de cuſto. reorũ.
l. continuatio. §. fi. Aut ambo ſunt paris præiudicij, & tunc illi
qui minus præiudicium ſibi infert, ac incõmodum. facit. C. qui
bonis ce. poſ. l. fi. ſ. de pac. l. maiorem. Aut omnia ſunt paria, &
tunc dico quod vera ſit opinio Specu. quod locus ſit gratifica-
tioni, quod ſi ipſe vaſallus gratificare nollet, & tunc dirimenda
eſt quæſtio ſorte. facit ſ. de iudic. l. ſi cum ambo. C. communia
de lega. l. fi. & hanc diſtinctionem ego ſumo ex verbis gl. aureę
& no. ad hoc propoſitum in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & hoc te-
3 ne menti. Vlterius circa † idem poſſet quæri. Rex habens ſub ſe
barones, bellum habet cum quodam barone ſibi ſubdito, baro
præcipit certis vaſallis ſuis, quod eum iuuare teneãtur. Rex idẽ
facit, quæritur cui primo ſit deferendum? & videtur quod baro
ni, cum ei vaſallus iurauerit generaliter contra omnem perſo-
nam mundi ei auxilium præſtare, ergo verba generaliter ſunt
intelligenda. Ad hoc. ſ. de teſtam. milit. l. in fraudem. §. fi. quæ
alias incipit, miles ad tempus. in fi. In contrarium videtur. Et
hoc eſt verius, & quod regi, quia ex quo baro ei bellum mo-
uet, dicitur incidere in l. Iuliæ maie. crimen. C. ad l. Iul. l. quiſqs.
maxime ſi venit contra regem, qui non recognoſcit ſuperiorẽ,
vt dicitur in rege Franciæ, in cap. per venerabilem. qui filij ſint
legiti. Eſt enim ipſa lex animata in terris ſuis. dicit tex. in Auth.
de conſul. circa fi. & hæc eſt determinatio Spec. in loco præal-
leg. ver. 13. quæritur. Quod ego limito, niſi ipſe baro licite bellũ
moueret, quia rex eſt nimis crudelis ipſi baroni, aut vaſallis.
Tunc enim cum iuſte prælietur baro contra regem ex quo eſt
licitum priuare dominum nimium ſęuientem in ſubditos iu-
riſdictione ſua, vt eleganter dicit Bal. referendo Iaco. de Are. ꝑ
no. tex. in l. 2. §. dominorum. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Pu-
to, ꝙ tali caſu, cum ceſſet ratio Spec. vt pater de crimine læſæ
maieſt. vaſallos potius teneri Baroni, quàm regi. Quarto circa
4 idem † quæro, ſi Baro vnius regis guerram habeat cum Barone
eiuſdem, & rex totius regni habeat guerram cum altero rege,
cui vaſalli ad auxilium conuocati prius deferre teneantur, vide
licet an Baroni, an vero regi. Et videtur ꝙ Baroni, quia ſunt ei
obligati dupliciter. Primo ratione iuriſdictionis. Secundo ratio-
ne homagij. Regi autem tantum vno modo, puta ratione gene
ralis iuriſdictionis, ergo duo vincula debent vnum rumpere, vt
in authen. itaque. C. communia de ſucceſ. & de conſang. & af-
fin. in c. j. In contrarium videtur, & hoc eſt verius, quòd ipſi re-
gi, ex quo ipſe pugnat pro defenſione totius regni, & ratione
ſuæ publicæ vtilitatis, ergo hæc publica vtilitas debet præferri
priuatæ ipſius Baronis. Ad hoc. ſ. pro ſocio. l. actione. §. Labeo.
de cad. toll. l. vnica. cum ſim. & ſecundum Spec. in loco præal-
leg. ver. 14. quod ego intelligo quando ipſe rex pro toto regno
pugnaret, ſecus ſi pro parte certa, aut pro alio negotio, quia tũc
Baro eſt præferendus ratione duplicis obligationis, vt ſupra di-
xi, & ad hoc decidendum allego authoritatem glo. no. quæ in
ſimili mouet hanc quæſtionem. 22. q. 2. c. de forma. Quinto
5 † quæritur, quid in aduocato qui promiſit patrocinium præſta
re duobus, qui poſtea adinuicem litigant? hæc eſt quæſtio Spe.
in tit. de aduoc. §. j. ver. ſed pone aduocatus componit. per Ioan.
And. in mercu. & vide in ſupradictis locis, quia deciſionem po-
6 tes colligere ex ſupradictis. Sexto & † vltimo, quid in armigeris
noſtri temporis relaxatis ad fidem a duobus, & vocati poſtea
ab eiſdem, ad quem eorum primo accedere teneãtur. Hanc q̃-
ſtionem multoties vidi in facto & eam ponit. d. Aug. in §. quod
ad maius. ſupra alleg. & nihil perfecte tangit. Reperio. d. Bald.
hanc quæſtionem publice diſputaſſe in ciuitate Papiæ, & mul-
tum ſolemniter, & pro nunc habere non potui ipſam diſputa-
tionem. Sed quia eam ponit in lec. ideo videas eã in l. in ado-
ptionem. C. de adop. vbi diſtinguit, ꝙ aut eodem tempore fuit
relaxatus a duobus, & tunc diſtingue, vt ibi per eum. Tu autem
latius & perfectius diſtinguas, ſecundum diſtinctionem quam
ſupra ad primam q. Spec. adhibui, pro qua facit, licet eam non
allegauerim. l. libertus. §. præſcrip j. ad munic. Facit quod not.
7 in l. incola. eo. tit. Ex his deciduntur † ea, quæ dixi me dicturum
dum legerẽ. §. ſi pater. & §. domini appellatione. ſ. eo. An quis
poſſit eſſe vaſallus duorum inſolidum? videtur ꝙ non, per l. hæ-
reditatem. §. ſi pater. ff. de caſtren. pecu. & l. ſi vt certo. §. ſi duo-
bus vehiculum. ff. commo. Contrarium tamen eſt dicendum,
per d. l. duorum libertus. de oper. lib. & l. ſi duo patroni. cũ ſim.
de iureiu. & videas Spec. in præalleg. c. 2. de feu. in §. j. verſi. ſepti-
mo quæritur. & 8. & 9. vbi plene de hoc diſputat. & per gl. Ioan.
And. qui ſe remittit, & per Bal. in d. l. in adoptionem.

SVMMARIVM.

1 *Illud quod mihi prodeſſet, ſi non data opera accidiſſet, ſi data opera euenit, mihi non prodeſt.*
2 *Immunitas conceſſa alicui exercenti aliquod officium, non competit tale officium habere procuranti.*
3 *Debitor reipublicæ, ſi ſoluit debitum, vt haberet officium, quod alias habere non poterat, illud conſequi non debet.*
4 *Carceratus, ꝙ non dicatur ille, qui licet clauſus eſſet, tamen ad ſui libitum recedere poterat.*
5 *Villa, quæ malefactorem capere non potuit, ad quod tenebatur, an excuſatur. Adde & vide eundem Lud. in conſi. 7. ad fin.*

§. Subuenitur. Seruis in aliquo loco clauſis, nõ da-
ta ab eis opera ſubuenitur, ſi domi-
1 no auxilium non dederint. No. ibi, ſi † nõ data opera accidiſſet.
Quod illud quod alias mihi prodeſſet ſi nõ data opera accidiſ-
ſet, ſi illud mihi data opera proueniat, non prodeſſet. Quod eſt
multum no. & ꝯcor. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. de leg. j.
& ibi vide, quod notan. dicit Bal. referens Cy. concor. in l. 2. §. ſi
quid tantum. ſi quis cau. & l. qui data opera. ſ. ex quib. cau. ma-
io. cum l. ſeq. facit. l. ab hoſtibus. §. ſi vir vxori. vſque in fi. ſ. ſolu.
2 mat. Et hinc eſt, ꝙ † alibi multum ſingulariter dicit litera, ꝙ offi-
cialis q ſuffragio illorũ, aut ex impetratione impetrat aliquã di
gnitatem, vel officium ex quo multę conceduntur immunita-
tes illi, ſibi non conceduntur, ex quo data opera illud officium
ſeu dignitatem habuit. Tex. habes, qui non eſt alibi, ſecundum
vnam lect. glo. quam ſequitur Bar. in l. vniuerſi. C. de leg. lib. 10.
3 Hinc eſt, quod alibi no. dixit Barto. † in l. j. C. de curio. & ſtatio.
aut manſio. lib. 12. ꝙ ſi debitor reipublicæ qui officialis eſſe non
poteſt. l. reſcripto. §. debitores. de mune. & hono. & ad hoc data
opera, vt illud officium conſequatur debitum ſoluit, quod hoc
4 non obſtante officium habere non debet. quod no. † No. in §.
clauſos. & hoc ſecundum Ang. quod non dicitur in priuato car
cere fuiſſe, qui ita clauſus erat, ꝙ exire poterat, ſi voluiſſet. arg.
5 huius literæ, quod no. Vltimo † inducit Bart. iſtum tex. ad adiu-
uandos ruſticos, qui propterea ꝙ portę clauſę erant, non potue
runt capere malefactorem. Et hoc adde ad dicta in §. occiſorũ.
ſ. ll. j. Itẽ etiam ad id quod Barto. ibi, videlicet quod ſi villa pro-
pter multitudinem delinquentium non potuit capere malefa-
ctorem excuſatur. Hoc enim non eſt præciſè verum, quia quan
do ille caſus contingit, prouidetur de iure communi, quod quã-
do delinquentes non potuit capere, debet hoc denunciare præ-
ſidi ſeu domino ciuitatis, videlicet ꝙ delinquẽtes ſunt in tali vil
la, & quod propter multitudinem capi nõ poſſunt, alias puniẽ-
tur ipſi homines iudicis arbitrio. Iſte eſt tex. in l. 2. §. ipſi quoque
procuratori. ibi, dum dicit, prouinciali iudicio palam fecerint.
C. de his qui latro. & hoc modo intelligas Bart.

§. Ignoſcitur. Seruis valitudinarijs, hoc eſt antiquis,
ſurdis, & furioſis, aut ſimilibus, ſena-
tuſconſultum veniam dat, ſi dominis auxilium nõ præſtiterint.
hoc dicit. Et facit iſta litera, ꝙ illi qui propter nimiam ætatem,
& ſimiles, de quibus in hoc tex. in villa exiſtentes, ſi non potue-
runt capere malefactorem excuſantur.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores delinquentium, quando puniantur*
2 *Receptator bannitorum, quando puniatur pęna ſtatuti.*
3 *Vxor receptans ſcienter virum bannitum excuſatur.*
4 *Opem ferre alicui, qualiter quis dicatur, remiſſiue*

§. Si quis quem. Punitur receptator illorum ſer-
uorum, qui facinoris in dominũ
1 commiſſi, noxij ſunt. hoc dicit. In tex. ibi, dolo malo. & † ſic no.
receptatores delinquentium non puniri, niſi hoc dolo malo fe-
cerunt, ſcientes eos eſſe culpabiles. Vnde iuſta ignorantia excu-
ſat. Ad hoc. j. de pęnis. l. Metrodorum. C. de fal. mone. l. j. in §. do-
mus. C. de

mus. C. de hære. l. quæcunque. j̃. de publ. l. cotem ferro. circa fi.
Ad quæ faciunt ea quæ dixi in d. §. occiſorum. Et facit hæc lite-
2 ra, quod receptans † bannitum ignoranter non puniatur pęna
ſtatuti, dummodo ignorantia non ſit craſſa, aut ſupina. de quo
j̃. de recepta. per Bar. & eſt tex. optimus, & ibi per eundem in l.
omne. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & l. j. C. de colle. illici. eo. ti. Scię
ter autem receptans bene punitur, quando ſponte receptauit.
Ad quod. j̃. de recep. l. j. facit. C. de furt. l. eos. j̃. eo. tit. l. qui vas.
Sin autem violenter, vt quia bannitus ei vim intulerit, & tunc
excuſatur ſecundum Bal. per illum tex. in l. in delictis. circa prin.
C. de noxalib. & iuſte, quia cuſtodia aduerſus vim parum pro-
deſt. Ad quod. s̄. de actio. empt. l. ſi ea res. s̄. locati. l. item quæ-
ritur. §. in exercitu. & l. ſi merces. §. vis maior. Vnde tamen excu-
3 ſatur vxor quantumcunque † ſciens, ſi maritum ſuum banni-
tum receptat, ſecundum Spec. in tit. de donationib. inter virū
& vxor. Et bene, arguendo a marito excommunicato, cum quo
participare non prohibetur, vt extra de ſenten. excomm. c. inter
alia. Et quia vnus alterius infortunium ſuſtinere debet. l. ſi cū
dotem. §. ſi autem in ſęuiſſimo. ſolu. matr. C. de diuor. l. j. Alij
autem conſanguinei non in totum excuſantur, ſed bene pote-
rit iudex pęnam moderare ſecundum Bar. in præallegato tit. de
receptatori. l. 2. Iuſtum eſt enim eis ignoſci, quia carnem ſuam
odio habere non potuerunt, vt dixit glo. in l. 3. s̄. in ius vocan. vt
4 eant. Vltimo inducit hunc tex. Bar. † ad illud, qualiter quis dica
tur ferre opem, de quo non eſt dicendum hic, ſed in l. in furti.
§. opem. & in l. ſi quis opem. j̃. de fur.

SVMMARIVM.

1 *Socius manifeſtans conſocium criminis, an debeat habere præmium ſtatuti.*

§. Si ex ſtipulatu. Seruus a domino, aut mihi de-
bitus, ſi eius necem probaue-
1 rit, libertatis præmium conſequetur. dicit hoc. Et † facit iſte tex.
an pręmium, quod debetur ex forma ſtatuti manifeſtanti delin
quentem, debeatur ſocio criminis conſocium manifeſtanti. vi-
detur ꝙ ſic, per iſtum tex. contrarium tamen eſt veritas, vt l. idē-
que. §. fi. s̄. de condi. ob turp. cau. & ibi per Barto. qui reſpondet
ad hunc tex. & dicatis vt ibi per eum, in l. j. C. eo. tit. Et hæc lite-
ra eſt contra regulas iuris communis, vbi determinatur ſociū
criminis propter ſocij manifeſtationem pœnam non euitare.
C. de quæſt. l. ſicuti. j̃. eo. l. j. §. cum quis latrones. C. de liber. cau.
l. ſi filium. C. de accu. cum ſimil. l. fi. In glo. ibi, a fiſco. non vide-
tur verum hoc, quia in tex. d. l. 2. ratio eſt, quia fiſcus tenetur ad
pretium ſerui, quia ſeruus manifeſtat delinquentes circa crimē
falſæ monetæ. & ſimiles. quod vertitur in vtilitatem reipublicę,
vt j̃. de iniur. l. eum, qui nocentem. in prin. cum ſim. vnde ſatis
diuerſus eſt caſus ille a noſtro, & ideo a quo pretium ſerui con-
ſequatur, dicas vt dicetur. j̃. eo. l. lex Cornelia.

SVMMARIVM.

1 *Officialis capiens bannitum, an debeat habere præmium ſtatuti, datum capienti bannitum. Vide Barto. cum ibi no. in l. nulla macula. C. de dela. lib. 10.*

2 *Capiens bannitum ignorans illum bannitum, an præmium ſtatuti conſequatur.*

3 *Occidens bannitum non fauore reipublicæ, ſed ratione ſuæ defenſionis, an habeat præmium ſtatuti.*

4 *Bannitus capiens alium bannitum, an conſequatur præmium ſtatuti. & num. 6.*

5 *Bannitus qui alium bannitum poſuit in manu communis, an per poteſtatē ciuitatis rebanniri poßit.*

7 *Statutum præmians accuſantem delinquentem, an compræhendat denunciantem.*

8 *Contractus initus inter minorem & rempublicam, an valeat ſtante ſtatuto, ꝙ contractus minorum celebrati ſine conſenſu duorum conſanguineorum non valeant.*

9 *Statutum puniens arma portantem, an compræhendat portantem cauſa interficiendi bannitum.*

10 *Statutum annullans omnem obligationem & hypothecam etiam tacitam factam per ciuem forenſi, an compræhendat tacitam hypothecam cauſatam a lege in bonis mariti pro vxore dotis forenſis.*

11 *Statutum prohibens omnem obligationem, vel alienationem, non prohibet neceſſariam.*

§. Vtrum autem. Ille vindicaſſe videtur necem
domini, ad hoc vt præmium
cōſequatur, qui ſponte ab aliquo vindicauit prouocatus. Et ver
ba fauore publicę vtilitatis recipiunt interpretationem extenſi-
uam. hoc dicit. facit hæc litera primo ad tria. Statutum dicit, ꝙ
1 † capiens bannitum habeat tātum &c. Vtrum officialis capiēs,
præmium conſequatur. & certe non per iſtum tex. quia nō fuit
ex ꝓpoſito volūtario, ſed ex neceſſitate officij ductus. hoc dicit
Bar. hic, cui adde tex. hoc probantem, licet ipſe nō alleget, & ibi
2 ſequitur Bal. in l. 2. C. de oper. lib. Secundo, an † capiens bannitū
ignorans eum eſſe bannitum, præmium conſequatur Bar. hic,
& in l. 2. s̄. de condi. & demonſtr. & l. is qui ſeruum. de acquir.
rer. dom. & in l. genero. de his qui no. infa. tenuit ꝙ non, quia
iſte fato cepit, non autem ex propoſito, vnde conditio poteſta-
tiua non fuit recte impleta, vt d. l. 2. Hoc idem ſequitur d. Bal. in
l. ſi quis hæredem. in pen. q. C. de inſti. & ſubſtit. contrarium ta-
men tenuit idem Bal. in l. genero. confundens fundamentum
Bart. primo, quia illa non eſt conditio merè poteſtatiua, vt pa-
tet, quia pendet partim etiam ex fortuna, ꝙ bannitus obuiet ca
pienti. Secundo, quia eſt talis conditio difficilis implemento, vn
de ſufficit ſi fato impleatur, vt d. l. 2. de conditio. & demonſtr.
facit eo. tit. l. multum intereſt. Et pro nunc puto verius conſide
rando mentem ipſius ſtatuti quæ eſt, vt bannitus capiatur, pro
executione pęnę facienda, vndę cum talis ratio pariter habeat
locum in caſu Bar. merito & ſtatuti verba, arg. l. quod dictum.
de pac. facit. s̄. ne quis eum. l. per alium. §. docere. Induco & ter-
3 tio † no. dictum Bar. in l. in illa. C. de delat. lib. 10. ꝙ occidēs bā-
nitum non principaliter fauore rei publicę, ſed ad defenſionē
ſui, non conſequatur præmium ſtatuti, ſicut hic vindicans necē
domini, vt ſe defenderet principaliter, libertatis præmium non
conſequitur. Eſt enim inſpicienda principalis cauſa. ff. ſi cer. pe.
l. ſi quis nec cauſam. & l. rogaſti. cum ſi. No. in ver. de his quo-
4 que. illud, † quod dixi in vltima parte ſummarij, quod induci-
a tur ad plura. Primo, an bannitus [a] bannitum capiens conſequa-
tur præmium ſtatuti ciuitatis? & videbatur dicendum ꝙ non,
quia ſtatuta ciuitatum ſunt fauorabilia, ideo non compræhen-
dunt eum. de capi. dimi. l. 2. & l. amiſſione. §. qui deficiunt. de
epiſc. & cler. auth. item nulla communitas. & quod ibi no. Præ-
terea & generalis ſermo fauorabilis odioſos non compræhen-
dit. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. ergo non banni-
tos. in ꝯtrarium tamen videtur rei veritas. Primo, quia etiam iu
re communi bannij ſocios manifeſtantes a capientibus reſti-
tuuntur a principe. l. non omnes. §. fi. ff. de re mili. Secūdo, quia
verba fauore reipublicæ recipiunt ampliationem, vt eſt in caſu
iſto. Tex. habes hic qui ſemper allegatur. Eſt & alius caſus, qui
5 bene facit in l. hoc modo. de condit. & demon. An autem † ban
nitus, qui alium bannitum in manibus communis poſuit, rebā-
niri poſſit per ciuitatis poteſtatem? Fuit quæſtio, & videtur ꝙ
ſic per hanc literam fauore reipublicæ, vt inducantur homines
ad capiendum hoſtes ciuitatis. Bart. tenuit contrarium in l. am
bitioſa. de decre. ab ord. facien. & in l. omnes populi. de iuſti. &
iure. per tex. in l. j §. fi. ff. de quæſt. tu vero allega pro eo meliora
iura, videlicet. l. collegiati. & l. diui fratres. j̃. de pęnis. & facit. C.
eo. l. pen. Et hanc partem ſecutus fuit Alber. de Roſa. in 4. parte
ſtatutorum, per d. l. omnes. §. fi. ff. de re mili. & per l. 2. C. qui ad
liber. procla. non poſſ. & l. 2. C. ex quib. cau. ſer. acci. liber. Pro
Bart. facit. l. prohibere §. plane. quod vi aut clam. Tu potes eos
concordare, ꝙ aut poteſtas eſt aſſumptus cum mero & miſto
imperio, & tunc poſſit eum rebannire. Moueor per tex. in l. illi-
citas. §. qui vniuerſas. de offic. præſi. Aut eſt, vt cōmuniter ho-
die eliguntur, & tunc aut talis bannitus erat certo loco relega-
tus ad expediendа certa opera ciuitatis bannientis, & tali caſu
poſſis ſaluare Alb. videlicet ꝙ poteſtas talem bannitum aut re-
legatum magna temporis antiquitate defectum, rebānire poſ-
ſit. Moueor per tex. ad hoc valde no. in l. in metallum. j̃. de pę
6 nis. alias puto locum habere opin. Barto. Et deciſionem † præ-
cedentis q. ante iſtem ſequitur Bal. in l. j. C. de prec. Imp. offer.
in ſi. & tangit Guil. de Cun. in l. j. circa fi. princ. s̄. de iuſti. & iure.
& facit quæſtio primordialiter Alb. in tract. ſtatutorum. Indu-
7 co & ſecundo † prout no. inducit Ioan. And. in addi. Spec. in tit.
de denunc. An ſtatutum præmians accuſantem delinquentem
intelligatur denunciantem præmiare? & primo videtur dicen-
dum ꝙ non, ex quo nomine & effectu differunt, & non tamen
totaliter effectu, vt patet in l. ab accuſatore. §. denūciatores. j̃. ad
Turpil. & no. in c. ſuper his. extra de accu. & in l. ea quidē. C. de
accu. & l. diuus. de cuſto. reo. vbi Bar. ponit materiam iſtorū ſta-
tutorum & denunciatorum. Ergo ſtatutum loquēs de vno nō
extenditur ad aliud. Pro hoc induco. l. qui cum maior. §. accuſaſ-
ſe. j̃. de bon. liber. contrraium tamen eſt verius, vt ibi Ioan. And.
decidit, quod & ſequitur Ang. in d. l. diuus Pius. & Alber. in ſe-
cunda parte ſtatutorum. & hoc per tex. optimum in l. qui patro
num. §. qui nomine detulit. j̃. de iure patr. Secunda ratione fauo
ris publici, qui eſt vt citius inuitentur homines ad manifeſtan-
dum

ADDITIO.

a An bannitus. Bannitus bannitum capiens, an conſequatur præmium ſtatuti. vide omnino Bal. in l. rogaſti. in princ. ſupra ſi cert. pet vide tamen Barto. in l. 3. § ſi tibi. de condic. ob tur. can. qui videtur tenere contrarium in ſimili quæſtione eius quod decidit. hoc dicit Lud. vide ibi no. per Mod.

dum delinquentes. ar. d.l.eum qui nocentem. ĵ. de iniur. Ter-
tio, quia idem effectus quo ad illationem pęnę in illum delin-
quentem ſequitur ex denunciatione, qui & ex accuſatione, vt
probatur in l. ſepulchra. circa fi. C.de ſepul. vio. ergo pariter ſi-
bi locum vendicare debet ſtatutum. & hoc ſumme no. quia vi
di in facto, licet quidem iudex contrarium iudicauerit & peſſi-
6 me. Inducitur etiam ad † ſtatutum, quod prohibet & annullat
contractum minorum abſque conſenſu duorum cõſanguineo
rum. an valeat contractus abſque dicto conſenſu inter minorē
& rempublicam? & videtur dicendum, ꝙ non, ex quo genera-
liter loquitur. l.j. §.generaliter. de leg. præſt. l. in fraudem. §.fi. q̃
alias incipit, miles ad tempus. ĵ. de teſtam. mili. contrarium ta-
men eſt verum. Primo, quia ſicut fauore reipublicæ verba pa-
tiuntur extenſionem, ita etiam aliquãdo reſtrictionem. l. vt gra-
datim. §. ſed & ſi lege. ff. de mune. & hono. Secundo, quia ſtatu-
tum non videtur priuilegiare minorem contra ſeipſum, id eſt
contra rempublicam, quæ ſtatutum condidit, vt l. ſi peculium.
§.ſicut. de pecu. leg. C. de ſolu. l. inquiſitio veritatis. extra de iu-
reiur. c. petitio. & determinauit Alb. In dicto trac. circa fi. ſecũ,
9 dæ partis. quod eſt no. dignum. Induci etiam † poſſet, an ſi ſtatu
tum præmiat delationem armorum, intelligatur punire eum,
qui portauit arma, vt interficeret bannitum? & videtur ꝙ non,
quia hoc facit fauore publicæ vtilitatis, vt hic, & quia in ſimili
dicimus, quod belli calamitas induxit, pacis lenitas ſopiuit. l. vni
ca. in princ. C. de cad. tollen. Ita poſſumus dicere econtra, ꝙ pa-
cis lenitas induxit, belli calamitas ſopiuit, & maxime quia lici-
tum eſt trãſgredi ex iuſta cauſa præcepta ſuperioris. Ad primũ
quod no Innoc. in c.j. extra de conſtit. Ad ſecundum. l. ſi homi-
nem. man. in fi. & ita diſputatum fuit in ciuitate Bono. vt refert
ille notabilis legum Doctor, qui nouiſſime compoſuit tractatũ
bannitorum, videlicet d. Nellus de Floren. Et facit vltimo ad q.
quam ponit hic Bart. de qua dixi in l. Antiſtius. circa fi. ff. de ac-
quir. hæred. vbi aliqua recollegi in materia iſta dando intelle-
10 ctum ad ibi dicta per Ang. Sed poteſt † induci ad ſimilem quæ-
ſtionem, in qua conſuluit do. Ant. de But. cuius conſilium inci-
pit, in Chriſti noĩe, viſo ꝯctu dotis & ſtatuto an ſi ſtatutũ. An ſi
ſtatutum prohibet omnem alienationem ſeu obligationem, ac
etiam hypothecam tacitam & expreſſam fiendam per ciues in
forẽſes, videatur prohibere & annullare tacitam bonorum ma-
riti obligationem, pro reſtitutione dotis ipſi vxori forenſi a iure
conceſſam? & concludit eleganter in dicto cõſi. ꝙ aut uxori po
teſt eſſe ſatisfactum de reſtitutione dotis aliter quam per tacitã
hypothecam bonorum ſecundum formam l. aſſiduis. & tunc
ſeruentur verba ſtatuti. de lega. 3. l. non aliter. eum ſim. Aut non
poteſt eſſe aliter ſatisfactum, & tunc dicamus fauore publicę
vtilitatis, quæ vertitur circa dotis conſeruationem, vt l.j. ſol. ma.
verba ſtatuti debere reſtringi, & non compræhendere hanc ta-
citam obligationem. Item quia per hoc indirecte ſaltem impe-
diretur contractus matrimonij, quod a ſtatuto fieri non poteſt,
vt plene diſputat Ioan. And. in c. ſtatutum. de reg. iur. in 6. Ad
hoc poteſt induci hic litera vna cum dicto Bart. Si tamen ſtatu-
tum non faceret mentionem de aliqua tacita obligatione, ſed
generaliter loqueretur, tunc non eſſet dubium, ꝙ ſub talibus
verbis non compræhenderetur talis tacita obligatio pro reſtitu
11 tione dotis, vt † in ſimili dicimus in ſtatuto prohibente aliena-
tionem, ꝙ nõ compræhẽdit alienationem neceſſariam, vt pro-
batur in l. ſi pecunia. §.j. ĵ. de reb. eorum. & in l. peto. §. prædiũ.
de leg. 2. l. filiusfam. §. diui. el 2. ver. ſed neque. facit. ſ̃. fam. erciſc.
l. alienationes. ita etiam nec videatur prohibuiſſe tacitam obli-
gationem. de qua ſupra, quæ quodammodo neceſſario iure in-
ducitur per d. l. aſſiduis. Ad quod faciũt no. in d. l. ſi ita quis. §. ea
lege. de verb. oblig. & ibi plene per Bart.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus licet manumiſſus, ſi domino auxilium non dedit, quando torquea-*
tur, & quando vltimo ſupplicio afficiatur.
2 *Statutum, ꝙ vulnerans antianum puniatur maxima pœna, an habeat locũ*
in vulnerantem antianum de proximo remotum.
3 *Statutum de bannitis rebanniendis, ꝙ non compræhendit bannitum pro-*
pter offenſionem factam ciuitati.

§. De his queque. Serui teſtamento manumiſ-
ſi, ac etiam hi qui ante apertũ
teſtamentum, vbi liberi perſcribebantur, profugerunt domino
auxilium non præſtando, pęnam patiuntur edicti. h. d. No. pri-
1 mo † ſeruos quantumcunque manumiſſos, ſi domino auxiliũ
non præſtiterint torquendos eſſe, aut vltimo ſupplicio afficien-
dos ſecundum quod magnitudo delicti merebitur, non tamen
feſtinandum eſſe ad illorum torturam, ſi aliter iudex occiſorẽ
domini inuenire poterit. ſ̃. eo. l.j. verſi. de eo. aliter autem ſic, vt
ĵ. e. l. ſi exhæredatus. in fi. Nec mirum eſt hoc, ꝙ manumiſſi tor-
queantur in ipſius domini fauorem, quia in memoriam prio-
ris domini hoc fieri conceſſum eſt, vt remaneant adhuc priſti-
nę ſeruitutis reliquiæ. Ad hoc. ĵ. de quæſt. l. vnius. §. ſeruus. ĵ. eo.
2 l. ſeruos non ſolum. Et hæc litera † hoc modo intellecta facit ad
q. ꝙ ſtantę ſtatuto, ꝙ percutiens antianum ſeu priorem ciuita-
tis, puniatur maxima pęna, an eadem puniri debet, qui aliquẽ
a de proximo a prioratu remotum vulnerauit? inuenio Alber. [a]
in trac. ſtatutorum, qui refert diſputando fuiſſe deciſum, ꝙ ſic,
& allegat tantum vnam legem, videlicet. l. ordo. ĵ. de pub. iudi.
de qua multum miror, quia nec. l. nec mens illius legis induci
poſſunt. Pro eo tamen allego duos tex. in fi. ĵ. de decur. dicentẽ,
ꝙ ſicut decurio nõ poteſt torqueri, ita nec a decurionatu remo-
tus propter reliquias priſtinę dignitatis. Alium qui dicit in l. pe
nult. C. de quæſt. facit de ſenten. paſſ. l. fruſtra. per quæ iura cre-
do illud fuiſſe deciſum, licet in ea dubitem multum, cum quali
tas adiuncta verbo debeat intelligi ſecundum tempus & actũ
verbi. ſ̃. de noxal. l. in delictis. §. ſi detracta. ſ̃. de teſtam. mili. l. Ti-
tius. de inſt. l. habebat. vnde, cum ſtatutum qualificet pęnam ꝯ
decurionem tantum, ergo non habeat locum in remoto a de-
curionatu, quia de illo lex locuta non eſt. ſ̃. ſolu. matrim. l. ſi ve-
ro. §. de viro. facit. ſ̃. de poſtu. l. ſi cui eorũ. §. affinitates. Nec ob.
tex. in d. l. fi. & pe. quia illę leges expreſſe mentionem faciunt de
remoto a decurionatu, non autem eſt ita in ſtatuto. Et pro hac
opin. induco tex. qui optime facit ad propoſitum in c.j. in fi. de
vaſal. qui contra conſtit. Lo. vbi ſi vaſallus eſt a vaſallagio liber
tatus, non tenetur dominum defendere, vt prius. Item nec
offendere, & ſi eum offenderit, non punietur ea pęna, qua puni
retur ſi dominum offendiſſet, ſed alia iudicis arbitrio, vt ibi dicit
tex. multum no. ad hoc propoſitum iuncta glo. Et ideo prædi-
3 ctam deciſionem puto falſam. † Facit & ſecũdo iſte ver. de his.
ꝙ quemadmodum ſeruus qui dominum offendit, aut etiã au-
fugit, non conſequitur præmium libertatis, ita etiam nec ban-
nitus compræhendatur ſub generali ſtatuto de rebanniendis, ſi
bannitus eſt, eo quia ciuitatem offendit committendo crimen
læſæ maieſtatis. Si enim hoc eſt in priuato, tanto magis eſt in re
publica. Et hoc eſt elegans verbum Ang. licet nihil alleget in pu
blica diſputatione ſua, quam fecit Bon. quæ incipit, exorta guer
ra. pro quo optime ego induco iſtum tex. Vltimo no. moralem,
& no. tex. ibi, indulgentiam ipſorum, quam quo quiſq; &c. cũ
quo concor. de epiſc. & cler. l. presbyteri &c.

§. Quod ad cauſam. Hic iuriſconſul. ꝯtinuat,
alias intrat ſecundã par-
tem rub. dicens, ꝙ ante quæſtionem de familia habitam, teſta-
mentum aperiri prohibetur. h. d.

A D D I T I O.

a Albericus. Vide ipſum Alber. in 2. parte ſtatutorum, in 22. q. & d. Ang. in trac.
malefic. in verſic. Caium Sempronij de Nobilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Palam aliquid fieri, & publicè fieri, differunt.*
2 *Vſurarius publicus quis dicatur, & quis manifeſtus.*
3 *Aperienti literas alienas, quæ pęna imponatur.*
4 *Tardantis præſentare literas alienas, quæ pęna ſit.*
5 *Pęna falſificantis literas alienas, vel illas alteri oſtendentis, remiſſiue.*

§. Aperire autem. Hic declaratur qualiter hoc
verbum, aperire, intelligatur
1 ſupra poſitum. hoc dicit. No. differentiam † eſſe inter dictionẽ
palam, & publicè factum. Palam dicitur illud quod coram ſe-
ptem teſtibus fit, vt colligitur. ſ̃. de teſt. l. hæredes palam. & l. pa
lam. de ritu nup. Publicè autem dicitur fieri, ꝙ coram maiore
parte populi fit, vt colligitur ex glo. l. ſi tutor. C. de peri. tut. con-
2 iuncta cum l. pe. ſ̃. de iu. & facti ign. Et hoc eſt † vtile ad declara-
tionem c. quanquam. de vſur. in 6. videlicet, circa intellectum
quis dicatur manifeſtus vſurarius, de quo dicatis vt per Bar. in l.
3. ĵ. de fur. & per Ang. in ſua diſputatione, Aſtenſis miles. & per
Bal. in l. vnica. C. de confeſſ. & in l. executorem. de exec. rei iudi.
3 vbi recitat diuerſa conſilia Fed. de Senis. Vltimo no. † ad id, ad
quod inducit Bar. iſtum tex. de ſtatuto puniente aperientem li-
teras, pęna autem iuris communis eſt in c. cum olim magiſter.
de offic. deleg. & no. Bar. in l. Titia cum eſſet. ĵ. ad municip. De
4 tardante † autem præſentare literas magni ponderis, habes ca-
ſum, qui non eſt alibi in l. fi. C. de fabr. lib. 11. dic vt ibi. Quid au-
5 tem de falſificãte, aut † alteri oſtendẽti. de primo dicas in l. qui
in nomine ĵ. de fal. & C. eo. tit. l.j. §. ſed & ſi quis. & in d. l. Titio.
vbi plene per Bar. & in l. antep. ſ̃. de dolo. facit l. qui tabulas. ad
leg. Aquil. & l. ſi quis tabulas. & l. 2. ĵ. de fal. de hoc videas in l. ſi
quis aliquem. §. qui inſtrumenta. ĵ. de pęn. & in præalleg. l.j. cir-
ca fin. princ. ĵ. de falſis.

§. Si quis tab. Hic. §. declarat ſuperiorem, & aliqui
habent hic. q. de literarum aperturis,
quam ponit Bar. in §. aperire. & potes ibi dicta hic adiungere

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delinquens in parte, eo modo punitur, ac ſi delinqueret in totum.*
2 *Statutum prohibens quem teſtari, an videatur prohibere codicillari. Adde & vide Bald. in l. omnes populi. in ſi. ver. & generaliter no. de iuſti. & iure. ſupra.*
3 *Statutum adhibens maiorem ſolemnitatem in teſtamento, quàm adhibeatur de iure communi, an trahatur ad codicillos. & quid ſi minorē.*
4 *Statutum puniens facientem ceſſionem nobili, an comprahendat facientē, ſed nullam.*

§. Si autem. Senatuſcōſulti pœnam meretur, qui par
tem tantum, licet non totum teſtamen-
tum aperuit. Et ideo eſt idem in aperiente codicillos, idem in
apeniente teſtamentum, licet nullum. hoc dicit. Et idem dicen-
1 dum eſt in apertura ſecundarum tab. hoc dicit. No. ꝙ † colligit
glo. ex hoc. §. ꝙ eodem modo punitur ille qui deliquit in partē,
quo ille qui deliquit in totum. concordantiæ ſunt in glo. in ea
tamen addas legem vulgarem, vbi hæc declarantur. j. de fur. Se-
2 cundo ver. ſi quis † codicillos. induci poteſt ad pulchram quę-
ſtionem, an ſtatutum prohibens quem teſtari, videatur quem
prohibere codicillari? videtur ꝙ ſic, per hanc literam, quia codi
cillus pertinet ad teſtamenti cauſam. Item & quia pars teſtamē-
ti eſt, vt in pluribus legibus. j. de iure codic. & hoc voluit Barto.
per iſtum tex. cum ſim. & in l. 2. de leg. 1. Bal. autem alibi tenuit
contrarium in l. ſi. C. de teſtam. ex generali regula, quia ſtatuta
ſtricte intelligenda ſunt. Pro quo facit, quia hæc ſunt diuerſa
nomine ſaltem. Item & effectu. l. ſi idem. C. de codic. ergo ſtatu
tum de vno loquens non extēditur ad aliud. de acquir. poſſ. l. na
turaliter. §. nihil. & de calum. l. ſi. His tamen non obſtantibus ve
rius puto dixiſſe Bart. per l. diuus. §. pe. de iure codic. vbi pro eo
videtur caſus. Nō obſtat quod dixit Bal. quia in caſu noſtro ſta-
tutum non extenditur, ſed eo ipſo quod ſtatutum ita dicit, vt ſu
pra, videlicet ꝙ quis non poſſit teſtari, lex extendit, immo vt nō
poſſit codicillari. per illum tex. in d. §. pen. & l. 2. Et ꝙ hoc ſit ve-
rum probatur in l. cum hic ſtatus. §. ſi miles. ſ. de don. inter vir.
& vxo. & eſt glo. in l. quod vero. in ſi. ſui. ſ. de legib. facit. C. de
fur. l. ſi quis ſeruo. & quod ibi dicitur in gl. vnde hoc caſu teneo
3 Bar. Non tamen putarem, quod ſi † ſtatutum adhiberet maio-
rem ſolemnitatem in teſtamento, quàm requiratur de iure cō-
muni, trahatur ad codicillos, quia in hoc penitus hæc duo ſunt
diuerſa, vt in l. ſi. de codic. Inſti. eo. tit. in prin. Quid autem ſi ſta-
tutum adhiberet minorem ſolemnitatem, puta duos teſtes in
teſtamento, an hoc ad codicillos trahatur? & hoc videtur magis
dubium. Idem tamen pro nunc putarem ex ſupra dictis, maxi-
me ex d. l. ſi. & l. naturaliter. Cogita tamen, & facit quod no. j. de
iure codic. l. conficiuntur. Poſſet tamen forte dici, ꝙ aut ſtatutū
diſponit, ꝙ in caſu neceſſitatis ſufficiāt etiam duo teſtes in teſta-
mento, & tunc etiam trahetur ad codicillos, cum hoc conſonet
iuri communi, vbi permittitur in caſu neceſſitatis teſtamentū
condere coram duobus teſtibus, vt no. Bar. in l. j. j. de bono. poſ-
ſeſ. ex teſtam. mili. & Bal. in l. ſi. C. de teſta. Pro quo facit, & vide
tur caſus, licet ipſi non allegent, in l. ſi. ſ. de teſtam. milit. ſi tex. il-
le ſimpliciter intelligitur. Aut ſtatutum diſponit ſimpliciter in
omni caſu, teſtamentum cum minori numero valere, & tunc
non putarem trahendum ad codicillos propter eorum diuerſi-
tatem. vide tamen quod no. in d. l. conficiūtur. §. codicillis. No.
4 in verſi. item ſi inte. quod punitur † ſenatuſconſulto ille, qui te
ſtamentum licet nullum aperuerit. Quod facit ad plura, maxi-
me ſi ſtatutum dicat quod quicunque ceſſerit actionem nobi-
li, aut bannito, puniatur in centum, an puniatur ille cuius ceſſio
ob defectum aliquem fuit nulla? Iſte tex. facit ꝙ ſic. In contrariū
tamen videtur verius, per l. non putauit. §. non quæritis. de con-
tratab. & l. filium. §. ſi quis bo. de lega. præſtand. & quod ibi dici
tur per Bart. facit de verb. oblig. l. continuus. §. pen. & ibi videas
pro reſponſione ad hunc tex.

SVMMARIVM.

1 *Lex, ſi plura exigit ad imponendam pœnam, an ſufficiat quod vnum factum ſit. Vide Bal. in l. mancipia. C. de ſeruis fugi.*

§. Si alius. Senatuſconſulti pœna puniuntur hæredes,
quorum vnus aperuit, & alter recitauit. Item
& hæc pęna, videlicet nō habita quæſtione de ſeruis, pariter ha-
bet locum, ſiue in ſuccedentibus ab inteſtato, ſiue ex teſtamen-
1 to. † Et no. Bar. ex hac litera, ꝙ vbi lex exigit plura ad imponen-
dam pœnam, tunc [illegible] ꝙ vnum factum ſit, quod non
ita intelligas abſolute quia [illegible] qualificā-
dum alterum, ſecundum Bar. & Ang. hic, & [illegible] de his qui
notan. infa Præterea & hæc lex [illegible] ad pœ-
nam interponendam quia [illegible] de
per ſe, quod patet, [illegible]
ſupra prox. §. quo tamen. Et ad hoc ſ. de condi. [illegible] hæredi

plures. cum ſim. No. in ver. ne hęres. rationem totius tituli, qua-
re teſtamentum prohibetur aperiri, ſeu eius hæreditas adiri an-
te quæſtionem de familia habitam.

SVMMARIVM.

1 *Forenſis qui non poteſt acquirere, niſi ſit allibratus, ſi dum tractat allibrari deferatur ſibi hæreditas, & decedat, an illam tranſmittat.*

§. Eleganter. Qui propter metum ſenatuſconſulti
hæreditatem non adiuit, eam non adi-
tam tranſmittit. hoc dicit. Et ex hoc tex. Bar. in l. ventre. de acq.
hæred. aſſumpſit regulam. Quod hæreditas non adita metu pę
nę legalis tranſmittitur. Et ex hoc dicit Alber. ſe dixiſſe, ꝙ ſtante
1 ſtatuto, ꝙ forenſis non poſſit † aliquid in ciuitate acquirere, niſi
primo fuerit allibratus ſub tanta pęna, ꝙ ſi interim dum quæ-
reret ſe allibrari deceſſerit, hæreditatem non aditam ad hære-
des tranſmittit. quod Ang. reprobat in d. l. ventre. dicens place-
re ſibi regulam Bar. Sed nō dictum ex eo ſumptum, quia in ca-
ſu huius quæſtionis præſupponitur hæredem inſtitutum non
fuiſſe habilem tribus temporibus, quod eſt de forma inſtitutio
nis hæredis, vt ſ. de hæred. inſtit. l. ſi alienum. §. in extraneis. cū
ſim. Vnde cum talis non fuerit habilis tribus temporibus, maxi
me tpe teſtamenti, merito inſtitutio fuit nulla, & ſic ex ea non
potuit cauſari tranſmiſſio. Potes dicere cōcordando, ꝙ aut fuit
inſtitutus ille ad quem alias deuenire debuiſſet hęreditas ab in-
teſtato, & tunc vera ſit opin. Bar. quia videtur ſtatutum, hunc
non compręhendere, vt in ſimili dicimus de prohibitione, vt in
l. cum pater. §. cum inter. & quod ibi Barto. de lega. 2. & in l. pe.
§. Iulia. de lega. 3. & facit quod no. Bart. in l. ſi ita quis. §. ea lege.
de verbo. oblig. alias habeat locum opi. Ange. Ad quod induco
plene no. in l. ea lege. C. de condic. ob cau. per Cyn. & maxime
per Bal. & tex. in l. hac edictali. C. de ſec. nup. & ita debes dicere.
Hoc addas ad ibi dicta.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas magis nocens attenditur, & quando non, nu. 5.*
2 *Statutum ſi vnum deputat iudicem in cauſis pupillaribus, & alium in cauſis miſerabilium, coram quo procedatur ſummarie &c. Si adeſt pupillus & miſerabilis, quis eorum erit index.*
3 *Statutum ſi diſponit ꝙ filius non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris, & extet aliud, ꝙ omnes cauſæ debeant cōpromitti, ſi filius habet cauſam, an poterit compromittere ſine patris conſenſu.*
4 *Statutum, ſi diſponit, ꝙ in cauſis forēſium ordinariè procedatur. Et aliud, ꝙ in cauſis pupillorum ſummariè, ſi extat pupillus & forenſis, quod ſtatutum attendatur.*
6 *Statutum, ſi deputat iudicem in cauſis hoſpitalis, & alium qui habet cognoſcere a viginti libris infra. Et hoſpitale habeat cauſam a viginti libris infra, coram quo indice cauſam agitabit.*
7 *Statutum magis ſpeciale, quod dicatur.*
8 *Pontifex, ſi caſſat omnes regulas viuentes de proprio, an cenſeatur caſſare viuentes partim de proprio, partim de alieno.*
9 *Tempus a teſtatore præfixum, an currat ignoranti.*
10 *Pendentia poſthumi putatiui, an impediat tranſmiſſionem hæreditatis.*

§. Si conditioni. Qui conditioni intra tempus a
teſtatore pręfixū propter impe-
dimentum ſenatuſconſulti parere non potuit, excuſatur. ſecus
ſi propter aliud. Et dū ſunt duo quorum vnum nocet, & aliud
prodeſt, magis attenditur quod nocet. hoc dicit cum l. ſeq. No.
1 primo. in §. ſed † ſi aliud. cum l. qui poſthumos. ꝙ dum concur-
runt duo, quorum vnum prodeſt, & aliud nocet, debemus attē
dere id, quod magis nocet, de quo brocardo [illegible] per Dyn. in
c. qui prior. de reg. iur. in 6. per Bar. hic, & in l. 3. §. ſi quis palam.
j. de iure fiſci. & plenius in l. cum vir vxori. j. pro dona. & ibi vi
deas, quia additione non indiget. Et hoc facit ad multas no. q.
2 Prima † eſt, ſtatutum deputat vnum iudicem in pupillaribus
cauſis. Alium in cauſis miſerabilium perſonarum coram quo
debeat ſummariè procedi: modo quidam eſt pupillus & miſe
rabilis perſona, quæritur quod ſtatutum debeat [illegible] Bal. in
l. qui habet. ſ. de tute. per illum tex. determina[illegible]
di ſtatutum loquēs de pupillis. & hoc per illum [illegible]
currunt duæ cauſæ vna naturalis, alia accidentalis [illegible]
naturalis attendenda eſt vt [illegible] Et ad hoc induco [illegible]
debet inſpici ſtatutum illud, quod magis nocet [illegible] concurrente hoc cum ætate pupillari, quæ [illegible] cauſa natu-
3 ralis. Secundo [illegible] ꝙ filius [illegible] non poſſit ſe obli
gare ſine conſenſu patris [illegible] ꝙ omnes [illegible] debeant cōpro-
mitti, modo [illegible] compromittere
[illegible] conſenſu patris & [illegible] ſecundum [illegible]
[illegible] ꝙ [illegible] per hunc tex. [illegible] pimus [illegible]
[illegible] nocet. Contrarium tamen [illegible]
[illegible] vidi conſilium in l. ſi. §. neceſſitatem. C. de bo. [illegible] lib.

Cum

Cum enim ſunt duo ſtatuta ſpecialia debet attendi. id quod eſt
magis ſpeciale. Ad hoc quod no. Dy. extra de reg. iur. c. graui. lib.
6. & Bar. in extrauag. ad repnimen. ſuper verbo, non obſtãte. Sed
ſtatutum de cauſis compromittendis eſt magis ſpeciale, vt col-
ligitur ex regula data per Bal. ad hoc cognoſcendum in l. hac cõ
ſultima. C. qui teſtam. facere poſſ. l. vnica. §. cum autem. de ca-
du. tollen. ergo. Quod ſit magis ſpeciale, patet quia in eo poteſt
aſſignari maior ratio ſpecialitatis, quàm in alio, videlicet cauſa
finiendarum litium, vt l. j. ſ. de arb. l. quidam æſtimauerunt. ſ. ſi
cer. pet. de appel. c. cordi in 6. & C. de iud. l. properandum. cum
4 ſim. Et ex hoc deciditur tertia quæſtio † eiuſdem hic, videlicet
an ſtatuto ſtante, ꝙ in cauſis forenſium procedatur ordinariæ,
& in cauſis pupillorum ſummariæ, non debeat procedi ſecun-
dum primum, vel ſecundum ſecundum exiſtente aliquo pupil-
lo & forenſi, dicit debere attendi ſtatutum de proceſſu ordina-
rio, cum pupillo magis noceat, per hunc tex. maxime cum tra-
ctatur de eo, ꝙ venit cõtra ius commune, videlicet in quo ſem-
per debet procedi via ordinaria in dubio. C. de iudi. l. iudices. C.
de pac. l. ſi pacto, quo pęnam. cum ſim. Ego puto contra, quia
in dubio ſemper debemus attendere priuilegium conceſſum
ætati. de mino. l. verum. §. ſi. cum l. ſeq. Secundo, quia ſtatutum
loquens de pupillis videtur magis ſpeciale, quam loquens de fo
renſibus, cum videatur a ſtatuto loquens de forenſibus pupil-
los exceptuaſſe, vnde hoc debet attendi ex no. per Dy. in c. gra-
5 ui. cum alleg. ſupra. Non obſt. iſte tex. quia eius † reſpectu limi-
tatur, niſi cauſa quæ prodeſt ſit potentior cauſa, quæ nocet, vt
hic ꝑ Bar. Sed ita eſt in caſu noſtro ratione minoris ætatis &c.
6 Ex his † quatuor deciditur pulchra quæſtio poſita per Bar. in l.
cum ſacris. C. de prox. ſac. ſcr. lib. 12. vult ſtatutum Peruſij, ꝙ iu
dex portæ eburneæ tantum poſſit cognoſcere de cauſis hoſpita
lis miſericordiæ. Aliud ꝙ de cauſis a viginti libris infra cogno-
ſcat iudex ſancti Petri. Modo hoſpitale habet cauſam a viginti li
bris infra, quæritur quis ſit iudex? Bart. per illum tex. ſecundũ
vnam lec. glo. dicit, ꝙ ille iudex qui habet cognoſcere a viginti
libris infra, cuius cõtrarium eſt verius. Primo quia hoc voluit
Bal. in l. vnica. §. cum autem. C. de cad. toll. & in l. executorem.
C. de execu. rei iudi. & in l. j. ſ. de offic. conſul. & in l. Gallus. §. il-
le caſus. ſ. de lib. & poſthum. & per Bar. in extrau. ad reprim. ſu-
per verbo, non obſtante. licet Bal. in aliquo loco eum non alle-
get. Secundo ratione, quia ſtatutum loquens de cauſis miſeri-
cordiæ, eſt magis ſpeciale, ergo derogat minus ſpeciali per ſu-
7 pradicta. Quod † ſit magis ſpeciale probatur ex theorica Bart.
in prælleg. locis, quia illud dicitur magis ſpeciale, ꝙ diſponit
circa ea, quæ accidunt certo generi perſonarum, aut collegiorũ
tãtum, illud autem minus ſpeciale, quod diſponit circa ea, quæ
poſſunt accidere quibuſcunque rebus aut perſonis. Probatur
hæc theorica in l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. de pac. Item
ꝙ ſit magis ſpeciale probatur, quia magis dicitur eſſe ſpeciale
illud ſtatutum, quod diſponit de perſona tanquam digniori, q̃
ꝙ diſponit de cauſis. Ad hoc de edili. edic. l. iuſtiſſime. ſ. de vſu-
ris. l. in pecudum. ſpecialiter facit. C. quando Impe. inter vid. &
pup. l. j. ergo &c. Ergo & hodie teneas, licet Bal. in l. Titiæ texto-
res. in prin. in aliquibus lec. de lega. j. dixerit ſecũdum Cy. & Iac.
de Are. ꝙ in tali caſu vterque poteſt cognoſcere, & habet locũ
præuentio, quia vterque debet eſſe iudex, licet vnus generalis,
& alter ſpecialis. Ad hoc de proc. c. ſi duo. in 6. ſ. eo. tit. l. plurib.
de lega. j. l. ſi pluribus. cum ſim. ꝙ non eſt verum, quia cũ vnus
iudex ſpecialis non eſt minor, ſed par ſeu maior iudice genera-
li, tunc iudex generaliter deputatus non põt cognoſcere de cau
ſis ſpecialiter vni iudici attributis. Probatur hæc diſtinctio vrb.
& plene no. in l. j. prælleg. de offic. procõ. & leg. l. fi. & de iuriſ-
di. omn. iud. ff. & l. quod in rerum. §. ſi poſt. de lega. j. Ex ratione
illius legis facit. C. de teſtam. l. teſtamenta. & l. conſulta diualia.
In caſu noſtro præſupponimus iudicem ſpecialiter deputatum
eſſe maiorem, aut parem alteri iudici, ergo &c. Præterea vt cũ
ſupra dictum eſt magis ſit ſpecialis iudex, quàm alter, ergo dero
8 gat minus ſpeciali. Item regulam huius † legis induxit Bal. ali-
bi ad q. caſſat ſummus pontifex omnes regulas viuentes de pro-
prio. Quædam autem eſt quæ partim ex proprio, partim ex alie
no viuit, an hæc videatur caſſata? videtur ꝙ ſic per hanc literam
conſiderata cauſa, quæ ſibi magis nocet. In contrarium videtur
de leg. 3. l. hoc legatum. vbi miſtum naturam ſimplicis nõ aſſu-
mit. de lega. 2. l. legatis. cum ſim. Refert finaliter fuiſſe deciſum
cõſiderari id, ex quo magis illa regula viuit, quia ſecundũ quod
magis, ita veniret caſſanda. Ad hoc de leg. 3. l. ſi ſeruis legatis. §.
ſi vnus. de ſtatu homi. l. quærit. & in d. l. Titiæ textores. vbi Bal.
hic ponit. & ad hoc vide no. per eundem in d. l. hac conſultiſſi-
9 ma. C. qui teſtam. fac. poſſ. Vlterius aduerte † ad §. ſi conditioni.
quod tempus non currit ignoranti a teſtatore præfixum, ſi illa
ignorantia vno tantum impedimento cauſetur, & iuſto, ſecus
ſi duobus, quia tunc currit cum attẽdamus ꝙ magis noceat, &
ita no. Doc. hunc tex. Mihi tamẽ videtur ꝙ debeat tempus cur-
rere etiam a die mortis, & ſic ignoranti. Sed reſtituatur hæres
aduerſus lapſum temporis, quia iuſto impedimento detentus
eſt. Hoc probat litera ibi, dum dicit, ſuccurritur, & ſic ope reſti-
tionis in integram. Ad hoc. ſ. ex quib. cau. maio l. ſuccurritur. &
quod no. in l. in teſtamento. de condit. & demon. Et hoc modo
intellectus deſtruit omnia dicta Doc. in l. genero. de his qui no.
infa. & Bal. ſpecialiter in l. vnica. C de his qui pęnę nomi. vbi ꝑ
l. 3. §. ſi quis hæredi. ĵ. de ſta. lib. dixit ꝙ ſi teſtator præcipit hære-
di, vt det tali cẽtum ſub pœna intra decem dies a tempore mor
tis computandos, quod ſuppletur mortis & aditę hæreditatis,
cũ impoſſibile ſit ipſi hæredi aliquid, vt ab hærede impleri an-
tequam hæreditas ſit adita per eum. Et ideo hoc modo verba
intelligenda ſunt. ar. l. tali. ſecundum eum. ſ. de iure dot. & pro
hoc facit glo. vlt. l. fi. C de iure deliber. circa medium. quæ eſt
vnius verbi, dum dicit ſupplendo ad tex. ſupple. & aditæ hæredi
tatis. contra quod vt vides eſt expreſſe ille tex. dicens a die mor
tis currere, ſed per in integrũ reſtitutionem ſubueniri. Et ideo
pro concordia poteſt attentare, ꝙ aut teſtator præcepit hæredi
ſub certa pœna aliquid faciendum, quod non poteſt, niſi vt hę-
res facere, & tunc verum dicat Bal. cũ ante aditam hæreditatem
non ſit hæres, ſed aditio fingit retro eum fuiſſe hæredem, iuxta
plene no. in l. hæres quandoque. de acquir. hæred. Aut mandat
aliquid fieri, quod poteſt per hæredem explicari ante hæredita-
tis aditionem, vt ſunt caſus qui no. per glo. ord. in l. eam quam.
C. de fideic. & tunc talis terminus currit a morte. & hoc mõ in-
telligatur iſte tex. qui niſi ita diſtinguatur deſtruit omnia dicta
legentium. Aduerſus tamen dictum curſum, opus erit in inte-
grum reſtitutione, vt hic, & hoc eſt verum, quando eſt impedi-
mentum iuſtum ignorantię, ſecus ſi cauſetur ex duobus impe-
dimentis parẽ potentiam habentibus. Quia tunc currit tẽpus
in effectu abſque alia reſtitutione, vt hic probat directo tex. qđ
videtur mirabile & contra no. in l. quibus diebus. in princ. ĵ. de
condit. & demonſtr. vbi dies impedimenti ſubducitur de me-
dio, vbi tractamus de impedimento conditionis. Et ideo opor-
tet cogitare, an hoc tale, quod dico procedat, aut eſt aliquid tale
quod venit implendum ipſi hæredi intra certum terminum, &
tunc talis terminus, licet a teſtatore, ſit dictum a die mortis, ſup
pletur, & aditæ hæreditatis. & iſte eſt caſus no. in l. ſi in diẽ. ĵ. de
condit. & demonſtr. & pro hoc videntur male dicere illi, qui al-
legant ꝙ tempus a teſtatore præfixum currit a die ſciẽtiæ, quia
ſi volumus dicere a die mortis, male dictum eſt, cum tunc com
muniter ignoretur, quid teſtator ſcripſerit, vt hic. & l. non eſt fe
rendus. & l. de his. ff. de tranſac. Si a die hæreditatis aditæ, & tũc
etiam male, cum hæreditas etiam hodie poſſit adiri etiam clau
10 ſis tabulis ſecundum. l. vnicam. C. de cad. tol. † Vltimo no. in l.
qui poſthumos. ꝙ pendentia poſthumi putatiui, videtur impe-
dire tranſmiſſionem hæreditatis non aditę, de quo tamen dicas
vt hic, cõtrarium ſoluitur in l. cum quidam. §. ſuum. & §. quod
dicitur. & l. ventre. de acquir. hæred. &c.

LEX V.

NEceſſarios. Hoc ſenatuſconſultum habet locum, tam in neceſſarijs hæredibus, quàm in quibuſcũque. hoc dicit no. hic probare iuncta glo. ꝙ ſuus hæres ante aditam hæreditatem dicitur hæres nudo nomine, de quo in l. neceſſariis. de acq. hæred. & l. pro hærede. §. Papinianus. eo. tit. & l. Iulianus. & l. cũ quaſi. §. ſed & ſi quis. ĵ. de fideicom. liber. & l. j. §. item qui in poteſtate. ſ. ſi quis omiſ. cau. teſtam.

§. Non alias. Hæreditas non ante fiſco applicatur, quàm probetur hæredes necem defuncti non vindicaſſe, & hæreditatem ante eſſe aditam. hoc dicit. concor. l. j. C. vbi fiſc. & C. eo. l. 3. & de materia huius. §. plene dicetur. ĵ. eo. l. cognitione. vbi Bar.

SVMMARIVM.

1 *Clandeſtinum maleficium quod dicatur.*

§. Vbi quis. Videtur hic caſus multum notabilis, ſi
velimus intelligere verbum, inſidijs. hoc
eſt negligẽtia, vt aliqui hic intelligunt, & habeo apoſtillam Dy.
ꝙ hæreditas ab hærede vt ab indigno aufertur & fiſco applica-
tur, ſi hæres etiam eos non accuſet, quorum doloſa negligen-
tia vulneratus teſtator perit. pro quo. ſ. ſol. matrim. l. ab hoſtib.
§. ſi vir. ĵ. de his quib. vt indig. l. indignum. vbi glo. allegat hanc
1 legẽ & Dy. ita videtur intelligere. Vnde ego dico † no. hic pro-
bari iuncto. §. occiſorum. ſ. eo. l. j. ꝙ maleficium clandeſtinum
illud dicitur, quod cum inſidijs committitur ſeu in aliqua do-
mo. Alios duos modos, quomodo clandeſtinum dicatur, habes
per glo. no. in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ſ. quod met. cau. vi-
delicet quando commiſſum eſt de nocte, vel in hominum mul
titudine, & ignorãt quis fecerit. facit. C. eo. l. ſi ideo de ritu nup.
l. ſi. &

l. fi. & hoc modo accipitur clam in maleficijs. Quid autem in
contractibus. no. in l. clam poſſidere. j. de acquir. poſſ. & ponit
Bar. & ibi vide, in l. j. C. de his qui ex publ. rat. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens, ꝙ non ſit torquendus, quando conſtat de delicto.*
2 *Confeſſio delinquentis, an faciat fidem contra conſocios.*

LEX VI.

ET ſi certus. Eſt quæſtio habenda certi per-
cuſſoris, vt alij conſocij occulti
1 manifeſtentur. hoc dicit. No. hic primo † probari ſe-
cundum Bal. ſententiam Cy. in l. 2. C. quorum app.
nō reci. ꝙ cum certum eſt, quem commiſiſſe delictum vlterius
per iudicem torqueri non debet. quod ponit etiam ipſe Bal. vbi
Cy. alleg. in l. j. C. de iur. calum. & ibi. vide malitioſi tamen aſſeſ-
ſores quantuncunque delictum ſit certum, ſemper torquent,
vt per torturam delictum confiteatur, & ſic vt confeſſus & con-
uictus amplius appellare nō poſſit, iuxta prædictam. l. 2. C. quo-
rum app. non reci. cum ſim. & l. qui ſententiam. C. de pęnis. &
l. quæſtionis. de qō. & dixi in l. Pātonius. §. rei perduellionis. vbi
2 dedi plures remiſſiones. ſ. de acq. hæred. Secūdo facit † iſte tex.
ad dicta per Cy. maxime & alios in l. fi. de accu. videlicet, an ſte-
tur dicto conſocij delinquentis, vel an aliquam fidem faciat cō-
tra alios conſocios? & communiter concluditur ibi, tamen ple-
ne vide, quod facit indicium quo ad fundandam inquiſitionē,
non autem quo ad plenam probationem. facit. l. qui vltimo. de
pę. C. de malefic. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus in bello prꝫſumitur, qui ingreſſus bellum peracto bello, non reperitur.*

§. Si vnus. Communis ſeruus torquendus eſt vno ex
dominis non apparente, licet de morte non
1 cōſtet. hoc dicit. Et probat † iſte. §. ꝙ ſi ingreſſus bellum peracto
bello non reperitur, mortuus p̄ſumitur. Pro quo vide. l. ſi. C. de
his qui not. infa. & hæc eſt vna præſumptiua probatio mortis.
de alijs vide in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſtam. aper.
vbi pleniſſime per Barto. & in tract. de teſte. per eundem in §.
hominem mortuum.

SVMMARIVM.

1 *Inſultus, quot modis in iure nominetur, & quid ſit.*
2 *Inſultus quando dicatur fieri contra caſtrum, vel ciuitatem.*
3 *Aſſalire & aſſaltus idem quod inſultus.*
4 *Dominus poteſt punire, immo etiam ſtatim occidere ſeruos eum vulnerantes.*
5 *Hæres defuncti, an poßit torquere ſeruos pro vindicanda nece defuncti.*
6 *Seruus quando torqueri poßit ſine indicijs.*
7 *Diſpoſitio. l. ſi quis non dicam rapere. ꝙ non habeat locum in ſtatutis.*

§. Si appetitus. De ſeruis dominum inſultantibus,
aut libertis, ſenatuſconſultum non
1 loquitur, quia alia pęna ſtatuta eſt. hoc dicit. No. hic in ver. † ap-
petitus. ſm ꝙ exponit gl. ꝙ appetitus ille dicitur, qui ab aliquo
inuaſus eſt. ad hoc. C. vnde vi. l. inuaſor. Et aduerte, quia multa
nomina diuerſimode reperiūtur in iure ſignificantia aliquem
eſſe inſultatum, vnum hic eſt, aliud in l. item apud Labeonem.
§. pe. j. de iniur. vbi pulſatus pro inſultato ponitur. Et Bar. tracta-
uit, quid proprie hæc dictio inſultus, compræhēdat, & vnde de-
ſcendat hoc verbum inſultatus, & quid ſignificet, in l. reſpi-
ciendum. §. delinquunt. j. de pęnis. dixit, ꝙ inſultus eſt in alium
ſaltus, vnde infert, ꝙ ſi vnus ex ſocijs ſtantibus in menſa alium
vulnerat, non punietur pęna inſultus, ſed pęna proditionis. ſed
in l. j. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paupe. feciſ. dic. dixit, quod inſul-
tus eſt motio de loco ad locum. Tu potes dicere, quod aliquan-
do volumus intelligere hoc vocabulum ſecundum eius alluſio-
nem & diffinitionem, & tūc verificetur, quod ipſe dicit in §. de-
linquūt. Eſt enim bona interpretatio ab alluſione vocabuli. l. j.
§. appellata. ſi cer. peta. l. j. de teſtam. Aut ſecundum diffinitio-
nem, & tūc verificetur id, quod ipſe dicit in d. §. cum arietes. &
ad hoc facit. ſ. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi nauis. & hoc
2 de inſultu contra hominem. Qualiter autem fieri dicatur † in-
ſultus contra caſtrum vel ciuitatem, vide Bal. in c. j. quib. mod.
feud. amit. qui dicit, quod tunc dicitur caſtrum inſultatum, qñ
homines tantum ſibi appropinquant, ꝙ poſſunt proijcere ſa-
xum, vel cum telo, vel cum lapide, & hoc de verbo, inſultus, vel
3 inſultatus. De verbo autem aſſalire, † vel aſſalitus, quod idē ſi-
gnificat, habes vnum tex. qui facit mentionem, & credo quod
non eſt alibi, licet Doc. non notēt in c. j. verſi porro. quæ fuit pri-
4 ma cau. benefi. amit. Secūdo no. ꝙ † dominus ſeruos ipſum vul-
nerantes punire poteſt, immo occidere ſtatim, nō autem ex in-
teruallo. Iura alleg. glo. ad quam adde. l. circūcidere. §. fi. j. de ſi-
5 ca. Et no. hic ver. † animaduertere. ad quæſtionē, an hæres poſ-
ſit torquere ſeruos pro vindicanda nece defuncti? & videtur ꝙ
ſic, cum ſim. ſupra alleg. in glo. quia dominus habet imperium
in eos, vt hic, tamen nō poterit occidere, ſed iudici occidendos
tradere, vt l. pe. C. de cōdic. ob cau. Et hoc eſt, quod determinat
glo. in l. ſi de ea. C. de his quib. vt indig. quam tamē ibi reprobat
Bal. & de ratione ibi vide per eum. Ego tamen puto. & hoc idē
ipſe ſenſit ibidem, ꝙ poſſit hæres non terribiliter torquere, ſed
verbis terrere, aut aliqualiter caſtigare, hoc eſt pœna tormento-
rum caſtigatione afficere, vt tales ſerui metu ducti aliqua dicāt,
ex quibus reſultet indicium ad eos a iudice torquēdos. Ad hoc
facit. ſ. ad leg. Aquil. l. liber homo. eo. tit. l. inde Neratius. §. fin.
Non poſſet iudex eos torquere abſque indicijs, vt voluit glo. in
l. j. §. illud. ſ. eo. & in l. quicunque. de ſeruis fug. in glo. quæ inci-
pit, no. duo mirabilia. & C. e. l. cum ſeruum quiſpiam. ſ. d. l. quę-
ro. §. fi. ſ. de ædi. edic. Quas tamen ſingulariter nota & limita, ni-
ſi ſerui veniant torquendi ex aliquo, ꝙ deſcendit ex contractu,
quia tunc abſque indicijs poterunt torqueri. gl. habes no. & ſin-
gu. in l. licet. C. de quæſtio. quam no. & tene menti, quia aliꝗ in-
telligunt quotieſcunque ſerui propter delictum torquentur. &
6 hoc adde ad. §. illud. ſupra allega. Vltimo † no. hunc. §. coniun-
ctum cum §. occiſorum. in l. j. ſ. eod. & ſemper ad hoc allegan-
tur. Quod ſtatutum loquens de occiſo non verificatur in inſul-
tato, aut vulnerato. Vnde materia. l. ſi quis non dicam rapere.
non habet locum in ſtatutis, quæ pœnam imponunt pro deli-
ctis, quia intelliguntur in conſummatis, non autem attentatis
ſecundum Cy. in l. j. de ſicar. & in l. is qui cum telo. eo. tit. &
idem plene diſputat Io. And. in c. in pęnis. de reg. iur. in 6. in mer-
cur. & ponit in c. perpetuæ. vbi ſe remittit, de elec. in 6. & in no-
uella. & Bal. in l. 3. C. de ſeruis fug. Ange. tamen in l. j. quod quiſ-
que iuris. allegauit ad hoc dictum Spec. dicentis hodie commu-
a niter ex conſuetudine [a] derogatum eſſe materiæ. l. ſi quis nō di-
cam rapere. niſi in crimine læſę maieſtatis, & in crimine parrici-
dij. l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſt. l. vtrum. ff. de parricid.

ADDITIO.

a Conſuetudine. Adde, quod omnibus legibus dicentibus conatum puniri eo modo, quo factum conſummatum, hodie eſt derogatum per generalem conſuetudinem mundi, vt non puniatur ea pœna, qua puniretur ſi delictum peregiſſet & compleuiſſet, quod eſt verum præterquam in crimine læſæ maieſtatis & parricidij, in quibus nunquam expectatur euentus, ſed ſufficit ſimplex conatus. ita ſingu. dixit Ange. in d. l. j. §. j. ſupra quod quiſque iur. & Bal. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. & in d. l. is qui cum telo. & Imo. in c. j. de præſump. & Mod. in l. damni. §. Sabini. de damn. infec. & in l. j. §. hæc verba. quod quilq; iuris. Item vide no. Lud. in conſi. incip. Omnip. &c. In propoſito caſu dicendum eſt, dictum ius dicentem in pœnam ſtatuti incidiſſe &c quod eſt in cōſil. ſuis. 404. & Bal. in additio. Spec. in tit. de accu. in 2. colum. circa med. vide etiam no. verbum Bal. in rub. ſupra ſol. matr. in 2. col in fi. Bal. in c. cum tanto. in j. col. in fi. verſic. ibi vilis authoritas. de conſue. & Bal. in c. ſi voluerit. in fi. de capi. qui cur. ven. Bal. in l. non ideo minus. C. de accu. in 8. col. in princ. & de materia vide plene per Fely. in ſuo trac. quando conatus puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus ſi ex forma ſtatuti non poſſit cōtrahere ad ſui vtilitatem, an poſſit vendere.*
2 *Fiſcus auocans bona vendita per hæreticum, quando teneatur ad reſtitutionem pretij.*
3 *Iniuria naſci non debet, vnde iura oriuntur.*

LEX VIII.

SEnatuſconſ. Pretium ſerui alienati qui te-
netur pęna ſenatuſconſulti,
emptori reſtitui debet. hoc dicit. No. quod dixi in
ſummario, & pro eo vide. ſ. eo. l. 3. §. ſi ex ſtipulatu.
& facit iſte tex. ad id quod dixi in l. j. §. ſi ſeruus. ſ. eo. dum inue-
1 hit contra Oldr. l. ſi fundum quē. ſ. loc. Item † inducitur ad quę-
ſtionem ſtante ſtatuto, quod bannitus non poſſit contrahere
ad ſui vtilitatem, an ſi contrahit vendendo rem alicui accepto
pretio, cum ipſe rem tradere nō poſſit, teneatur ad pretium re-
ſtituendum. Pro quo ſic inducitur iſte tex. cum d. l. ſi fundum,
quē. & l. bona fide. ſ. de act. emp. vbi Bar. mouet iſtam quæſtio-
nem, licet nō alleget hæc iura, in quibus eſt caſus, & videas Bal.
in l. mortis cauſa. C. de peric. & commo. rei ven. Facit tertio, an
2 bona † vendita per hæreticum, quæ fiſco applicari debebant a
die commiſſi criminis ſecundum eum, extra de hære. lib. 6. ſi fi-
ſcus capit, teneatur ad pretium reſtituendum. & facit iſte tex.
quod ſic, nec ipſi emptori videatur fieri iniuria, vt hic. & C. vn-
de vi. l. meminerint. cum ſim. contrariam tamen tenuit partē
Bal. in l. fi. C. cōm. de leg. ſic potes diſtinguere ſm Bar. in l. ſi de-
bitore. j. q̃ in fraud. cred. ꝙ aut pretiū fuit cōuerſum in vtilitatē
ipſius

ipſius venditoris, & tunc fiſcus teneat̃ ad reſtitutionẽ, vt habeat
rẽ & p̃tium arg. l. j. cũ ſi. C. ſi ſer. extc. aut econuerſo, & tunc nõ
teneatur, p d. l. ſi debitor. quod facit ad no. p Cy. in l. i. C. de p̃ſcr.
3 30. ann. † Vltimo ne emptori iniuria fiat. No. illud vulgare, ꝙ
non debet iniuria naſci, vnde iura naſcũtur, vt d. l. meminerint.

§. Si filiusfamilias. Filioſam. de caſtrẽſi peculio teſtato, & occiſo, mors eiuſdẽ vindicari debet, alias eſt locus ſenatuſconſulto. h. d.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſcus ſuccedit etiam in oneribus.*
Caſus in quo fiſcus apprahendens bona vacantia tenetur ad legata.
Fiſcus eſt hæres, & ei competit petitio hæreditatis.
2 *Bona vacantia, quando ſit hæreditas.*
3 *Fiſcus eſt ſucceſſor bonorum.*

LEX IX.

CVm fiſco caduca. In fiſcum cui hæreditas ab indigno
ablata applicatur, onera tranſeunt. hoc dicit. No. fi-
1 ſcum † eſſe ſucceſſorẽ etiam onerum. Pro quo facit.
j̃. de nouat. l. quoties. §. fi. C. ad leg. Iuliam de vi. l. ſi tutoris. Ad
quod no. j̃. ad Tert. l. Marcellus. §. fiſcus. C. de fideiuſ. l. j. cũ ſim.
Et no. ibi, dũ dicit, caduca. & ſic præſupponit hæreditatẽ nõ eſſe
aditã, vt declarat̃ in l. j. C. de cad. toll. & ſic vr̃ caſus, quod fiſcus
appræhendens bona vacantia, teneatur ad legata per teſtatorẽ
iniuncta. Pro quo facit. d. l. vnica. §. fi. C. de cad. toll. vbi ſtatuit
Imperator vltimo loco ad hæreditatem teſtatoris fiſcum voca-
ri. Et patet † quia ei datur petitio hæreditatis, vt probatur in l. itẽ
veniunt. & in l. ſed & ſi lege. de pet. hæred. quæ non datur, niſi
hæredi, vt l. j. cum ſim. & per totum eo. tit. ergo eſt hæres, & ſic
per ꝯñs tenetur ad hæreditaria onera. Cui tamen obſt. quod vo
2 luit † Bar. in l. 4. §. eadem conſtitutio. per tex. illũ coniuncta gl.
dum allegat tex. l. a diuo Marco. j̃. de fideicom. liber. & in l. ſi fi-
deiuſſor. §. fin. j̃. de fideiuſ. vbi dicit bona vacantia non eſſe hære
ditatem. Propter quod aliqui tenuerunt contrarium, vt fuit do.
Matthæus de Matheſil. Sed poteſt reſponderi, quod verum eſt,
ꝙ non ſunt hæreditas, antequam appræhendantur, ſed poſt ap-
præhenſionem capiunt nomen hæreditatis, vt in ſimili probat
tex. in l. ſi ſeruus Mæuij & caſtrenſis peculij. j̃. de ſtipu. ſeruo. Et
hanc partẽ reperio tenuiſſe Bal. in curſu lect. in l. proximè. de his
quæ in teſtam. delen. licet nihil alleget. Illud tamen certum eſt,
3 quod † ad alia onera, vt puta debita hæreditaria tenebitur, quia
eſt ſucceſſor bonorum, & ſic intelligitur deducto ære alieno. l.
princeps bona. j̃. de verb. ſign. & l. non poſſunt. j̃. de iure fiſci. &
l. ſi quis ſeruum. §. ſi. cum l. ſeq. de lega. 1. & l. multum intereſt.
cum ſim. j̃. de vſufructu lega.

S V M M A R I V M.

1 *Suitatis effectus, quod trahitur retro, ſicut aditio hæreditatis.*

LEX X.

SI exhæredatus. Ex futuro pendet euẽtu, an ſerui hæreditarij tor-
queri debeant, ſeu ſuppliciũ & pœnã ſenatuſc. pati
ob necẽ filij exheredati. h. d. Et hanc legem declara,
1 vt hic optime per † Bar. & ſic no. in fi. literæ, quod ſicut aditio
hæreditatis trahit̃ retro, vt l. hæres qñque. de acq. hære. cũ ſim.
allegatis in gl. Sic & effectus pro ſuitate inducti, licet hæreditas
non ſit adita, retrotrahuntur. & ad hoc no. hanc legem.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuis ex priuilegio vel ſtatuto alicuius ciuitatis, an teneatur ad onera illius ciuitatis, vbi quod ſic.*
2 *Nobilis qui ex forma ſtatuti, ob eius delictum deſinit eſſe nobilis, an deſinat etiam quo ad onera.*

§. Sub diuo. Etiã viuo teſtatore manumiſſi, ſi patro-
no auxiliũ non præſtiterint, ſupplicium
patiuntur. h. d. Et de hoc vide in l. & in libertis. s̃. eo. & qđ ibi no.
No. iſtũ tex. ad ea quæ dicta ſunt in l. 3. §. de his quoq;. s̃. e. & fa-
1 cit vna ꝯiuncta † cũ gl. ſecum iuncta cũ l. ſeq. C. de iure annul.
aureo. quod ciuis, q ex priuilegio eſt ciuis alterius ciuitatis, ſeu
ex forma ſtatuti, non teneatur ad ſoluendas collectas in illa ci-
uitate, vbi eſt ciuis ex ſtatuto, cũ quo ad incõmodũ ciuis eſſe nõ
cenſeatur, vt probatur in glo. d. l. 2. de eo qui impe. ius annu. au
reo. & ingenui loco hr̃, quo ad fauores, non quo ad odia. & hoc
probat̃ p locũ a ſpeciali. & facit quod no. Bar. in proprijs termi-
nis in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de ꝯtab. & in l. j. C. de priui. eo. qui
in vrbe Conſtanti. lib. 10. & Bal. in l. ſi Rufinus. C. de teſta. milit.
& in auth. habita. C. ne filius p patre. vbi tenet, quod dixi. ꝯſiliũ
tñ conſultũ fuit hoc anno Flo. p aliquos famoſiſſimos Doc. hu
ius ciuitatis, inter quos ego ẽt fui, & allegaui pro hoc Bal. expreſ
ſe hoc tenentẽ in l. quod fauore. C. de legib. referẽdo Pet. & ibi
vide rñſum ad ſupra dicta. Itẽ facit, an qui ex forma ſtatuti deſi-
2 nit † eſſe nobilis, ob aliquod ſui delictũ, deſinat eſſe quo ad om
nia? & certe nõ, vt hic dicimus in liberto, qui quo ad certa one-
ra & odia pro ſeruo hr̃, & ita ſing. tenet Bar. & tene menti in l. j.
C. de infam. lib. 10. vbi per illũ tex. dicit quo ad fauores, non quo
ad odia nobilis eſſe deſinit. Et facit quod idem no. in l. j. C. de di-
gni. lib. 12. pro quo ſpecialiter. l. actione. §. is qui. s̃. pro ſoc. vbi
pro hoc videtur notabilis litera &c.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio ſemper, & dictio quãdocunque, ꝙ habeant metam triginta annorũ.*
Clauſula ſemper, & quandocunque ſoluere, quod non tollit præſcriptionẽ.
2 *Hæres intra quantum tempus debeat necem defuncti vindicaſſe, ne dicatur indignus.*
3 *Monitio iudicis, an ſemper requiratur, vbi pœna committitur propter moram, aut non factum, & ſic propter delictum in omittendo.*
4 *Sententia lata contra occiſores, an habeat effectum confiſcationis bonorũ, contra eorum hæredes.*
5 *Sententia lata contra homicidas, quantum ad confiſcationem bonorum, non durat vltra quinquennium.*
6 *Petitio hæreditatis, ꝙ detur fiſco occupanti bona vacantia, & vt bona delinquentis confiſcentur, durat quinquennio, & quandoque decennio.*

LEX XIII.

IN cognitione. Accuſatio ꝯ homicidas
parit effectum confiſcan-
dorum bonorum ꝯ hæredem extraneũ intra quin-
quenniũ, ꝯ illum autem, qui poſſit pœna parricidij
teneri, ſemper. hoc dicit ſm veram lect. quam hic ponit & im-
probat Bar. & oẽs. Et ad literam ſupple, vt hic ſuppletur per Bar.
1 No. primo † de dictione, ſemper, hic ꝯiuncta gl. quæ ẽt loquit
de dictione qñcunque, quod tales dictiones habent metã trigin
ta annorum. Quod facit ad quæſtionem, an virtus præſcriptio-
nis tollatur ſi debitor promittit creditori ſemper, aut quando-
cunque ſoluere. Et de dictione ſemper, mouet Bal. licet ipſe ni-
hil boni alleget in l. j. ſol. matr. circa fi. & de dictione qñcunque
in l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. de ędi. edi. & l. itẽ illa. §. quod adij
citur. in aliquibus lec. s̃. de conſti. pec. vbi dicit hanc quæſtionẽ
fuiſſe de facto terminatam, virtutem p̃ſcriptionis ob talia ver-
ba non tolli. Pro quo allego iſtam legẽ cũ gl. in verbo. accuſare.
& aliam quæ loquitur de dictione qñcunque, in c. j de feu. da.
in vi. l. cõmiſ. & ita ẽt in c. allega. terminatũ fuit hoc anno de fa-
cto in iſta ciuitate. Secundo no. magis puniri ſeruũ, qui necem
defuncti non vindicauerit, q̃ extraneũ. Et rõ, quia omiſit vindi-
ctã ſuorũ, ꝯ. l. miles. cum ſi. j̃. de adulter. Vlterius hic aduerte ad
2 vnum, † quod dicit Bar. videlicet intra quantũ tp̃s debeat hęres
defuncti necẽ vindicaſſe adeo, quod poſtea cenſeat̃ indignus? di
cit hic eleganter allegando gl. quæ ẽt hoc tenet in l. j. C. eo. ꝙ cũ
3 primum potuit, & non fecit, & hoc † eſt expreſſe ꝯ doc. Inn. de
qua Bal. facit feſtũ in l. & ſi poſt tres. s̃. ſi quis cau. & in auth. hoc
amplius. C. de fideic. dicentis, ꝙ vbi pęna committitur propter
moram, aut non factum, & ſic propter delictum in omittendo
ſemp ad hoc ꝙ committatur, requirur monitio ius dicentis, ſe-
cus ſi pp factum, quia tunc ipſo iure incurrit̃, quod eſt expreſſe
ꝯ doc. gl. & Bar. hic, vbi hæres pp non habitã vindictã de nece
defuncti, cũ primũ potuit, incidit in pęnã ꝯfiſcationis bonorũ
abſque eo quod aliqua monitio iudicis p̃ceſſerit. Pro quo etiã
alleg. tex. l. 2. §. ſi mater. & §. confeſtim. j̃. ad Tertull. vbi mater
j̃. debitum tp̃s non petens tutorem filio, incidit in pœnam abſ-
que alia monitione iudicis. Sed poſſet rñderi ad illam ſaluando
Inn. quod ibi ideo non requiritur alia monitio, quia eſt dies pręfixus a lege ad petẽdũ tutorem, vnde ex quo. l. eũ per vltimum
diẽ termini interpellat, vt l. magnam. C. de ꝯtien. & commit. ſti-
pu. cum ſi. ideo non requiritur alia iudicis monitio ad pęnam
incurrẽdam. dictũ autem Inn. loquitur vbi dies non eſt p̃fixus.
Sed quomodo reſpondetur ad gl. l. j. ſi volumus tenere Inn. pro
nunc non video, ſed cras dicet̃. Põt aũt ꝯcordantia ſumi ex his
quæ dicit Bal. in d. auth. hoc amplius. videlicet, ꝙ aut loquimur
in officijs exercendis, & alijs negotijs, q̃ celeritatẽ deſiderant, &
tunc verũ ſit dictum gl. in d. l. j. videlicet ꝙ incurrat̃ pęna pro-
pter non factũ, & non requiſita monitione ius dicentis, & hoc
p tex. in d. §. ſi mater. §. ꝯfeſtim. ſupra allega. & in Auth. e. tit. §. ſi
quis ædificationẽ. Et ex hoc concluditur, quod gl. in d. l. j. non
deſtruit dictum Inn. eo, quia loquitur in vindicãda nece defun-
cti, q̃ vindicta celeritatẽ deſiderat, vt probat̃ in l. 3. §. ſi alius. circa
fi. s̃. e. & manifeſta rõne, quia ante vindictam conſumptã non
p̃mittitur aditio, diſtingue vt hic p gl. magnã in l. cũ fratrẽ. C. de
his quib. vt indig. l. 3. §. qđ ad cauſam. & l. neceſſarios. §. nõ alias.
s̃. eod. Et ſic voluntas teſtatoris eſt in ſuſpenſo ꝯ. l. hæreditas ex
die. s̃. de hæred. inſti. & l. eſt receptũ. s̃. comm. præd. cũ ſi. Et ideo
talis res celeritatẽ deſiderat, quia p eã deuenitur ad ſuſpenſio-
nẽ vltimæ voluntatis, qđ eſt de iure prohibitum. In alijs aũt ca-
ſibus, q̃ non ita celerem deſiderant expeditionẽ, habet locũ di-
ctum Inn. quod ſequutus fuit Archi. ſm Bal. in d. auth. hoc am-
4 plius. In gl. magna ibi, quo † ipſo & hæredes amiſerũt bona &c.
No. Bart. ex hac gl. eleganter, ꝙ ſententia lata contra occiſores
habet effectum confiſcationis bonorum cõtra hæredes, & exe-
cutionem paratam abſque alia probatione. Quam glo. licet

Bar. hic ſequatur, tamen Bal. in l. j. in finalibus verbis. C. vbi cau ſæ fiſc. ꝯrium dixit per l. denunciaſſe. §. cum quæritur. ɉ. de adul. vbi ſententia lata ꝯ adulterum adulteræ non præiudicat, vnde tenet hic, quod dictum Bar. habeat locū, quod præiudicet hæredibus, quantū ad ordinem, non quantum ad ipſos conueniendos abſque alia probatione. Si quis velit tenere Bar. poſſet reſpondere ad d. §. cū quæritur. dicendo, ꝙ ibi ſententia non præiudicat in cā principali. Nos autem loquimur quando præiudicat ipſis hæredibus in conſequentiam, & vt acceſſorijs, ſed tunc pro Bal. facit l. a ſententia. ɉ. de appel. vbi ſnīa ēt alijs in conſequentiā non p̄iudicat. Tutius tñ eſt ſequi Bar. quia hæc ſententia ideo hic præiudicat, ſi ꝯ homicidas lata eſt, ipſis hæredibus vindictam necis defuncti non adhibentibus quo ad bonorum confiſcationem, quia habet neceſſariam conſequentiā ad hoc. Tamen intelligas ꝙ ita præiudicet, ꝙ non ſit opus probari per ipſum fiſcum hæredem fuiſſe negligentem in vindicāda nece, & hæreditatem adiuiſſe, ſeu tabulas teſtamenti aperuiſſe, quia hoc neceſſario probandum eſt, arg. d. l. j. C. vbi cauſæ fiſc. & l. 3. vi bo. rap. l. 2. §. edocere. & in ſimili in l. j. §. item illud. ſ. eod. Et hoc modo poteſt ſaluari Bal. & ſentit hoc gl. hic dum dicit, quibus coniunctis &c. quā per re vide, vt hic optime declarat Bar.

5 † No. tamē illud ſing. ex hac l. ꝙ licet accuſatio ꝯ homicidas duret 20. annis, vt l. querela. C. de fal. cum ſim. ibi allegatis in glo. tñ quantum ad effectum confiſcationis bonorum, qui ex ea reſultat, non durat niſi quinquennio. Arg. hoc eſt, quod mirabiliter ſm Ang. reſultat ex hac l. Et quod dr̄ non durare, niſi quinquennio, intelligas, & hoc ſimiliter eſt mirabile, ſecundum eū-

6 dem † ante accuſationem factā ꝯ homicidas, ſed poſt eam perfectam poteſt agere fiſcus ꝯ hæredē, vt bona confiſcentur ciuili actione, hoc eſt petitione hæreditatis, quæ pro hoc cōpetit, vt in gl. l. j. C. de his quibus vt indig. decennio, & l. Caius. ɉ. eo. hæc eſt vera ſol. ſm Bar. idem de d. l. Caius. ad hanc. & ſic habes nota re caſum mirabilem, in quo petitio hęreditatis, quæ fiſco datur, aliquando durat quinquēnio ſm legem noſtram. Aliqñ decēnio, vt d. l. Caius. ex quo forte pōt inferri vnū, qd̄ eſt no. digniſſimū, videlicet ꝙ petitio hæreditatis, quæ datur fiſco occupanti bona vacantia ſm textum no. in l. item veniunt. §. item & ſi vacantia. ſ. de petitio. hæred. duret decennio, per d. l. Caius. ſeu etiam vlteriori tempore, vt ibi dicetur &c.

S V M M A R I V M.

1 *Impubes quando excuſetur a delicto commiſſo in non faciendo.*
2 *Proximus pubertati, quis dicatur.*
3 *Probatio plena ꝙ reſultat ex pluribus indicijs ſimul iunctis, & non, qualiter hoc procedat.*
4 *Præſumptiones, quæ, & quales faciant plenam probationem.*
5 *Homicida vel particeps, quando in domo exiſtens, in qua quis occiſus reperitur, præſumatur.*

LEX XIIII.

Excipiuntur. Impuberes ſerui non merētur penam ſenatuſconſulti, niſi tria cōcurrant, de quibus hic in litera. h. d. † No.

1 ꝙ illud, quod dr̄ in l. j. §. impuberes, ſ. eo. impuberē excuſari a delicto commiſſo in non faciēdo, hoc eſt, vindictam necis dñicæ omittendo, debes limitare, niſi concurrant iſta, de quibus hic in litera, videlicet niſi ſit pubertati proximus, & ad pedes dñi cubuerit, & necem non manifeſtauerit. Secundo no.

2 tex. † ſing. ibi, nec multum a pubertate &c. ꝙ licet ſit cōis opin. glo. & etiam Bar. vt de gl. patet Inſti. de inuti. ſtip. §. quod autē diximus. & in l. pupillus. ɉ. de reg. iur. cum alijs, de quibus p Bar. in l. j. ɉ. de noua. ꝙ ille dicatur proximus pubertati, qui facta diuiſione temporis medij inter pubertatem & infantiam exiſtentis magis diſtat ab infantia. quàm a pubertate, attamē hoc ſibi vendicat locū quantū ad ꝯtus, quantum aūt ad delicta & pœnas pupillo eū committenti inferendas, ille dr̄ proximus pubertati, qui diſtat ab ætate puberis per ſex menſes. Hoc ſm Bal. hic ſing. probatur iuncto ver. multum. cum l. j. §. penult. de lib. exhib. & in l. non tantum. de excu. tut. & l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. vnde dicta Bart. & gl. habent locū quo ad ꝯtus, ſecus quo ad delicta, vt hic habes tex. ſing. & peregrinū ſm do-

3 minum Bal. Tertio nota † hic probari, ꝙ ex pluribus indicijs ſimul iunctis reſultat plena probatio ēt ad quem criminaliter cōdemnandum, vt ſecundum eundem probatur hic coniuncta glo. ſuper verbo, particeps. & non eſt melior tex. iſto. Facit C. de rei ven. l. indicia. & quod ibi no. Aduerte tñ, quia hoc non videtur ita verum, vt ipſe dicit. Et debes dicere, ꝙ quædam ſunt indicia indubitata, & talia ſimul ꝯiuncta faciunt plenā probationē quo ad inferendā pęnam criminalem. hic eſt tex. in l. fi. C. de prob. ibi, indubitatis indicijs &c. Quæ quidē indubitata indicia dñr ſm Nicolaū de Mat. ibi, ea, quæ lex habet pro veris, & plene probantibus, vt eſt in probatione adulterij, vt l. ſi quis adulterij. C. de adul. & melius per Bar. in l. 2. §. fi. eo. tit. & per Can. in c. præterea. extra de teſtib. & in c. illud. de præſump. ex quo etiā lex hæc indicia accipit pro plena probatione, vbi liquidiſſimæ probationes dñr. & ita iudici videri debent, vt in l. ſi tutor. & ibi gl. C. de adm. tut. & l. licet Imperator. de lega. j. Aut ſunt alia indicia a iure non probata, ſed iudicis religioni commiſſa, & talia non faciunt plenam probationē in criminibus, nec ab eis abſq; tormentis iudicandū eſt, C. de qō. l. milites. §. oportet. in eo. tit. l. fi. & l. j. §. diuus Seuerus. ɉ. de pę. & l. abſentem. Ita dēt intelligi

4 quod de indicijs ſcribit hic Bal. De præſumptionibus † autem, quæ maiorē vim probationis obtinent, quàm indicia, vt patet in diffinitione eius data in rub ff. & C. de prob. debes diſtinguere inter p̄ſumptiones iuris & de iure, & quantū ad eas dic, vt plene dixi in l. ſi duo. ſ. de acq. hæred. poſt gl. Et inter præſumptionē iuris, aut hominis. & hæ ſimul coniunctę plenam faciāt probationem, vt patet in l. 2. §. ætas. in glo. ſ. de excu. tut. & in c. illo vos. extra de pign. & in c. ad noſtram. extra de emp. & vendi. In quibus locis per Innoc. quod tamen intelligerem quantum ad ciuilia, quantū autem ad criminalia, ſi eſſent preſumptiones vehementes, vnde poſſet ex eis puniri, debebit tamen iudex pœnam moderare, vt in c. afferte. & quod ibi per Innoc. extra de p̄ſump. Et facit quod no. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de aduo.

5 Quarto † no. ibi, vel participes. coniuncta glo. arg. ꝙ ſi reperiatur quis occiſus, & aliquis in domo eū eo exiſtens, & etiā tacēs, probatur ex hoc homicida, aut particeps criminis fuiſſe, licet quidam faciāt diſtinctionē ex dictis Bar. in l. fi. ɉ. de quæſtionib. conſiderando qualitatem perſonæ, arg. l. non omnes. §. a Barbaris. ɉ. de re milir. & de reg. iur. l. ſemel malus. Sed talis diſtinctio nō eſt bona, quia tex. loquitur hic in ſeruo impubere, cuius cōditio eſt, vt nunquam præſumatur dñm occidiſſe, arg. no. in l. j. C. de ſicar. in gl. & tñ tex. iſte concurrente eo, quod ſupra dixi, p̄ſupponit talem homicidā, aut criminis participem. Et ideo dicendum eſt, non bene dicere Bal. qui hic colligit hoc notabile, ſed rectius eſt dicēdum, ꝙ talis ex hoc particeps criminis nō probetur. Sed ꝯ eum quæcunque perſona ſit, ſiue honeſta, ſiue inhoneſta, cauſetur præſumptio, aut indicium, ex quibus poterit ad torturam deueniri. Ad hoc no. per Bar. in d. l. fi. & quæ ibi plene dixi, & tex. in l. j. §. cum dominus. ſ. eo.

LEX XV.

Si ſequens. Subſtitutus ēt necē teſtatoris vindicans, nō p̄fertur fiſco, qui in loco hæredis necē defuncti vindicare negligentis ſuccedit. h. d. Et intelligit Bar. multum no. hanc legem Et ſi per inſtitutum non fuerit adita primo, quia ſi adita fuiſſet, hæc nulla haberet dubium, cum ſubſtitutio aditione fuiſſet extincta, vt l. poſt aditam. C. de impuberū. Secundo, quia hoc vr̄ tenere gl. in l. eam quam. C. de fideic. cum alijs pluribus ſim. allega. per eum. licet aliqui teneant hic dicere ꝯtiū, dicentes hoc eſſe impoſſibile, quia ſi præſupponimus hæreditatem a tali vt ab indigno auferri, ergo oportet prius hęredē adiuiſſe, vt l. ex facto. §. Iulia. ſ. de vulg. & pup. Sed hoc nunc obſt. primo per l. cū & fiſco. ſ. eo. vbi hæreditas applicatur fiſco, licet in caſu illo hæres adhuc non adiuerit, vnde ſequaris Bart.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum, ꝙ poſſit ex cauſa in totum tollere legitimam.*

§. Cum ex parte hæredi. Ei, qui mortem defuncti non vlciſcit̄, oīa vt ab indigno auferunt̄, ſiue ex teſtō, ſiue ab inteſtato, & fiſco applicant̄. h. d. No. ſi. huius §. q eſt arg. ꝙ licet alias ſtatutū in totū nō poſſit tollere, ſeu bene minuere legitimā filio debitā, vt p Dy. in regula, indultū. de reg. iur. in 6. & per Cy. C. de nup. l. ſancimus. & per Bar. in l. Titio genero. de condit. & dem. & Bal. in l. cum lege. C. de epiſc. & cle. & in l. j. in l. ius naturale. de iuſt. & iu. & in l. fi. C. de bonis quæ liber. & eſt tex. in c. Raynutius. qui non eſt alibi, ibi, ſm conſuetudinem Tuſculanæ ci-

1 uitatis. extra de teſtam. attamen † ex cauſa poterit ſtatutū in totū tollere ipſam legitimā, vt in ſimili dicit hic tex. in patrono, cuius legitima in totū tollitur, quia necem liberti non vindicauit. Procedit enim hic argm̄, videlicet de legitima patroni ad legitimam filij, vt l. fi. & ibi per Bar. ff. de lib. agn.

S V M M A R I V M.

1 *Vendere quis cogitur fauore libertatis.*

LEX XVI.

Domino. Ob necem dñi ſeruus communis, ſi dictam necem manifeſtauerit, cōſequitur libertatem, data tñ ipſius æſtimatione cōi do-

1 mino pro eius parte. h. d. No. ꝙ † fauore libertatis cogitur quis vendere. Ad quod ſ. de acquir. hæred. l. ſi ſeruum quis. in prin. ſ. de vulg. & pup. l. ſi ſeruus. C. de com. ſeruo manumiſ.

numiſ. l. j. cum ſim. Inſti. de donat. §. fi. & ſic licet alias emere a prin. ſit voluntarium, tamen hoc caſu fallit fauore libertatis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus in materia huius tituli an torqueri poſſit ſine indicijs.*

LEX XVII.

1 PRius de ſe. Et vr̄ hic probari, ꝙ † ſeruus nō præcedentibus indicijs torqueri poteſt in materia huius ti. Ex quo dicit prius. Et hoc ſecundum Bart. hic, qui dicit hoc tenēdum, & hoc tenere Dy. in d. l. de quęſtio & non bene videre meo, vt patet in l. j. §. item illud. ſ. eo. & in §. eo autem tecto. ea. l. Nec ob. iſte tex. quia dicit prius habito reſpectu ad hoc, vt prius de ſe confiteatur, & poſtea de mandantibus necem poſtuletur. & ideo dicas, vt dixi in l. & ſi certus. §. ſi appetitus. dum deſtruxi allegando gl. ſing. in l. interrogari. C. de quæſtionib.

LEX XVIII.

EX inofficioſo. Etiā qui ſucceſſurus eſt ab inteſtato, mortem defuncti vlciſci tenetur. hoc dicit, &c.

LEX XIX.

CVm dominus. Quomodocunque poteſt, tenetur ſeruus domino auxiliū præſtare, alias punitur. hoc dicit. No.
a pluribus modis hoc auxilium [a] præſtari, quod eſt vtile ad no. in l. is qui opem. j. de fur. & §. tuliſſe. in l. 2. ſ. e. ti. &c.

ADDITIO.

a Auxilium ferre multis modis quis dicitur. Vide omnino no. dictum Bal. in l. data. in pe. colum. in verſic. ſed pone ꝙ Titius rixabatur cum Seio, ſuperuenit frater. C. qui accu. & Lud. in l. j. §. ſed in eo. in prin. ſ. eo. & in §. potuiſſe. in fi. ea. l. & Bal. in l. raptores. in pen. col. C. de rap. virgi.

LEX XX.

HAeres, qui. Pendente iudicio ſuper vindicta teſtatoris occiſi, hæres res hæreditarias & maxime tempore perituras alienare poteſt. h. d. vna cum gl. Et vide ad hanc legem in ſimili in l. pro hærede. in prin. ſ de acquir. hæred.

LEX XXI.

PRopter veneni. Clandeſtina occiſio ab extraneo facta, non impedit hæredem adire, ſecus ſi a familia facta eſſe dicatur. h. d. Et ratio in vltimo dicto huius legis colligitur ex l. 3. §. ſi alius. ſ. eo. vna cum hac litera &c.

§. Neptis, quæ. Actiones confuſæ per hæreditatis aditionem nō reſuſcitanē, ſi ob negligentiam, vel dolū hæredis mors teſtatoris vlta non ſit, ſecus ſi pp culpam. h. d. Et licet quidam dicant hunc §. non eſſe alibi, attamen eſt ſimilis in l. hæredem. j. de his quib. vt indig.

§. Præſidis. Non reputatur hæres indignus, ſi a ſnīa ſuper iudicio vindictæ lata, non prouocauit. h. d. hoc autem procedit, niſi alias vbi cōſtat hęredem malam cauſam habere. Tunc. n. prouocare non tenetur, ſecus ſi bonā, vt probatur hæc diſtinctio in l. bonam. C. de adminiſt. tut. In dubio autem etiam non tenetur, ſi non appellauerit, cum pro ſententia præſumatur, vt l. Herennius. §. Caia. de euic. extra de renunc. c. in præſentia. extra de elect. c. querelam. & ſ. de ſtatu homi. l. ingenuū. de re. iu. l. res iudicata. cum ſim. Si tñ appellauerit, proſequi tenetur, arg. no. in l. ſi procuratorem. §. ignorantes ſ. mand. & in l. inuitis. ſ. de procur.

SVMMARIVM.

1 *Petitio hæreditatis, quæ competit fiſco pro auferendis bonis hæredi indigno, quando duret vltra decennium.*

LEX XXII.

GAius Seius. Ciuilis actio competens ꝯ hæredem homicidis iam cōdemnatis, etiam eis mortuis decennio expirat. hoc dicit.
1 No. ex hac lege ſing. limitatio. † ad l. in cognitione. ſ. eo. vbi per Bar. ꝙ illud quod dicitur ciuilem petitionem hęreditatis fiſco competentem pro auferendis bonis ipſi hæredi. vt ab indigno quinquēnio finiri, eſt verum ante accuſationem factam de homicidis, ea autē finita, talis actio durat etiam vltra decennium, & ita debent intelligi dicta in l. in cognitione. In gl. 2. ibi, in alio caſu. Loquitur ſingulariter iſta gl. ſm legentes, ꝙ l. in cognitione. circa princ. habet tantum locum, quando hæreditas fiſco applicatur propter non habitam quæſtionem de familia, ſeu ſupplicium de ea ſumptum, ſecus ſi hæreditas applicetur propter inultā necem defuncti contra occiſores, quia tūc habet locū hæc litera. Iſtam tñ non approbat Bart. nec in d. l. in cognitione. Sed aliter ſoluit ponendo practicam quantum ad materiam iſtarum legum, & dicas vt hic, & ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Coactus acceptare compromiſſum ex diſpoſitione ſtatuti, ꝙ poſſit a compromittentibus petere cautionem de damno, quod per compromiſſum incurſurus eſt.*

LEX XXIII.

SI antequàm. Permittitur hæredi ex iuſta cauſa, puta per reſtitutionē fideicommiſſi, hæreditatem adire pp habitam vindictam de nece defuncti. h. d. cum l. ſeq. Et per hanc limitant l. ſi ſequens gradus. ſ. eo. videlicet ꝙ illa lex nō habeat locū in coacto adire, vt fideicommiſſario reſtitueret, ēt ante vindicatā necem. Et per hoc non præiudicatur illi, qui ſubſtitutus eſt fideicōmiſſario. quod no. No. in l. ſi quis quaſi. ꝙ ille nō meretur pęnam Senatuſconſulti, qui coactus adiuit, vt hæreditatē reſtitueret. Putarē tñ tali anteq̄ adeat cauendum eſſe per fideicommiſſ. ſi ex hac aditione allegat ſe aliquod damnum poſſe incurrere, vtputa pœnā centum aureorū, quæ incurritur ppter apertas teſtamenti tabulas ante vindicatam necē, vt l. j. prox. in
1 fi. & hoc per l. apud Iulia. in prin. j. ad Treb. † Per quē no. dicit ibi Bar. ꝙ ſi ex forma ſtatuti quis cogitur acceptare cōpromiſſum in ſe factum, ꝙ poteſt ille, in quem factum eſt cōpromiſſum, petere cautionem a cōpromittentibus de damno, ſi quod propter compromiſſum eſſet incurſurus. quod no.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd ſi villa non ceperit malefactorem, puniatur in centum, ſi fuerunt plures malefactores, an punietur villa in centum pro quolibet non capto, an pro omnibus. Adde Bar. & ibi Ro. in l. cum exhibuiſſet. §. fi. infra de pub.*
2 *Fuga quam probationem faciat, & vide nu. 7.*
3 *Statuto an poſſit induci, ꝙ fuga faciat plenam probationem, & ſic ꝙ probatio inualida pro valida habeatur.*
4 *Statutum non poteſt induci, ꝙ contra bannitum non poſſit probari per vnum teſtem non reddentem ſufficientem rationem dicti ſui.*
5 *Statuto an poſſit induci, ꝙ ſtante rumore de commiſſo delicto, fugiens capitaliter puniatur.*
6 *Statutum non poteſt auferre citationem, quæ eſt de iure diuino.*
8 *Delictum in committendo quòd ſit grauius delicto commiſſo in omittendo. Adde bonum verbum Flor. in l. lege Aquilia leuiſſima. in fi. ſupra ad leg. Aquil.*
9 *Fugiens ſemel à carceribus, non eſt fideiuſſoribus relaxandus.*
Carceratus quando ſit diligenter cuſtodiendus, & quando non.
10 *Statutum, ꝙ qui denunciauerit, habeat centum, tale præmium de quibus bonis ſolui debeat.*
11 *Pœna a ſtatuto pro delicto impoſita, ꝙ pro dimidia applicatur fiſco, & pro dimidia offenſo, & quando non.*
12 *Pœna quando partim applicatur fiſco, & partim parti, qualiter in hoc ſit ferenda ſententia.*

LEX XXV.

LEge Cornelia. Lege Cornelia datur p̄miū quinque aureorū pro quolibet ſeruo ꝯuicto de nece teſtatoris ipſi cō
1 uincenti, ſm formā hic traditā. h. d. No. ꝙ † p quolibet ſeruo conuicto datur ſingulare præmium ipſi conuincenti. Et hoc facit ad elegantē quæſtionē. Pone, ꝙ ſtatutum dicit, ꝙ ſi villa non ceperit malefactorem, puniatur in centū, mō fuerūt plures malefactores in territorio villæ, quorū nullū villa cepexit, an debeat puniri dicta villa pro oībus, an vero in centū pro quolibet non capto? Pro hoc primo inducitē hæc litera, arguendo ſic, ꝯ riorū eſt eadē diſciplina, l. inter ſtipulantem. §. ſacrā. de verb. obl. Sed hic datur præmium iure determinatū pro quolibet conuicto ſingulariter ipſi conuincenti, ergo infertur pœna in villam ſingulariter pro quolibet non capto. Præterea numerus pſonarum aut rerū inducit multiplicationē pœnarum. Ad hoc de termino mo. l. Agraria. ff. de colle. illi. l. pe. & fi. cum ſim. Ergo pro quolibet delinquente non capto debet pœna in villā multiplicari. Præterea & tertio, quot ſunt perſonæ, tot vīr delinquentes, vt j. de iniur. l. ſi plures. ſ. de iur. omn. iud. l. ſi familia. Si plures delinquentes, ergo plures negligentiæ interuenerunt in villa non capiente, ergo debet puniri ſingulariter, j. ad Turp. l. in ſenatus. in fine princ. Præterea & ſtatutum ſingulariter loquens pluralitatē comprehendit, de iuriſd. omn. iud. l. ſi quis id quod. de lib. exhi. l. 3. §. hæc autem verba. cum infinitis ſi. Ergo ſtatutū impoſuit pęnā in 100. p vno delinquente tm̄ nō capto,

ita vr̃ impoſuiſſe pro quolibet multorum non captorum. Præ-
terea vnuſquiſque vnũ maleficiũ commiſiſſe intelligitur, vt d.l.
ſi familia. cũ alijs allegatis, ergo ex multitudine maleficiorum
multiplicet̃ numerus pſonarũ. Ad hoc j. de priua. delic. l. nun-
quã. cum ſim. Contrariam tñ partem tenuit Doc. ſolemnis Al-
ber. de Roſa. in d. tractatu ſtatutorũ, in ſecunda parte circa fi.
quam etiã reperio tenuiſſe Bar. in l. ſi cũ exhibuiſſent. §. fi. j. de
publ. & in l. ex maleficijs. §. fi. ff. de act. & obl. ea rõne, quæ fuit
ẽt principaliter Old. quia verũ eſt, ꝙ ſunt plura maleficia hæc
habito reſpectu ad ipſos delinquentes, ſed quantũ ad villã, quæ
tenetur, dicitur vnum maleficiũ, vt d.l. ſi cum exhibuiſſent. Et
ideo cum illa teneatur ex quaſi maleficio, quia propter delictũ
alterius vna tñ pęnæ ſolutione liberatur, vt l.i. §. fi. cũ duabus
ſeq. ſ. de his qui deic. vel effu. & plene ponitur per Bar. in l. ſem
per. in §. in ſepulchro. j. quod vi aut clam. l. ſi plures. j. ſi fam. fur.
fe. di. & in l. item Mela. §. ſi plures ff. ad legem Aquil. & no. in l. ſi
multi. de publ. Quinimmo dixit no. Bal. in l. i. C. de condi. fur. ꝙ
ſtante ſtatuto, ꝙ quicunque non ceperit malefactorẽ, teneatur
tanta pœna, ꝙ ſi plures fuerunt, & nullus eorũ cepit, ſolutio ab
vno facta oẽs liberat. Cuius ɔ̃trium videbatur dicendũ ꝑ dictio-
nẽ, quicunque, quæ eſt diſtributiua, vt per Bar. plene de eius na-
tura in l. hoc articulo, quiſque. de hæred. inſtit. Sed rõ eſt, quia
iſti tenẽtur ex quaſi maleficio, & ideo ſolutio ab vno facta alios
2 liberat, vt ſupra dixi. & hoc no. & tene menti. Itẽ ponit † hic Bar.
pleniſſimam diſtinctionem, quomodo & qualiter fuga plenã,
aut ſemiplenam probationem inducat. alleg. glo. de quibus hic
per eum. Adde, ꝙ inquantum communiter concluditur, ꝙ fu-
ga, licet ſemiplenam probationem nõ inducat, attamen cauſat
præſumptionem magnam. quod tamen limita primo, niſi quis
timore familię aufugerit, & poſtea ad iudicium acceſſerit, quia
tunc prior fuga nullã præſumptionẽ inducit, tanq̃ ſit purgatio
facta per ſubſequentẽ ſpontaneum aduẽtum, ſm Bar. in l. quid
ſit fugitiuus. §. j. ſ. de ædili. edic. vt probatur expreſſe in illo tex.
cũ ſeq §. Secundo limita verũ, niſi illũ fugientem aliqua proba-
bilis cã excuſet, vt puta timor partialitatis, aut inimicitiæ, quia
tunc fuga nullam facit præſumptionẽ, vt probatur in d. l. quid
ſit fugitiuus. § apud Labeonẽ. Item adde. ꝙ licet fuga de carce-
re plenã inducat probationem ɔ̃ carceratum, per l. eos. j. de cu-
ſto. reo. Limita verum, qñ aufugeret carcere ſtante clauſo, ſe-
cus ſi carcere exiſtente aperto, vt ſingulariter dixit Guil. de Cu.
in l. ſuccurritur. ſ. ex quibus cau. ma. & idem ſequitur hic Bald.
Inquãtum tamen dixit, ꝙ fuga ſuſpicionem inducit in delictis.
Hoc ſingulariter limita per dictum eiuſdem in l. j. per illum tex.
in finalibus verbis, j. de bonis eorum, qui mor. ſibi conſci. hoc
verũ, ſi aufugit quis ante accuſationẽ de eo factam, ſecus ſi poſt,
quia tunc ei licitũ fuit, vt ſanguinẽ ſuum redimeret, per illũ tex.
quod eſt mirabile. & ita vidi practicari. Dum mihi accideret, di
cebam illud dictum Bar. dupliciter eſſe limitãdum. Primo, vbi
quantumcunque accuſatio non interuenit, attamẽ interuenit,
& porrectus fuit iudici libellus minatorius de accuſando, quia
ex hoc reſultat in multis caſibus effectus idẽ, qui reſultat ex li-
bello accuſatorio, vt habes tex. qui nõ eſt alibi, in l. ſi miles. §. ſo-
cer. ff. de adulterijs. Secũdo, niſi alia iuſta ſuſpicio laboraret ɔ̃ fu-
gientẽ, quia tunc ẽt fuga arrepta poſt accuſationẽ vna cũ hoc,
maximam ſuſpicionem inducit, arg. eius quod dicimus in l. fi.
C. qui numero tutelarũ. cum ſim. Et ita dupliciter limitabam
dicta Bart. ad quæ addas gl. valde no. quam ipſe non allegat, in
Auth. de exhi. re. §. ſi vero ẽt quidam. in fi. gl. vbi familiatis rece-
dens fugitiue, videtur res, quæ in domo non reperiuntur, fura-
3 tus eſſe. An autẽ ex ſtatuto † fieri poſſit, ꝙ fuga in delictis faciat
plenam probationem eo caſu, quo ſuſpicionem faceret de iu-
re communi? & videtur ꝙ ſic, quia poteſt validare inſtrumen-
tum probatorium, quod alias ad probandum erat inualidum,
extra de fide inſtrum. c. cum dilectus. & probatur extra de pro-
batio. c. 2. ergo & ita videatur validare poſſe aliam ſpeciẽ proba-
tionis. Et pro hoc quod no. Inn. extra de fide inſtrum. c. cum P.
tabellio. vbi dicit, ꝙ licet conuentione partiũ fieri non poſſit, ꝙ
ſcriptura priuata plene probet, attamen conſuetudine ſic. Ter-
tio ad idem ſ. de aſſeſſo. l. conſiliarios. cũ alijs hic alleg. per Bart.
in quibus dr̃ fugam facere plenam probationem. In ɔ̃trium tñ
videtur (& hęc eſt veritas) quia tale ſtatutum eſſet contra ius
cõe, quo cauetur quem ex præſumptionibus non poſſe damna
ri, vt l. abſentem j. de pęnis. l. fi. j. de quæſtio. eo. tit. l. j. §. diuus Se
uerus. C eo. tit. l. militis. § oportet. Preterea & ſi ſtatutum nõ po
teſt facere, ꝙ debitum vſurarium per vnum teſtem probetur,
vt plene diſputat Fed. de Senis, 17. conſi aliqui habent 18. ergo
& ita in ſimili non poſſit facere, ꝙ propter fugam, cuius proba-
tio minor eſt (cum ex ea reſultet ſuſpicio) q̃ dictum vnius teſtis,
4 vt l. cum probatio. in glo. ſ. de probat. Quinimmo † dicit Bal. in
l. ſolam. in fi. C. de teſtibus. & in l. ſi non ſpeciali. in fi. C. de teſta.
ꝙ non poteſt ſtatutum inducere, ꝙ cõtra bannitum poſſit pro-
bari per vnum teſtem tantum non ſufficientẽ cauſam dicti ſui

reddentem, quia eſt ɔ̃ ius gentium, vt in c. cum eſſes. & in c. re-
latum. extra de teſtam. ſ. de teſtib. vbi numerus. C. eo. tit. l. iuriſ-
iurandi. ergo multo minus vr̃ inducere poſſe probationem, de
quo agimus, licet in ɔ̃triũ multum vrgeat illud, quod videmus
de iure cõi inductũ, videlicet vt præſumptiones plene probent,
nec ɔ̃ eas admittat̃ alia probatio, vt l. fi. C. ar. tu. l. antiquæ. C. ad
Velleia. l. fi. C. de non nume. pec. cum ſim. Veritas tñ eſt, quod
tunc dixi, nec obſtant c. allegata, quia loquuntur in probationi-
bus circa ciuiles cauſas, de quibus agitur de minori præiudicio,
quàm in cã criminali, iuxta l. in ſeruorũ. ff. de pę. in §. fi. Itẽ nec
leges proximæ, quia loquuntur in pſumptione iuris & de iure,
non aũt in pſumptionibus quæ reſultant ex ipſa fuga. Secundo
5 quæro vlterius, an † ſtatutũ poſſit facere, ꝙ ſtãte rumore de cõ-
miſſo delicto in ciuitate fugiens capitaliter puniatur? Et breui-
ter debes dicere, ꝙ eo caſu quo ex fuga nõ reſultat, niſi ſuſpicio,
ꝙ aut tractamus, an poſſit puniri rõne delicti cõmiſſi, aut rõne
alicuius accuſationis gñaliter intentatæ. Primo caſu aut aufu-
giens eſt citatus, ita ꝙ eſt ɔtumax, & tunc poſſit virtute dicti ſta-
tuti. Item & rõne ɔtumaciæ, quæ eſt hoc caſu delictũ, vt l. omne
delictũ. §. contumacia. & quod ibi no. per Bar. ff. de re mil. & ꝑ
Cy. in rub. C. de crimi. ſtellio. Aut non fuit citatus, & tunc nullo
6 modo valeat ſtatutum. Primo, quia aufertur citatio, † quæ eſt
de iure diuino, vt in clem. paſtoralis. de re iud. & l. diẽ proferre.
§. ſi quis litigatorũ. & ibi no. ſ. de arb. & ponit Bar. in extrauag.
ad reprim. ſuper verbo, filia iudicii. & quia tolleret defenſionẽ,
quod minime fieri põt, C. de iure fiſci. l. defenſionis facultas. lib.
10. ſ. de iuſt. & iu. l. j. & l. in tantũ. Tertio, quia ɔdemnaret̃ ex prę
ſumptionibus, quod non eſt admittendũ, vt dixi. & hanc diſtin-
ctionẽ ſumo ex verbis Bal. in l. j. C. qño & qñ iud. Et prædicto
caſu putarem ſtatutum non valere, quia ex ɔtumacia non põt
quis capitaliter condemnari, ſm gl. 4. q. j. in ſumma. quam Bal.
dicit non eſſe alibi, in l. data. in repetitione. C. qui accuſare non
poſſunt. Ergo multominus propter fugam ſimplicem. Vltimo
circa hoc ad id, quod dixi ſupra limitando ſingulariter dictum
7 Bar. † in d. l. j. de bon. eorum. vlterius & tertio limita, niſi poſt
accuſationem quis effractis carceribus aufugeret, quia tunc cõ-
tra eum proceditur vt contra confeſſum de crimine, vt l. 3. ſ. eo.
8 & l. fi. de cuſto. reo. † In glo ſuper verbo, admiſiſſent. No. gra-
uius eſſe delictum commiſſum in committendo, quàm com-
miſſum in omittendo. concor. cum hoc ſ. eo. l. diuus. & gl. ſ. ſo.
mat. l. ſi mora. ſ. de act. emp. l. apud Iulianum. circa prin. In glo.
9 ſuper ver. ſi ex vinculis. No. ſignanter hanc gl. ꝙ licet † alias cõ-
uentus non eſſet incarcerandus, nec fideiuſſoribus relaxandus,
tamen vbi fugit ſemel, carcerandus eſt, & diligenter cuſtodien
dus, & propter hoc amittit beneficium l. j. j. de cuſto. reo. cũ ſi.
gl. eſt hic multum no. digna. & miror, ꝙ nullus facit mentionẽ.
Et ex hoc reſultat intellectus ad gl. quam ſemper allegamus in
l. ſi ego pecuniam. j. de condic. ob cau. circa mediũ. ꝙ vbi quis
eſt de delicto abſoluendus, non eſt ita diligenter cuſtodiendus,
ſicut ille qui condemnandus. & propter hoc excuſantur cuſto-
des carcerum, quia illud verũ, niſi talis ſemel aufugerit, vt hic.
Item quod dicit no. in l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. cũ gl. ſ. com-
modati. ꝙ non eſt ita diligenter in carceribus cuſtodiendus ſe-
nex, ſicut iuuenis, quia hoc eſt verũ, niſi interuenerit, quod dixi
ſupra. Et qualiter quis dicatur diligenter cuſtodiẽdus, gl. habes
10 in l. j. de ſeruis fug No. ex §. præter, argum. ꝙ † ſi ſtatutum dicat,
ꝙ quicunque denunciauerit maleficium, habeat centum talis
in præmium. Primo debet ſolui ex bonis damnati, qui ſi nõ eſt
ſoluendo, ſoluitur ex bonis fiſci, vt hic per Bar. ad quem addas
11 in l. lege Corn. circa fi. de iniur. † No ex §. palam. ꝙ vbi pęna im-
ponitur a ſtatuto, in dubio intelligitur, ꝙ medietas applicetur fi-
ſco, & reliquũ conuincenti delinquentẽ. Cum hoc concor. l. 5.
§. quod aũt. ſ. de his qui deiecer. vel effuder. Alia aũt iura viden
tur dicere, ꝙ in totum applicetur parti, vt l. fi. j. de leg. & ff. de
ver. ſign. l. ſi cui. Alia autem quod in totũ fiſco, vt in c. j. quæ ſint
rega. & in l. j. §. mulctarum. C. de modo mulc. & in l. iubemus.
§. his iudicib. in gl. C. de ſacroſ. eccl. & in l. 3. circa prin. de ſepul.
vio. Et iõ potes dicere, ꝙ aut lex loquens de pœna introducit
actionẽ aut accuſationẽ, aut ſumus in dubio. Primo caſu loquũ
tur iura dicentia, pęnam applicari parti. Et hinc reſultat, ꝙ pę-
na, quæ reſultat ex ɔ̃ctu, nunq̃ applicatur fiſco in dubio, ſed par-
ti. Ad hoc C. de tranſac. l. ſi quis maior. ff. eo. tit. l. qui fidem. Se-
cundo caſu loquuntur iura dicentia, applicari fiſco, niſi ſtatuta
aliter diſponãt, vt hic. Tertio caſu dixit Bar. in l. Agraria. j. de ter.
mo. in dubio applicari fiſco, per iura vltimo allegata. Videtur
tñ melius fore dicendum ex verbis Bal. in l. ſed ecce. C. de epiſc.
& cler. vbi de hoc poſuit, ꝙ aut id, propter quod ſtatutũ impo-
nit pœnã, incidit in actionem ciuilẽ, & tũc applicatur pęna par-
ti, arg. d. l. ſed ecce. & in Auth. de eccl. tit. §. j. cũ ibi alleg. Aut inci
dit in crimẽ, & tũc vera ſit opinio Bar. ad hoc j. de crim. ſtel. l. de
periurio. cũ alijs ibi ꝑ Bar alleg. Sed vlterius quæritur, pone, ꝙ
ſtatutum dicat, ꝙ medietas pęnę applicetur accuſanti banni-
tum, &

tum, & reliquum fiſco, qualiter in hoc erit ferenda ſententia?
dic ꝙ iudex decernat totam pœnam fiſco applicandam cũ hoc,
ꝙ medietatem det accuſanti, aut conuincenti. Et hoc colligitur
ex verbis tex. in l. ſenatus. §. ſenatus. & quod ibi per Bar. ĵ. de iu-
re fiſci. & in l. j. C. de iu. fiſci. lib. 10. & facit C. quando & quib.
quarta pars deb. l. 2. eo. tit. Diuiſio tñ per fiſcum erit fienda, ſed
poſtmodũ electio eſt danda parti, vt probatur in l. edicto. ĵ. de
iure fiſci. & in l. j. C. de his qui ſe deſer. lib. 10. quod no. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Sindicus, qui tenetur denunciare maleficia, an excuſetur, ſi alius præuenit.*

LEX XXVI.

Fideicommiſſum. No. propterea ꝙ quis ab hærede ali
quid ex teſtamento proueniens acceperit, eundem
de non vlta morte deſuncti accuſare non prohibe-
tur. hoc dicit. Et no. vnum, quod dicit hic Bart. limitando totũ
iſtum titulum, videlicet ꝙ dicitur hęredem teneri ob non vindi
catam necem deſuncti, eſſe verum, niſi alius eum præuenerit
occiſores accuſando, per l. ſororem. C. de his quib. vt indig. Et
1 hoc facit ad q. ſindicus † villæ tenetur denunciare maleficia cõ-
miſſa ſub certa pęna, an excuſetur ſi alter denunciando præue-
nerit? & eſt arg. l. ſororem. ꝙ ſic, & pro hoc ĵ. ad Tertul. l. 2. §. ſi
mater. de liber. agnoſc. l. j. de iure fiſci. d. l. edicto. Videtur tamẽ,
ꝙ ſi denunciatio aut accuſatio eſſet minus ſufficienter a præue-
niente inſtructa, teneretur ſindicus ſub pœna & intereſſe, pro-
pter intereſſe rei publicæ. Ad hoc l. 2. §. non ſolum. ĵ. ad Tertul.
& maxime cum timetur de colluſione. Ad hoc C. de diuer. iu-
di. l. 2. §. j. Et ideo tali caſu non excuſaretur ſindicus, licet fuerit
pręuentus. Et ita intelligo Alber. de Roſa. qui poſuit hanc quę-
ſtionem in trac. ſtatutorum in ſecunda parte. & quod dicitur in
d. l. ſororem. & maxime per Bal. & facit ad hanc q. l. Marcellus.
§. fi. ĵ. ad Treb. & l. ſi antequam. ſ. eo. &c.

Si quis aliquem teſtari prohib. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus, quibus quis perdit hæreditatem, in qua hæres inſtitutus eſt.*
2 *Dolus meus quando alteri noceat.*

Super gl. rub. aliam cauſam ponit perdẽdæ hæreditatis, ſub-
intellige, & applicandæ fiſco. & dic aliã. ſ. ab alijs ꝯtentis in tit. p̃-
1 ced. In glo. ibi, & † qñ cogo te vt aliũ inſtituas. & iſti duo caſus
non hñr in hoc tit. ſed in l. j. C. eo. tit. Sequentes vero duo caſus
bene habentur in hoc tit. Item aduertendum, quia in iſtis pri-
mis duobus caſibus oportet, ꝙ interueniat violentia cõpulſiua
talis, quæ induceret actionẽ, quod metus cã, vel iudicis officiũ,
vel aliud remediũ reſciſſorium ſm ea, quæ no. in l. interpoſitas.
C. de trãſac. ad hoc vt inſtituto auferatur hæreditas, & applicetr
fiſco, in alijs ſecus. Et ita intelligo, quod no. ĵ. eo. l. fi. Sed in duo-
bus caſibus ſequentibus non expedit, ꝙ interuenerit, ſed ſufficit
qualitercunque impedierit teſtari, vel teſtm̃ mutari procurarit
operando cum notarijs, aut cũ teſtibus, vt non veniant, vt in l. j.
in princ. & etiam in l. 2. in princ. Item in primis caſibus propter
violentiam punior criminaliter, vt d. l. j. C. eod. Sed in duobus
ſequentibus ſecus, quia metus vel violentia non interuenit, niſi
forte fuerit minatus teſtibus, aut notario, quia tunc crederem
debere puniri extra ordinem, cum ſit res mali exempli. Ita po-
teſt intelligi, quod no. in d. l. j. C. eo. Sed in primis caſibus eſt deli
ctum publicũ. ſ. legis Iul. de vi publica, ſi cũ armis, vel vi priua-
ta, ſi ſine armis, cuius pęna eſt magna. ſ. deportatio & bonorũ
priuatio, iſtos aũt quatuor caſus proſequere plene p̃ Bar. in l. fi.
2 ĵ. eo. In gl. ibi, quidã † ſecus. quia dolus meus nõ debet alteri no-
cere, vt no. in d. l. j. per l. metum. §. aduertẽdum. quod met. cau.
Sed iſta opi. quæ ponitur hic, verior eſt, quia immo põt nocere
alteri, quantũ ad hoc, vt illi extorqueatur lucrũ, quod non ha-
buit immediate ex dolo meo, vt ĵ. de doli excep. l. apud Celſum.
§. mandaui. & no. in §. ſed cum legitima. ſuper verbo, exceptio-
nem. & eo. tit. ſi procur. l. 2. §. j. & ſ. de repud. hæred. l. ſi filia. & ĵ.
de colla. bon. l. j. §. is qui. & facit ĵ. eo. l. j. §. j. non autem debet no-
cere alteri, vt patiatur damnum de ſuo ſibi non acquiſito pro-
pter dolum meum, hoc tamen limita, vt no. ĵ. eo. l. fi.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibetur quis actum facere, nedum minis, ſed etiam verbis blandis.*
2 *Pœna impedientis aliquem teſtari.*
3 *Statutum puniens impedientem, vel prohibentem locare, vel laborare ſuam poſſeſſionem, ꝙ comprehendit prohibentem laborare volentes, vel conducere.*
4 *Dolus meus quando alteri noceat.*

LEX PRIMA.

Qui dum. Impediens quem teſtari, vt ad
ipſum perueniat hæreditas ab
inteſtato, vel ẽt remaneat in teſtõ, in quo erat
inſtitutus, priuatur hæreditate, & applicatur fi-
ſco. h. d. prin. huius legis, & loquitur qñ impe-
diuit prohibendo notarium ingredi. Item ſi te-
ſtes, vt l. 2. in prin. quam iunge cum iſta. In tex. ibi, prohibuerit
1 † ſcilicet minis, ſubaudi, blandis verbis induxerit, ne ingrederetr,
vel ſub ſpe lucri. Sufficit enim, ꝙ teſtõr fuerit impeditus facto
2 iſtius. In tex. ibi, denegari debere ei actiones. Non ergo † ꝓpterea
a impeditus,[a] quo minus ipſo iure ſuccedat ab inteſtato, vel ex pri
mo teſtõ, & quominus efficiatur hæres, ſed non gaudebit, quia
fiſcus auferet tanquam non habenti voluntatẽ deſuncti liberã.
ſic ſ. de vulg. & pupil. l. ex facto. §. Iulianus. Si ergo fiſcus mihi
daret, non poſſit alius de hoc quæſtionem mouere, vt no. in l. j.
§. conſequenter. in prin. ſ. fam. erciſc. Punitur etiam iſte alia pœ
na, quia ſi cõſtat, quem teſtator noluerit inſtituere. licet ille nõ
poſſit hęreditatem conſequi, quę tranſit ad fiſcum, habet tamẽ
actionem contra prohibentem ad duplum, vt no. in l. Lucius.
§. Sempronia. ĵ. de leg. 2. & l. j. & 2. C. eo. Et ſi prohibens non ſit
ſoluendo, habet in ſubſidiũ regreſſum ꝯ fiſcum, qui lucratus
eſt ex dolo prohibentis, vt l. fi. in prin. ſ. de eo per quẽ fac. eſt. Et
no. ex iſto tex. ꝯiuncta rub. ꝙ vr̃ quis prohibere teſtatorem teſta
ri, ſi prohibet notariũ, vel teſtes ingredi. Et iſtud facit ad quæ-
3 ſtionem ſtatuti † dicentis, ꝙ ſi quis impedierit, vel prohibuerit
aliquem locare, vel laborare ſuam poſſeſſionem, puniatur tali
pœna, & aliquis nullam prohibitionem, vel minas fecit domi-
no poſſeſſionis, ſed fecit eã volenti conducere, vel notario, vel
teſtibus, ꝙ incidat in pęnã ſtatuti. de hoc vide p̃ Bar. in l. j. §. hęc
4 actio. ne vis fiat ei. In gl. q̃ incipit, immo. ibi. Sol. hic † iſte proxi-
mior erat prohibens. ſ. ab inteſtato, & ſic ſibi ſoli nocet ſua pro
hibitio, ſi applicabitur fiſco. Sed ſi alius erat proximior, tunc ſi
applicaretur fiſco, dolus iſtius noceret illi, quod eſſe non debet,
quia ille non habet iſtã hęreditatem principaliter ex dolo iſtius
prohibentis, ſed ex diſpõne legali. Et ideo nõ applicaẽ fiſco, ſed
illi, vt ĵ. l. 2. §. fratris. per eandẽ rationẽ. Et ſic patet non obſtare
id, quod dixi ſuper rub. quia id. qñ dolus meus eſt principalis
cauſa, ꝙ ad te perueniret hæreditas, quia compulit teſtatorẽ ad
te inſtituendum. Et idem eſt dicendum, ſi in primo teſtamen-
to tu eras inſtitutus, & ego prohibui teſtatorem facere ſm teſta-
mentum, quia hoc nõ nocet tibi, quominus ſuccedas, quia do-
lus meus nõ fuit principalis cã, ꝙ illa hæreditas ad te perueniat,
ſed primum teſtm̃. Hoc totũ limita, niſi appareret, ꝙ teſtõr vo-
lebat aliũ inſtituere, & conſtat quem. Nam tunc proximior in
gradu, vel inſtitutus in primo, non haberes voluntatem defun-
cti, & ideo tibi auſertur tãquã ab indigno, & applicaretur fiſco,
non illi, quem teſtator volebat inſtituere, quia poſtq̃ non inſti-
tuitur, tu in iſta hæreditate eras potior illo, & iõ tu ſuccedis. Tñ
fiſcus auſert, illi tñ læſo datur regreſſus ꝯ me prohibẽtem, & in
ſubſidium contra fiſcum, vt ſupra dixi. Et iſto modo videtur
Bar. limitare iſtam gl. in l. fi ĵ. eo. & etiam do. Ang.

ADDITIO.

a Impeditus. Adde, & vide glo. in Authen. vt nul. iudi. in §, ſi vero quidam. in verbo, in duplum reſtitu:. colla. 9. quæ dicit no. in duplum teneri illum, qui impediuit aliquid mihi relinqui. olim percipiebat, ꝙ teſtator volebat, cæ-tera fiſco dabantur, vt ff. ad Trebel. l. 3. §. fi. & vide no. in Authen. vt cum de appel. cogn. §. ſi conuictus.

S V M M A R I V M.

1 *Incapax inſtitutus & grauatus reſtituere, poteſt capere ad commodum illius.*

§. Si dominus. Dolus ſeu prohibitio dñi ſeu patris,
facit vt filio, vel ſeruo inſtituto, etſi
adeant, poſtq̃ ſunt effecti ſui iuris, auferaẽ hæreditas, & applicetr
fiſco, nõ ſic nocet alteri extraneo. hoc dicit vſque ad §. ſi plures.
In tex. ibi, actiones ei denegantur. videbatur contrariũ, quia iſto
caſu dolus domini non fuit immediata cauſa acquirendæ hęre
ditatis illi ſeruo, quia non compulit teſtatorem ad inſtituendũ
ſeruum, ſed primum fuit teſtm̃, in quo nõ interuenit cõpulſio,
vnde cũ tempore aditæ hæreditatis reperiãtur ſui iuris, & ſic ac-
quirat ſibi, videbatur ꝙ dolus domini non deberet ſibi nocere,
vt ei auferatur hæreditas, per id quod dixi in prin. l. ſuper gl. niſi
appareret, ꝙ teſtator voluiſſet aliũ inſtituere. Forte enim in ſe-
cundo teſtamento inſtituiſſet eundem ſeruum vel filium. Sol.
hoc contingit hic propter coniunctionem perſonæ, cũ magis
noceat dolus dñi, vel patris ſeruo aut filio, q̃ noceat extraneo.
Nã in verſi. ſed ſi legatũ dr̃ ꝙ extraneo non nocet, cui legatum
debeat reſtitui, & iſto modo videntur Doc. intelligere iſtũ tex.
in l. fin. ĵ. eod. Et hoc ſiue erant in poteſtate tempore prohibi-
tionis, & tempore aditionis, ſiue primo tantum tempore, licet
quidam contra, vt habetur in gl. ſed iſta cõmuniter tenetur per

Doc. Tu ergo tene menti, ꝙ magis nocet dolus patris, vel dñi fi-
lio, vel ſeruo. q̃ extraneo propter coniunctionem perſonæ. Bar.
tñ in filio videtur limitare in l. fi. j̄. eo. niſi prius illi teſtatori eſſet
ſucceſſurus ab inteſtato, puta ſi maritus prohibuit vxorem te-
ſtari, vt hæreditas ab inteſtato perueniret ad filios omnes. Di-
cit enim, ꝙ illis non aufertur hæreditas, nam hic loquitur, quan
do filius vel ſeruus non erant illi teſtatori ab inteſtato ſucceſſu-
ri. Sed certe ſi tamen conſideretis, eadem ratio videtur, quia ſi-
cut qñ ſunt ſucceſſuri ab inteſtato, ideo non nocet, quia hæredi
tas nõ pertinet ad eos ex dolo patris immedia. , ſed ex diſpoſi-
tione legali, ita deberet eſſe, ſi non ſunt ſucceſſuri, tñ ſunt inſti-
tuti in primo teſtamento, quia hæreditas non peruenit imme-
diate ex dolo patris, ſed ex primo teſtõ. & tñ hic dr̃ ɔ̃rium, niſi
ſuſtineamus Bar. per illam rationem, quã etiam iſte tangit, quia
iſti ſunt omnes filij tam patris prohibentis q̃ vxoris, vnde non
cenſentur carere ex toto voluntate matris, & ideo minus agat.
Et iſtud puto ſatis ęquum & rationabile, licet nõ videatur mul
1 tum vrgens per rationes Bar. Vltimo † dicit Ang. per iſtũ verſi.
ſed ſi legatum, ꝙ licet inſtituatur hæres incapax, vt ſpurius, ſi tñ
cogatur alteri reſtituere, poteſt capere ad commodum illius.
ad hoc j̄. ad Treb. l. cogi. §. qui ſolidum.

SVMMARIVM.

1 *Factum vnius quando debeat alteri nocere.*

1 §. Fratris autem. No. iſtum ver. † quia ſemper al-
legatur, ꝙ factũ vnius non de-
bet alteri nocere, ẽt fratri, licet factũ patris noceat filio, vel ſer-
uo, vt in l. p̃ced. §. ſi dñs. Et per eandem rationẽ factum vnius
non deberet nocere alteri exiſtenti in potiori gradu, vt dixit gl.
in l. j. in princ. Quod limita, vt dixi, & inducuntur ad quæſtio-
nem dẽ eo, qui interfecit aliquẽ, vtrũ poſſit ſuccedere. & certe
ſi erat potior in gradu, poteſt ſibi ſuccedere mero iure, ſed au-
fert̃ hæreditas tanq̃ ab indigno, hoc in nõ hẽt nocere potiori
gradui vel pari. de hoc dic in l. cum ratio. in fi. de bon. damn.

§. Sed ſi fidei. Si ille, qui dolum cõmiſit prohiben-
do vel cogendo quẽ teſtari, fuit graua
tus alteri reſtituere, in fiſcũ tranſit ſolũ quarta Trebellianica, q̃
fuiſſet penes eũ remanſura, reſiduũ ꝑtinet ad fideicõmiſſariã.
hoc dicit. Et hoc ideo, quia dolus ſuus nõ fuit cauſa, ꝙ grauaret
reſtituere tertio, ſed ſolũ ꝙ ipſe inſtitueretur, ideo non debet ei
nocere, ſed ſi fuiſſet commiſſus in vtroque, ſcilicet quod inſti-
tueretur, vt alteri reſtitueret, tunc ſecus, ꝑ id qđ dixi ſuper rub.

LEX III.

VIrum, qui. Non eſt prohibitum aliquem
blandis verbis inducere, vt ſe in-
ſtituat. h. d. & concord l. fi. C. eo. & aduertendum,
quia ſi conſtaret, ꝙ teſtator volebat alium inſtitue-
re, nec auferretur inſtituto hæreditas per fiſcũ nec illi daretur re
greſſus contra inſtitutum, quia licuit ſibi inuigilare proprio cõ-
modo, non faciendo actum prohibitum. Et ita debet intelligi
iſta lex, niſi ille eẽt tutor vel adminiſtrator legitimus illius, quẽ
inſtituere volebat, quo caſu quid iuris ſit: dic vt no. C. arbit. tut.
l. quicquid. & l. Lucius. §. Sempronio. de lega. 2.

De iure codicillorum. Rubrica.

Super rubr. quid ſit codicillus? dic vt s̄. de teſtam. l. j. vbi poni
tur diffinitio teſtamenti, tamen ſecundum gl. ibi magis cõuenit
codicillo, niſi ſuppleatur, vt gl. ibi ſupplet. ſ. cum hæredis inſtitu
tione &c. vel ſm Bar. qui dicit ſuppletionem non eſſe neceſſa-
riam, remoueas verbum, iuxta, quia ibi ponitur in tex. & habes
diffinitionem codicilli, quod eſt voluntatis noſtræ ſententia de
eo, quod poſt mortem noſtram fieri volumus. vnde autem ha-
buerit originem materia codicillorum, dic vt Inſtit. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſi non valet, an valeant codicilli.*
2 *Clauſula codicillaris ꝙ operatur directam inſtitutionem in vim fideicom-
miſſariæ conuerti, an conuertatur cum ſua qualitate.*
3 *Clauſula, quiſquis mihi hæres erit, ꝙ habeat vim clauſulę codicillaris.*
4 *Verbum præteriti imperfecti ſubiunctiui, an comprehendat etiam futurũ.*
5 *Clauſula codicillaris an operetur, quando teſtamẽtum irritatur per ſequẽs
teſtamentum.*

LEX PRIMA.

SAepiſsime. Iure teſtamenti, quod nõ
valet, nec iure codicillorũ,
niſi fuerit expreſſe dictum. ad hoc allegatur, &
iſtud ſummarium reſpicit inſtitutionem hære
dis, & ſi non valet iure directo, prout facta eſt,
1 non valeat † iure fideicommiſſi, vt veniẽtes ab
inteſtato teneantur ſibi reſtituere hæreditatem detracta quar-
ta, ſecus ſi fuiſſet dictum, ꝙ valeret iure codicillorum, vt s̄. de te-
ſtam. milit. l. quærebatur. & de teſta. l. ex ea ſcriptura. videbatur
ɔ̃rium, quia verba directa, quando nullo tempore potuerunt
valere iure directo, obliquantur, vt l. ex facto. in prin. & l. Sceuo-
la. ad Treb. & no. in l. verbis ciuilibus. de vulg. & pup. Sed illud
procederet, quando eſſent prolata in codicillis, quia apparet, ꝙ
teſtator voluit codicillari, quia ſi non potuit propter defectum
ſolemnitatis, vel aliud, non obliquentur Et ita loquitur, & ſic li
mitatur illud vulgare dictum, ꝙ verba directa obliquantur, qñ
nunquam potuerunt valere iure directo. Præſumitur autem
voluiſſe teſtari eo ipſo, ꝙ hæredem conſtituit, vt l. non codicil.
C. de teſtam. & j̄. l. illud. §. tractari. Poteſt etiam hoc elici & be-
ne, vt loquatur de relictis factis in teſtamento inualido quo ad
inſtitutionẽ, vt illa non debeantur a veniẽtibus ab inteſtato, niſi
fuerit expreſſe dictum, ꝙ teſtator intendebat grauare hæredẽ
ſcriptum, quem putabat ſuccedere, non autem veniẽtes ab in-
teſtato, nec debentur ab illo, quia non poſſunt deberi, per l. La-
beo. C. de fideic. nec a venientibus ab inteſtato, quia illos graua
re noluit, vt j̄. e. l. pe. & de leg. 2. l. cũ pater. §. cum æſtimarẽ. Nec
curo iſto caſu, vtrũ inſtitutio fuerit nulla ab ipſo prin. & ſic lega
ta nõ incęperunt dependere ab ipſa, ſiue irritet̃ ex poſtfacto, vt
natiuitate poſthumi p̃teriti, quo caſu adhuc magis clarũ eſt, ꝙ
irritantur, arg. eorũ, quæ no. in l. 3. §. ſi. s̄. de lib. & poſth. in gl. &
hoc in legatis, quæ vere relicta ſunt in teſtõ. Si autem non vere,
ſed ficte, vt ſi fecit teſtamẽtum, & etiam codicillos, quo caſu re-
licta in codicillis finguntur relicta in teſtamento, vt l. prox. §. j.
Tunc enim diſtinguitur, aut teſtm̃ ſeu inſtitutio valuit a princi-
pio, ſed fuit irritata ex poſt facto, & tũc irritantur ẽt codicilli, &
relicta in eis, vt j̄. eo. l. j. Aut inſtitutio vel teſtamentum fuit a
principio, nulla, vel nullum, & tunc quia codicilli non incępe-
runt habere dependentiã, non irritantur, immo valent, & debẽ-
tur a venientibus ab inteſtato. Ita notanter Dy. & poſt eũ Bat. in
l. legata inutiliter. per illum tex. j̄. de lega. j. Tñ ɔ̃ iſtud dictum vi
detur gl. ord. j̄. eo. quæ ſimpliciter dicit, ꝙ ſi non valet teſtamen
tum, non valẽt ẽt codicilli. Item rõ, quia poſtquã teſtamentũ fe
cit, cenſetur voluiſſe grauare hęredem ſcriptum duntaxat, ſed
illum grauare non potuit, ergo grauamen ad illum nõ tranſit,
arg. optimum j̄. eo. l. quidã referũt. & quod not. j̄. l. 3. in fi. in vlti
ma gl. poteſt dici, ꝙ aut teſtator ſciebat teſtm̃ non valere, & tũc
faciendo codicillos potius vr̃ voluiſſe grauare venientes ab in-
teſtato, & procedat dictum. Dy. & Bart. Aut credebat valere, &
tunc ſecus per rationem prædictam. Iſtam tñ diſtinctionẽ non
facerem in his, quæ vere fuerunt relicta in teſtamento, quia tũc
pur aliquantulum vno contextu cum inſtitutione indiſtincte
videtur voluiſſe relinquere a ſcripto hærede, etiam ſi ſciat inſti-
tutionem non valere, per iſtam legem, quæ loquitur indiſtin-
cte, niſi expreſſe dixerit ɔ̃rium. Tene menti, quia iſta non tangũ
tur per alios. Et in iſta lege ponit Bart. materiã de clauſula codi
cillari. Si non valet iure teſtamenti &c. quã multũ plene & pul-
chre examinatã per cõplures quæſtiones ponit. Aduertendum
2 † tamen, quia ipſe in prima quæſtione dicit vnũ, quod ego non
tenerem conſulendo vel iudicando, ſcilicet ꝙ cum per illam
clauſulam directa inſtitutio conuertatur in fideicommiſſariã
vl̃em, ꝑ l. quęrebatur. de teſt. mil. & per l. ex ea ſcriptura. de te-
ſtam. quod conuertetur cũ ſua qualitate per illũ tex. in l. quęre
batur. dũ dicit, vim prioris teſtamenti in cauſam fideicõmiſſi
conuertiſſe &c. No illud verbũ, vim, qđ importat illud, quod di
xi. & ideo dicit ipſe, ꝙ ſicut inſtitutio directa nõ tranſmittit̃ ad
hęredẽ, ſi inſtitutus decedat hęreditate nõ adita, vt l. qm̃ ſoro-
rẽ. C. de iure delib. ita nec tranſmittetur iſtud fideicõmiſſum. ſi
nõ fuit agnitũ, licet regulariter ſecus, quia fideicommiſſum vl̃e
poſtquam dies ceſſit, tranſmittitur ſicut particulare, vt l. cogi.
§. idẽ Męcianus. ad Trebel. & quę notan. in l. cũ filio. de lega. j.
Et ſi aliud diceremus, non eſſet verũ, quod ius inſtitutionis con
uerteretur in vim fideicommiſſi ſm eũ. certe ſi dictum ſuũ eſt
verũ, ſequeret̃ ꝙ ẽt cũ alijs ſuis qualitatibus conuerteretur, &
ideo ſicut de inſtitutione directa nulla fiat detractio quartæ, vt
in cap. ſi pater. de teſta. lib. 6. ita nec detrahetur de iſto fideicõ-
miſſo. Itẽ ſicut inſtitutus capit hæreditatem a ſeipſo, & non ab
alio vt s̄. ſi quis omiſſa cau. teſta. l. ſi in teſtõ. Ita & iſte fideicom
miſ. & ſic nõ eſt neceſſario fienda reſtitutio a venientibus ab in
teſtato. Item poterit capere propria authoritate, quæ omnia vi
derentur continere magnã abſurditatem, & ideo puto, ꝙ iſtud
fideicommiſſum habeat materiã propriã fideicommiſſi in om
nibus, licet ſuccedat loco inſtitutionis, ſed ſm naturam ſuã, cum
ſint ɔtraria. Et pro hoc bene facit tex. in l. vbi fundo. §. ſed ſi fun
dus. de iure dot. vbi pecunia ſuccedens loco rei dotalis non ſuc
cedit ſm naturã rei, ſed ſm naturã propriã. & illũ tex. in l. quæ-
rebatur. nõ debemus intelligere ita ſtricte, vt facit Barr. ſed vult
dicere, quod ſicut inſtitutus haberet hæreditatẽ, ſi valeret inſti
tutio, ita ſi non valet, debet habere propter illam clauſulã, ali-
3 ter tamen, & aliter. Item † ſcias, ꝙ illa verba, quiſquis mihi hæ-
res erit, habẽt vim clauſulæ codicillaris, vt no. per glo. q̃ non eſt
alibi,

alibi, in l. duobus. §.j.ĩ.de vulg.& pup.quod tamen dic, vt ibi di-
xi.Item ſcias,ꝙ licet verba directa poſt pupillarem ætatem nul-
lo modo valeant iure directo, vel fideicom.vt appoſita iſta clau
ſula operetur, ꝙ non valeat iure fideicomm.ſm Bal.ibi, quod
4 Ang. reputat ibi multum no. † Item dum Bart.tenet hic in vna
quæſtione ꝙ verbum præteriti imperfecti ſubiunctiui compre
hendat etiam futura, per l.ſi debitor. §.veriſimile. de cōtrahen.
emptio.debet limitari,niſi poſſet operari in præteritum, l. cum
ſtipulamur.de verbo.obliga.Vltimo cum Bar.teneat hic,quòd
5 iſta † clauſula non operetur, quando teſtamentum irritatur ꝑ
ſequens teſtamentum, etiam ſi dicat,ſi non valet, vel valebit.
Bal.tenet idem in l. eam quam. C.de fideicom. Sed plenius de
hoc vide in addi. Spec.in tit.de inſtr.edit. §.compēdioſe. vbi re-
citat quæſtiones diſputatas,& plures vltra rationes,quàm facit
Bar. per ſecundum teſtamentum cenſetur receſſiſſe a primo, &
ab omnibus contentis.in eo,& ſic a dicta clauſula.

LEX II.

SI ei, qui poſt. Licet relicta in codicillis cē
ſeantur relicta in teſtō, qñ
teſtamentum eſt factū,duntamen quæritur, an ad-
ſint ea,quæ requiruntur ad hoc, vt valeat relictum,
inſpicitur tempus codicillorum, vt ſi tunc adſit,valeat, licet tē-
pore teſtamenti non adeſſet,& econuerſo ſi non adſint, non va
leant,licet tpe teſtamēti adeſſent. Quantū vero ad relicta facta
in teſtō inſpicitur tp̄s teſtamenti, & non codicillorum.Itē ſi re-
linquitur libertas ſeruo alieno directo,licet non valeat directo,
valet iure fideicōmiſſi fauore libertatis. h.d. in effectu vſque ad
§.furioſus.& loquunt̃ iſti tex.in illis, quæ requiruntur in ꝑſona
illius,cui relinquit̃,ad hoc vt valeat teſtm̄. & ꝯcor. ĩ.eo.l.diuus.
§.fi.Idem in his quæ requirūtur in perſona teſtatoris, vt debeāt
adeſſe tempore teſtamenti,ſi tempore codicillorum nō adſint,
vt ĩ.eo.l.quędam.iuncta l.eum qui.quæ tractant de eadem ma
teria, cenſentur ergo relicta in teſtamento quantum ad hunc
effectum,vt ſi non adeatur hæreditas,non debeatur, vt ĩ.eod.l.ſi
quis cum nullum.§.fi. Quod tamen declara,vt dixi in l.j. Non
ſic ſi non cenſerentur relicta in teſtamento,quia tunc ſufficeret
ad confirmationem illorū, ꝙ adiretur hæreditas etiam ab inte-
ſtato ſm ea,quæ no.s̄.de hæred.inſtit.l.qui filio.§.ſeruus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,in omnibus & per omnia, continet omnimodam ſimilitudinem.*

§.Furioſus. Inhabilis ad teſtandū eſt ēt inhabilis ad
codicillandū.h.d.ꝯcot.ĩ.eo.l.diui.§.codi-
1 cillos.Et no.hic†ſm Ang.iſta verba, in omnibus & per omnia.
quæ raro reperies alibi,& quibus plerunque vtuntur notarij,&
etiam ſtatutarij, quia ſignificant omnimodam ſimilitudinem.

§.Hæreditas. In codicillis non pōt confirmari hære-
ditas inutiliter data in teſtō, vt valeat
iure directo,ſed valebit iure fideicommiſſi.h.d.Et no.in fi.con-
tra dictum Bar.de quo dixi in l.j.ꝙ de iſto fideicom.in quod cō-
uertitur inſtitutio directa,detrahitur Falcidia,id eſt Trebelliani
ca,& ſic iſta conuerſio non fit ſm naturam inſtitutionis,ſed ſe-
cundum propriam naturam fideicom.

SVMMARIVM.

1 *Succedentes ex diſpoſitione legali ꝙ teneantur ad legata facta in codicillis.*
2 *Clauſula,quiſquis mihi hæres erit, quòd habeat vim clauſulæ codicillaris.*
& vide num.3.
Quid in inſtitutione & ſubſtitutione pupillari.

LEX III.

SI quis cum. Relicta in codicillis factis ab
inteſtato, filio debent̃ a veniē-
tibus ab inteſtato, quia illi cenſent̃ tacite inſtituti,&
ſic potuerunt grauari. Itē ſi ſunt relicta ꝑ illa verba,
quiſquis mihi hæres erit, debentur ēt ab illo, qui ſucceſſit p̄ter
intentionē vel credulitatē teſtatoris. h. d. In effectu vſque ad §.
1 teſtō.In primo ergo caſu intendit tollere † cōtrarium, ꝙ poſſet
fieri de l.ab eo.C.de fideic.vbi hr̃,ꝙ ille,cui nihil relinquitur,nō
poteſt grauari,ſed ſi teſtator non faciat teſtm̄, & ſic ſucedunt ſi-
bi veniētes ab inteſtato ex diſpoſitione legali, vt s̄.ſi quis omiſ.
cau.teſtam.l.ſi ab inſtituto. in ver.poſſideant &c.videbatur, ꝙ
non tenerent̃ ad relicta facta in codicillis,ſed ꝯrium eſt, quia li-
cet ſuccedant ea diſpōne legali,cenſentur ēt habere tacitam vo
luntatē defuncti, qui potuit eis auferre hæreditatem faciendo
teſtm̄,& alium ſubſtituendo, vt in l.conficiuntur. poſt princip.
2 Secundum dictum facit pro eo, quod †dixi, ꝙ illa verba, quiſ-
quis mihi hæres erit, habent vim clauſulæ codicillaris, & com-
præhendunt ēt illū,qui ſuccedit p̄ter cogitatū teſtatoris ab inte-
ſtato.Et idē quod hic, dicas, ſi legata fuerunt relicta, vt videant̃
relicta a quocūque ſuccedente,ſecus ſi nominatim ab illo, quē
teſtator putabat ſuccedere,quia non debeantur ab illo,qui ſuc
ceſſit præter cogitatū ſuum. Et ita loquitur l. qui graui.cum le-
gibus ſeq.& l. pen.ĩ.eo.& ĩ.de lega.2. l.cum pater. §.cū æſtima-
ret. Item in iſto ſecundo caſu, licet teſtator non cogitauerit in
ſpecie de illo,qui natus eſt poſt codicillos,tñ cenſetur cogitaſſe
in genere propter verba generalia, vel ſimpliciter prolata & tā-
tum hoc valet,quantū ſi in ſpecie, vt s̄.de teſt.mil.l.qui iure mi
litari. & C.de tranſact.l.ſub prætextu. la 2.cum ibi no. In glo. q̄
3 incipit,† ab inteſtato.ibi,ſecus probatur in inſtitutione pupilla-
ri. ſubaudi, quia ſi facta eſt per iſta verba, quiſquis mihi hæres
erit. non cōpræhenduntur venientes ab inteſtato. Et ratio ſecū
dum quod glo.videtur ſentire, eſt, quia tunc hæredes inuitant̃
ad lucrum, vnde non eſt credendū,quod teſtator voluerit inui-
tare illos, de quibus non cogitauit. Sed qñ grauantur hæredes
per iſta verba, ideo compræhenduntur venientes ab inteſtato,
quia ſi voluerit grauare illos, de q̄bus cogitauit,potius illos de
quibus non cogitauit. Alia ratio non eſt bona, & tollitur per l.
qui graui.& l.pe.ĩ.eo.Ideo dicit melius,ꝙ in l.qui liberis. §.hæc
verba.fuerat factum teſtamentum,& ſic poterant illa verba re-
ferri ad hæredes ſcriptos, hic non fuerat factum, vnde ad illos
non poterant referri, referunt̃ ergo ad illos ad quos poſſunt. In
alio tñ poteſt illa diſtinctio eſſe bona, quia quando inuitātur ad
lucrum,& poſſunt referri ad venientes ex teſtamēto, quia ſit fa-
ctū teſtm̄,nunquā cōpræhendunt venientes ab inteſtato, vt ibi,
ſed qū grauantur, licet poſſint referri ad veniētes ex teſtō, quia
ſit factum teſtm̄, nunquā tñ in defectum illorū, ſi non ſunt hæ-
redes,referuntur ēt ad venientes ab inteſtato,poſtquam illa ver
ba habent vim clauſulæ codicillaris, vt s̄.dixi, & in l.j.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli poſt teſtamentum facti,cenſentur teſtamento confirmati.*
2 *Relicta in codicillis non valent, quando ex teſtamento non eſt adita*
hæreditas.

§.Teſtamento. Qñ factū eſt teſtm̄,niſi adeatur hę
reditas, ex eo non valent relicta in
codicillis.h.d.Sed ſi non eſſet factum teſtm̄, requireretur aditio
ab inteſtato,vt no.in l.cum filio.§.j.de hæredib.inſtit.& intelli-
ge hunc tex.qñ teſtm̄ inualidum a principio ēt ſi poſtea rumpa
tur per natiuitatem poſthumi, vt C.eo.l.j. ſed ſi non fuit validū
a principio,tūc ſecus ſm Dy.& Bart.in l.legatis.de lega.j.Quod
1 dic, vt dixi in l.j.Et no.ꝙ † codicilli poſt teſtm̄ facti, ſemper cen-
ſentur in teſtamento confirmati etiam ſi hoc expreſſe nō fuit
factum,ſecus ſi ante teſtamentum, vt ĩ.eod.l.ante.quod dic, vt
2 ibi in glo. In tex.ibi, † denique. Probat quod dixerat,ꝙ accipiūt
vires ex teſtamento,quando factum fuit, vt patet per id quod ſe
quitur,nam ſicut relicta in teſtamento non valent,vbi ex eo nō
adeatur hæreditas, vt s̄.eo.l.j.ſecundum caſum,quem ibi poſui
ſecundo loco, ita & relicta in codicillis,quæ cenſentur in teſta-
mento relicta, vt s̄.l.prox.§.j.

LEX IIII.

EVm, qui. Quo ad relicta in codicillis condi-
tio teſtatoris inſpicitur tpe codicil
lorū.h.d.ꝯcor.ĩ.eo.l.quædam.In tex.ibi,recto liber
tatē dare placuit.ſ.ēt pluribus,q̄ vni,& ſine hæredi-
tate, quia non fraudantur teſtatores,licet in teſtō nō potuerint
dare,niſi vni,& cū hæreditate ex permiſſione legis Eliæ Sentiæ,
ne decedat inteſtatus,cum tunc non eſſet ſoluendo, vt s̄.de hæ-
red.inſtit.l.qui ſoluendo non erat duos Apollonios.in fi. Vide-
batur autem ꝯrium hic, poſtquā codicilli referunt̃ ad teſtm̄, &
vide hanc dependentiam, vt in præced. §.ſed verū eſt quantum
ad illud,de quo ibi,non quantū ad ea, quæ requiruntur in ꝑſo-
na teſtatoris,vel eius,cui relinquit̃, ad hoc vt valeat relictū. Nā
quantū ad illa, vtrum adſit,vel nō, inſpicitur tp̄s codicillorum,
non tempus teſtamenti, vt l.2.s̄.eo.in prin.& ĩ.eo.l.quædam.

LEX V.

ANte tabulas. Codicilli facti ante teſtamē-
tum,niſi in teſtamento poſt-
ea facto confirmentur,cenſentur infirmati.Item ge-
neralis confirmatio eorum non porrigitur ad illa,
quæ ſpecialiter fuerunt in teſtamento reuocata.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Pater,ſi inſtituto extraneo hærede vniuerſali, filium in certa re inſtituit*
demum illam rem in codicillis ademit,an valeat ademptio.

LEX VI.

DIuus Verus. Purè inſtitutioni factę in teſtō
non pōt adiici conditio in co-
dicillis. hoc dicit. Ratio eſt, ne fiat per indirectum
id quod directo fieri non poteſt, vt in cap.cum quid
vna. de regulis iuris. libro 6. Sed in codicillis directe non po-
teſt adimi hęreditas, ſicut nec dari, vt l. hęreditas. C. de his

quib. vt indign. Sed ſi poſſet adijci conditio, adimeretur per in-
directũ, quia non adimpleta, vel non exiſtente ꝯdõne non eſſet
hæres. Facit in ſimili l. poſt perfectã. C. de don. quæ ſub modo.
1 Et facit in arg. ad quæſtionẽ, in † qua conſuluit Iac. de Belui. &
quam ponit in Auth. de hæred. & Falc. & Bal. in l. omni modo.
C. de inoffic. teſtam. ſi pater in teſtõ inſtituit extraneum, & fi-
lio, vel filiæ reliquit certam rem, vel quãtitatem iure iuſtitutio-
nis, & ſic teſtm̃ non erat nullum ex cã præteritionis, quia hoc
ſufficit hodie, vt in Auth. vt cũ de app. cogn. §. aliud quoque ca-
pitulũ. licet hodie iure Digeſtorũ deberet inſtitui in certa quo-
ta hæreditatis, alias dicebatur præteritus. Pone ergo, ꝙ iſte pa-
ter ademit poſtea in codicillis illi filio illã rem, vel quantitatẽ,
an valeat ademptio? & videbatur ꝙ ſic, quia illa inſtitutio ha-
bebat vim legati, poſtquã erat alius vniuerſaliter inſtitutus, vt
C. de hæred. inſti. l. quoties. Et legata facta in teſtamẽto poſſunt
adimi in codicillis, vel ipſo iure ſm Bar. vel ope exceptionis, vt
dixi in l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ſ. de teſta. Contrariũ de-
terminant prædicti Doc. quia ſi valeret ademptio, filius reperi-
ret ſe præteritũ, & ſic teſtm̃ rumperetur, & per conſequens au-
fertur hæreditas ſcripto hæredi per actum factum in codicillis,
quod fieri non poteſt, vt in hoc tex. Per hoc etiam videtur, ꝙ ſi
pater illam rem, in qua filium inſtituerat, alienauit in eius vita,
non cenſetur reuocata inſtitutio facta de filio, ne per indirectũ
reuocetur ẽt inſtitutio vniuerſalis, quod fieri non poteſt, niſi cũ
ſolemnitate, vt d. §. ſi quid poſt. Remanebit ergo inſtitutio filij
in æſtimatione dictæ rei, & illam debebit cõſequi, ſicut in ſimi-
li habetur, quando illa res euincitur per tertium, vt C. de inoffi-
cioſo teſtamento. l. ſancimus. poſt principiũ. In glo. j. ibi, vel dic,
vt ibi. ſubaudi & melius, quia concord. exponendo tex. vt ibi
exponit gl. In gl. ibi, ſed alius eſt omnino. Ibi enim datur hæredi
tas in teſtamento, non in codicillis, licet conditio inſtitutionis
impleatur in codicillis. Dy. Paulus.

§. Codicillos. Poteſt quis decedere cum pluribus
codicillis, & poſito ꝙ ſint facti in ſcri-
ptis, non eſt neceſſe, ꝙ adſit ibi ſcriptũ manu teſtõris, & in duo-
bus differunt a teſtõ, quia nõ poteſt quis decedere cũ pluribus
teſtamentis validis, niſi cum vno, vt gl. dicit. Ratio diuerſitatis
eſt, quia codicilli plures non ſunt inter ſe ꝯrij, cũ in eis non detẽ
vniuerſalis ſucceſſio, ſed diuerſa teſtamenta inter ſe ꝯria, quia
primum importat, vt inſtituti in eo ſoli ſuccedant: ſm, vt inſtitu
ti in eo, & non in primo. Et ideo ſi eſſet dare caſum, in quo codi
cilli eſſent inter ſe contrarij, per ſecundos rumperentur primi,
C. eo. l. 3. quod dic, vt ibi no. in gl. quæ eſt notab. Item in teſtõ in
ſcriptis teſtator habebat neceſſe olim ſcribere nomen heredis,
licet reſiduum poſſet ſcribi per alium, vt C. de teſta. l. iubemus.
ſecus in codicillis, in quibus non fit inſtitutio.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſulæ derogatoriæ reuocatio expreſſa quando requiritur, & quãdo ſuf-
ficiat tacita, vt primæ voluntati derogetur.*
2 *Clauſula derogatoria poteſtatis appoſita in vltima voluntate, quòd nihil
operetur.*

§. Licèt in confirmatione. Vltima volũ-
tas præualet
priori, ẽt ſi in illa ꝯtineatur clauſula derogatoria vltimæ. h. d. Et
1 gloſſa & Doc. † intelligunt ſane, ſcilicet ſi in vltima ſpecialiter
pęnituit illius clauſulæ, alias ſecus, vt l. ſi quis in principio teſta
menti. de lega. 3. & l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de lega. j. Et hoc,
ſi illa clauſula derogatoria fuit appoſita expreſſe, ſi autem taci-
tè, non requiritur expreſſa pęnitentia, vel reuocatio, ſed ſufficit
tacita, vt j. de leg. 2 l. fi. in ꝓin. allegata hic in glo. circa fi. pro cõ-
traria. Iac. tamen de Are. intellexit iſtum tex. prout iacet, quod
in iſta vltima non pęnituit expreſſe illius clauſulæ derogatorię,
& tamen valet vltima. & ad l. ſi quis in principio teſtamenti. re-
ſpondet, ꝙ ibi erat derogatoria voluntatis, hic vero duntaxat ſo-
lemnitatis. Bar. eum ibi repræhendit, quia hic immo fuit dero-
gatoria voluntatis, dum dixit, vt non alias valeret velit &c. ſed ſi
ſolũ dixiſſet, volo ꝙ ſi contingat me facere codicillos, ꝙ illi co-
dicilli habeant ſubſcriptionem manu mea. & non dixit plus, nã
tunc fatetur Bart. ꝙ codicilli valerent, licet non continerent ta-
lem ſubſcriptionẽ, nec etiam reuocationem illius clauſulæ, di-
cendo, non obſtantibus quibuſcunque verbis derogatorijs ap-
poſitis in teſtamento, & hoc per l. humanũ. C. de legibus. vbi
Imperator dat certam formã in legibus condendis, & tñ mul-
tæ leges poſtea factæ ſunt poſt illam formã, & nihilominus va
lent. Sed ſi diceret illa lex, quòd non valeant, non valerent, hic
vero dixit, ꝙ nolebat aliter valere, ideo neceſſe eſt ad hoc, vt va-
leant, ꝯtineatur reuocatio illorũ verborum, ad quod ſufficiunt
verba generalia, de quibus. ſ. dixi, vt dicat, non obſtantibus qui-
buſcunque verbis derogatorijs appoſitis in teſtõ. nec eſt neceſ-
ſe dicere, non obſtante ꝙ dixit, nolo valere, niſi habeat meã ſub-
ſcriptionẽ, quia vbi ſufficit pęnitentia ſpecialis, non requiritur
ſingularis, quia iſta eſſet ſingularis. quod dic, vt plene per Bart
& no. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. Aliquando autem
2 continetur clauſula † derogatoria poteſtatis, & illa nihil valet,
quia nõ poteſt ſibi auferre poteſtatem teſtandi, & ideo nec tũc
eſt neceſſe illã clauſulam reuocare, vt ſi dixiſſet, nolo poſſe me
facere aliud teſtamentum, vel codicillos, & non dixiſſet vltra,
vt no. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator ſi in codicillis ante teſtamentum factis reliquit omnes veſtes
ſuas, & poſtea fecit teſtamentum, quo tempore habebat plures, an ſolũ
illas, quæ habebat tempore codicillorum, habere debeat.*
2 *Tempus codicillorum quando inſpiciatur, & quando tempus teſtamenti.*
3 *Codicilli quando valeant, licet teſtamentum non valeat.*

LEX VII.

QVædam non. Tempus codicillorũ inſpi-
citur, quanquam ad ea, quę
requiruntur, vt valeãt relicta in eis, ſeu ſortiantẽ effe-
ctũ, ſiue conſiſtant in iure, ſiue in facto, non autem
tempus teſtamenti, licet in eo codicilli ſint confirmati. h. d. In
tex. ibi, ad confirmationem. ideſt ad tempus confirmationis fa-
ctæ in teſtamento. Dy. Et ſic no. pro his, quæ habentur in l. ſi cer
tarũ, §. fi. de teſtam. mili. in glo. & quod ibi dixi. In tex. ibi, codi-
cillos. ſubaudi & ibi decedat, ſecus ſi reuertatẽ, quia tunc valent,
vt j. de capt. l. in bello. §. codicilli. Dy. videbatur ꝯrium hic, quia
teſtm̃, in quo fuerunt cõfirmati per captiuitatem, fuerit ruptũ
ipſo ibi decedente, reconualeſcit fictione legis Corneliæ, ergo
& codicilli, qui ab ipſo depẽdent, licet fuerint nulli a principio,
quia facti in captiuitate, tñ aſſumit vires reaſſumente teſtõ, cũ
cenſeantur in teſtõ relicta, vt ſ. e. l. 2. §. j. iũcta l. prox. in §. ſi poſt.
Sed iſtud procederet, ſi captus reuerteretur, & ſic haberet locũ
fictio poſtliminij, vt in d. §. codicilli. quia tunc tempore mortis
reperitur habilis ad teſtandum, & ẽt fuit tpe teſtamenti, & ideo
reperiuntur extrema habilia, & ita loquitẽ §. ſi poſt. Sed hic mor
tuus fuit in captiuitate, & fingitur mortuus tpe, quo fuit captus,
& per ꝯñs iſti codicilli cẽſentur facti iã mortuo, ergo valere nõ
pñt, quia deficit extremũ a quo. In tex. ibi, præterea. No. hic ſm
1 Ang. † ſi teſtator fecit codicillos ante teſtm̃, & reliquit vxori ſuę
oẽs veſtes ſuas & ex interuallo fecit teſtm̃, & tũc vxor habebat
plures veſtes, quàm tpe codicillorũ, non debentur ſibi, niſi illæ
quas tempore codicillorum habebat, vt l. ſi ita. de auro & arg.
2 leg. In glo. j. ibi, quod eſt verum, ſcilicet quantum † ad iſta duo,
quæ ſequuntur immediate in glo. non quantũ ad alia, & hæc
eſt intentio glo. Vel dic melius, ꝙ relicta in codicillis reſpiciunt
teſtm̃, & cenſentur facta in teſtamento, vt ſ. eo. l. 2. §. j. non vt ex
tunc, cum teſtamentum fuit factum, ſed vt ex nunc, cum fiunt
codicilli, & ideo inſpicitur tempus codicillorum, quantũ ad ea,
quæ requiruntur vt valeant relicta tam in perſona teſtatoris, vt
hic, quàm legatarij, vt l. prox. §. fi. & l. 2. ſ. eo. In gl. ibi, nam ſi nõ
3 valet † teſtm̃ nec codicilli. Iſta glo. nimis generaliter loquitur, &
procedit in caſu, quem allegat gl. ſ. l. prox. §. penult. quando de-
fectus, propter quem non valebat teſtamentum, concernebat
ẽt codicillos, qa teſtator erat inteſtabilis, vt ſ. l. 2. §. furioſus. nõ
autem qñ non concernebat, niſi teſtm̃, vt ſi non valebat pro-
pter defectum teſtium, quia non interfuerunt niſi quinque vel
ſex, & in codicillis non fuit defectus, quia interuenerũt quinq;
nam valent codicilli, licet teſtm̃ non valeat, quia non habent ab
eo dependentiam ſm Dy. & Bar. in l. legata inutiliter. de lega. 1.
licet iſtam gl. non allegent, quia fortiter facit ꝯ eos. Vel dic, vt di
xi in l. j. ſ. eod. In gl. ibi, item rupto teſtamento rumpitur codi-
cillus. Iſtud eſt verum, quando codicillus pertinet ad teſtamen-
tum, hoc eſt quando voluit teſtator ipſum valere ſimul cum te
ſtamento, & relicta in eo deberi a ſcripto hærede, ſecus ſi ſit fa-
ctus codicillus in defectum teſtamenti, vt contingit quando ap
ponitur clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codi-
cilli, vt j. l. prox. ibi, aut fideicommiſſum factum teſtamento fa-
cto &c. quia tunc ruptura teſtamenti eſt origo codicillorũ, non
autem ruptura ipſorum, quia non debet res deſinere ab eo ca-
ſu, quo debet incipere, ſicut econtra, in l. Titio cum morietur.
ſ. de vſufr. In glo. ibi, ſed hoc fallit. Tu dic, ꝙ immo non ſunt fal-
lentiæ, ſed diuerſitas, quia fallentiæ debent eſſe in eodem caſu,
cum debent eſſe relicta, alias non ſunt bonæ, cenſentur ergo eſ-
ſe relicta in teſtamento quantum ad hoc, vt dependeant ab adi-
tione ex teſtamento, non quantum ad ea, quæ requiruntur, vt
valeant. In glo. ſequen. ibi, de verborum obligatio. l. ſi filius. dic
ſecundum Dynum, quod hæc relicta non erant in teſtamento,
ſed in codicillis, ibi vero ſtipulatio erat iã facta durante patria
poteſtate, licet conditio extiterit poſt, ideo trahitur ad princi-
pium. Et eodem modo reſponde ad leges ſequen. quia in illis
fuerat factum relictum in teſtamento, licet in codicillis purifi-
caretur. Ideo inſpicitur tempus teſtamenti.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Codicillos quatuor modis confici poſſe.*
2 *Venientes de iure prætorio ita grauari poſſe, vt iure ciuili vocatos.*

LEX VIII.

1 COnficiuntur. No. hic† quatuor modos, quibus poſſunt confici co
dicilli. In primis duobus modis debent codicilli re-
ferri ad teſtamentũ, vel eſſe pertinentes, de quibus
loquitur l.j.C. e. ſcilicet quando factum eſt teſtamentũ validũ,
& codicilli fuerunt facti ante, vel poſt, & non in defectum teſta
menti, ſed vt habeant locum ſimul cum teſtamento, & ideo ſi
tunc non adeatur hæreditas ex teſtamẽto, ruunt codicilli, vt ſ.
eo. ſi quis cum nullum. §. ſi. Tertius modus eſt, quando fiunt ſi
mul cum teſtamento, & in ipſo teſtamento, tamẽ in defectum
teſtamenti, vt contingit, quando apponitur clauſula, ſi non va
let, vel valebit iure teſtamenti &c. & tunc non dicuntur ad teſta
mentum pertinentes, ſed potius ab inteſtato, ſiue teſtamentũ
ſit nullum a principio, ſiue valuerit, & ex poſt facto ſit ruptum
vel irritum factum per non aditionem, ſi tamen fuerunt appo-
ſita verba, vel valebit. Si enim duntaxat fuit dictum, ſi non va-
let, tunc ſi eſſet validum a principio, licèt ex poſt facto fieret in-
ualidum, non valerent codicilli, quia conditio de præſenti repe
ritur fuiſſe falſa, ergo & c. l. cum ad præſens. ſi certum petatur. &
no. in l.j. ſ. eod. per Bar. Quartus modus eſt, quando nullum te-
ſtamentũ fuit factum validum, vel non validum, & tunc etiam
dicuntur codicilli ab inteſtato, de quibus loquitur l. ab inteſta
to. j. eo. & debentur a venientibus ab inteſtato relicta in eis. Sed
hic qualiter, cum illis nihil fuit relictum, vt l. ab eo. C. de fidei-
commiſſis. Ad hoc reſpondet textus, in verſicu. ſed ideo, & in-
tellige dum dicit, quòd creditur relinquere hæreditatem, ſcili-
cet tacite, non expreſſe, vt no. glo. j. de bon. poſſeſſ. l. ſed cum pa
trono, §. bonorum hoc tamen verum, ſi tales venientes ab inte
ſtato veniunt, vel venire poſſunt de iure ciuili, etiam ſi veniunt
per ius prætorium, vt in dicto §. bonorum. in tex. & glo. Si autẽ
non poſſunt de iure, niſi de iure prætorio, tunc non cenſentur
habere voluntatem defuncti, etiam tacitam, ita dicit gloſ. ordi-
naria, quæ forte alibi non eſt, j. de collatione bonorum. l.j. §. ma
xime. tamen ego puto illam glo. procedere quantum ad mate-
2 riam, de qua hic, quia † ita poſſunt grauari venientes ab inte-
ſtato de iure prætorio tantum, ſicut illi, qui veniunt vel venire
poſſunt de iure ciuili, vt ſ eod. ſi quis cum nullum. circa princi-
pium, ibi, dum dicit, bonorumue poſſeſſor.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum tempore peſtis coram duobus teſtibus, an & quando valeat.*
2 *Ciuis teſtamentum condens in villa, an gaudeat beneficio l. fina. C. de teſtamen.*

§. Codicilli. Sufficit teſtatorem poſſe facere teſtamẽ
tum de iure, ad hoc vt poſſit codicillari,
licèt propter defectum numeri teſtium de facto teſtamentũ fa-
cere non potuerit, ſi talis defectus nõ eſt in codicillis. hoc dicit.
1 Et venit ad declarationẽ ſ. eo. l. diuus. §. pe. Dicit † Ang. hic no.
tex. iſtum in fine, q millies fuit practicatus tẽpore magne mor-
talitatis, quia nõ poterant haberi teſtes ſufficientes, cum homi-
nes morerẽtur in ictu oculi: vnde fiebant teſtamenta corã duo-
bus, vel tribus teſtibus: fuit dubitatum; an valerent propter vr-
gentiam caſus, & fuit terminatũ, ꝙ non per iſtum tex. Et ideo
dicit, quòd fuit factum ſtatutũ in ciuitate Peruſij, quòd illa du-
rante, poſſet fieri corã duobus teſtibus. Nam ſpeciale eſt in mi-
lite, vt poſſit coram duobus. Item in ruſticis teſtãtibus in villa,
vt poſſint coram quinque, ſi plures haberi nõ poſſunt, & in hoc
differunt a militibus, qui poſſunt coram duobus, etiam ſi plu-
res haberi poſſunt, vt l. diuus. ſ. de teſtamen. mili. l. fi. C. de teſta
men. & propter hoc Bar. ponit aliqua ſuper intellectu illius le-
gis fi. concludendo, quòd illud priuilegium datur ruſticis tan-
2 tum, & in loco ſcilicet in villa. Et † ideo ciuis; qui teſtaretur in
villa, nõ hr̃et illud priuilegium, & ſi plures haberi poſſent, & e
contra ſi ruſticus teſtaretur in ciuitate, non haberet etiam illud
priuilegiũ. Videtur etiam requiri, quòd appareat ita eſſe de cõ-
ſuetudine, per tex. illius legis. Ipſe tamen Bar. tenet contrarium,
quòd non ſit neceſſe, quia Imperator ibi atteſtatur, quòd tem-
pore ſuo erat illa conſuetudo inter ruſticos, ſuper qua conſue-
tudine facit l. illam. vnde amplius de conſuetudine non eſt cu-
randum. Et iſtud facit ad intellectum eorum, quæ no. in l. 2. &
in auth. ibi poſita. C. ſi ſecundo nupſerit mulier. in quæſtione il
la, cum teſtator reliquit vxorem dominã & vſuſructuariã &c.
vbi glo. dicit, quòd fuit obtentum in curia Bul. quòd erat de cõ
ſuetudine generali, vt ſi decedebat cum liberis, haberet dunta
xat alimenta, quod iſta conſuetudo non ſit hodie probãda, ſed
debeamus ſtare illi deciſioni. Hoc tamen pro certo nõ aſſirmo
quia communiter Docto. videntur ſentire contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſi reconualeſcat, an reconualeſcant etiam codicilli.*
2 *Res facilius renaſcitur, quàm de nouo naſcatur.*
3 *Teſtari de rebus alienis quòd quis non poſſit.*

§. Si poſt factum. Si tẽpore conditi teſtamẽti, &
tempore mortis quis erat teſta
bilis, licèt medio tẽpore, quo fecit codicillos, eſſet inteſtabilis,
nihilominus valent codicilli. hoc dicit ſm Docto. Tu adde ter-
tium, quod requiritur, videlicet ꝙ etiam illud teſtamentũ repe
riatur valere, etiam tempore mortis, licèt interim fuerit ruptũ
per capitis diminutionẽ, vt ſi declarauit ſe velle decedere cum
eodem teſtamento, tunc enim licet de codicillis mentionẽ non
fecerit, ſicut reconualeſcit teſtamentũ ex noua voluntate teſtan
tis capitis diminutione, vt l. teſtamento. §. codicillis. de ſecundũ
tab. ita & codicilli. Iſta eſt intentio huius literæ difficilis, & per
hoc patet, non ob. l. præcedentem, quia ibi illo tẽpore vere erat
inhabilis ad teſtandum, cum mortuus erat apud hoſtes, hic ve
ro erat habilis, cũ ceſſauerit capitis diminutio, vt ibi dixi. Et pri-
mo ponitur thema, & quæſtio vſque ibi, nam & teſtamentum
valet. Secundo arguit ad partem affirmatiuam pro codicillis, ꝙ
valeant, quia valet etiam teſtamentum a quo dependent, quia
reconualeſcit ex noua voluntate, ita debet ſuppleri tex. vſq; ibi,
ſed eo tempore. Alij habent, ſi eo tempore, & tunc exponitur,
ſi, pro quamuis, ſed magis placet alia litera, & rũc ibi arguit ad
contrariam partem, ꝙ codicilli non valent, quia fuerunt facti
durante capitis diminutione, quo tempore erat inteſtabilis, &
remouet quandam obiectionem, quæ poſſet fieri in contrariũ
de muto, vſque ibi, ſi dicemus. vbi ſoluit quæſtionem pro pri-
ma parte affirmatiua, ꝙ codicilli valent, & adducit caſum ſimi
lem, quando teſtamentũ rumperetur natiuitate poſthumi. Nã
licet etiam codicilli rumpantur, ſi tamen teſtamentum recõua
leſcit, quia poſthumus moriatur viuente teſtatore, vt l. poſthu-
mus. in prin. ſ. de iniuſto teſtamento. reconualeſcunt etiam co
dicilli. Idem ergo debet eſſe, ſi teſtamentum fuit ruptum per ca
pitis diminutionẽ minimam, & poſtea recõualeſcat illa ceſſan-
1 te, & ex noua voluntate, vt dictum eſt. In tex. † ibi, emancipatus
deceſſit. declarando ſe velle cum eodem teſtamento decedere,
ſed de codicillis nihil dixit. Si enim dixiſſet, nullum eſſet dubiũ,
per l.j. §. j. de lega. 3. Similiter ſi non dixiſſet ſe velle decedere cũ
eodem teſtamento, vel aliter de ſua voluntate non appareret,
nec reconualeſceret teſtamentum, & ſic nõ habet locum ratio,
quam facit in verſi. nam & teſtamentum valet. In hoc ergo ſtat
dubium, an ſufficiat, ꝙ teſtamentum reconualeſcit ad hoc, vt
aſſumant vires codicilli. & videbatur, ꝙ nõ, quia illud teſtamẽ-
tum ſemel valuit a principio, vnde de facili reaſſumit vires, ſed
codicilli non valuerunt ab ipſo principio: vnde non ſic de faci-
li aſſumunt vires, iuxta notata in l. ſi teſtamẽtum. ſ. de teſtamẽ.
2 vbi dicit gl. † ꝙ res facilius renaſcit, quàm de nouo naſcatur. Et
hoc voluit tex. in verſi. ſed eo tẽpore. Sed ſi habes, ſi, legitur cum
tex. præcedenti, & exponitur, id eſt pro quamuis, vt ſit ſenſus, ꝙ
ex quo teſtamẽtum reconualuit, etiam codicilli dẽant valere,
quamuis ſint facti tẽpore, quo non habebat teſtamenti factio-
nẽ. In tex. ibi, nec ſimilis, hic arguit, ꝙ licet iſte fuerit capite di-
minutus, & inteſtabilis, teſtamẽtum tamẽ prius factum nõ po-
tuit effici irritum, & ſic codicilli, qui habẽt ab eo depẽdentiam
valeant ab ipſo principio, quia videmus, ꝙ ſi teſtator poſt factũ
teſtm̃ efficiatur mutus, & ſic inteſtabilis, teſtm̃ tñ prius factum
non rumpitur. Sed ad hoc reſpondet, ꝙ ſimilitudo nõ eſt bona,
quia licet mutus efficiatur inteſtabilis, nõ tamẽ perdit dominiũ
rerum ſuarum, ſed ille, qui dat ſe in arrogationẽ, perdit dñium,
& tranſit in arrogatorẽ: vnde ſi teſtamẽtum remaneret firmũ,
& valerent codicilli, videretur iſte teſtatus de rebus alienis. qđ
eſſe non debet. In tex. ibi, qui recte. Glo. & Doc. referunt iſtud re
latiuum ad mutum, ſed tũc reſtat difficultas, quomodo potuit
poſt mutitatẽ ſuperuenientẽ facere codicillos? Doct. ſuper hoc
laborant. Nos poſſumus referre ad illum, de quo proxime locu
tus eſt, vt ſit ſenſus, quòd iſte, de quo loquimur, qui confirma-
uit codicillos in teſtamento, & poſtea dedit ſe in arrogationẽ, &
fecit ibi codicillos, non recte comparatur muto, quantum ad
hoc, vt teſtamẽtum eius rumpatur per capitis diminutionẽ ſu-
peruenientẽ, ſicut nec rumpitur ꝑ mutitatẽ. No. ergo tex. † qui
3 ſemper allegatur, ꝙ nõ poteſt quis de alienis teſtari. Tamẽ hic
loquimur de illo, qui nec habebat, nec hr̃e poterat bona iſto tẽ
pore, cum eſſet in poteſtate arrogatoris. Ille autem, qui põt ha-
bere, licèt non habeat, bñ poteſt teſtari de alienis, non etiam in
præiudicium hæredis ſui. Quod dic, vt l. cum aliena. C. de leg.

§. Si miles. Poteſt teſtamẽtum valere de iure commu-
ni, & codicilli de iure ſpeciali. Et hoc ponen
do caſum hic, quòd teſtamentum erat validum, vt innuit tex.

dum

dum dicit, quando teſtm̃ iure communi valet. Sed pone, ꝙ erat inualidum de iure cõmuni, & quòd per militiam aſſumptam non reconualeſcit de iure militari, niſi ex noua voluntate tacita vel expreſſa, vt. ſ. de teſtamen. mil. l. tribunus. §. fi. & l. Titius. & hoc innuit tex. dum poſtea ſubdit, vbi reſignauerat &c. & tũc dicit, quòd licet teſtamentũ ſit nullum a principio, poſſunt valere codicilli etiam iure ſpeciali, & tũc eſſet hic caſus pro eo qđ no. Bar. poſt Dy. in l. legata inutiliter. de leg. 2. quia non hebent dependentiam a teſtamento, vt dixi ſ. l. proxi. & l. j. Ratio dubitandi in prima poſitione poterat eſſe, quia cum codicilli ſint ꝑs teſtamenti, quando teſtamentũ eſt factum, vt j. eod. l. quidam referunt. poſt princ. & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, vt l. eum qui ædes. de vſucapio. poſtquàm teſtamẽtum erat factum ſecundũ ius cõmune, videbatur, ꝙ etiã codicilli debuerunt fieri ſecundũ ius cõmune. ſed contrarium eſt, quia nihil repugnat eos fieri diuerſo iure, quia non ſunt per omnia pars teſtamenti, vt patet in l. præcedenti.

§. Si ei ſeruo. Legatum, quod a principio non tenet, ex poſt facto poteſt recõualeſcere, ceſſante impedimento & volũtate teſtatoris. hoc dicit. & eſt vnus de caſibus, in quibus regula Catoniana fallit, quæ vult, ꝙ qñ eſſet nullum, ſi teſtator tempore teſtamenti mortuus eſt, non reconualeſcit, licèt poſtea ceſſet cauſa nullitatis, vt l. cætera. §. j. de leg. j. Sed hoc eſt verum, qñ ceſſat aliter, quam ex diſpoſitione teſtatoris, ſecus ſi teſtator facit eam ceſſare. Caſus eſt hic, quem no. In tex. ibi, accepit, ſcilicet pure ſine libertate, & ſic non valebat, quia non erat cui poſſet acquiri, niſi hæredi, & ſic videtur ab ipſo hærede ipſemet hæredi factum legatum, quod eſſe non poteſt, vt l. legatum. §. hæredi. de leg. j.

§. Si quis certi. Qui confirmat vltimos codicillos, cenſetur alios, non vltimos cõfirmare, nec poſſunt dici vltimi, quouſque teſtator viuit, dum poſſit alios facere. hoc dicit. In fi. tex. ibi, non valebunt. videbatur contrarium, cum poſſit decedere cum pluribus codicillis validis, vt ſ. eo. diuus. §. j. ſed certe hoc procederet, ſi in teſtamento nõ cõfirmaſſet vltimos, ſed quia illos tantum confirmauit, cenſetur alios reprobaſſe. Ideo codicilli, quos poſtea facit, ſunt impediti, quia ſi contingat facere, ſtatim irritantur etiam viuente teſtatore. Si vero alij non fiant, tunc cum moritur, illi aſſumunt vires, quia tunc apparet, quòd ſunt.

LEX IX.

ARiſto. Dubitans de ſtatu ſuo, non poteſt codicillari. niſi in omnem caſum dubitationis eſſet habilis ad teſtandum. hoc dicit. Et no. hic, ꝙ non ſolum miles poteſt teſtari de caſtrenſi peculio, etiam ſi ſit filiusfamilias, immo ẽt qui deſijt militare, & eſt veteranus. In tex. ibi, niſi veteranus fuit. ſubaudi, & fecit codicillos de caſtrenſi peculio, non ſic retinet priuilegium teſtãdi ſine ſolennitate, etiam intra annum miſſionis, vt ſ. de teſtamẽ. mili. l. quod conſtitutum. cum ſimilibus.

1 *Aliquid non debet eſſe cauſa ſuæ cauſæ.*

SVMMARIVM.

QVod per manus. Principalis nõ debet ab acceſſorio confirmari, vel robur accipere. Allegatur l. ſi pacto, quo pœnam. C. de pactis. vbi conuentio principalis nuda non veſtitur a ſtipulatione pęnali, quę eſt acceſſoria. Vel ſic,
1 nõ † debet eſſe aliquid cauſa ſuæ cauſæ. h. d. ſm glo. & hoc voluit dicere glo. ſ. de acq. hæredi. l. hæres per ſeruum. dum dicit, alij dicunt rationem eſſe vrgẽtem, vt ibi dixi allegãdo hãc legẽ.

LEX XI.

QVi graui. Libertates relictæ ab illo, quem teſtator ſolum ſucceſſurum ſibi putabat, debentur ab eo inſolidum, etiam ſi non ſolus ſuccedat, ſed cum alio. Nec ad eas tenetur ille alius, qui præter intentionẽ teſtantis ſuccedit. hoc dicit cum l. ſequẽ. & principio ſequentis. de quarum materia habetur in l. j. j. cod. ſed plenius per Dyn. & Bar. in l. cum pater. §. cum æſtimaret. de leg. 2. In glo. l. ſeq. ibi, redemptis a ſorore partibus. Tenebitur ergo iſta fauore libertatis vendere partem ſuam fratri, licèt nõ teneatur gratis manumittere, vt l. ſequen. in prin. Glo. 2. ibi, cum non dependeant ex teſtamento aliquo, cum nullum teſtamẽtum fuit factum, ſed in l. contraria ſic. vel dic, ꝙ fuit factum, tamen iſti codicilli fuerunt ab inteſtato repetiti. & hoc eſt, quod ſequitur in glo. ibi, alij dicunt &c.

SVMMARIVM.

1 *Verba directa in codicillis, cum non poſſint ualere iure directo, ſicut trahuntur ad fideicommiſſum quo ad hæreditatem pupilli, ita quo ad hæreditatem teſtatoris.*

2 *Præſumptiones duæ directo contrariæ quando concurrunt in actu in caſu dubij, quæ attendatur.*

§. Tractari. Inſtitutio facta in minus ſolenni voluntate, quàm teſtator voluit valere iure codicillorum, trahitur ad fideicõmiſſum, ſecus ſi eam voluit valere iure teſtamẽti, quod in dubio præſumitur ex hoc, quia inſtitutionem in illa fecit, ſi nõ dixit expreſſe ↄ̃rium. hoc dicit in effectu. Et ſic intellige textum iſtum in perſona patris vſq; ad ver. an vero teſtm̃. quando teſtator expreſſe dixit, ꝙ nolebat illos eſſe codicillos, tñ tunc textus non aperit, an inſtitutio trahatur ad fideicõmiſſum, licèt de hoc quærat, ſed ſatis innuit, ꝙ ſic propter id, quod ſubijcit in ſequenti caſu. In illo autem verſic. an vero. loquitur, quando hoc expreſſe non dixit, & tunc poſtquàm facit inſtitutionẽ, quæ non ſolet fieri, niſi in teſtamẽto, præſumitur voluiſſe facere teſtamentũ, & ideo poſtquàm non valet iure teſtamenti, non valet iure codicillorum, ſeu fideicõmiſſi. Si autem voluntas eſſet ſolennis, & poſſet valere iure teſtamenti, tunc ẽt primo caſu quando dixit, ꝙ nolebat eam valere iure codicillorum, nihilominus valebit iure teſtamenti. & ita tenuit diſputãdo Dy. in qõne quæ incipit, Quidam paterfamilias, vt etiam recitat Ioan. And. in additio. Spec. de inſtrumento. editio. §. com-
1 pendioſe. † No. ergo ex primo caſu, quòd ſicut verba directa ꝓlata in codicillis, cum nõ poſſint valere iure directo, poſſint trahi ad fideicommiſſum quo ad hæreditatem pupilli, vt l. Scęuola. j. ad Trebellianum. Ita quo ad hæreditatẽ ipſius teſtatoris, vt
2 hic. Ex ſecundo dicto no. ꝙ † licèt concurrant duæ præſumptiones contrariæ in caſu dubij, quando non dixit, quod vellet facere codicillos, quia non adhibuit ſolennitatem requiſitam in teſtamento, ſed requiſitam in codicillis, altera vero præſumptio eſt, ꝙ voluit facere teſtamentum, quia fecit inſtitutionẽ, & ſubſtitutionẽ directam, ſed hæc ſecunda facit actum non valere, tamen ſtatur huic ſecundæ. Sed contra, de l. quoties. de reb. dub. vbi ſtatur ei, quæ facit actum valere. Solutio: verum eſt, quãdo faceret actum valere eo modo, quo fuit actum, ſed hic non ſic, quia poſtquam inſtituit hæredem per verba directa, vr voluiſſe, quòd valeat iure directo, & hoc non potuit fieri in codicillis.

SVMMARIVM.

1 *Relicta facta ab inſtitutis, quando debeantur a ſubſtitutis inſtitutis mortuis.*

2 *Relicta facta per uerba generalia, quiſquis mihi hæres erit, quando debeantur a ſubſtitutis, uel a uenientibus ab inteſtato.*

LEX XIIII.

QVidam referunt. Dicit Dynus, ꝙ caſus iſtius legis nõ inuenitur alibi, ſed in quo ſtat eius notabilitas, & quis ſit verus eius intellectus, non declarat, & ſatis videt dubius, tamẽ ſecundũ intellectum, quẽ puto verum, hoc dicit. Relicta in codicillis factis, poſtquã omnes inſtituti in teſtamento primo loco deceſſerant, non valent, licet ſuperſint ſubſtituti vulgares, nec videntur ab illis relicta, ſed potius ab inſtitutis: vnde cum illi non reperirentur in rerum natura tempore codicillorum, & ſic non potuerunt ſumere originẽ in perſona inſtitutorum, ſunt pro non ſcripta, ſicut ſi fuiſſent facta illis, qui tunc temporis in rerum natura non eſſent. Si autẽ nõ omnes deceſſerant, ſed aliqui, tunc non ſunt nulla, immo valent, & merito iure debentur inſolidum a ſuperſtitibus, ſed de æquitate nõ debentur, niſi pro parte ſua, pro altera parte nõ debentur ab iſtis, nec ẽt a ſubſtitutis præmortuorũ. hoc dicit tota lex, cum l. ſed cum ea. quæ debet continuari cum iſta, licèt quidam habeant eam poſt legem, ab inteſtato. Et primo loquitur quando deceſſerant omnes inſtituti, & ſupererant ſubſtituti uſque ibi, quod
1 ſi duo. Secundo, quando deceſſerat vnus † ex inſtitutis ſuperſtite altero, etiam ſuperſtite ſubſtituto illius defuncti, & intelligo quòd cuilibet ex iſtis inſtitutis de ꝑ ſe fuit datus ſubſtitutus vulgaris, & ſic eo mortuo ſtatim ad eius portionẽ fuit vocatus ſubſtitutus eius, qui facit portionem alteri inſtituto in hæreditate, vt patet in illo verſi. quod ſi duo. ibi, dum dicit, quod ſic ſubſtitutus hæres, qui partem faciat, licèt ipſe non debeat &c. iuncta l. pen. de iniuſto teſtamento. Si vero non cuilibet per ſe, ſed ſimpliciter fuiſſet ſubſtitutus, vel ſubſtituti. Tunc vno decedẽte nõ eſſet locus ſubſtitutioni vulgari ĩ parte ſua, ſed potius accreſceret cohæredi, qa non cenſetur facta ſubſtitutio, niſi in caſu, quo deficiat tota hęreditas ex primo gradu, vt l. quamuis. in fi. C. de inſti. & ſubſtitu. etiam ſi ſit facta ſine expreſſione nominis collectiui, licèt ſecus in fideicommiſſaria ſubſtitutione, vt l. Lucius. §. Caio. ad Trebel. & quod dixi ſ. ad Treb. l. ſi pater impuberes. Poteſt autem intelligi lex iſta tribus modis. Primo, quòd legata fuerũt relicta in codicillis nominatim ab inſtitutis, expreſſis nominibus proprijs. Et pro hoc facit tex. circa medium. ibi, qa hæres, ad quem ſermonem conferat &c. Sed tunc iſta lex non hrẽt dubium,

dubium,quia ponendo caſum, vt hic habetur, quòd poſt inſti-
tutionē & ſubſtitutionē factam aliqua legata fuerint nomina-
tim relicta ab inſtituto, etiam ſi fuiſſent relicta in teſtō, & ſic tē
pore quo inſtitutus viuebat,ſed poſtea moreretur viuēte teſta-
tore,vel repudiaret hæreditatē, non deberentur a ſubſtituto ſe-
cundū ea,quæ dixi in l.Iulia. ȷ̄. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.
Sed iſta lex facit vim in hoc, quia tēpore quo fuerint relicta in-
ſtituti erāt omnes mortui,& ſic innuit, ꝙ ſi fuiſſent relicta in te-
ſtamento,& ſic tēpore quo viuebant inſtituti, iſta legata nō eſ-
ſent nulla,ſed deberentur a ſubſtitutis, vt hic colligitur in verſ.
nimirum autem ex ratione Sabini & Caſſij, & ſic iſta lectu.nō
eſt bona. Secundo poteſt intelligi, ꝙ fuerunt relicta ab inſtitu-
tis,non tamē expreſſis nominibus proprijs,ſed nomine appella
tiuo tantum,ſcilicet,relinquo ab illis quos hæredes inſtituo. Et
hanc videtur tenere Bar.& tunc eſt differentia inter caſum,qñ
viuebant inſtituti tempore,quo fuerunt relicta,& caſum,quan
do non viuebant,quia in primo caſu cenſerentur repetita a ſub
ſtitutis, & ſic ab eis deberentur inſtitutis poſtea mortuis vel re-
pudiantibus.Sed in ſecundo caſu ſecus, vt in hac l. & in hoc eſt
notabilis; iſta lex ſecundum eum. Iſta lectu. non videtur bona,
quia paria ſunt,relinquere nominatim expreſſis nominibus ꝓ-
prijs, vel expſſo nomine appellatiuo tali, per quod appareat te-
ſtatorem voluiſſe grauare,niſi inſtitutos. tex. eſt expreſſus in l.
nominatim.ȷ̄. de leg. 2.in penul.charta poſt legem, re coniūcti.
& ideo ſicut præcedens lectu.non eſt bona,ita nec iſta. Et quod
in illa dixi, haberet locum in iſta. Vnde tertio modo poteſt in-
telligi,& hoc tenet Iaco.de Are. quòd iſta legata fuerint relicta
ſimpliciter,quo caſu ſi fuiſſent relicta in teſtamento,& ſic tem-
pore quo inſtituti viuebant, vel etiam in codicillis, & tūc vixiſ-
ſent inſtituti,talia legata valerent, & non irritarentur per mor-
tem inſtitutorum poſtea ſubſecutam,quia cenſentur relicta pri
mo loco ab inſtitutis, & ſecundo loco a ſubſtitutis: vnde ſi ha-
buerunt originem in perſona inſtitutorum, non irritantur per
mortem eorum:ſed ſi tunc inſtituti erant mortui, tunc quia in
perſona eorum primo loco,ſeu per prius non faciunt fundamē
tum etiam faciunt per poſterius in perſona ſubſtitutorum, &
hic eſt ſingularis & mirabilis caſus huius legis.Nec obſt.tex.ibi,
quia hęres,ad quem ſermonem conferat &c.Nam debet expo
ni, id eſt contuliſſe cenſetur, ſcilicet per prius,ſeu primo loco.
aut ergo fuerint nominatim relicta ab inſtitutis expreſſis nomi
nibus proprijs, & tunc ſecundum omnes indiſtincte non debē-
tur a ſubſtitutis,etiam ſi inſtituti viuebant tempore quo fuerūt
relicta,& poſtea deceſſerunt, vel repudiauerunt. quod tamē in-
tellige, vt dixi in d.l. Iulianus. Nec iſto caſu habet locū iſta lex,
quæ facit vim in hoc,quod erant mortui tempore quo fuerunt
relicta.Aut nominatim non expreſſis nominibus, ſed appellati
uo,& tunc ſecundum Barto.eſſet diſtinguendum,an tunc inſti
tuti viuerent, vel non:tu autem dic per omnia idem, quod in
præcedenti. Aut fuerunt relicta ſimpliciter, & tunc ſecundum
Bar.indiſtincte cenſentur repetita a ſubſtituto,& tunc deberen-
tur, etiam ſi tempore quo fuerunt relicta, inſtituti viuerent, &
tunc deberentur a ſubſtitutis, licèt poſtea moriantur inſtituti,
per legem,ſi plures.de lega. 3.& de leg.j.l. licet Imperator.& l.q̃
conditio.de condi. & demonſtratio. Aut tunc temporis non vi-
uebant,& tunc a ſubſtitutis non debētur per rationem, quam
ſupra dixi,& iſte eſt caſus huius legis,per quam ſimpliciter limi
tantur illę leges. Si autem non omnes eſſent tunc mortui, ſed
aliqui,dic vt in fine huius legis. Et ex his patet in quo coſtat no-
2 tabilitas eius. Quid autem ſi † fuerunt relicta per verba ea, quæ
notantur in l.ex duobus.§.fina. de vulg. & pupilla. Sed in con-
trarium, ꝙ adhuc habeat locū iſta lex videtur tex. hic poſt me-
dium,in ver.in eo hærede. vbi dicit habere locum etiam ſupra-
dicta,ſi legata ſunt taliter facta,quòd debeantur ab inteſtato,&
ſic quando ſunt appoſita verba generalia, ꝙ debeantur a quoli
bet hærede. Nam adhuc debet intelligi ordinate,ſcilicet prius
ab inſtitutis,ſecundo a ſubſtitutis, tertio a venientibus ab inte-
ſtato,& ꝙ etiam in hoc caſu ſit neceſſe, vt in perſona inſtituto-
rum faciant fundamentum,quod inſtituti viuant, & tunc licet
poſtea fundamentum deficiat,non deficiunt legata,ſed deben-
tur a ſequentibus.:Secus ſi in perſona inſtitutorum fundamen-
tum non faciunt, vt hic. Et iſta eſt ſingularis limitatio ad multa
iura, & maxime ad legem, quæ conditio. de conditionibus &
demonſtrationibus.

SVMMARIVM.

1 *Relicta facta in codicillis a quibus debeantur.*
2 *Clauſula,quiſquis mihi hæres erit, quòd habet vim clauſulæ codicillaris,ſi habuit effectum in perſona inſtitutorum.*

LEX XV.

AB inteſtato. Relicta ī codicillis ſimpliciter,
ſi nō eſt factum teſtamentum,
debentur a quolibet veniente ab inteſtato, etiam ſi
ſuccedat præter intentionem teſtatoris. Secus ſi te-
ſtamentum factum,tunc a ſuccedentibus ex teſtamento dunta
xat.h.d.in effectu.hoc vltimū intellige, niſi ſint repetita ab inte-
1 ſtato, vt l.j.ȷ̄.eo. Diſtingue † tamen tres caſus:nam aut ſunt reli-
cta per nomina generalia, quiſquis mihi hæres erit &c.& tunc
indiſtincte debentur a quocunque ſucceſſore, ēt ſi ſuccedat p̄-
ter intentionē teſtatoris,& ēt ſi factum eſt teſtm̄,quia non ſolū
debentur a ſubſtitutis in teſtō,ſed ēt a venientibus ab inteſtato,
2 qui ſuccedunt præter voluntatē,cū illa † dictio habeat vim clau-
ſulæ codicillaris,vt no.in l.ex duobus.§.fi.de vulg.& pup. quod
tamen intellige,ſi habuerunt fundamentū in perſona inſtituto
rū,quia viuebant qū codicilli fuerunt facti,aliàs ſecus, vt in l.p̄-
cedenti. Aut fuerunt relicta ſimpliciter, & tūc diſtinguitur, aut
non fuit factum teſtm̄,& debentur a quolibet ſuccedente,& p̄-
ter intentionē teſtatoris,vt in principio huius legis. Aut fuit fa
ctum,& tunc non debentur, niſi a ſuccedentibus ſm̄ intentio-
nem,vt a ſcriptis in teſtō, & ideo rupto teſtō codicilli ēt rumpū
tur,vt in fine huius legis. Aut fuerūt relicta nominatim ab vno,
quē teſtator putabat ſuccedere,& tunc etiam ſi teſtm̄ nō ſit fa-
ctum,non debentur ab aliquo, qui ſucceſſit præter intentionē
ſed ſolum ab illo nominatim grauato. Quod tamen dic, vt ȷ̄.eo
dem,l.pen.& ȷ̄.eo.l.qui graui.& l.cum pater.§.cum æſtimaret.
de leg.2. Sed ſi eſt factum teſtm̄, & vnus de inſtitutis fuit nomi
natim grauatus, alij debeantur ab alio, ſi ille repudiat,dic vt l.
Celſus.§.quod alicuius.de leg.2.& l. ſi Titio & Meuio.§. Iulia.
eodem titulo.

LEX XVII.

LIteræ, quibus. Verba enūciatiua de fu-
turo,etiam in vltimis vo
luntatibus,non inducunt diſpoſitionē. hoc dicit.fa
cit ȷ̄. de legatis ſecundo. l. Titia cum teſtamento.in
prin.dic.vt l.ex hac ſcriptura.de donatio.

SVMMARIVM.

1 *Verba præteriti temporis in ultimis uoluntatibus comprehendunt etiam futura.*
2 *Legatum factum per teſtatorem filiabus, quæ uiduæ remanebunt, an debeatur etiam uiduis exiſtentibus tempore teſtamenti.*

LEX XVIII.

PLotiana. Quando verba futuri temporis ca-
dunt ſuper eo, quod eſt de præteri-
to,trahuntur ad præteritum.hoc dicit Bar.& no.iſtā
l.quam Bal.allegat ſimul cum l.verbum erit de ver.
1 ſigni.Sic econtra in vltimis voluntatibus † verba præteriti tem-
poris comprehendunt etiam futura, vt ȷ̄.titu.proxi.l. talis ſcrip-
tura.in fine.Nec ob.l.ſi ita.de auro & argē. leg.ad quam reſpō-
de, vt in vtraq; no.Bar.In tex.debeant eſſe rati. Videbatur ꝙ nō,
quia confirmando futuros codicillos, videbatur reprobare præ
teritos,arg.ȷ̄.eo.l.conficiuntur.in fi. Sed hic non videtur confir
maſſe,niſi futuros,propter verbū futuri tēporis, reliquero. ſed
certe iſtud verbum verificatur ēt in præteritis. Nam licèt relicta
facta in eis dicantur facta relicta in vno reſpectu, ſcilicet, quan-
tum ad actū relinquendi, quia ille actus iam erat expeditus, tū
alio reſpectu pōt dici non facta,nec relicta, ſed relinquenda, eo
quia teſtator pōt illa reuocare, tunc ergo dicētur proprie relin-
qui quo ad effectū,quando alias reuocari non poterunt, quod
eſt poſt mortē,igitur tempore mortis,quo perditur facultas re-
linquendi, tunc dr̄ relinqui, merito ergo illa verba, reliquero
&c.licèt futuri temporis,cadūt ſuper eo, quod iam erat reli-
ctū,non tamen cum effectu irreuocabili,& ideo adhuc dr̄ relin
2 quendum reſpectu effectus irreuocabilis. Et iſta lex facit † ad qō
nem,in qua conſului, ꝙ teſtator reliquit cuilibet filiæ ſuæ fęmi
næ,quæ vidua remanebit tm̄,cum haberet plures filias quaſdā
nuptas,& quaſdā viduas,quærebatur, an ad illud relictū voca-
rentur viduæ? videbatur ꝙ non, quia illud erat verbū futuri tē-
poris,ſcilicet remanebit, & ſic videbatur nō comprehendi, niſi
illas quæ in futurum viduabantur,& ita videtur terminare Bar
to.in l.hoc articulo.de hæredi.inſti. Contrariū conſului, quia il
lud verbum,remanebit,poteſt intelligi non ſolum de illa, quæ
in futurum viduabitur, ſed etiam de illa, quæ viduata perſeue-
rabit tempore,quo dies legati cedet. Nam & illa dicitur ſecun-
dum vulgarem vſum remanere, quæ perſeuerat.de hoc tetigi
in dicta l.hoc articulo.& hāc legem allegaui cum dicta l. verbū
erit.& l.verbum oportebit.de verbo.ſigni.

LEX XIX.

IS, qui vnum. Relicta in codicillis ab inte
ſtato ab vno, quem teſtator
ſolum ſuccedere putabat, ſi ſuccedit cum alio, nul-
lo modo debentur ab illo alio, ſed a ſe debentur pro
parte,& ſunt diuiſibilia. Si vero ſunt indiuiſibilia,nullo mō.hoc
dicit.In tex.ibi,cum codicillos ad eum ſcripſiſſet,nominando ip
ſum per nomen proprium. Vel etiam appellatiuum tantum di
cendo

cendo, nolo, quòd filius meus ſoluat talia legata, vel fideicommiſſa. nam iſtud non poteſt referri, niſi ad filium iam natum, de quo cogitabat, & ideo dicitur nominatim grauatus, vt l. nominatim. de lib. & poſthu. & ĵ. de leg. 3. nominatim. in pen. charta. In tex. ibi, codicillos euanuiſſe. Ratio eſt, quia non poſſunt dici codicilli defectuoſi ratione præteritionis, quia præteritio non eſt inſtituere, vel exhæredare, nec neutrum iſtorum poteſt fieri in codicillis, ergo ſi non fiat, nihil eſt imputandum teſtatori, niſi ſit in teſtamento, ideo illud bene rumpitur natiuitate poſthumi præteriti, vt s̄. eo, l. j. & etiam codicilli ab eo dependētes. Sed hic non dependebant, quia teſtamentum non erat factum. Et de materia huius legis vide plene in l. cum pater. §. cum æſtimaret. de leg. 2. Et aduertendum, quia vna glo. in verbo, dimidia, opponit de l. quidam referunt. in fine. s̄. eo. per quam videtur, quòd iſte iam natus ſaltem de rigore teneatur ad integrum legatum, cuius contrarium hic dicitur. glo. dicit, quòd illa per iſtam corrigitur. Tu dic, quòd caſus ſunt diuerſi: nam hic loquitur, quando putauit vnum ſolum debere ſuccedere, & ſucceſſerūt duo, ibi econuerſo putauit duos ſuccedere, & non ſucceſſit, niſi vnus ex eis. Et eodem modo reſpondet ad aliud contrarium, quod facit alia glo. de l. cum filius. in prin. ĵ. de leg. 2.

LEX XX.

SI palam. Licèt hæres fuerit nuncupatus coram teſtatoribus, ſi tamē in ſcriptura, quæ confecta fuit etiam eodem inſtanti, non reperitur ſcriptus, credendum eſt teſtatorem voluiſſe illam ſcripturam valuiſſe iure codicillorum, non iure teſtamenti. hoc dicit no. Et effectus eſt magnus, quia licet nō ſint ibi, niſi quinque teſtes, valebit. Sed ſi voluiſſet eam valere iure teſtamēti, tunc non valeret eo modo, vt s̄. eo. l. j. & l. illud. §. tractari. Sed tunc contra de illo eodem §. quia poſtquam fecit inſtitutionē hæredis, cenſetur voluiſſe, quòd ſit teſtamētum, & ideo ſi non poteſt valere, vt teſtamentum, non valet, vt codicillus. Sol. verū eſſet hoc, ſi in illa ſcriptura reperiretur facta inſtitutio, ſed hic non reperitur facta, licèt antea eam feciſſet, vel nuncupaſſet coram teſtibus. Et iſtud eſt valde notabile, & dat intelligere illum §. Et eodem modo dico, ſi nulla eſſet confecta ſcriptura, & teſtator coram teſtibus feciſſet inſtitutionem hæredis, & legata, cenſeretur voluiſſe quod ſit teſtamentum, & ſi non poſſet valere iure teſtamenti, nec etiam iure codicillorum: ſed quando fecit partim ſine ſcriptura, & partim cum ſcriptura, etiam eodem contextu, habet locum iſta lex notabilis, vt ſi fecit inſtitutionē ſine ſcriptura, & legata cum ſcriptura, cenſetur voluiſſe, quòd illa ſcriptura habeat vim codicillorum. Sed quid erit de illa inſtitutione facta ſine ſcriptura? glo. j. hic tenet, quòd non valeat, vt teſtamentum, nec vt codicillus. Sed in l. is qui. de teſtamentis. tenet contrarium. Doct. dicunt, quòd ſi voluit facere teſtamentum in ſcriptis, procedit iſta glo. etiam ſi coram ſeptem teſtibus nuncupaſſet, quia nec valet, vt nuncupatiuum, quia hoc noluit, nec vt in ſcriptis, quia ſcriptura cum ſolennitate non interuenit. Si autem non conſtat, quòd voluerit facere teſtamentum in ſcriptis, tunc ſi nuncupauit coram ſeptem teſtibus, valebit, vt teſtamentum, quia non poteſt, nec vt codicillus, vt ſic hæreditas ſit ſibi reſtituenda a venientibus ab inteſtato, quia hoc non eſt veriſimile, quòd voluerit, poſtquam facit inſtitutionē directam, vt l. illud. §. tractari. Vltimo ſcias, quòd iſta lex procedit, niſi appareret, quòd in ſcriptura nō fuiſſet ſcripta inſtitutio hæredis propter defectum inſcriptoris, vel notarii, quia tunc habetur pro ſcripta, vt l. error. C. de teſtamentis. Debet ergo hoc intelligi, quando proceſſit de voluntate teſtatoris, quia in ſcriptura non fieret mentio de hærede, quod in dubio præſumitur.

Ludouici Pontani, vulgo Romani, Primæ partis Commentariorum,

FINIS.

LVDOVICI PONTANI, VVLGO ROMANI.

In Secundam Inforтiati Partem acutiſsima Fragmenta,

Doctiſsimorum hominum Adnotationibus illuſtrata.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Particularium rerum prius Iuriſconſul. quàm uniuerſalium tractatum quandoque, ſub quo & particularia continentur, explicat.*
2 *Commoda quem ſequuntur, ſequantur & incommoda, ſecundum naturam eſſe.*
3 *Fideicommiſſarium reſtitutione facta ius hæreditarium uſumque fructum ſequi ſolere. Et fidei obſeruatione neminem damno affici debere.*
4 *Trebelliani Senatuſcon. remedium quorſum inductum.*
Et ex eo fideicommiſſi reſtitutione facta iudicia actionesque hæreditarias in uniuerſalem fideicommiſſarium tranſitum facere.

LEX PRIMA.

EXplicito. Per reſtitutionem hæreditatis ĩ fidei-
commiſſarium transferuntur hære-
ditariæ actiones actiue, & paſſiue, &
etiam iudicium cũ teſtatore inchoa
tum. hoc dicit vſq; ad §. ſublata. No.
1 † prius Iuriſconſultum præmittere
tractatum rerum particularium, q̃
vniuerſalium, ſub quo particularia
continentur & comprehenduntur.
Ad idem ſ. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus
ſeruum. §. inquit lex. Alibi tamen prius vniuerſalium tractatũ
quàm particulariũ præmittit, vt patet ſ. de rei vendi. l. j. in prin.
ſ. ſi certum petatur. l. j. No. ſecundo in legis conditæ relatione
hic tempus apponi, an autem ſit huiuſmodi temporis appoſi-
tio neceſſaria? videtur, ꝙ ſic, vt ſ. de peti. hæred. l. item veniunt.
2 §. pridie. &c. quod dic vt j. Nota † tertio ſecundum naturam æ-
quum fore, vt eum incommoda ſequantur, quem commoda.
Ad idem regula iuris, qui ſentit onus. cum alijs vulgarib. Nota
3 † quarto in fideicommiſſarium ex reſtitutione ius hæreditariũ
vſumfructumque transferri. Nota quinto iniuſtum fore, vt
4 quis ex fidei obſeruatione afficiatur incommodo. Nota † ſexto
remedium Trebelliani introductum fore ad confirmandas vl-
timas voluntates, non autem ad infirmandas, & ad hoc ple-
runque lex ſtudet. Publice enim intereſt vltimas hominum vo
luntates exitum habere, l. vel negare. ſ. quemadmodum teſta-
men. apert. l. in teſtamento. de fideicommiſ. liber. l, & quia. de
interroga. act. No. vltimo iudicia atque actiones hæreditarias
reſtitutione facta in fideicommiſſarium tranſire vniuerſalem,
ad idem j. l, facta. cum ſimilib.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario reſtitutione fideicommiſſi peracta, quas actiones lex attribuat,*

§. Sublata. Per Senatuſcon. Trebel. prouiſum eſt hære-
di pariter & fideicommiſſ. No. ex §. ſublata.
primo, verba Senatuſcõ. quatenus dicunt hæredi actionem nõ
dari, id velle ſcilicet, hæredem exceptione repelli, vt in l. j. in prin
1 cip. ad Maced. & in l. 2. §. fi. cum glo. coniunctis. No. † ſecundo,
ꝙ reſtitutione facta, lex hæreditarias actiones attribuit fideicõ-
miſſario. Ad idem §. qui ex Trebel. l ita demum. quæ tamẽ ſint
vtiles, non autem directę, vt Inſtitu. de fideicom. hære. §. reſtitu-
ta. vnde infertur, quòd cũ lex ex facto alterius dicit alteri actio-
nem competere, intelligitur de vtili, non autem de directa, quę
ambo infra plene declarabuntur.

SVMMARIVM.

1 *Succedentes ab inteſtato de reſtituenda hæreditate grauari poſſe. Et Senatuſcon. uerba uel in ſucceſſione ab inteſtato locum habere.*
2 *Filiumfamilias etiam patriæ poteſtati obnoxium, militemque in caſtrenſibus atque quaſi, teſtari poſſe. Et num ultra hæc duo id poſſint.*

§. Hoc autem. Senatuſconſultum Trebellianũ lo-
cum habet, ſiue ex teſtamento, ſiue
ab inteſtato rogetur quis hæreditatem reſtituere. Item & locũ
habet in teſtõ filiusfamilias militis de caſtrenſi peculio vel qua
1 ſi. h. d. No. primo, † ſuccedentes ab inteſtato grauari poſſe de re
ſtituendo hæreditatem. ad idem Inſti. eo. §. præterea. No. ſecun
do, verba Senatuſcon. locum habere, & ſi ab inteſtato reſtitue-
2 re rogatus fuerit. ad idem j. eo. l. recuſare. §. meminiſſe. † No. in
§. ne filij. filiumfamilias & militem teſtari poſſe, quamuis ſub
patre conſtitutum de caſtrenſi peculio vel quaſi. Ad idem Inſti.
de mili. teſta. §. fi. Et idem eſt in alijs nõ militibus p̃dicta duo pe
culia habentibus. vt Inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſta. in prin
cip. ſ. de dona. l. filius. in fi. C. de inoffic. teſta. l. fi. Extra iſta autẽ
duo peculia filius in poteſtate patris exiſtens teſtari non poteſt,
etiam ſi habeat rerum dominiũ, dummodo vſusfructus ſit pe-
nes patrem, C. de bo. quæ lib. l. fi. §. filij. C. qui teſta. l. ſenium. ſ.
de teſta. l. qui in poteſtate. ſ. de don. cau. mor. l. nam is. §. j. & ha
betur in c. licet. de ſepul. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Senatuſconſulti uerba in quo hærede locum habeant.*
Et fideicommiſſarium ſecundo rurſus reſtituentem, in eum, cui ſecundo ſit reſtitutio, actiones hæreditarias transferre. Et num id perpetuo ſit verum.
2 *Statutum cauens in hærede, num porrigatur ad bonorum poſſeſſorem.*
3 *Ciuile ius ubi caſum fictum uero parem facit, ibidem cõſtitutionem in caſu vero ſancientem ad caſum fictum ſibi parem factam pertrahi.*
4 *Libellorum uerba latiſsime intelligenda in libellis hæredis appellatione ueniant & bonorum poſſeſſores.*
5 *Argumentum a cõtractibus ad ultimas uoluntates num efficax ſit? Et uerba in ultimis uoluntatibus large ſumenda.*
6 *Mora a contumacia quid diſtet.*

§. Bonorum. Senatuſconſulto locus eſt, & in bono-
rum poſſeſſoribus, & ĩ fideicõmiſſarijs
rogatis de reſtituẽda hæreditate. h. d. vſq; ad §. ſed quoties. No.
1 † primo in §. bonorũ. ꝙ verba Senatuſcon. loquentia de hærede
locum habent nõ ſolũ in hærede proprie & vero, ſed in eo qui
licet noĩe non ſit hæres effectu, tñ vtilitate eſt, vt eſt bonorum
poſſeſſor. Ad idem l. recuſare. §. i. j. eo. No. ſecundo in §. de illo.
quod fideicõmiſſarius ſecundo reſtituens in eum, cui ſit ſecun-
do reſtitutio, transfert hæreditarias actiones, quod tamẽ fallit in
caſu l. ſi hæres inſtitutus. j. eod. Dic quædam ad tex. Primo iſte
2 tex. inducitur ad qõnem. an † ſtatutũ loquens in hærede, locum
habeat in bonorum poſſeſſore. licèt Bar. hic decidat, ꝙ ſic, tñ po
teſt reddi dubitabile. Nam verba ſtatuti debent intelligi in caſu
vero, non autẽ ficto, l. j. §. hoc interdictum. l. 3. §. hæc verba. ſ. de
neg. geſt. & facit cle. quod circa. de elec. & l. fi C. qui ve. ęta. ſed
bonorum poſſeſſor non eſt hæres proprie, ſed quodammodo fi
cte, vt in §. quos autem. Inſti. de bonorũ poſſ. & in l. 2. j. de bon.
poſſ. gene. Ideo ſequitur, ꝙ conſtitutio loquens in hærede iuris
ciuilis, non ſit intelligenda in bonorum poſſeſſore. Tñ theorica
3 Bar. eſt vera, & oſtendam alio modo q̃ ipſe. Et † primo aſſumo
talem regulam, ꝙ vbicũque ius ciuile purificat regulariter ca-
ſum verum & fictum, cõſtitutio loquens in caſu vero trahitur
ad fictum ſibi parificatũ, vt in c. ad audientiã. & c. cum dilectus.
de cleri. non reſiden. vbi dr̃, ꝙ clericus abſens cauſa capitali li

pro

pro præſente,& fingitur eſſe præſens. Et habes etiam quod ab-
ſens cauſa reipublicæ dicitur eſſe præſens, vt l. quæſitum. de le-
ga. 3. Modo pone, quòd epiſcopus & capitulū faciant vnam cō-
ſtitutionē, quod qui erit tali die in eccleſia, lucretur 10. num ha
beat locū in abſente? & certe Papa determinat ꝙ ſic. Sed quid
dicemus in verbis teſtatoris? Pone, ꝙ Titius fecerit teſtm̄, & di-
xerit, ſi Sempronius mihi hæres non erit, lego Caio decē, nunc
Sempronius agnouit, num legatum debeatur? & videtur ꝙ nō,
quia verba teſtatoris ſunt ſane intelligenda, l. ſi ita quis. de lega.
2. & l. cum fideicōmiſſum. de condi. & demon. Sed ille, qui eſt
bonorū poſſeſſor, quodammodo eſt hæres fictus, & ſic ſequit̄,
ꝙ Caius legata habere non debeat. Tñ ꝯtrium eſt verū, quia il-
la verba trahuntur ēt ad bonorū poſſeſſorē, vt l. in conditionib.
primū locum. §. patronus. de condi. & demō. Sed quid ſit in iu-
dicijs? idem dicas. Nam iſtud nomen, hæres, in iudicijs cōprehē-
4 dit bonorū poſſeſſorē. Nam † in libellis verba ſunt latiſſime in-
telligenda in fauorem libellantis, vt l. inter ſtipulantē. §. ſi Sti-
chus. de verb. oblig. & l. ſi quis intentione ambigua. de iudi. c. li
cet cauſam. circa finem. de proba. Vñ non eſt mirum, ſi in fauo-
rem libellantis nomen hæredis ad bonorū poſſeſſorē trahitur,
& in libellis permittitur impropriatio, vt no. in c. examinata. de
iudic. & in l. & puto. familiæ erciſc. Idem dico in ſñia: nam ver-
ba ſñiæ amplianda ſunt, vt magis valeant q̄ pereant, vt l. & pu-
to. fami. erciſcun. & l. 3. ſ. de milit. teſta. Bene facit c. his. & c. in-
telligentia. & c. præterea. de verb. ſigni. Quid autem ſit in con-
tractibus? vr dicendū ꝙ appellatione hæredis non veniant bo-
norum poſſeſſores. Nanque in ꝯtibus appellatione filiorū nō
veniunt filij adoptiui, vt in c. adoptiuus. ſi de feu. fuer. contro-
uer. inter dominū & agnatos. & dixi in l. adoptiuus. de in ius vo
5 cando. Tñ ꝯtrium eſt verum: nam † bene inſtaretur a ꝯtibus ad
vltimas voluntates, vt l. ſeruum filij. §. qui chyrographum. de le
ga. 1. Sed veritas eſt, ꝙ non veniant. Nam ad illud argumentum
reſpondetur, ꝙ illud procedit, qñ eſſet eadem ratio: nam in vlti
mis voluntatibus eſt alia ratio: nam verba in vltimis voluntati-
bus ſunt large interpretanda, vt in c. cum dilectus. de dona. Se-
cus in ꝯtibus. Quid aũt in legatario? idem dicendū, vt l. ad tps.
§. 1. de vſucapio. & ego dixi. Quid in fideicōmiſſo? idem, vt l. fi-
lius, quod cum eo. & Inſtitu. de fideicom. hæred. §. reſtituta. &
in Auth. de hæred & Falcid. §. inordinatum. In glo. in §. de illo.
in verbo, actiones. Nam vides ex iſta glo. ꝙ primus fideicōmiſ-
ſarius grauatus de reſtituendo non detrahit quartam. Fallit tri-
bus caſibus. ſ. vbi hæres prius voluerit a fideicōmiſſario ipſius
gratia detrahere quartam, vt in hac l. Neratius. Secundo fallit,
niſi ille hæres primus coactus fuerit adire, qa tunc primus pōt
a ſecundo detrahere quartam, vt l. Marcellus. verſi. quod autē
in ſuſpecta. ī. eod. Fallit tertio, niſi ipſe fideicōmiſſarius velit de
trahere Trebellianicā non ex perſona ſua, ſed teſtatoris, ī. eod.
l. ſi patroni. §. cui Titiana. iuncto §. actiones. ead. l. In ſecunda
parte glo. capias primo ſecundam ſolutionem, quæ dicit, ꝙ cū
rogatus eſt primus fideicōmiſſarius reſtituere in diem, ꝙ ſi ante
vult reſtituere quàm dies eueniat, requirit fideicōmiſſariū ſm
& ipſe non vult, tunc ipſo iure trāſeunt vtiles actiones. Et quòd
iſtud non ſit verum, patet, quia contra caſum in l. ſed ſi ante. ī.
eod. qui dicit, ꝙ ſi ante diem reſtitutio ſit facta, non transferun-
tur actiones. Capias ergo primam ſolutionem, quæ nō tenetur
6 per Doc. Bar. dat aliam ſolutionem & præmittit primo, † quòd
differentia eſt inter moram & contumaciam. Mora eſt, quæ cō
mittitur in extraiudiciali, puta cum tu debes mihi 10. requiro
te vt ſoluas ſemel & bis & ter, tu es in mora, cum non vis ſolue-
re, iſta eſt proprie mora. Contumacia eſt, quæ committitur ex
interpellatione iudicis: nam ſi citaris terna citatione, & non cō
pares, tunc committitur proprie contumacia. Nunc Bar. dicit,
quòd licet quidam improbent primam glo. ego teneo. Et ſi di-
catur, quomodo eſt diuerſitas inter illos duos caſus? dic, ꝙ dum
quæris, an ex moroſitate tranſeant actiones? dic quod nō. ſed ſi
interueniat mora & contumacia, tunc ſic. Iſte eſt caſus, vt intel-
ligatur in hærede, non in fideicōmiſſario. Imo ſufficit ſimplex
mora: vbi autem nulla interueniſſet mora, habet locum iſte §.
Item Bar. in iſto paſſu eſt ſibi contrarius. Nam in d. §. fina. l. ſan
cimus. dicit ꝙ iſte §. eſt correctus per illum. Bal. ibi ſequitur iſtā
opinionē, ſed mihi videtur ſatis dubitabile. Nam in §. fina. dixit
Imperator, quòd intendit terminare tres caſus, in quibus dubi
tabatur inter Iuriſcōſultos, & primum ponit, pone ꝙ hæres de
reſtituendo grauatus, & nullus velit eſſe hæres ſuus, an abſque
reſtitutione tranſeant actiones. Secundus caſus, an ſecundus hę
res interpellatus, vt reſtituat hæreditatem, & eſt contumax, an
ipſo iure tranſeunt actiones. Tertius eſt, quid ſi fideicommiſſa-
rius primus grauatus eſt ſecundo, nunquid ſine reſtitutione trā
ſeant actiones? Sed non eſt verum, quòd dubitaretur de iſto,
nam fecerant caſum legis & determinauerant, & vbi eſt caſus
legis, ibi nulla eſt dubitatio, l. ancillæ. C. de fur. & ſic dr̄, iſte §. nō
ē correctus p illū, & ſic remaneatis ī prima ſolōne, quā Bar. dat.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionem facti plurimum habere.*
2 *Conditio alij iniqua, per alium afferri non debet.*
3 *Relictum pro anima eccleſiæ, atque pauperi, num ad pias cauſas relictum cenſeri debeat.*
4 *Eccleſiam ciuitatemq́ue inter ſe æquiparari. Aliquam tamen differentiā intercedere inter eccleſiam perſonamq́ue priuatam. nume. 5.*
6 *Accreſcendi ius tacitam eſſe ſubſtitutionem.*

§. Sed & quoties. Si duobus hæreditas reſtituen-
da mandetur, vni purè, alteri ve
ro ſub conditione, interim pendente conditione tota hæreditas
fideicōmiſſario pure, & eueniente conditione in alium fideicō
miſſarium pro ſua portione ipſo iure trāſeunt actiones. hoc di-
cit. No. primo, hæredem inſtitutum, ſi ſuſpectam dicat ſibi hæ-
reditatē, quamobrē coactus ſit adire, poſſe hæreditatē totā re-
ſtituere ei, cui reſtituere ſolū debebat dimidiū pure. No. ſecun-
do ex eadem, ꝙ eueniente condōne in partē fideicōmiſſarij al-
terius partis hæreditatis actiones hæreditariæ ipſo iure ſine re-
ſtitutione alia in eum trāſitū faciunt pro ea parte, pro qua ſibi
reſtitutio hæreditatis fieri debebat. Vnde nota tertio, ꝙ ad hoc
vt tranſeant actiones in conditionalē fideicōmiſſariū partis hę
reditatis purificata conditione, non eſt neceſſaria reſtitutio eo
caſu, quo per prius per hæredē inſtitutus fuerat tota hæreditas
reſtituta fideicōmiſſario reſiduæ partis hæreditatis pure. In gl.
ſuper ver. actiones. vides, ꝙ glo. in hoc caſu. ſ. qui ponitur in lite
ra, ꝙ in fideicōmiſſario ipſo iure tranſeant actiones, ponit ratio
nem. ſ. quia non fuit primus fideicōmiſſarius grauatus de reſti-
tuendo, addas tu aliam rōnem & meliorē, quia igitur tranſeūt
actiones ipſo iure, quia actio, quę ſemel ceſſibilis eſt in futurū
facilius ceditur, vt l. videamus. quod me. cau. Secundo vides gl.
quæ dicit, ꝙ licèt ipſo iure tranſeat dñium, non tñ tranſit poſ-
ſeſſio, vt eſt hic caſus. Et ad hoc allegatur iſta glo. & ad hoc etiā
allegatur tex. in l. cum hæredes. in prin. ſ. de acq. poſſ. Ad idem
l. reſtituta. ī. eo. ad idem in l. cōmiſſa. ſ. de publ. ad idem c. cum
ſm. de hære. lib. 6. ad idem glo. in l. cum duobus. §. idem reſpon
1 dit. ſ. pro ſoc. & ratio eſt, quia poſſeſſio † plurimum facti habet,
l. 1. §. Scęuola. ī. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. & l. denique. ſ. ex qui
bus cau. ma. & ideo cum habeat plurimum facti, requiritur ad
tranſlationem eius aliquid quod ſit facti. Sed quæro, & tertio
glo. no. caſum, in quo in fideicōmiſſarium dñium rerum hære
ditariarū ipſo iure transfertur. Pro alijs caſibus remittit ad l. pla
cet. C. eod. vbi ponuntur tres caſus. Primus eſt, qñ hæres moni-
tus de reſtituendo eſt contumax, tunc in eum transfertur domi
2 nium abſque reſtitutione. Et eſt ratio, quia non dēt alteri palte
rum iniqua ꝯditio afferri, vt in reg. iuris, alteri &c. Mō ſi es mo
nitus, ꝙ debeas reſtituere, & ſis contumax, quia delictū tuū de
bebat mihi nocere. Similis caſus eſt in ceſſione, quæ debet fieri
ex ꝯtu: nam ex ꝯtu procuratoris in dñm nō transferunt actio
nes niſi cedat. Modo eſt monitus procurator, vt cedat, & non
vult cedere: certe ipſo iure tranſeunt, vt in l. damni. in §. fi. ff. de
dam. infec. & in l. in omnibus. la 1. iuncta glo. ſ. de præt. ſtipula.
Secundus caſus eſt, qñ ille talis hæres rogatus, ſit mortuus ante
reſti. ſine hærede, tunc in fideicō. tranſeunt omnes actiones ip-
ſo iure, vt in d. l. ſancimus. §. fi. Similis eſt, pone ꝙ procur. meus
acquiſiuit certas actiones, & mortuus eſt ſine hærede, nunquid
tranſeant in me ipſo iure? & certe ſic, l. 1. C. de act. & oblig. & l. 1.
§. fi. cum l. ſeq. ſ. de hær. inſti. Tertius caſus eſt, qñ non debet hę
reditas reſtitui per primū fideicōmiſſ. de quo dixi in §. de illo.
ſ. eo. Quartus caſus eſt in hac litera. Iſti ſunt caſus glo. Sed viden
dum, an ſit alius caſus non conſideratus a glo. Bart. diſputando
determinauit vltimum caſum in diſp. quæ incipit, Filiū. & eſt, ſi
hæreditas venit reſtituenda ad pias cauſas, tunc ſine reſtitutio-
3 ne tranſit. & alleg. l. fi. de ſacroſan. eccle. nam quicquid † relinq-
tur eccleſię vel pauperi pro anima, regulariter et aliquibus alijs
modis dr̄ ad pias cauſas relinqui vt in glo. l. ſi quis Titio. de leg.
2. Iſta eſt regula Bal. in authen. ſimiliter. qui refert Specu. C. ad
leg. Falc. Bal. in d. l. fi. de ſacroſan. eccle. tenet opin. ꝯtriam, ꝙ non
tranſit dñium niſi hæreditas reſtituatur ab hærede. alleg. ar. ab
4 æquiparatis, nam † ciuitas & eccleſia æquiparantur, vt in d. l. fi.
Pone, ꝙ ſi teſtator grauat hæredē de reſtituendo hæreditatē ci-
uitati, non tranſit dñium ſine reſti. vt in l. omnibus ciuitatibus.
ī. eo. & non reſpondet ad dicta Bar. Sed tu attende & pręmitte,
ꝙ Imperator exęquat legata fideic. vt l. omne verbū. cōmu. de
leg. & §. ſed non vſque. Inſti. de leg. & l. 1. de leg. 1. & iſtud nō pro
cedit. Nam præſupponendo, ꝙ legatū ſingulare æquiparatur fi
deicom. ſingulari, & vniuerſali fideicō. non æquiparatur ſingu-
lare legatum. Ad propoſitū tex. in l. fi. ver. in his, dicit ſic. In his
caſibus, in quibus pro legatis & fideicom. actionem in rem dari
noluimus, intelligimus dari debere, ſm conſtitutionem nuper a
nobis editam. Nunc caſus eſt ibi, ꝙ legatario vel fideicom. non

magis

magis datur reſtitutio hæred. quàm detur perſonæ priuatæ, quia
dicit ſm̃ conſtitutionẽ nuper editam, & illa eſt l. j. C. commun.
de leg. Nam l. j. iuncta glo. ver. in omnibus. C. commu. de leg. di
cit, ꝙ ſi grauatur hæres de reſti. vnam rem vni, tunc dicit, ꝙ ab-
ſque aditione hæred. in illo tranſit dñium, & dicit, grauo hære-
dẽ, vt reſtituat hæred. cum fideicõ. poſſit agere rei vendi. vt in
glo. mihi 3. §. j. ſ. de fideicom. hæred. peti. Tertio dicit tex. iſtud
in l. nãque. §. j. & l. cogi. §. ſi pater filio. j. eo. Quarto no. ꝙ Barto.
5 male dixerit, ẽt ſi dicatur, hoc eſt falſum. Nam † aliqua dẽt eſſe
dr̃ia in eccleſia. & priuata perſona, vt l. inter diuinũ. de ſacroſa.
eccl. & dicit, ꝙ eſt magna dr̃ia. Nam ſi do tibi vnum librũ, non
acquiritur tibi dñium, niſi euenerit traditio, vt in l. traditionib.
C. de pac. tñ in eccleſia eſt ſecus, cũ tranſit dñium ſine traditio-
ne, nã remanemus in iſta opin. ꝙ ad translationẽ dñij reſpectu
fideicõ. nulla ſit dr̃ia inter piam cãm & priuatã perſonã, & ſic
patet fallentiã Bar. non eſſe verã, & ſcimus, ꝙ non reperiantur
plures caſus, niſi vnus in d. l. j. C. cõmu. de leg. in glo. ſuper ver-
bo, vniuerſam. Glo. quærit de iſta q. Nam teſtator facit duos hę
redes, vnũ pure, alium ſub conditione, nunc quærit glo. nunqd
hæres purus primus ſit, & ſit ante euentũ conditionis dñs partis
ſub conditione. Glo. alleg. tex. iuncta gl. in l. 2. ſ. ſi pars hære. pe.
& ego allego aliam glo. in l. ſi quis ita ſcripſerit. C. de hære. inſti.
tetigit in l. filiũ. j. qñ dies leg. ced. Bart. & Bal. poſuerunt in l. pla-
ne. de leg. j. Et vera cõcluſio eſt, ꝙ aut loquimur in hære. aut fi-
deicõ. aut in legato. Si loquimur in hære. tunc dic, ꝙ hæres pu-
rus non eſt dñs alterius partis datę ſub ꝯdõne alteri, quicquid
dixerit, vt in l. hæc ſcriptura. §. fi. de ꝯdi. & demon. alius tex. in l.
ſi ſolus. ſ. de acq. hæred Secundo vltra tex. probatur rõne. Nam
debes ſcire, ꝙ ſi vis dicere, ꝙ illa dimidia pars relicta ſub ꝯdõne
p̃cedente ꝯdõne ſit ipſius tertij, nõ põt dici, ꝙ ſit ſua, niſi per ius
6 accreſcendi. Nam † tu ſcis, ꝙ ius accreſcendi eſt tacita ſubſtitu
tio, vt l. ſi Titio & Meuio. §. Iul. de leg. 2. & tacita ſubſtitutio non
põt hr̃e locum anteq̃ conditio eueniat, vt l. quandiu. la fi. de ac-
qui. hær. ergo ſequitur, ꝙ iſte talis, qui vult dicere ſe dñm, dicat
habere eam per ius accreſcendi. & ſic non poſſe procedere. Sed
quid in legato, num interim pendente condi. ſit ſui cohæredis?
& certe non, vt l. ſi ſeparatim. ſ. de cond. & demon. Fallit in duo
bus caſibus. primus in legato vſufru. vt l. idem. la 2. §. ſi mihi. de
vſufruc. accre. qui vult, ꝙ ſi mihi pure eſt legatus vſusfruc. tibi
autem ſub conditione, pendente condi. mihi remanet. Fallit in
iure patronatus, vt l. ſub conditione. reſpon. ſi. j. de aſſig. lib. Si
loquimur in fideicom. vniuerſali. dic, ꝙ coactus fuit hęres adi-
re hęredit. Si autem loquimur in fideicõmiſſario, cũ hęres inſti
tutus adiuit voluntariè, & tunc dic hoc quod dixi in legatario.

§. Si filio. Tranſeunt actiones in fideicom. non ſolum re
ſtituente inſti. & rogato, ſed ẽt reſtituente illo,
qui rogatus, nec inſtitutus ſit, vel rogatus, ſed nõ inſtitutus, dũ-
modo non repręſentet inſti perſonã. No. primo, ꝙ ad hoc, vt ex
reſti. hæred. & fideicom. ius hæreditarium transferatur, paria
ſunt illa reſtitui per filium & ſeruũ inſtitutos, atque de reſtituẽ
do grauatos, & per patrem vel dñm: vnde no. paria fore, actus
fieri a perſona repræſentata, vel repræſentante. No. ſecundo ex
ver. ſed & ſi tutor. ꝙ pupillo vel adulto inſtitutis hæredib. gra-
uari poſſunt tutor vel curator hæreditatem illam reſtituere, in
qua ſub eorum tutela uel cura poſiti inſtituti ſunt. Et eſt ratio,
quia grauamen in ultima voluntate iniunctum ipſi tutori, cui
nil relictum eſt, videtur iniunctum fere ipſi pupillo inſtituto,
adeo quòd tutor ex hære. illa oneri iniuncto ſatisfacere poſſit,
vt ſ. de lega. 2. l. peto. §. mater. C. de fideicom. l. etiam. & C. de re
bus cre. l. cum etiam. cum ſimil.

S V M M A R I V M.

1 *Auctoritatem in re propria nemo ſibi præſtat. Et tutoris auctoritatem in reſtitutione a pupillo facienda ineſſe debere. Et quid in adulto, & num quid adultus & pupillus reſpectu alienæ auctoritatis æquiparentur. nume. 7.*
2 *Pupillum alienationem neceſſariam per ſe non facere.*
3 *Pupillus tum ut immobilia, tum mobilia alienet, quid opus ſit.*
4 *Adultus pecuniæ ſuæ dominium num in alium recte transferat.*
5 *Aurum argentum & æs, num res ſint, quæ ſeruando ſeruari nequeant? Et an corrumpi dicantur.*
6 *Adultus hæreditatem ſibi delatam citra curatoris conſenſum an adire queat.*
8 *Pupillum teſtem eſſe non poſſe, quatenus intelligendum ſit.*
9 *Adultus matrimonium contrahere poteſt, pupillus non poteſt.*
10 *Teſtantis voluntatem ad mortem uſque ambulatoriam eſſe.*

§. Fuit quæſitum. Si pupillus rogatus ſit de reſti.
hæredi. tutori ſuo, non habet
illam eidem reſtituere cum eiuſdẽ tutoris volũtate, adultus ve
ro rogatus reſtituere ſuo curatori, illã põt reſtituere, cum nõ ſit
1 auctoritas neceſſaria. h. d. No. primo regulam, & † ad hoc quoti
die alleg. ꝙ auctoritatẽ in re propria, & ſic ad ſui vtilitatẽ nemo
p̃ſtare põt. Ad idẽ ſ. de auth. tuto. l. j. quod declara, vt j. eo. titu. l.
qd̃ dñs. No. ſecundo in reſti. hæred. fienda per pupillum inſtitu
tũ neceſſariã fore ſui tutoris auctoritatẽ. Ad idẽ j. eo. l. reſtituta.
§. pupillus. No. tertio in reſtit. hæred. fienda per adultum inſti-
tutũ curatoris neceſſariã non eſſe auctoritatẽ, & ſic in hoc diffe
runt pupillus habens tutorẽ, & adultus habens curatorẽ, licèt
alias æquiparent. vt C. de in integ. reſti. mi. l. ſi curatorẽ. ti. gene.
No. quarto adultũ curatorẽ habentẽ in his caſibus, in quib. nõ
eſt neceſſaria curatoris auctoritas, non æquiparari pupillo: vn-
de d. l. ſi curatorẽ. æquiparans curatorẽ habentẽ pupillo debet
intelligi in his actibus, in quibus neceſſaria eſt adulto auctori-
tas curatoris, vt hic eſt caſus. Vide hic in prima parte, ꝙ ſi pupil-
lus ſit rogatus reſti. hæred. tutori, non poterit cum eius auctori-
tate. Sed remediũ erit ipſi tutori, ꝙ reſt. hære. vt mandauit teſta-
tor, & eſt duplex. Primũ, ꝙ tutor expectet, ꝙ pupillus fiat adul-
tus, quia tunc poterit vt hic, in reſp. ſi. Sed iſtud non eſt tutum,
quia ſi tutor expectaret tm̃ tp̃s, noceret. Datur ſm̃ remediũ. ſ. ꝙ
huic pupillo ad hunc actũ ſolũ datur curator, cum eius aucto-
ritate reſtituat hæreditatẽ. Me mouet tex. Inſti. de autho. tuto. §.
fi. & ſ. de tut. l. qui habet. §. ſi pupillus. & l. cum in vna. §. tutor.
de appel. Faciunt quatuor opi. ad tex. Nam dr̃ hic, ꝙ pupillus ro
gatus de reſtituendo, non põt eam reſtituere ſine tutoris aucto
ritate. Contra: nam vr̃, ꝙ poſſit facere iſtam reſti. ẽt ſine tutoris
& curatoris auctoritate. Nã certũ eſt, ꝙ pupillus ſine tutoris au-
ctoritate põt facere eũ actũ, qui ſibi dat cõmodum, vt l. non io
minus. C. de proc. & l. 2. ſ. de accep. & l. neque. C. de ꝯh. & com-
mit. ſtip. & Inſti. de autho. tuto. in prin. & de inu. ſtipu. §. pupil-
lus. & l. j. C. de autho. præſtan. Sed reſti. hæredi. parat pupillo re
ſti. hære. vtilitatẽ, vt probo, ergo &c. Quod parat vtilitatẽ, appa-
ret, quia liberatur ab obligatione. Hoc ſolue, ꝙ verum eſt, ꝙ pu-
pillus põt facere actũ ſibi vtilem, niſi ille actus inferret rei ſuæ
proprię alienationẽ, vt in l. quod ſi forte. §. fi. j. de ſolu. & in l. nõ
omnis. §. ſi pupillus. ſ. ſi cer. pet. Secundo opponitur, & immo
vr̃, ꝙ pupillus poſſit ſolus hãc reſtitutionẽ facere, pone, ꝙ alie-
2 natio non ſequatur, quia † certũ eſt, ꝙ alienationẽ neceſſariam
non facit pupillus ſine auctoritate & decreto iudicis, vt l. j. C.
quan. decre. &c. & l. magis puto. §. ſi pupillus. & §. ſi fundus. ſ.
de re. eo. ergo reñ. Nã in alienatione rei immobilis pupilli ſunt
neceſſariæ duæ auctoritates. Prima tutoris. Scd̃a decretũ & au-
ctoritas iudicis, vt l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. & in toto
titu. de reb. eo. Nunc ſic, licet non ſit neceſſaria auctoritas iudi-
cis, tñ eſt neceſſaria auctoritas tutoris, vt eſt tex. hic, & in §. ſi pu
pillus. Tertio opponitur, dr̃ hic, ꝙ tutor non põt præſtare aucto
ritatẽ pupillo ad ſui cõmodũ. & ſic vt reſtituat ſibi hæreditatẽ,
imò vr̃, ꝙ poſſit p̃ſtare, per l. fiſtulas. § j. de ꝯhẽ. emp. quæ dicit,
ꝙ pupillus poterit præſtare auctoritatẽ ad reſti. c. in quibus fuit
obligatus pr̃. Solue ſic, ꝙ quidam eſt actus meri facti. & quoad
iſtum actum, & in ſui vtilitatẽ tutor põt præſtare auctoritatẽ. vt
in d. l. fiſtulas. & in l. quoties. §. ſicut. de admi. tu. Nam iſte actus
non eſt, niſi meri facti, quia ſoluere, meri facti eſt, vt l. cõſi. in fi.
ſ. de cur. fur. quidam eſt actus mixtus non ſolũ meri facti, ſed ẽt
iuris, & certe tutor in iſto nõ põt p̃ſtare auctoritatẽ. Iſte tex. eſt
hic. Nam actus reſti. eſt actus mixtus. Nã reſti. hæred. eſt quid fa
cti, & per iſtam reſt. tranſeunt oĩa iura, & ſic cõſiſtit in iure. Qui
dã eſt actus, ex quo contingit ſolũ ipſum tutorẽ obligari, & quo
ad hunc actũ ipſe tutor põt præſtare auctoritatẽ, vt per no. in l.
non exiſtimo. ſ. de admi. tut. Pone exemplũ in mutuante pecu-
niã pupilli tutori. Quidã eſt actus, ex quo mutua obligatio ori-
tur, & tunc glo. & Bar. dicunt, ꝙ in hoc actu palam, & bona fide
tutor põt præſtare authoritatẽ. & alleg. l. cum ipſe. C. de ꝯtrahẽ.
emp. & l. pupillus obligari. ver. ſane ſi quidẽ. ſ. de auth. tuto. Sed
quid eſt palã, & bona fide auctoritatẽ præſtare? vide Bar. in l. fra
ter a fratre. in vlt. col. de condi. indeb. & alleg. l. tranſactio. de trã
ſac. & l. non eſt veriſimile. in prin. ſ. qd̃ met. cau. & l. j. C. de præ-
di. mi. lib. 10. Attende, ꝙ iſtud non credo verũ per tex. qui dicit,
ꝙ tutor non põt p̃ſtare auctoritatẽ pupillo in eo actu, in quo fa
cto ꝯtingit pupillũ non eſt obligatũ. ergo multomagis non põt
p̃ſtari in illo actu, in quo remanet obligatus. Scd̃o, quia tex. eſt in
l. ſi in emptione. §. fi. ſ de ꝯhen. emp. qui dicit, ꝙ tutor non põt
præſtare auctoritatẽ pupillo in re ſibi vendenda. Bñ facit, qd̃ di-
cit Bar. in l. 2. ſ. de ſtip. ſer. & l. ſingularia. ſi cer. pet. & rñde ad iu
ra Bar. ꝙ ibi tutor emebat a pupillo rem, nõ cũ auctoritate ſua,
ſed cum auctoritate contutoris. Ita eſt opus, ꝙ intelligamus, ne
lex legi ꝯrictur, & eſt tex. in d. l. pupillus. vbi dr̃, ꝙ plures tuto-
res hẽt ipſe filius, & tunc palam & bona fide vnus ex iſtis vole-
bat emere rem a pupillo. Accipias veram conclu. in iſtis, dum
quęritur, vtrũ ad ſui vtilitatẽ tutor auctoritatẽ p̃ſtare poſſit. &
certe non, vt hic, & in l. j. de autho. tu. Fallit, niſi præſtet auctori
tatẽ in illo actu, qui eſt ſolius facti, vt in l. fiſtulas. §. j. ſ. de ꝯhen.
emp. & in l. quoties. de admi. tut. & ſm̃ me non hẽt aliam fallẽ-
tiam, Sed ſi vis tenere Barto. dic, ꝙ fallit in actu vltro citroque
obli-

obligatorio, vt d.l. pupillus obligari. Et ex iſto potes decidere: nã
eps vult præſtare auctoritatẽ, vt capitulũ vendat vnam eccleſiã
ſibi, & certe nõ poteſt; vt in c. ſi vno. de reb. eccle. non alie. Ecce
aliud: nam quis habet poteſtatẽ ꝯferendi vnũ beneficiũ, nam
vult eſſe ipſe presbyter, & vult pro ſe illud, & certe nõ põt, vt in
c. ſi. de inſti. Ecce aliud: nã ego fundaui vnã eccleſiã, & poſſum
p̄ſentare vnum hominẽ epo, vt tali ꝯferat illud bñficiũ, & cer-
te non poſſum p̄ſentare meipſum, vt in c. per veſtras. de iure pa
tro. Ecce aliud: do tibi centũ, & do tibi poteſtatẽ, vt dones cui
velis: tu vis dare tibi: nã non potes, vt l. ſi tibi mandauero. §. ſi ti-
bi centũ. s̄. mand. Ecce aliud, eſt data mihi ptãs eligendi epm in
eccleſia, num poſſim eligere meipſum? & certe non, vt l. plane.
quod cu. vni. no. Sed pone aliud: nam eſt data ptãs quatuor, vt
eligant epm: num poſſint eligere vnũ de ipſis? nam habes glo.
in d.l. plane. & in glo. de elec. c. ſi in iure. & Io. And. in gl. c. cum
in toto. de reg. iu. in mercu. Pone aliud, vult ꝯſtitutio, ne cõtin-
gat, ꝙ mulieres decipiantur, nec pupilli, ꝙ non faciant ꝯ̄ctum ſi
ne auctoritate patris & duorũ ꝯſanguineorũ. vnus ex ipſis vult
ꝯ̄here cum pupillo, vel muliere: num ipſi poſſint dare ei aucto-
ritatẽ? & remitto me ad Bar. qui ponit in l. j. s̄. de aucto. tut. Bal.
ſibi ꝯ̄rius ponit in l. ſeq. §. j. de inoffi. teſta. & in l. j. C. vnde vir &
vx. Facit aliud, filius non põt donare rem ſuã cã mortis ſine pa-
tris conſenſu, vt in l. tam is. §. j. de dona. cau. mor. Modo pr̄ vult
p̄ſtare ꝯſenſum, vt donet ſibiipſi. Ang. ponit hic, & multa dicit
& oĩa in pœnis, ego dixi poſt Bar. in l. 2. j̄. de dona. titu. gene. Vl-
timo iſte tex. inducitur ad qõnem. Nam quidam pupillus vult
donare actionẽ ſuam, quod non poteſt ſine decreto iudicis. Et
3 ſcias, † ꝙ ad hoc vt pupillus poſſit alienare res immobiles, eſt ne
ceſſe auctoritas tutoris, & iudicis, ſed in alienatione rerũ mobi-
lium ſufficit tutoris auctoritas. Modo pupillus non vult aliena-
re, nec rem mobilẽ, nec immobilẽ, ſed actionẽ: quæritur, num
poſſit? glo. ponit in l. poteſt pupillus. de aucto. tuto. Spec. poſuit
in titu. de ceſſ. act. §. j. ver. ſed nunquid minor. Bar. per modum
remiſſionis tetigit hic. Sed vera concluſio eſt, nam aut pupillus
cedit ex neceſſitate, & tunc põt cum auctoritate tutoris ẽt ſine
iudicis auctoritate, vt in l. reſtituta. §. pupillus. j̄. eo. & in l. ma-
gis puto. §. ſi fundus. & §. pupillus. de reb. e. & l. j. & plene. C. qñ
dec. op. non eſt. Aut iſte minor vult donare ex ſimplicitate, &
tunc aut eſt actio, quæ datur ad rem mobilẽ, & tunc põt dona-
re cum ꝯſenſu ſolius tutoris: Aut eſt actio, quæ datur ad rẽ im-
mobilẽ, & tunc non põt alienare cum ſola auctoritate tutoris,
vt in glo. l. ſi aduer. tranſac. & in Authẽ. de non alien. §. j. Aut eſt
actio, quæ datur ad aliquid alternatiue, puta ad decẽ, aut ad do
mũ, & ſic ad rem mobilẽ & immobilẽ. Bar. ponit in l. ſi mihi &
tibi. §. fi. de lega. j. ibi decidit, ꝙ vt valeat ſine decreto iudicis, &
cum ſola auctoritate tutoris, pendet ex futuro euentu, quia aut
debitor eligit ſoluere illi cui voluit pupillus p̄ſtare, & tunc ſuf-
ficit ſolum auctoritas tutoris. Si vero eligit domũ, & tunc non
ſufficit, niſi interueniat decretum iudicis. In gloſ. j. quæ incipit,
Non eſt neceſſaria. iſta glo. hẽt tres paſſus principales in ſe. Pri-
mus eſt, nunquid adultus poſſit ſuæ pecuniæ dñium transferre
in alium ſine conſenſu ſui curatoris? Secundus eſt, nũquid adul
tus poſſit hæreditatẽ adire ſine curatoris auctoritate. Tertius
eſt, quæ dr̄iæ reperiantur in iure inter adultum & pupillum.
4 † Circa primũ. ſ. nunquid adultus poſſit ſuæ pecuniæ dñiũ tran
ſferre in alium? glo. hic dicit, ꝙ põt transferre. Iſta glo. poſito, ꝙ
vera reputetur per Doc. poſt Bar. eſt ſingularis ad vnum. ſ. ꝙ pe
cunia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non pñt. Nam dẽs ſci-
re, ꝙ an pupillus & adultus poſſint alienare res ſuas ſine decre-
to iudicis, ꝙ l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. ponit iſtã dr̄iam,
ꝙ aut loquimur in rebus quæ ſeruando ſeruari poſſunt, & tunc
non pñt alienare; ſi vero loquimur in rebus, quæ ſeruando ſer
uari non pñt, & pñt alienare ſine decreto iudicis. Nunc iſta gl.
dicit, ꝙ põt adultus alienare pecunia, & ſic probat quæ ſeruan-
do ſeruari non põt, licẽt Doc. & Bar. dicant, ꝙ iſta glo. non ſit ali
bi, & dic ꝙ male dicunt. Nam vna alia eſt in l. interdũ. de condi
tio. inſti. & habes tex. vnum in §. conſtituitur. Inſtit. de vſufruc.
Eſt alius in l. Iulia. de peti. hæred. alius in l. Ariſto. §. fi. cum l. ſeq.
5 s̄. de iure delib. Sed † ſi tu dicas: nonne aurum & argentũ, & ęs,
eſt res, quæ eſt incorruptibilis? Rñde ꝙ illi, qui hoc dicũt, ita cõ
ſiderauerunt finem ad quid fuerunt factæ pecuniæ, ſ. vt expen-
dantur. Nam cum eas de die in diẽ homo ꝯſumat. Vlterius, vt
ſcias vnam regulã, quæ nunq̃ fallit. ſ. ꝙ illæ res dicuntur res, quę
ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ corrumpuntur, licet aliquis
poſſit dari extraordinarie. Iſta eſt regula quam dat gl. in l. vnica,
ſi aduer. vſuc. Venias ad primã an nunq̃ poſſit adultus pecuniæ
ſuæ dominum transferre ſine curatoris auctoritate. Gloſ. dicit,
ꝙ ſic Bar. tenet ꝯ̄rium per l. ſi curatorẽ hñs. s̄. alleg. qui tex. æqui
parat adultũ pupillo, qui non põt dñium transferre in aliũ, vt l.
qd̄ forte. §. fi. de ſol. l. non oẽs. §. ſi pupillus. ſi cer. pe. Sed vt ſalues
Bar. & gl. dic, ꝙ aut quærimus in actu inducẽte liberationẽ, tũc
adultus põt ſine curatoris auctoritate illã reſtituere. Et mouet
me iſte tex. ſi aũt q̃rimus de actu inductiuo obligationis, tũc nõ
põt ſine curatoris auctoritate, ſicut nec pupillus, & ita locũ ha-
bet dictũ Bar. Sed quõ translatio pecunię inducat obligationẽ?
Dic ꝙ dẽs ponere exemplũ in ꝯ̄ctu celebrato, in quo inducitur
translatio dñij ipſius adulti. Bar. hic ad probandũ, ꝙ pecunia ſit
res, quæ ſeruãdo ſeruari non p̄t, alleg. auth. nouiſſime. C. de ad-
6 mi. tu. Capias ſ̄m articulũ. ſ. † nunqd adultus poſſit hæreditatẽ,
quæ ſi delata eſt, ſine ꝯſenſu curatoris adire? & non determinat
glo. iſta, ſed glo. in l. impuberib. de acq. hæred. determinat & di-
cit, ꝙ aut adultus hẽt curatorẽ, & non põt adire ſine ipſius con-
ſenſu, vt l. cum quid. de admi. tut. Aut non hẽt, & tunc põt adi-
re, vt d.l. ſi curatorẽ. In pupillo gl. tãgit hic incidenter, & in hoc
dic, ꝙ regula eſt, ꝙ non, vt in §. neque. Inſti. de aucto. tut. & in l.
potuit. C. de iure delibe. & l. ſi ad pupillũ. s̄. de autho. tut. & in l.
ſi pupillus. s̄. de acq. hær. Fallit, qñ tutorẽ non hẽt, quia tũc põt,
tñ requirit decretũ iudicis, vt l. bonorũ. C. qui admit. & in l. ſi in
fanti. C. de iure delib. Fallit ſecũdo, qñ ipſi pupillo delata eſt hæ
reditas pr̄na, qa tũc adit ipſe ſine tutoris auctoritate, vt in l. mo
re. de acq. hær. & alium in l. ꝯditionibus. s̄. de condi. & demon.
Fallit tertio, niſi ſit delata hæreditas alicui in ætate pupillari exi
ſtẽti, & ipſe ſit ꝯſtitutus ſub patris ptãte, vt in l. fi. §. ſin autẽ in ſe-
cunda ætate. C. de bo. quæ lib. ſed an ſit neceſſarius, tunc ꝯſen-
ſus pr̄is? & ſi vult ipſe pr̄ pręſtare, bñ quidẽ: ſi non, tunc eſt ne-
ceſſariũ iudicis decretũ, vt in l. ſi infanti. in fi. C. de iu. deliberan.
7 † Capias tertiũ. ſ. quæ dr̄iæ reperiant̃ inter pupillũ & adultũ? &
vides ꝙ gl. ponit quatuor vel quinque: Bart. ponit tres vel duas,
ſed ego tibi reperiã plures. Prima eſt, ꝙ exiſtens in adulta ętate
põt eſſe procurator ad negotia, ſed talis in pupillari ętate nõ po
teſt, vt in c. qui gñaliter. de procu. & in l. ſi minor. s̄. de proc. Se-
cunda dr̄ia eſt, ꝙ exiſtens in ætate adulta poſſit eſſe teſtis, exiſtẽs
in pupillari non põt, vt in l. 3. §. lege Iulia. de teſta. In ſti. de teſt.
8 §. teſtes. & in l. qui teſtm̃. s̄. de teſt. Intelligas tñ, † ꝙ pupillus non
p̄t eſſe teſtis, hoc verũ. ſ. vt faciat plenã probationẽ, tñ põt, vt in-
ducat indiciũ, vt in glo. fi. j̄. de his qui. vt indi. aliã in l. inuiti. de
teſti. mouentur per l. excipiunt̃. ad Sil. & l. j. §. puberes. eo. ti. Ter
tia dr̄ia, pubes põt eſſe tabellio, pupillus non, vt per Bar. in l. im
puberẽ. j. ad leg. Cor. de fal. & rõ eſt, quia tabellionatus eſt offi-
ciũ publicũ. vt in l. gñali. C. de tabu. lib. j. Impubes aũt non hẽt
capacẽ intellectũ ad officiũ publicũ, vt l. 2. de reg. iu. & de iure-
iurã. l. 2. Alia dr̄ia: nã exñs in pupillari ętate non põt eſſe iudex
ſed exiſtens in adulta ętate põt, vt l. cum prętor. §. non aũt. de iu
dic. & l. quidã ꝯſulebant. de re iu. & in c. cũ oportet. ex̃ de offi.
dele. & c. ſciſcitatus. de reſcrip. Alia, exiſtens in ętate adulta p̄t
effici monachus & canonicus ſecularis, tñ exiſtens in pupillari
non põt, quin licitũ ſit ſibi poſtea exire, vt in c. ſignificatũ. & c.
ad audientiã. de reg. & eo. titu. c. j. lib. 6. Itẽ exiſtens in pupillari
ętate non põt effici ſubdiaconus, ſed exiſtẽs in ętate adulta ſic,
vt in cle. fi. de æta. & quali. Itẽ pupillus non põt eſſe prior vnius
eccleſię parochialis, cuius adminiſtratio fiat per ſubſtitutũ ppe
tuũ, tñ adultus põt, vt in cle. ne in agro. §. cęterũ. de ſta. mo. Itẽ
pupillus non põt ſine tutoris auctoritate apprehendere poſſeſ-
ſionẽ vnius rei, ſed adultus bene p̄t, niſi pupillus ſit doli capax,
vt l. j. §. ſed furioſus & pupillus. & l. quãuis. §. fi. s̄. de acqui. poſſ.
& plene no. in l. donatarũ. C. de acq. poſſ. Item adultus tenet̃, vt
vaſallus p̄ſtare iurm̃ fidelitatis, tñ pupillus nec alter pro eo, non
põt, vt in c. ſi minor. & c. ſi quis deceſſerit. ſi de feudo fuer. con-
trouer. inter dñm & agnat. Item alia dr̄ia, adultus põt iurare in
litẽ abſque eo, ꝙ interueniat curatoris auctoritas, ſed pupillus
non põt, vt in l. videamus. in prin. iuncto §. adoleſcens. s̄. de iure
iur. Alia dr̄ia: nam pupillus ſi defert alicui iurm̃ ſine tutoris au
ctoritate, & ille iurat ꝯ̄ pupillũ nõ tñ p̄iudicat: ſed ſi detulit ad-
ultus, nocet ſibi, ſi tamen non petit in integrum reſtitutionem,
vt eſt tex. iuncta glo. j. in l. iuſiurandum §. j. s̄. de iureiuran. Item
9 † alia eſt: exiſtens in ętate adulta poteſt contrahere matrimo-
nium, tamen non poteſt pupillus, vt in l. minorem. de ri. nupt.
& Inſtitu. de nup. in princip. & l. ſancimus. C. de nup. & ca. 1. de
deſpon. impub. lib. 6. & c. 2. & c. puberes. & c. de illis. & c. atteſta
tiones. eo. titu. in antiq. Item eſt & alia: nam adulto non poteſt
dari tutor nolenti, tamen pupillo poteſt dare ipſe iudex, vt Inſti
tu. de cura. §. item inuiti. cum ibi no. per glo. Item alia: nam cõ-
ditio adiecta per teſtatorem poteſt impleri in pſona adulti, ſed
non in perſona pupilli. Et in adulto probatur in l. Lucius. de mi
li. teſta. In pupillo probatur in l. ſi cum. §. vſumfructum. ff. de ſo
lu. l. qui filium. de milit. teſta. & l. ſi ſeruus. & d. l. ſi fundus. & l.
cum pupillus. de conditio. & demonſtra. Tamen dubius eſt ca-
ſus, & ideo vide iura allegata. Eſt alia differentia: nam iuramen
tum præſtitum in contractu per pupillum ſine tutoris auctori-
tate non validat, ſed per adultum ſecus eſt, vt in authen. ſacra-
menta puberum. & in c. 1. §. item ſacramenta. de pa. iur. fir. in
vſib. feu. Item confeſſio facta per pupillum ſine tutoris auctori
tate non nocet ſibi, ſed adulto ſic, niſi petat reſtitutionem in in-
tegrum, vt l. certum. §. in pupillo. de confeſſ. ſecundum vnam

lectu-

lecturam. Tamen quia dubitabilis eſt, dic vt per Docto. in l. clarum. de autho. præſtan. & Bal. in dicta authen. ſacramenta puberum. Item adultus poteſt ſtare in iudicio cauſarum ſpiritualium 14. an. tamen pupillus non poteſt, vt in c. fi. de iudi. lib. 6. & no. per glo. in c. ex parte. de exceptio. & in gloſ. l. ait prætor. in princi. ff. de mi. Item non poteſt pati venditionem rerum ſuarum, ſi tutor eius eſt in contumacia, qui non defendit eum, vt l. poſſeſſionem. §. j. ex quibus cau. in poſ. ea. tamen adultus indefenſus poteſt pati venditionem bonorum, vt in l. ſi minor. In princi. de bo. autho. iudi. poſſid. Quæro, nam non eſt dubium, quòd ſi minores celebrauerint actum eis nociturũ, poſſunt petere reſtitutionem in integrum. Item vidiſti, quòd poſſunt facere teſtamentum, quærit Bart. hic, adultus facit teſtamentum, & vult aduerſus illud reſtitutionem in integrum, num poſſit? & certe non, vt per Barto. hic, & ratio ſecundum eum eſt, nam tex. in l. ait prætor. ſ̄. de mino. ponens verba prætoris, qui minoribus indulſit beneficium reſtitutionis, dicit, ſi læſi ſint &c. Nam verbum ibi poſitum, ſcilicet geſſerunt &c. ad teſtandi non extenditur facultatem, vt l. verba geſſerunt. de verbo. ſignifi. Nam clara ratio eſt, quòd non poteſt. Nam vbicunque pupillus eſt vſus iure communi, non eſt opus reſtitutione in integrum, vt l. in cauſæ. ſ̄. de mino. Sed certum eſt, quòd minor poteſt annullare iure communi, ergo nõ eſt opus reſtitutione in integrum; Nam quemadmodum teſtamentum fuit conditum per eum;
10 ita poteſt per eum rumpi, quia † teſtantis voluntas ambulatoria eſt vſq; ad mortem. l. quod ſi iterum. de ali. lega.

SUMMARIUM.

1 *Collegium a corpore quid abſit.*
2 *Collegium quid faciat, & quid corpus.*
3 *Collegij quiſquis ſit, duplicis perſonæ vice fungi.*

§. Si autem. Collegium poteſt grauari de reſtituendo hæreditatem vni de collegio. hoc dicit.
1 No. † primo differentiam eſſe inter collegium & corpus, vt patet hic in dictione, vel, poſita inter ea. Quæ autem ſit differẽtia, illa, & quid vnum & quid reliquum ſignificet, dicetur infra. No ſecundo, quòd collegium ex ſuo mero conſenſu; atque decreto abſq; eo, quod interueniat ſuperioris authoritas, poteſt actũ in collegio interuenientem explicare. De quo dic, vt plene no. per gloſ. & Barto. in l. nulli. ſ̄. quod cuiuſq; vniuer. nomi. & eundem Bart. ſ̄. rem ratam habe. l. actor. & Bal. C. de ſer. reipubli. l. j. & quod habetur extra de procur. c. fi. No. tertio, quòd cum collegium actum ſibi merẽtem per ſemet explicare poteſt, non eſt tunc neceſſe, quòd ſyndicum conſtituat. quod autem alias dicam, infra dicetur. No. vltimo hic per Barto. quòd collegium contrahere vel quaſi contrahere poteſt cum vno, qui ſit ex ipſius collegij corpore. Vides hic text. ponentem inter collegium & corpus dictionem, vel, & ſic differentiam. Sed quæ eſt dſia illa? dic quòd glo. ponit in l. j. in prin. ſ̄. quod cuiuſq; vniuer. no. & glo. & Bar. in rub. C. de colleg. illic. & melior gloſ. in vtroq; iure habetur in c. dilecto. extra de exceſ. prelatorum. & vera differen
2 tia eſt. Nam † collegium eſt, cum tres homines dantur in ſimul conuenientes, & in ſimul habitantes, vt in l. Neratius. ſ̄. de verbo. ſignifi. & in gloſ. c. j. extra de electio. Corpus dicuntur facere tres quatuor vel quinq; & plures, qui in ſimul conueniunt, tamẽ non habitant ſimul. Et ad id eſt, quod ad eſſe collegij requirũtur tria, ſcilicet non minor numerus trium, & cõicatio, & habitatio ſimultanea. Sed ſolet eſſe dubium, nunquid requiratur caput, ſcilicet, quòd vnus ſit maior alijs? & videtur quòd ſic, per id quod not. Ioan. And. in gloſ. ſua in c. ſtatutum. de electione. lib. 6. Benefacit c. nouit. de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli. Tamen contrarium eſt verum. Nam vt per Inno. in c. cum non ignores. de præbend. idem ſenſit gloſ. in l. nulli. ſ̄. quod cuiuſque vniuer. no. Et idem vult Barto. in l. fi. ĵ. de colleg. illic. Et ſi dicatur, nonne eſt abſurdum, quòd non ſit vnus principalis inter iſtos, qui habeat omnia concernere, quæ ſpectant ad ipſum collegium? & dic quòd non, quia cum inter collegiatos nõ eſt caput, dic quòd antiquior debet habere primum locum, & ipſe habetur pro capite, vt per Innoc. in c. j. de maiorita. & obedien. Iſtud voluit Barto. in l. j. ſ̄. de al. ſcriben. Bene facit l. fin. de fide inſtrumen. Et ſi dicatur, ad quid ego cognoſcam, ſi plures conueniant, quod faciant collegium? Dic, quòd ex pluribus. Nã ſi tres vel plures ſunt ſimul. Secundo, ſi ſimul habitant. Tertio, ſi ipſi conueniunt ſimul pro expediendo aliquid inter eos. Quarto, quando ipſi habent arcam cõmunem, vt l. j. §. quibus. ſ̄. quod cuiuſque vniuer. nomine. Quinto, quando ipſi habent vnum ſigillum inter eos, vt in c. ſignificauit. de appel. 7. q. 3. c. in nomine. in fi. & no. in c. dilecta. extra de exceſſi. prælatorum. & c. cum eccleſiarum. de offi. ordina. Barto. in l. fin. de colleg. illici. & plenius quàm aliquis alius. Item facit ad quæſtionem, nam debes ſcire, quòd in negotijs, quæ ſpectant ad capitulum vel ad prælatum collegij, non poteſt conſtitui procurator ſine prælati conſenſu, vt in c. edoceri. de reſtitu. & in c. j. de procu. & in c. cauſam. de iudi. Modo pone, quòd pendeat lis de quodam negotio ſpectante ad capitulum & prælatum, & capitulum vult conſtituere procuratorem prælatum, quæritur, nunquid poſſint? videtur quòd non, quia in re propria quis non poteſt eſſe author, vt l. j. §. quæſitum. ſ̄. eadem l. Nam eſſet opus, quòd ipſe prælatus daret ſibijpſi authoritatẽ. Et propter hoc fuit dubitatum, & his diebus fuit iſta quæſtio inter dominos de Rota, tamen in cõtrarium fuit veritas deciſa, vt per Bal. in l. filiusfamilias. qui allegat ad hoc notata in c. præſentium. de reſtitu. lib. 6. & ſic vides hic, quòd prælatus poteſt dare authoritatem ſibijpſi. Nec obſtat re
3 gula, quod nemo poteſt ſibijpſi &c. Nam † quicunq; eſt de collegio, duplicis perſonæ fungitur vice. Nam gerit vices priuati & vnius de collegio, vt in c. poſtulaſti. de conceſ. præb. & in l. ſi cõſul. de adop. Nã qñ prælatus recipit procuratorẽ, recipit vt perſona priuata, vel vnius de collegio. Vlti. dixi, ꝙ cum poteſt collegium per ſemetipſum actum explicare, non eſt opus quòd conſtituat ſyndicum. Sed quid in actu iudiciario? Pone, quòd ego vellem collegium in iudicium detrahere, quòd habeat cẽtum perſonas, num ſit opus, quòd ego faciam citare omnes quando non eſt caput? & certe videtur eſſe maximi tædij, quod ad vnumquemq; actum omnes citari debeant, & ob hoc iudex poteſt cogere collegium, vt conſtituat ſyndicum vel procuratorẽ; & non cadit in collegio duarum vel trium perſonarum, vt per Inno. in c. Romana. in fi. de ſen. excom. Iſtud eſt ſecutus Iaco. de Are. in l. 4. §. creditoribus. de fideicom. liber. vbi videtur eſſe caſus. & per Bal. in l. fi. de manumiſ. teſta.

SUMMARIUM.

1 *Actionem perſonalem fundum non ſequi. Et rem tanti eſſe, quanti uendi poteſt.*
2 *Actionem duplicem eſſe, ſcilicet realem & perſonalem, & quid vnaquaque.*
3 *Hæredem legatarij loco, quo ad fundum haberi.*
4 *Hypothecariam realem eſſe. Et quid præſtet.*
5 *Certantis de damno vitando, quàm de lucro captando cauſam meliorem eſſe.*
6 *Filius num ad legitimam euictam in fideicommiſſarios agere queat.*
7 *Iuramentum fidelitatis pro vna & eadem re pluribus præſtari, abſurdum eſt.*
8 *Rei naturam, cui ſuppletur, in omnibus ſortitur ſupplementum.*

§. Si hæres. Res quæ remanet penes hæredem, æſtimatur cum qualitatibus & conditionibus ſuis, nec eſt neceſſe per fideicommiſſarium hæredi cautionem præſtari occaſione ipſius rei remanentis. hoc dicit. Nota primo &
1 ſemper allegatur, † quòd perſonalis actio nõ ſequitur fundum. Ad idem ſ̄. de iudic. l. ſi fideicommiſſis. §. teſtatum. in gloſ. Nota ſecundo, & ita ſemper allegatur, quòd res tantum valet quãtum vendi poteſt, ſupple cõmuni hominum opinione non conſiderata ſingulari affectione, vt l. precia rerum. ĵ. ad legem Falcidiam. ſ̄. ad legem Aquiliam. l. ſi ſeruum meum. cum ſimilibus.
2 Nam † notaui primo, quòd perſonalis actio præſupponit, quòd duplex eſt actio, ſcilicet realis & perſonalis. Realis eſt illa, quæ dirigitur ad rem, & iſta ſequitur fundum. Perſonalis eſt, quę reſpicit principaliter perſonam, puta ſi quis hæres ex teſtamento teneatur mihi in decem. Fallit in l. fi. ſ̄. de acqui. hęred. vbi actio perſonalis ſequitur rem. Secundo allegaui iſtum tex. quòd tantum valet res &c. Iſtud accipit triplicem limitationẽ. Primam, ſcilicet, affectione communi, non ſingulari, vt l. precia rerum. ſ̄. allegata. ĵ. ad leg. Falcidiam. Secundam, ſcilicet homini ſcienti conditionem & qualitatem ipſius rei, vt in glo. l. mortis cauſa capitur. §. fi. ſ̄. de dona. cau. mor. Tertio tantum valet res mobilis, ſcilicet in foro publico, vt in caſu ſingu. ſecundum vnam lecturam in l. ſeptem. C. de eroga. milita. anno. lib. 12. Item iſta procedunt in re mobili. Sed quid in re immobili? tantum valet &c. conſiderata quãtitate redditũum, & conſiderato, quòd ſolent vendi aliæ ſimiles, vt l. ſi quos. C. de reſcinden. venditio. & eodem titu. l. 2. Item tantum valet res mobilis &c. ſcilicet, in illo loco vbi exponitur venalis, non in alio, vt eſt text. ſingula. in l. fin. in fine. C. de adminiſtra. tut. vnde dicit ibi. quòd tutor, qui vult vendere res pupilli, debeat vendere ſecundum valorem ipſarum rerum in illo loco, etiam ſi carius fuiſſent venditę in loco vicino, & non tenetur ipſe, nec ipſi imputatur. Item tantum valet, ſcilicet res mobilis &c. ſcilicet, ſecũdum taxationem per iudicem ad illam rem factam etiam iniuſtam non exiſtente communi opinione, quod valeat plus, vt per gloſ. in l. fin. C. de magiſtra. conue. ſecundum vltimum intellectum, quem exclamat Bal. vbi dicitur, quòd non poteſt imputari tutori, & non poteſt conueniri per pupillum. Vel ſic ſummatur, hæres rogatus reſtituere, de certo fundo reſtitutione facta aduerſus fideicommiſſariũ tranſeunt actiones, nec ipſe poterit conueniri actione perſonali ad debitũ à creditorib. qui fundum penes eum retẽtum habent iure pignoris obligatum, licèt bene poſſit conueniri hy-

pothecaria, nec tenetur fideicõmiſſarius cauere hr̄di de facien
do debitũ caſu, quo fundus per creditorẽ ab hr̄de euictus foret,
ſed dẽt ille fundus æſtimari cum qualitate ↄdõnis ſibi annexæ,
& ſi tantum valeat quãtum eſt quarta pars hæreditatis, ſatis eſt.
Si vero id, quod deeſt, ad quartam ſibi ſuppletur. h. d. ſm lect. d.
Lud. No. j. quod hæres apud quem remanet certa pars hæredi-
taria, poſito ꝙ ꝓ aliquo debito obligata ſit, non poteſt conue-
niri actione ad ſoluendum debitum, reſpectu cuius eſt obligata
3 ab ipſo creditore. Et huius eſt ratio, quia † hæres quo ad fundũ
illum habetur loco legatarij, vt Inſtit. eo. §. ſi quis. Legatarij aũt
ad debita hæreditaria conueniri non poſſunt, cum prætẽdant ti-
tulum lucratiuum, nõ onerosum, vt C. de hæreditaria actione.
l. ſi. C. de hære. inſtit. l. quoties. Nota ſecundo fideicõmiſſarium
conueniri actione perſonali ad id ſoluendum, quod teſtator de
bebat, licèt res obligata pro debito maneat ex voluntate teſtato
ris apud hæredem. quod adde ad no. ſ. de leg. j. l. ſi res obligata.
Nota tertio, & ita cõiter allegamus, ꝙ perſonalis actio non ſe-
quitur fundum, hoc eſt poſſeſſores rerum debitoris. Ad idẽ C.
de dona. l. æris alieni. ſ. de iudi. l. ſi fideicõmiſſum. §. teſtator. cũ
alijs in gl. alleg. Nota quarto, hæredẽ loco quartę retinentẽ fun
dum alteri obligatũ, conueniri poſſe actione hypothecaria, per
quam ab eo poſſeſſio illius fundi auocabitur in creditorẽ tranſ-
4 ferenda. Eſt † enim hypothecaria actio realis, vt l. pignoris. C. de
pig. ſ. titu. proxi. l. pignoris, & per eam auocat poſſeſſio ipſius rei
obligatę. ſ. de euic. l. in creditore. No. quarto, ꝙ quantumcunq;
immineat in re relicta hæredi loco quartæ periculũ euictionis,
tñ fideicõmiſſarius ipſi hæredi de euictione cautionẽ non præ-
ſtat. No. vlti. & ita cõiter allegatur, ꝙ res tñ valet, quantum ven
di poteſt, de quo vt ſ. No. vlterius, ꝙ res per teſtatorẽ relicta hæ-
redi imputãda in Trebellianicam, ſ. quartam, ſi obligata ſit, ęſti-
mari dẽt cum qualitate obligationis ſibi adiunctæ, & ſi ſit æſti-
mata, tñ valet, quãtum eſt quarta, tunc nihil vltra petit hæres.
Oppono ad tex. Dicitur in primo notabili, ꝙ & ſi fundus pigno-
ri datus eſt &c. Reſpõ. ꝙ aut penes fideicõmiſſarium tñ eſt, q̃-
tum ſufficit ad creditores, & tunc ipſi fideicõmiſſarij ſatisfacere
debẽt creditoribus, & non ipſe hęres. Si aũt apud ipſum fideicõ
miſſarium non remanet tñ, quod ſufficiat creditorib. tunc ha-
bebunt recurſum ipſi creditores ↄ hæredẽ, qui poſſidet rem re-
lictam à teſtatore. Et ex hoc habes concluſionẽ, ſ. ꝙ hæres non
poteſt conueniri à creditoribus hæreditarijs, vt ęſt hic caſus, niſi
apud fideicõmiſſarium nõ eſſet tñ de bonis, quod ſufficeret ip
ſis creditorib. Sed oppone ad eundẽ tex. ꝙ & imo videtur, ꝙ et
ſi ſit tñ apud fideicõmiſſarium, quod ſufficeret creditorib, ple-
ne tñ conueniri poſſit ipſe hæres reſpectu portionis ſuæ, & arg.
Inſti. de fideicom. hære. §. ſi quis vna. & §. ſed quia. & in l. j. C. ad
ſenatuſcõſultum Trebellianum. Soluas, ꝙ aut penes hæredem
remanet aliquid nomine quotæ, & tunc loquuntur prędicta iu
ra, ſ. ꝙ pro rata poſſit cõueniri, ſin aũt penes hęredẽ remanet ali
quid non nomine quotæ, ſed noĩe certæ rei, l. relinquo hr̄di ta-
lẽ rẽ, & ſic loquitur iſte tex. ꝙ non poſſit cõueniri reſpectu por-
tionis. Ex his habe tres quæſtiones. Prima eſt iſta, ꝙ cum apud
heredem remanet aliquid nomine quotæ, tunc ſi ſit tñ penes
fideicõmiſſarium, tñ ipſe hæres conuenitur pro rata ſuæ portio
nis. Secunda concluſio, ꝙ vbi penes hæredem remanet aliquid
nomine proprio nominatim, tunc ipſe hæres non poteſt conue
niri, ſi apud fideicõmiſſarium ſit tantum hæreditatis, quod poſ
ſit ſatisfacere creditoribus. Tertia concluſio, quòd vbi credito-
ribus non poſſit plene ſatisfieri de ea hæreditate, quæ eſt apud
fideicommiſſarium, creditores habent recurſum ad ipſum hæ-
5 redem. Et ratio eſt, quia † melior ęſt cauſa illius, qui certat de
damno vitando, quàm illius, qui certat de lucro captãdo, vt l. ſi.
C. de codicillis. & l. ſi. §. & ſi præfatam. & §. & ſi licentiam. C. de
iure deliberã. Oppone tertio, dicitur hic, quòd perſonalis actio
non ſequitẽ fundum, contra d. l. j. C. ſi cert. pet. & l. j. & l. pro hæ-
reditarijs. de hæreditaria actione. Solue & dic, quòd aut res ob-
ligata peruenit ad aliquem titulo hæreditario, & dic quòd tũc
ſequitur rem, & ita loquitur contra tex. Aut ad aliquem perue-
nit res debentis iure legati, & tunc perſonalis actio non ſequitur
ipſum legatarium. & ita loquitur hic. Oppono, & imo videtur
quòd perſonalis actio ſequatur fundum, & arg. d. l. onera. ſ. de
adopt. & d. l. in arrogatore. ſ. de pecu. Inſtit. de acquiſi. per atro-
gationem. §. ſi. Soluas, quòd cum quæritur, an perſonalis actio
ſequatur poſſeſſorem ex contractu, tunc dic ꝙ aut ille, ad quem
tranſit res ex contractu, reputatur vniuerſalis ſucceſſor ipſius
perſonaliter obligati, & tunc poteſt conueniri illa actione. Ita
loquuntur illa tria iura, & l. ſi tutoris. C. ad legem Iuliam de vi.
cum concordãtibus ibi allegatis. Aut ille, in quem res perſonali
ter obligati ex contractu, habet rem illam ex contractu ſingula-
ri, & tunc perſonalis actio non ſequitur hunc poſſeſſorem ſin-
gularem. Ita loquitur l. æris alieni. C. de dona. Exemplum, ego
vẽdidi tibi plures res, nunc creditores volunt te conuenire, nũ-
quid poſſint? certè non. Et aduerte parum ad tex. iſtum, nam vi
des hic, quòd hæres grauatus de reſtituẽdo hæreditatem poteſt
detrahere. Secundo vides, quòd ſi pro iſta quarta teſtator lega-
uerat hæredi vnum fundum obligatum, non poteſt detrahere
quartam. Quarta concluſio eſt, quòd ſi teſtator reliquit loco
quartę ipſi hęredi rem vnam, quę poſt auferatur vel euincatur,
tunc non poteſt agere contra fideicommiſſarium ad quartam,
vt eſt hic caſus. Sed quid in legitima filij, quæ debetur iure natu
rali. pone, quòd pater reliquerit vnam rẽ pro legitima, quæ fuit
6 euicta, nunquid † filius poſſit agere contra fideicõmiſſarios ad
legitimam, quia fuit ſibi euicta? certe, vt in l. ſcimus antea cõſti-
tutionem relatam, in princi. C. de inoffi. teſtamen. Vltimo dicit
Ang. hic, pone quòd quidam poſſidet rem feudalẽ vaſalli mei,
nũquid ego dominus poſſim cogere illum poſſeſſorem, vt præ-
ſtet mihi iuramentũ fidelitatis? & dic quòd non, quia iſta actio
eſt perſonalis, ergo non ſequitur fundum feudalem. Tamen in
contrarium eſt glo. ordi. in l. omnes autem caſus. §. ſi hæres alie
nauerit proprietatẽ. ſ. vſufruc. quemadmo. caue. & neſcio quo-
modo ipſe ſemper erret. Nam illa gloſ. nihil dicit de iſto facto,
nam ibi eſt iſta glo. quòd ego ſuccedo vni domino. Nunc quæ-
ritur, nunquid poſſim petere iuramentum fidelitatis à vaſallo
illius domini, cui ſucceſſi? & vadit more ſolito ſe imbractando.
De iſta quæſtione glo. eſt caſus in c. omnes. ſi de feudo fuerit cõ
trouerſia inter dominum & agnatos. in vſibus feudorum. Sed
pone, quòd plures ſuccederent domino feudi, nunquid debeo
ipſis ſingulis iuramẽtum fidelitatis? certe poſſet nunc dici quod
7 nõ, quia † eſſet abſurdum, quòd pro vna eadem re pluribus de-
beam præſtare iuramentum fidelitatis, vt in c. imperialẽ. §. pre-
terea ducatus. de prohibita feudi aliena. per Fede. in vſibus feu-
dorum. Et nota bene omnia iſta, quia ſunt pulcherrima. In glo.
ſuper verbo, retento. in ſi. Dic, quòd hæres non poteſt conueni
8 ri reſpectu ſupplementi ab ipſis creditoribus, quia † non eſt du
bium, quòd ſupplementum in omnibus ſortitur naturam ip-
ſius rei, cui ſuppletur, vt l. inter ſocerum & generum conuenit.
§. cum inter patrem puellæ & generum conuenit. ſ. de pact. do-
talib. & l. etiam ſi non dotem reddi ſibi mater, ſed ea quæ. C. de
iure dotium. & l. ſi conuenerit. §. ſi fundi. ſ. de pigno. actio. & l. ſi
ex toto. de lega. i. Sed certum eſt, quòd hæc ſuppletio accedit
ipſi fundo legato, ſed reſpectu ipſius fundi non poteſt aliquid
peti à creditoribus, ergo nec ſupplemẽti. & ita concludo iſtam
quæſtionem gloſ.

S V M M A R I V M.

1 *Damnum, quod quis ſuapte culpa ſuſtinet, ſibi imputare debet.*
2 *Titulum hæreditatis onerosum eſſe, & hęreditatis appellationem iuris no-*
men eſſe, & quid ſua ſignificantia complectatur.
3 *Conditionem poſſeſſoris in cauſa pari meliorem eſſe, & an fideicommiſſa-*
rius ad legata vltra hæreditatis vires teneatur. Et quid in hærede.
4 *Hæreditas quid ſit.*
5 *Fideicommiſſarius inuentario non confecto legatarijs, num vltra hæredita*
tis facultatem obſtringatur. Et quid ſi inuentarium confecerit. Et inuẽ
tarij confectio in cuius locum ſucceſſit. nu. 6.

§. Si is, qui. Hæres hęreditatẽ reſtituens certa ſibi quan
titate retenta ſub nomine quantitatis ad le-
gata conueniri non poteſt, niſi duobus concurrentibus. Primo,
quòd ipſe habeat vltra quartam. Secundo, quòd id hæreditatis,
quod eſt penes fideicommiſſarium, non ſufficiat ad legatorum
ſolutionem. hoc dicit. Nota primo, quòd ſicut hęres de iure an
tiquo non tenebatur ad legata vltra vires hæreditatis, vt in l. ſi
vniuerſæ. C. de leg. & l. ſucceſſores. C. ad leg. Falci. etiam ſi ſit in-
ſtitutus in militari teſtamento, vt j. proxi. ver. denique. & in l. ſi
vero compoſita. ſ. de teſta. mili. ita etiam nec tenetur fideicom-
miſſarius. Nota ſecundo, quòd fideicõmiſſarius ex legatis, quæ
ſibi ſoluenda incumbunt, non poteſt ſibi quartam Falcidiam
detrahere. Ad idem ſ. ad leg. Fal. l. in lege Falcidia. §. nunquàm.
& l. pęnales. §. ſi. Nota tertio, ꝙ hæres, penes quem aliquid ſub
nomine quantitatis remanet vltra quartam, conueniri poteſt
de æquitate à legatarijs in eo, quod vltra quartam habet, ita de-
mum ſi ex hæreditate fideicommiſſarij non poſſit ſufficienter
legatis ſatisfieri. Nota vltimo, fideicommiſſarium conueniri
ad debitorum ſolutionem integram, poſito quòd non tantum
habeat hæreditatis, quòd poſſit integraliter ſatisfacere: ſibi ete-
nim imputãdum eſt, cur indeliberate, vel poſt deliberationem
recepit reſtitutionem, quæ ſibi damno eſſe poſſet, vt Inſtit. eo.
§. ſi quis vna. verſi ſi. Aduerte, quia dicit text. quòd de iuris ri-
gore ſi hæredi ſit relicta certa res nomine quantitatis, & ſit ro-
gatus reſtituere reliquam hæreditatem, quòd fideicommiſſa-
rius poteſt conueniri ad omnia debita ſoluenda, etiam ſi in hæ
reditate non ſit tantũ, quod ſufficiat legatarijs. Et ratio eſt, quia
eo ipſo, ꝙ vni hæredi legata eſt vna res certa, eo ipſo poſt reſtitu-
tionem ad nihilum cõuenitur occaſione rei ſibi relictę, vt Inſti.
eo. §. ſi quis vna. & l. ſi. C. de hęr. act. & l. quoties. de hær. inſti. &
ratio eſt; quia titulus iſte eſt titulus lucratiuus, vt l. ſi hæredẽ. ſ.
man. ergo ſi eſt lucratiuus titulus, nõ dẽt afferre onus. Ratio au

tem

tē de rigore, cur fideicõmiſſarius tenet, eſt duplex. Prima, quia
1 † damnum, quod quis culpa ſua ſentit, ſibi imputare dēt, vt in
reg.iur.damnum.lib.6.& debuit cõſiderare, anteꝗ ſibi reſtitue-
retur hrẽditas, an eſſet dānoſa, & debuit videre, ꝙ in hrẽditate nõ
erat tm̃, qđ ſufficeret legatarijs, & debuit præcauere anteꝗ adi-
2 ret, & ſic damnū ex ſua culpa ſentit. Scđa ratio eſt, quia † titulus
hrẽditatis eſt oneroſus, & affert ſecū cõmoda & incõmoda, vt l.
hrẽditas.ſ.de ver.ſig.& l.ſi quis ſeruū.§.fi.& l.cum filium.§.j.de
lega.2. Nā ex quo tota hrẽditas manet penes fideicõmiſſarium,
meritò dēt ſentire oĩa cõmoda & incõmoda. Nam hrẽditas eſt
nomē iuris, & ſi in bonis teſtatoris non ſit aliquid corporale, hę
reditas vocabit, vt l.hrẽditas.de peti.hære.& l.hrẽditas. de ver.ſig.
Et videas de æquitate ſi ſit verū. & de æquitate dic, ꝙ ſi apud hę
redē remaneat vltra quartam, & fideicõmiſſarius non hēat tan
tū, qđ ſufficiat ipſis legatarijs ꝯ hæredē habebit recurſum. Et ra
tio eſt, quia ſatis impiū eſt, & abſurdū, ꝙ ipſe, cui reſtituta eſt hę
reditas, ſentiat damnū, & ꝙ plus dēat habere oneris, ꝗ honoris,
vt l.ab eo. de fideicom. lib. Scđo pro declaratione huius literæ
pono quęſtionē. Pone, ꝙ fideicõmiſſario tanta quantitas fuerit
reſtituta, quanta ſufficiebat ad legata ſoluenda. Itē pone, ꝙ ipſo
hæredi ſolum fuit relicta quarta pars nomine quantitatis. Item
pone tertio, ꝙ teſtator legauit tantam partē vni, quanta fuit illa,
quæ fuit reſtituta, num legatarij habent recurſum contra hrẽdē
& fideicõmiſſarium? & dic ꝙ non, vt j.in hac l.§ fi. Quęro ſecun
do pro declaratione. Pone, ꝙ penes hæredē ſit quarta pars hęre
ditatis ſub nomine quantitatis, & penes fideicõmiſſarium ſint
tres partes, & teſtator legauit vltra tres partes hæreditatis, quæ
erant penes fideicõmiſſarium, legatarij conueniunt fideicõmiſ
ſarium de dando debita, fideicõmiſſarius dicit, ego non habeo
tantum, quod ſufficiat vobis, quærit, nunquid ipſe hæres tenea-
tur dare quartam? & certe non, vt in d.§.ſi quis vna. & ipſe fidei
cõmiſſarius habebit ſolam tertiam partē. Pone tertio, ꝙ ipſe te-
ſtator habeat quadringēta in bonis, inſtituit hæredē gñalem de
reſtituēdo iſtam hæreditatē deductis trecentis. Itē pone, ꝙ ipſe
teſtator legauit ducēta, modo ipſi legatarij volunt agere ꝯ fidei-
cõmiſſarium ad illa ducēta, qui dicit, non habui niſi cētum, ca-
tis ad hrẽdem, quæritur, quid iuris? Dic, ꝙ ipſi legatarij contra hę
redē nõ poſſunt habere recurſum, quia habuit illa trecēta ſub
3 nomine quotæ, quia † in pari cauſa conditio poſſeſſoris eſt me-
lior, vt l.ſi ſeruum.§.ſequitur.de ver.obli.& in l. militis.§. Nera-
tius.de teſt.mili.& in l.in pari.de reg.iur.in 6.& hæres & legata-
rius ſunt in pari cauſa, quia habent titulum lucratiuum. Capias
tertium paſſum, & eſt talis, ſ.ꝙ fideicõmiſſarius non tenetur ad
ſoluenda legata vltra facultatē hrẽditatis. & in hærede etiam eſt
idem de iure antiquo, vt in l.ſucceſſores. ad leg. Falcid. & in l.ſi
quadringēta.eo.tit.quæritur, nunquid hæres vel fideicõmiſſa-
rius teneantur creditoribus hæreditarijs vltra facultatē hæredi-
tatis, & nunquid ipſe hrẽs teneat ſoluere totū, vel qđ habuit? De
iure antiquo tenebat de ſuo patrimonio refundere, vt in l. quæ
dotis.ſol.mat.& l.more.de acqui.hæred. Et ratio diuerſitatis eſt
iſta, nam ratio primi dicti, quare tenet creditoribus inſolidum,
4 † quia hęreditas non eſt aliud, niſi ſucceſſio in vniuerſum ius te
ſtatoris, vt l.nihil aliud.de ver.ſig.& l.hæreditas.de reg.iu.ſed te
ſtator tenebat inſolidū, ergo & ipſe tenet. Scđa ratio eſt iſta, nā
hrẽs dēt eo iure vti, quo olim defunctus, vt in l.hæredē.ſ.de reg.
iur.& in c.is qui in ius.de reg.iur.lib.6.& ipſe teſtator erat obli-
gatus vltra patrimonium, ergo & ipſe hæres. Quæ aūt eſt ratio,
cur legatarijs non teneat vltra vires hrẽditarias? Dic, ꝙ iſta eſt ra-
tio, quia mors oĩa ſoluit, vt in Auth.de nup.§.ſoluto.ergo eoip-
ſo, ꝙ quis morit, eſt priuatus dñio oĩum bonorum ſuorū. Mo-
do nõne magnum priuilegiū dedit lex 12.tab.ſ.facultatē teſtan
di in his quæ futura ſunt non tua, vt l.verbis leg.de ver.ſig.& l.j.
j.ad leg. Falci.& Inſti.eo.in prin.& in gl.l.illa inſtitutio.de hære.
inſti. Alia ratio potuit eſſe iſta, ꝙ melior eſt corū cauſa, qui tra-
ctant de damno vitando, ꝗ eorum qui tractant de lucro captan
do, vt l.fi.C.de codic.& tu legatarius tractas de lucro, ego hæres
de damno vitando, & ſic melior debeat eſſe conditio mea. Ter-
tia ratio eſt, nam ex eo, quod bene facio, iniuſtum eſt, quod dā-
num patiar, vt in tex.iſto, & bene facio, cum ego video me nul-
lum cõmodum ſentire, ſi velim apprehēdere & executioni mā
dare teſtatoris voluntatem, vt in Auth.de hære.& Falci.§. ſanci
mus.& l.in teſtamento.ſ. de fideicom. liber. Iſta tamen regula
iuris antiqui fallit in caſu ſing.in l.in quantitate.ſecundo reſpõ.
ſ.ad legem Falcid. Item alia regula dicens, ꝙ ipſe hæres tenetur
creditoribus, fallit in l.cum hæres.ſ.de acqui.hære. nam ſuper-
uenit ius nouum, ſcilicet l.fi. de iure delibe.ius nouiſſimum in
§.ſancimus.& §.ſi vero non fecerit.de hæred.& Falcid.& auth.
ſed cum teſtator.C.ad legem Falcid. Nam ius nouum ſtatuit, ꝙ
debeat fieri inuentarium. Modo dicit lex, ꝙ ſi hæres faciat inuē-
tarium, nec creditoribus, nec legatarijs teneatur vltra patrimo-
nium hæreditatis. Ius nouiſſimum diſponit, ꝙ ſi non fiat inuen
tarium, teneatur legatarijs & creditoribus vltra vires hæredita-
rias, & ſi fecit, lucretur Falcidiam, vt in Auth.de hære. & Falci.
5 §.ſed ex diuerſo. † Quæro nunc de quæſtione pulchra, pone, ꝙ
fideicõmiſſarius non fecit inuentariū, legatarij conueniunt eū,
vt ſoluat legata vltra vires hęreditarias. quidam Moderni volūt
tenere fideicõmiſſarium non teneri, ēt ſi non confecerit inuēta
rium, & mouent tali ratione. Nā correctio legū eſt euitanda, vt
l.præcipimus.C.de appel.& l.ſancimus.de teſta. & c.cum expe-
diat.de ele.lib.6. Modo lex vult, ꝙ teneat hrẽs ad ſoluēdum vires
hæreditatis, & non loquit in fideicom. Præterea dicūt ipſi, ꝙ ea
dē eſt ratio, quæ eſt in fideicom. ꝙ in hærede. Et rñdent, ꝙ iden-
titas rationis nõ inducit correctionē legū, vt in auth.quas actio-
nes. C.de ſacroſan.eccl.& plene no.in l.ſi vero.§.de viro.ſol.ma
tri. Et ratio legis, quæ vult, ꝙ hrẽs teneatur inuentario non facto
vltra vires hæred.eſt, quia videtur furari. Et eadem ratio eſt in fi
deicom. Tamē veritas eſt in ꝯtrium, ꝙ ſicut hrẽs tenet, ſic & fidei-
com. vt per Dy.& Ang.hic. rationes iſtæ duæ ſunt debiles. Nam
dum dr̃ per identitatē rationis, non inducitur correctio legum,
hoc eſt verum, ſed inducit limitatio, vt per Bart.in l.ſi cõſtante.
in 9.col.ſol.mat. nūc illa idētitas non vult correctionē, ſed limi-
tationē. Præterea non eſt dubiū, ꝙ poſito ꝙ iſta lex ſit correcto-
ria, tñ ego habeo, ꝙ lex correctoria extendit de ſtricta ſignifica-
tione vocabuli ad latā, vt in gl.in auth.minoris.in ver. a curato-
re.C.qui tut.da.poſ.& in auth.vnde ſumit. Can.hñt glo. in cle.j.
in ver.eligat.de elec.lib.6. quicquid dixit alia in cle. vt hi qui.de
æta.& quali. Nam dixi pridie, ꝙ verbū, hrẽs. comprehēdit fideic.
vt in l.hrẽdis.la j.de verb.ſig. Modo aūt ſequit, ꝙ tex.in auth. ſed
cum teſtator.& §.ſi vero non fecerint.prælleg. volunt hæredē
teneri, ꝙ extendat ad fideicom. Et ex iſtis remanet concluſio, ꝙ
6 ſicut hæres ad ſoluenda legata tenetur, ita & fideicom. Et † ad-
uerte ad aliam quæſtionem, ſcilicet nunquid ipſe fideicõ. faciēs
inuentarium gaudeat beneficio inuentarium conficiētis. Nam
lex vult, ꝙ qui conficit inuentarium, nõ teneatur vltra vires hæ
reditatis. & dic ꝙ ſic, quia ꝯriorum eſt eadē diſciplina, vt l.j.& 2.
ſ.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.& l.qui accuſare. Alia ratio, quę
eſt fortior, eſt iſta, cõfectio inuētarij ſuccedit loco iuris deliberā
di, vt eſt tex.in l.fi.§.ſin aūt dubius.C.de iu.delib. ſed fideicõ. hēt
beneficium iuris delib. vt quidā alleg. gl.in l.cū filio. de leg.j.&
in l.j.§.j.in ver. petet.de iu.delib. Ego allego tex.in d.§.ſi quis.in
in ſi.Inſti.de fideicõ.lib. ergo gaudet beneficio inuentariū con-
ficiētis. qđ eſt ſubrogatū in locum iuris delib.& per hæc rema-
net ꝯclo, ꝙ fideicom. faciēs inuentariū non tenet vltra vires hę-
reditatis. Pone, ꝙ hrẽs, qui debebat hrẽditatē reſtituere, & fecit in-
uētarium, fideicõ. non fecit, num ipſe fideicom. poſſit ſe defen-
dere per confectionē inuentarij facti per hæredē? Can. habent
Io. And.& Spec.in tit.de inſtru.edi.§.dicto.ver.quid ſi hrẽs.in ad
di. Legiſtæ habent Bar.in l.in ratione.§.qđ vulgo.j. ad leg. Fal.
Bal.in l.filiū quem hñtem.C.fami.erciſ.& l.fi.§.cum igit.de iu.
delib. & Ang. in l.j.§.hæc ſtipulatio.ſ.tit.proxi. in ſua repe.ibi,
& ſunt aduerſę opi. vna Bal.& alia aliorum. Prima fuit opi.cõis
oĩum Doctorū. ꝙ fideicõmiſſarius nõ gaudeat beneficio inuē
tarij, niſi hæres donet ei illā confectionē inuētarij. Et allegat ad
hoc duo iura. ſ. ꝙ illud iuris, quod hæres acquirit ex ſuo facto,
non transfert in fideicom. niſi per ceſſionē ſpecialem. Alleg.l.ſi
hæres.j.eo.& l.ſi poſt.ſ.de conſti.pec. ſed hoc ius, qđ hæres hēt,
eſt ex facto inuētarij, ergo ſequit, ꝙ iſtud ius non transfert in fi-
deicõmiſſarium, niſi ſpecialiter cedat. Iſta eſt cõis opi.do. Bal.in
d.l.filium quē.tenet opi.ꝯriam. Nam ipſe dicit, ꝙ fideicõmiſſa-
rius gaudet beneficio inuētarij, etiam ſi hæres non ceſſerit ei. &
ratio eſt, quia ipſa reſtitutio hæreditatis non aliter põt transfer
re actiones cõtra ipſum fideicõmiſſarium, ex quibus creditores
agant, ꝗ contra eum hæredē habebat, vt l.in vēdi.ſ.de act.emp.
ſed certum eſt, ꝙ ipſæ actiones dum erant apud hęredem, erant
limitatæ per confectionem inuentarij, ergo & cum ipſa qualita-
te transfert ei. Sed cum qua moderatione erant ꝯ hrẽdem? dic ꝙ
cū hac moderatione. ſ. ꝙ hæres moderabat exactionē pecuniæ,
ad quam tenebatur teſtator. Ego dico, ꝙ iſta opi. Bal. eſt veriſſi-
ma, quicquid dixerint oēs alij. Et aduerte, ꝙ licèt actio, quā quę
rit hæres ex ſua noua prouiſione, non tranſeat in fideicõmiſſa-
rium ſine ceſſione, tamē exceptio quam quærit hęres ex ſuo fa-
cto trāſfertur in fideicõmiſſarium ex reſtitutione gñali, nec re-
quiritur ſpecialis, vt in l.ſicut.§.j.ſ.quib.mod.pig. vel hypo.ſol.
Bene facit materia l.ſi actionem.ff.de pac.& l.ſi tibi.§.cum poſ
ſeſſor.eo.tit.& l.Imperatores.§.fi.de tranſac. quia facilius pręſta
tur ius excipiendi, ꝗ ius agendi ex obligatione, vt l. reſcriptum.
§.fi. de pac. & ideo eo ipſo, ꝙ fideicõmiſſario eſt reſtituta hrẽdi-
tas, eo ipſo poteſt excipere de inuentario facto per hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Legatis diſſoluendis, nemo in amplius quàm ex hęreditate perceperit, alligatur.*

2 *Teſtator vt ff. iure Falcidię detractionem hęredi inhibere non poteſt, cum legata reſoluenda ſunt, ſic nec quartam ex Trebelliani beneficio prohibere poteſt.*

3 *Falcidia atque Trebellianica de legatis ac fideicommiſſis ſoluendis num detrahi poſſint.*
4 *Falcidia lex in reſecando hominis miniſterio non vtitur.*
5 *Legatarius aduerſus hæredem quot actiones habeat.*

§. Denique. Grauatus ad ſoluēda legata ex militis teſtamento, non vltra tenetur, q̃ vires hæreditariæ ſupperāt, nec fideicōmiſſario eſt permiſſum quartam retinere, niſi hēs reſtituēs gratia & liberalitate vti volens aduerſus primū fideic. in reſti. quartā nō detraxerit. h. d. cū §. inde Neratius. No. in §. deniq;. ꝙ † ēt ex teſtō militis non in plus quis obligat ad ſoluēda legata, q̃ ex ipſa hēditate perceptum ſit. Ad idē C. de teſta. mili. l. in teſtō. C. ad leg. Falc. l. in teſtō. No. ibi hēditatis, ære alieno deducto. ꝙ ex hæreditate priusq̃ legata ſoluātur, prius eſt ęs alienum detrahēdum, i. quod eſt debitum creditoribus defuncti teſtatoris. l. fi. §. & ſi pręfatam. C. de iu. delib. No. tertio ibi, nec tñ &c. fideicom. grauatū per teſtatorē legata ſoluere non poſſe beneficio legis Falcidię, de ſingulis legatis quartam parte detrahere. Ad idē s. proxi. §. & j. titu. 2. l. in lege Falci. §. nunq̃. No. in §. inde Neratius. ibi, non deducta Falcidia. iuncto verbo, niſi liberalitatē &c. ꝙ † ſicut teſtator non poteſt de iure Digeſto. hēdi prohibere detractionē Falcidiæ, dum fuit ſoluēda legata. s. ad leg. Falcid. quod de bonis. §. j. & fi. & l. Titia. in fi. ita nec poteſt eidē prohibere, ne detrahat quartam ex beneficio Trebelliani, dum venit reſtituēda hēditas. Ad idē l. ſi vt allegas. C. ad leg. Falci. Inſti. de fideicom. hære. §. & quia. No. ex eodē ſcdo. ꝙ fideicom. primus ſi grauetur de reſtituēdo ſcdo, beneficio detractionis quartæ rē vti non poteſt. Ad idē j. eo. l. ſi patroni. §. fideicōmiſſariam. & l. facti. §. ſed cum ſuſpectam. No. tertio ex eodē fallētiam, ꝙ tunc primus fideicōmiſſarius ſecundo detrahit, cum hēs primo teſtituēs in pręmium, cui fuit facta primo reſtitutio, ea liberalitate vſus eſt, ſcilicet, ꝙ quartam non detraxerit. In glo ſuper ver. ſecundo. Iſta gl. non bene examinat, an & quando de legatis & fideicōmiſſis detrahatur Falcidia ſiue Trebellianica. Et vltra dixi, & Doct. omnes, & Bart. qui fecit vnam diſtinctionē non bene perfectam in tria mēbra. Et dum † quæritur, an de legatis, quæ veniunt ſoluēda, vel de fideicommiſſis poſſit detrahi Falcidia, vel detrahatur Trebellianica: Dic ꝙ aut loquimur in hærede aut fideicom. aut legatario. Capias primum mēbrum, ſ. de hærede, nunquid poſſit quartam partē detrahere de legatis vel fideicōmiſſis? & certe ſic, vt per totum iſtū tit. & l. in lege Falcidia. per totū. fallit in caſu auth. ſed cū teſtator. cum duob. ſeq. C. eo. tit. & in gl. C. ad leg. Fal. l. in teſtamēto. & in caſib. quos plene dicemus j. e. l. Marcellus. Capias ſcdm mēbrum. ſ. nūquid fideic. detrahere poſſit quartā vel nō: Dic ꝙ aut loquimur in legatis, aut fideicō. ſi aūt hēt legata ſoluere, & detrahere poſſit quartā Falcidiā, & dic ꝙ aut ſolum tanq̃ relicta à ſemet, & tūc nō pōt detrahere quartā, vt in l. in lege Falcidia. §. nunq̃. s. ad leg. Falci. Aut iſte fideicom. ſoluit legata non relicta à ſe, ſed relicta ab hēde, vel ſimpliciter relicta, & in hoc eſt iſta ꝯcło, primo, ſ. ꝙ quartā detrahit eo caſu, quo hēs coacte ſibi hēditatē reſtituit, vt l. Marcellus. §. qđ ſi ſuſpecta. & l. facta. §. ſed ſi ſuſpecta. j. e. Scđa ꝯcło eſt, ꝙ fideic. ſoluēs legata noīatim relicta ab hēde, non pōt quartam detrahere eo caſu, quo hēs ſi ſoluiſſet non potuiſſet quartam detrahere lege prohibēte, vt eſt caſus hic in ver. deniq;. Exēplum ex legatis in teſtō militis factis non detrahitur quarta, vt l. in teſtō. de teſt. mili. vide ſi miles legat in teſtō ſuo, non detrahitur quarta per hēdē, ergo nec per fideicom. Tertia ꝯcło eſt iſta, ꝙ hic fideicom. ſoluēs legata noīatim relicta, vel ſimpliciter, pōt detrahere eo caſu, quo hēs noluit detrahere, volēs vti liberalitate, vt eſt hic caſus. Quarta ꝯcło eſt iſta, ꝙ fideicom. non poteſt de legatis per ſe ſoluēdis ſimpliciter relictis ab hēde, detrahere quartā eo caſu, quo hēs noluit detrahere cōtēplatione legatariorū, vel mixta cōtemplatione, vt eſt caſus hic, in ver. inde Neratius. arguēdo à dictione taxatiua, tñ, & arguēdo à ꝯrio ſenſu, vt j. probabo. Et probo ſic. Tex. dicit, ꝙ tunc fideicom. cui primo eſt reſtituta hēditas, poteſt detrahere quartā, tñ non detrahit hēs reſpectu fideicom. tñ. Nam dictio, tñ, oēs caſus in litera non poſitos excludit, vt in l. his. §. Titio. de ali. lega. & c. cū eccleſia. de cau. poſ. & prop. Quinta ꝯcło eſt iſta, nam cum hēs ideo quartā non detraxit, quia de hoc non cogitauit iuris inſcius, tunc fideicom. nō poterit detrahere eam, vt eſt ꝯcło do. Bar. hic in ver. tñ liberalitatis. à ꝯrio ſenſu. Et aduerte, quia ꝯcło iſta eſt dubia. Nam ego ꝯrium tenere poſſem, nā ſi hæres nō detrahit quartam errore iuris, poſt ſolutionē non pōt repetere ipſam quartā, vt l. error. ad leg. Falc. cum ſibi imputetur, cum potuerit peritiores conſulere, & ſic ſtat prima ꝯcło, ꝙ ipſe hēs non poteſt ab ipſo fideicom. repetere quartam poſt reſtitu-
4 tionē hēditatis factam. Scđo habemus l. ꝙ † lex Falcidia reſecat ipſo iure abſq; hominis miniſterio, vt l. linea margaritarum. & l. Plautius. s. ad l. Falci. Sed non eſt dubium, ꝙ cum ipſa hæreditas fuit reſtituta ab ipſo miniſterio iuris, & ſubito ipſo iure eſt reſtituta, ergo & in pari cauſa eſt melior cōditio poſſi. vt l. multis. de teſt. mili. & c. cum aūt. de iure patro. vnde ſic proſit legatario ſicut fideicom. hēdi, cum detractio minuat ipſum legatum, cū ipſum ius reſecauerit ſine facto heredis, nil mirum ſi ſic decedit
5 ipſi legatario. Tamen poſſem ſaluare Bart. Nam † legatarius ad petēdum legatum ab hēde habet duas actiones, ſcilicet rei vēd. tanquām dominus, aliā ſecūdam habet, ꝙ poteſt agere actione perſonali ex teſta. vt in §. noſtra. Inſti. de leg. & l. j. cōmu. de leg. Nam Bar. dicit in l. j. §. ſecundo capite. s. ad l. Falc. ꝙ licèt Falcidia reſecet ipſo iure ipſam quartam, hoc eſt verum ſi agit actione reali. Si vero intentat actionē perſonalē ex teſtamento, tunc non reſecat, ſed opus eſt miniſterio hēdis. & vide ibi rationem dñæ. Tertium principale membrum, ſ. nunquid ipſe primus ſi deicom. poſſit detrahere Trebel. dum hēt ipſam reſtituere ſecundo. & certe ſic primam ꝯclonē, ſ. ꝙ vbi hēs non detrahit ex eo, quia vult vti liberalitate, tunc fideicom. primus pōt detrahere à ſecundo, vt eſt caſus in hoc §. Secunda concluſio eſt iſta, ꝙ primus fideicom. non ex perſona ſua, ſed ex perſona teſtatoris vult detrahere ab eo, cui habet reſtituere, vt in l. ſi patroni. §. cū Titiana. iuncto ver. eiuſdē l. qui incipit, Nec eſt contrarium. j. eo. Tertia concluſio eſt iſta, ſ. ꝙ fideicom. primus poteſt detrahere quartam, dum reſtituit ſecundo, quando ipſe ſecundus, cui ipſe reſtituit, erat ille hæres qui pro anima erat cōpulſus reſtituere, vt d. l. ſi patroni. ver. quid ergo. Quartus caſus eſt, ꝙ vbicūq; tacita voluntas teſtatoris comprehēditur, ꝙ voluerit primum fideicom. detrahere, tunc poterit ſecundo detrahere, vt l. pęnales. §. fi. s. ad leg. Falci. æquiparando fideicom. & legatarium, vt l. per omnia. de lega. j. Teneas generalem regulam, ꝙ fideicom. primus nō detrahit quartam regulariter, dum reſtituere habet ſecūdo, etiam ſi coactus primus hæres reſtituerit, vt l. facta. §. ſed cum ſuſpecta. l. ſi patroni. §. qui fideicōmiſſa. j. eo. Capias tertiū membrum, nunquid legatarius dum eſt rogatus, quod eſt ſibi legatum, alij reſtituere, poſſit quartam detrahere? & eſt regula, ꝙ non, vt l. lege Falcidia. §. fi. ad leg. Falc. Fallit in caſu l. pęnales. §. fi. eo. titu. Nunquid cum fideicōmiſſarius reſtituit hęreditatē fideicōmiſſario, poſſit detrahere quartam? pone text. vt in §. ſed & quoties. s. eo. veluti, fuit rogatus quis reſtituere duobus, pone, ꝙ reſtituit vni totū, & ille vult reſtituere alteri partē ſuam, nunquid poſſit detrahere quartam: dicēdum eſt ꝙ non, vt l. ex aſſe. in fi. j. eo. & l. cogi. §. Mecianus. j. eo. Docto. poſuerunt iſtud in l. j. C. commu. de lega. & l. placet. C. eo. & hic.

SVMMARIVM.

1 *Hæres poſt reſtitutionem an & quando à legatarijs conueniri queat: Et nū ante reſtitutionem, nu. 3.*
2 *Legatarium hæreditarys creditoribus non teneri.*
4 *Legatarius defuncti voluntatem non infringit.*

§. Sed ſi quadringen. Hæres, apud quē remanet dimidia hæreditatis ſub nomine quotæ, conuenitur ad legata in eo, quod habet vltra quartam, quia tunc ſiue ſub noīe quotæ, ſiue ſub noīe quātitatis retineat, ad legata nō tenetur. h. d. cum §. idem Iulianus. No. primo, quòd cum apud hæredem remanet portio certa hæreditatis tranſcēdens quartam ſibi relictam per teſtatorem ſub nomine quotæ, non autem certæ quantitatis, tenetur ad legata ſoluēda pro rata, etiam ſi fideicōmiſſarius tātum habeat, quod ad ſoluenda legata ſufficit. Nota ſecundo ibi, quod idcirco &c. quòd ſatis eſt hæredi, cui ſub nomine quotæ aliquid relinquit teſtator vltra quartam, ſolum habere quartam, ſi onus ſoluēdorum legatorum immineat. No. tertio in §. idē Iulianus. hæredē, penes quē ſolum quarta remanet, non teneri ad legatorum ſolutionē, ſed fideicōmiſſarium tantum aſtrictum eſſe. In glo. fi. Bar. dicit glo. iſtam non deficere in aliquo, & aliqui alij. Tu dic, ꝙ nō eſt verum. & primo fac de ipſa duas partes principales, primam, ſ. an & quando hēs poſſit conueniri poſt reſtitutam hēditatē. Scđam, an & qñ poſſit conueniri ante reſtitutionē hēditatis. Capias primum mēbrum, & ſubdiuide in duo, ſ. dum quærimus nunquid hæres poſt reſtitutam hæreditatē poſſit conueniri à legatarijs. Aliud, num poſſit cōueniri à creditoribus. Capias
1 primum, † an & quando hæres poſt reſtitutionē poſſit à legatarijs conueniri. Et prima cōcluſio eſt iſta, ꝙ vbi fideicōmiſſarius tantum habet, ꝙ ſibi ſufficiat ad ſoluēda legata, tunc nunq̃ hæres poteſt à legatarijs conueniri, vt in hac l. §. fi. quia in ipſum, cui hēditas reſtituitur, oīa onera legataria tranſeunt. Secūda cōcluſio eſt, quòd vbi penes fideicommiſſarium non eſt tanta hæreditas, quod poſſit integraliter legatarijs ſatiſfacere, non poteſt hæres conueniri ad id quod habuit vltra quartam ſub nomine quotæ, vt in hoc §. ſed ſi quadringenta. Item & aſſume ex eodem tertiam concluſionem, ſcilicet, quòd vbi fideicōmiſſarius habet tantum, quod ſufficiat ad legata ſoluenda, tamen hæres poteſt conueniri ſi habuit aliquid vltra quartam ſub nomine quotæ. Quarta concluſio eſt, ꝙ vbi hæres non habet vltra quartam ſibi relictam à teſtatore ſub nomine quotę, poſito, ꝙ fideicōmiſſarius non hēat tantum, ꝙ ſufficiat ad legata, tamen non

poteſt

poteſt conueniri hrs. & ratio eſt iſta, quia in pari cā melior eſt conditio poſſidentis, vt l. ſeruum. §. ſequit. de ver. obli. & l. militis. §. Neratius. de teſta. mili. Nam hrs, qui retinet quartam, certat de lucro captando: legatarius qui non poſſidet, certat ēt de lucro, & ſic in pari cā &c. Quinta concluſio eſt iſta, ꝙ vbi aliqd relinquit hrdi ſub nomine certæ rei, non poteſt conueniri a legatarijs, niſi ſibi aliquid relictum ſit vltra quartam, & vltra hoc fideicommiſſarius non poſſit ſoluere legata, vt eſt caſus in §. ſi is qui quadringenta. ſ. eo. & §. ſi quis vna. Inſti. eo. Sexta concluſio eſt iſta, ꝙ vbi ipſe hæres hēt aliquid a teſtatore relictum, & aſcendit ſolum ad quartā ſub nomine quantitatis, tunc legatarij non poſſunt eum conuenire, ēt ſi non ſit tm̄ apud fideicommiſſarium, qđ ſufficiat ad legata, quia in pari cā melior eſt conditio poſſidentis, vt in regula, in pari. de reg. iu. lib. 6. Et per hoc eſt expeditum primum membrum. Capias ſecūdum membrū iſtius primi. ſ. nunquid creditores poſſunt conuenire hrdē poſt reſtitutam hæreditatem? & dic ꝙ cum penes hrdem remanet aliquid ſub nomine quotæ, & tunc creditores pñt ꝯ eum agere pro rata, vt l. j. C. eo. tit. & §. ſi quis vna. & §. & quia. Inſti. de fidei com. hære. quia ipſi creditores prætendunt titulū onoroſum, & de damno vitando, ipſe hęres certat de lucro captādo, & ſic melior debet eſſe conditio ipſorum creditorum, vt l. fi. §. & ſi præfatā. de iure delib. & l. fi. de codicil. Et alia rō eſt, quia quarta non debet detrahi niſi detracto ære alieno, vt in l. & ſine ſtipulatione. C. eo. tit. & Inſti. ad legem Falci. §. nunc eadem. & l. Papinianus. §. quarta. de inoffi. teſta. Secunda cōcluſio eſt iſta, ꝙ vbi penes hrdem aliquid remanet ſub nomine certæ quantitatis, tūc hæres nō poteſt a creditoribus moleſtari aliquo modo, ſi apud fideicommiſſarium ſit, quo ipſi creditores ſatisfieri poſſint, vt in hac l. §. ſi quis vna. Inſti. eo. quia hrdes habentur loco legata-

2 rij, vt d. §. ſi quis vna. & † legatarius non tenet creditoribus, vt l. fi. C. de here. actio. & l. quoties. de hære. inſti. Tertia concluſio eſt, ꝙ vbi hæredi aliquid eſt relictum ſub nome quantitatis, creditores habent ꝯ hæredes recurſum, qñ non eſt tantum penes fideicommiſſarium, quod ſufficiat, licet Ang. voluerit hic contrarium. Et ratio eſt aperta, nam melior eſt conditio creditoris, q̄ legatariorum in faciendo ſibi ſolui, vt d. l. fi. §. & ſi præfatā. de iure delib. Sed lex vult, ꝙ qñ legatarius non poteſt a fideicommiſſario cōſequi id, quod eſt ſibi legatum, poſſit hre recurſum contra hęredem, vt eſt caſus in §. ſi is qui. ſ. eod. Præterea hæres in quantitate legata ſibi a teſtatore ſub nomine quantitatis, habetur loco legatarij, vt in §. ſi quis vna. Inſti. eod. & d. l. quoties. ſed legatarij tenentur ſoluere ipſis creditoribus eo caſu, quo hęres non poteſt ſoluere, vt d. §. & ſi præfatam. & eodem modo in iſto hærede, qui hr̄ pro legatario reſpectu illius rei. Capias ter-

3 tium membrum principale. ſ. † nunquid hæres ante reſtitutam hæreditatem poſſit conueniri? & dic quod aut quęrit, an poſſit conueniri a creditoribus, aut a legatarijs, accipias primum mēbrum, an poſſit conueniri a creditoribus, & accipias iſtam regulam, ꝙ poteſt conueniri, vt l. ita tñ. §. qui ex Trebelliano. j. eo. & l. j. eo. tit. Fallit, niſi hęres adiuiſſet hrditatem coacte, quia tunc ante reſtitutionem non poteſt conueniri: vel niſi periculum eſt in mora. Fallit ſecundo, niſi hrs ſit in puncto reſtituendi, vt in caſu ſingulari in l. cum hęreditates ex Trebelliano. j. eod. ſecundum diuerſos intellectus gl. ibi. Capias ſecundum membrum, ſcilicet nunquid hęres poſſit conueniri a legatarijs, & dic ꝙ prima concluſio eſt, ꝙ vbi teſtator mandat per hrdem totam reſtitui, tunc hrs non poteſt ante reſtitutionem hrditatis a legatarijs conueniri, vt in caſu ſingulari l. fi. C. eo. quia ſi poſſet hrs cōpelli, non obſeruaretur teſtatoris voluntas, quæ fuit vt totum reſtitueret. Secunda concluſio eſt, ꝙ hæres non poteſt ante reſtitutionem conueniri, vt legata ſoluat, q̄ quidem ſunt nominatim a fideicommiſſario relicta, & hoc dico ex rōne tex. in d. l. fi.

4 quia † non poteſt ipſe legatarius infringere voluntatem defuncti. Tertia concluſio eſt, ꝙ vbi hrs rogat de reſtituendo deductis legatis, tunc poteſt ipſe inuitus cōueniri ad legata ſoluenda, vt l. Marcellus. §. Pomponius. j. eo. Sed quid in fideicommiſſario, puta teſtator dixit, grauo Titium de reſtituendo deductis legatis, fideicommiſſarius vult totam hrditatem, nūquid poſſit ſic dicere? & dic ꝙ non, quia eſt in electione hrdis, ſi vult reſtituere totam hrditatem, vel detrahere legata, vt l. cogi. §. inde quærit. j. eo. Prima concluſio eſt, ꝙ vbi ipſa legata ſunt ſimplr relicta, veluti lego centum, tunc hrs poteſt conueniri inuitus ad ipſa legata ſoluenda ante hrditatis reſtitutionē, vt l. proxima. & l. Marcellus. j. proxi. & in l. ita tñ. §. qui ex Trebelliano. j. cod. licet ꝯriū dixerit gl. in d. l. Marcellus. in fi. & male.

SVMMARIVM.

1 *Lex 12. tabu. qua liberalitate vſa erga teſtatorem.*
2 *Falcidiam ac Trebellianicam aduerſus teſtatoris voluntatem detrahi.*
3 *Hæreditate per hæredem non adita, nullius eſſe momenti, quæ teſtamento continentur.*
4 *Vniuerſalis a particulari fideicommiſſario quo ad cogendi hæredis facultatem, in quo diſtet.*
5 *Hæres coacte hæreditatem adiens, quatenus plectatur.*
6 *Relictum ſub nomine proprio num diſtet ab eo, quod ſub appellatiuo relictum eſt.*
7 *Legatis, reſtitutione per hæredem facta, non ſolutis, in quem ſoluendi onus reijci intelligatur.*
8 *Quartæ commodum, quod ob coactionem perdit hæres, ad quem pertinere dicatur.*
9 *Perſonam duplicem repræſentans, duplici iure vti poteſt.*
10 *Clauſula hæc, conſtituo te in locum mei procuratorem, quē ſenſum reddat.*

§. Qui quadringenta. Legata particularia cōtribuūtur cum fideicōmiſſo vñi, cum agit de detractione Falcidię atq; Trebel. qđ quidem fideicommiſſum tantum ęſtimatur, quantum ſupereſt in hæreditate deductis legatis ſimplr, vel ab hrde ſub nomine appel. factis, nec fideicommiſſarius tenetur ad legata in plus, q̄ teneret hrs. h. d. ſm veram & cōem lec. abſq; prin. l. ſeq. licet quidā ſimul legant. & hēt lex iſta pp ſui maximam difficultatē ſex diuiſiones. Prima fuit Iac. de Are. quā ſequit Bar. & eſt cōior & vera: ſm quā diuidit in tres partes. In prima ponit thema & qō ex ea reſultans. Secunda ibi, dudum. in qua ponit deciſionis ratio inſpecta l. 12. tab. ſecundum quam hrs non poterat detrahere Trebellianicā de reſti. hære. nec Falcidiā de ſoluendis legatis. & idē erat de pſumpta mente teſtatoris. Tertia ibi, itaq; ſic. in qua ponit deciſio conſiderata l. Falcidia, q̄ permittit detrahi quartā de legatis, & conſiderata Treb. q̄ permittit detrahi quartam de reſti. hære. Item ſecunda ſubdiuidit in tres. In prima eñ ponit deciſio principalis qōnis. Scda ibi, quia pſumptū. in qua ponit deciſionis rō conſiderata perſona fideicommiſſarij. Tertia ibi, nam hrs. in qua ponit ſecunda deciſionis rō conſiderata perſona hrdis. Itē tertia principalis ſubdiuidit in duas. In prima ponit qualiter contributis, hoc eſt commiſtis legato & fideicōmiſſo, hrs, qui ſponte adiuit, detrahat Treb. & Falci. Secūda ibi, non ergo plus. in qua decidit ſcda qō in litera poſita, & in qua decidit, quid debeat ſolui legatario, & quid debeat remanere penes fideicom. legatum ſoluentē eo caſu, quo hrs coactus hrditatem adiuit, & fideicommiſ. eandem reſtituit, nec ſolutis debitis legatis, nec detracta quarta aliqua. Pręmitto primo id qđ dicit tex. in l. j. ſ. ad le. Fal. & Inſti. eo. tit. in prin. & in l. verbis. de

1 ver. ſig. & ibi dr, † ꝙ antiquiſſima lex 12. tab. permittebat teſtatorē totam hrditatē legare, vel quō vellet, adeo ꝙ hrdes nec quar-

2 tam Falci. nec quartā Treb. detraherent. † Scdo pmitte, ꝙ Falci. & Treb. detrahunt ꝯ teſtatoris voluntatem, vt l. Titia. in fi. ſ. ad leg. Falci. Tertio præmitte, ꝙ lex ciuilis introduxit Falci. hoc eſt detractionem quartæ partis legatorum, vt hrs videns nullum commodum ex aditione ad ſe peruenire, hæreditatem non apprehenderet, & ſic teſtatoris voluntas remaneret annullata, vt Inſti. ad leg. Falc. in prin. Eadem rōne introduxit Trebellianus conſul detrahere quartā Treb. vt Inſti. de fidei. here. §. ſed quia

3 hrdes. † Quarto præmitte, ꝙ cum hrditas non eſt adita p hrdē, quæcunque remanent in teſtō, nullius ſunt momenti, vt l. ſi nemo. de reg. iur. & l. proxime. de his q̄ in teſt. deleg. l. ſi nemo. de teſt. tut. & peruenit hrditas ad illos, qui veniunt ab inteſtato, & nihil debet de legatis & fideicom. Præmitto, ꝙ nullus rlr niſi directo inſtitutus hrs, pōt detrahere Falci. vel Treb. qm̄ nec detrahit legatarius, vt l. in lege Falcidia. §. fi. ad le. Fal. nec fideicōmiſſarius, vt l. j. §. inde Neratius. ſ. eo. & l. mulier. §. Treb. j. cod. cum ſi. & rō eſt iſta, quia in legatarijs & fideicōmiſ. ceſſat rō, pp quam reperta fuit Falci. & Treb. ſ. ꝙ vltimæ voluntates non euaneſcant, vt l. j. §. is itaque. de cad. tol. & in l. ſi patroni. §. qui fi-

4 deicom. j. eo. † Pręmitto iterum, ꝙ licet fideicommiſſarius vniuerſalis habet ius cogēdi hrdē inſtitutum adire, tñ hoc ius cogēdi non hēt particularis fideicō. & legatarius, vt l. cogi. §. & gñaliter. & l. nā qđ. §. non oēs. j. eo. Et ratio eſt iſta ex mēte Legiſlatoris & Iuriſcon. in l. ſi quis omiſſa. ſ. ſi quis omiſ. cau. teſta. quia fideicōmiſſarius vñs hēt ius cogēdi hęredē adire, certe ipſe hęres nullum damnum poteſt ſentire, quia eoipſo ꝙ coactus eſt, in ipſum fideicommiſſarium omne onus transfertur, vt l. qui totam. & l. apud Iulianum. §. pe. & fi. j. eo. ſed ſecus eſt in particulari fideicōmiſſario & legatario, quia legatarius & fideicōmiſſarius particularis ad nihilum tenetur, quia eſt titulus lucratiuus, vt l. quoties. ſ. de hrdi. inſti. & l. hrditatē. ſ. manda. & l. fi. de hær. act.

5 C. cum ſi. Præmitto ſeptimo, † ꝙ hæres coacte adiens hæreditatem priuatur omni cōmodo hęreditario, vt j. e. l. quia poterat. & l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. j. eo. & ratio eſt vna, quæ ponitur in d. l. quia poterat. j. eod. & quia illa non bene concludit, tu ponas aliam, nam faciens actum coacte, priuatur eo beneficio, quod habet faciēs voluntarie, vt l. 2. §. ſi mater. lo 2. ver. quid ergo. j. ad ſenatuſcon. Turpil. & l. j. C. de lib. & eo. lib. & alibi dixit Barto. in l. j. ſ. ad Silla. Octauo præmitto, quòd ſi hæres adeat hęreditatem coacte, priuatur omni detractione quartæ Falcidiæ,

adeo ꝙ illud transfertur in fideicõmiſſarium, vt l. facta. §. quod
6 ſi ſuſpecta. & l. Marcellus. §. quod ſi ſuſpecta. ꝫ. eo. Pręmitto, † ꝙ
eſt magna differẽtia aliquid relinquere ſoluẽdum ſub nomine
appellatiuo, vel relinquere ſub nomine proprio, ſcilicet grauo
hęredẽ ſoluere, vel grauo Petrum hęredem, vt l. Celſus. §. quod
alicui. ꝫ. de leg. 2. & in l. ſi plures. de leg. 3. & l. j. §. id quod ex ſub-
ſtitutione. ſ. ad legem Falcidiam. & l. turpia. ſ. de leg. j. Sed ſecũ
dum Ange. hic ſecunda pars diuiditur in quatuor. In prima po-
nitur deciſio. In ſecunda ibi, quia præſumptũ. ponitur ratio de-
ciſionis, quando reſtitutio præuenit legatorum præſtationem.
In tertia ibi, nam hæres ponitur eiuſdem deciſionis ſecunda ra-
tio, prout & conſiderato quòd reſtitutio hæreditatis præuenit
pręſtationem legatorum. In quarta ibi, nam hęres. ponitur eiuſ
dem deciſionis ratio tertia, quando legatorum præſtatio pręue-
nit reſtitutionem. Sed ſecundum glo. & melius hęc eadẽ ſecun
da diuiditur in quatuor. In prima ponitur quæſtionis determi-
natio. Secũda ibi, quia præſumptum. in qua ponitur ratio, qua
re fideicõmiſſarius teneat̃ ad legata. Tertia ibi, nam hr̃s. In qua
ponitur ratio, quare penes fideicõmiſſarium remaneant cẽtum
integra, & hæc eſt vera diuiſio huius ſecundæ partis principalis,
licèt quidam Moderni & non bene, dicant iſtam ſecundam di-
uidi in tres partes. Prima in qua ponitur quæſtionis determina-
tio, & prima ſit ibi, quia præſumptum. in qua ponitur ratio de-
ciſionis, Secunda ibi, nam hr̃s. in qua ponitur ipſius rationis ra-
tio. Tertia ibi, & quod hæres, in qua ponitur ipſius rationis de-
claratio. ſed tene præcedentẽ, vt dixi. Secũdum vero Dy. lex iſta
diuiditur in quatuor. In prima ponitur thema & quæſtio. In ſe-
cunda ibi, dicẽdum. ponitur quæſtionis determinatio admiſta
ratione, & conſiderando fideicõmiſſarium ex perſona ſua. Ter
tia ibi, nam hæres. in qua ponitur alia ratio, ex qua reſultat alia
determinatio, conſiderando fideicõmiſſarium ex perſona hære
dis. Quarta ibi, itaq;. in qua ex præmiſſis concludit. Et ſecundũ
Ray. diuiditur principaliter in tria. In prima ponũtur thema &
quęſtio. Secunda ibi, dicẽdum. in qua ponitur determinatio, &
eſt duplex ratio eius conſiderato fideicõmiſſario in perſona hæ
redis, & in hoc eſt contra Dy. Tertia ibi, itaq;. in qua ponuntur
illatio & concluſio, conſiderata perſona fideicõmiſſarij ex ſe, &
perſona hæredis. Tu vero tene diuiſionem Bar. in omnibus, prę
terquàm in ſubdiuiſione ſecũdæ partis principalis, in qua tene
7 glo. cum illa litera ſit cõmodior. No. primo ex litera, † ꝙ vbi le-
gata ſunt ſimpliciter relicta illis non ſolutis, facta per hæredem
reſtitutione præſumptionem eſſe tacitam fuiſſe tunc teſtatoris
voluntatem, vt in fideicõmiſſarium onus ſolutionis legatorum
transferatur, & ratio eſt, quia legata tali modo relicta cẽſentur,
vt à fideicõmiſſario aſs ſubſtituto repetita, vt l. licet Imperator,
ſ. de leg. j. & de leg. 2. l. cum pater. §. à ſubſtituto. No. ſecũdo ibi,
nam hæres &c. quia hæres rogatus de reſtituẽda hæreditate, in-
telligitur in dubio de ponẽdo rogatum fideicõmiſſarium loco
ſuo, & ideo ipſe fideicõmiſſarius tunc habetur loco hæredis, li-
cèt proprie non ſit hęres, vt ꝫ. eo. l. ſi poſtulante. ſ. quod cum eo.
l. ſi filius. Inſtit. eo. §. reſtituta. No. tertio ex ver. quòd hr̃s. quòd
inſpecta l. 12. tab. cuius tempore non erat locus detractioni Fal-
cidiæ, vel Trebellianicæ, hæres rogatus de reſtituenda hæredita
te intelligitur rogatus de eo reſtituendo, quod penes hæredem
remanet ſolutis oneribus hæreditarijs, ſi rogatus de reſtituendo
non foret. Nota quarto in ver. itaq;. quòd conſiderato tempore
poſt l. 12. tabularum, quo quidem reperta fuit detractio Falci-
diæ & Trebellianicæ, hæres ſponte adiens relictis legatis aſcen-
dentibus ad tres partes, & rogatus hæreditatẽ reſtituere, poteſt
& de legatis & fideicõmiſſarijs Falcidiã & Trebellianicam de-
trahere ipſis legatis & fideicõmiſſo adinuicem coniunctis, & vt
coniunctis pro tunc conſideratis, vnde vt hęres habeat tantum
quartam partem hæreditatis, & legatarius pro tribus partibus
ſibi legatis cõtribuit, & fideicõmiſſarius pro quarta parte, quã
in effectu percepturus eſt. Nota vltimo in ver. non ergo plus. ꝙ
8 ad † illum ſpectat cõmodum quartæ, cuius detractionem hæ-
res perdit ob coacte aditam hæreditatem, qui habet ius cogen-
di hæredem adire, & ſic ad fideicõmiſſarium vniuerſalem, non
autem ex quarta illa aliquid accedit lucro legatarij, vel particu-
laris fideicõmiſſarij, qui quidem ius cogendi hæredem inſtitu-
tum adire non habent, vt ꝫ. eo. l. cogi. §. & generaliter. & l. nam
quod. §. non omnis. ſ. ſi quis omiſſa cau. teſta. l. ſi quis omiſſa. in
glo. j. vſq; ad vlt. quod lex contineat quatuor, & decidat. Primũ
eſt, ꝙ ſi hæres compulſus adeat hæreditatem, & reſtituat fidei-
cõmiſſario hæreditatem integram, quòd penes ipſum fideicõ-
miſſarium debent remanere cẽtum integra, adeo quòd legata-
rius nihil poteſt petere. Secundum, quod vult, eſt iſtud, ꝙ iſti le
gatario fideicõmiſſarius habeat trecẽta integra nulla detractio
ne facta ſoluere, & in hoc maledicit cõſiderata l. Trebellianica
& Falcidia, ſed conſiderata l. 12. tab. bene dicit. Tertio vult, ꝙ ip
ſe legatarius de illis cẽtum quadringẽtis, quæ remanẽt apud fi-
deicõmiſſarium, nihil poſſit percipere. Quartum quod vult gl.
eſt, ꝙ ſi hæres eſt inſtitutus, & in codẽ teſtamẽto ſunt legata tre-
cẽta, & rogatus eſt de reſtituenda hæreditate, tunc ſi hæres ap-
prehendit voluntarie hæreditatem de trecentis quæ habet ſol-
uere, habebit 80. detrahere Falcidiam, & de illis cẽtum detrahe
re habet 25. ex reliquo Trebellianicã. & in iſto bene dicit. Et vi-
de circa ſuperiora, ſi bene dicit. Et gl. quæ primo vult, ꝙ ſi hæres
coacte adit hæreditatem, & reſtituat fideicõmiſſario, fideicom-
miſſarius ipſe hẽat cẽtum, in hoc non bene dicit. Et in hoc prę-
9 ſuppone duo. Primo, † ꝙ reprę ſentans duplicẽ perſonam, dupli
ci iure vti poteſt, vt l. tutorẽ. ſ. de his quib. vt indig. & l. cum qui-
dam. C. de admi. tuto. & l. ſi conſul. ꝫ. de adop. & plene notatur
in l. ſi plures. ſ. de pac. Secundo prę ſuppone, quòd hęres coacte
apprehendens hæreditatẽ priuatur beneficio detractionis quar
tę, vt l. quia poterat. cum ſi. ꝫ. eo. Tertio præſuppone, quòd hr̃s
coacte adiens hæreditatem, & reſtituens, transfert in fideicom-
miſſarium ius detrahendi Falcidiam in ſoluendis legatis, vt l. fa-
cta. §. ſed ſi ſuſpectam. & l. ſi patrono. §. fideicom. ꝫ. eo. Nam ca-
ſus l. noſtræ eſt, Teſtator inſtituit Caium hæredem, & legat Ti-
tio 300. & grauat hæredem de reſtituendo hęreditatem, ipſe hę
res eſt coactus adire hęreditatẽ, & ſic non poteſt detrahere Tre
bellianicam. Itẽ tranſmittit in fideicõmiſſarium ius detrahendi
quartã Falcidiam mandato teſtatoris. Ad propoſitum ſi ſic eſt,
ſequitur, ꝙ cum ipſe hr̃s ſi voluntarie adiuiſſet hr̃ditatẽ, habuiſ-
ſet reſtituere fideicõmiſſario, & ſic potuiſſet detrahere quartã,
& ſic cum adit coactus perdit, & tranſmittit illa cẽtum integra
ad fideicõmiſſarium, & iſtorum cẽtum fideicõmiſſarius habet
75. ex perſona ſua, & ex perſona hr̃dis habet 25. & in iſto bene
dicit. Sed nunquid habet vltra? Gl. dicit ꝙ non, & male, nam ha-
bet 100. & 75. Nam ipſe habet ſoluere legatũ 300. potuiſſet de-
trahere 75 & cum trãſmiſit in fideicõmiſſarium, tranſmittit il-
la 75. quæ erant remanſura penes hæredẽ, & ſic remanẽt apud
fideicõmiſſarium 175. centum ex perſona hæredis, 75. ex perſo-
na ſua. hoc procedit inſpecta determinatione ſenatuſ cõſul. Tre
bellia. & Falcidię. Sed inſpecta l. 12. tabu. glo. dicit verum, quòd
legatarius debet habere 300. & iſtum intellectum teneas, & di-
mittas gl. & dicam tibi cras in l. Marcellus. Sed do. Ang. hic mul
tum no. iſtum tex. in ver. non hæres. dicit iſtum tex. notandum
ad vnum, ſcilicet quòd ſi quis aliquem procuratorẽ conſtituit
per hęc verba, ſcilicet cõſtituo te in hoc iudicio loco mei. quòd
iſte intelligitur eſſe conſtitutus in rẽ ſuam, adeo ꝙ ſuo nomine
poteſt mouere vtiles actiones, & exercere directas actiones, quę
illius rei reſpectu remanſerunt penes dominum conſtituẽtem.
Exemplum, habeo actionem ad cẽtum contra Titium, & dico
vni, ego pono te loco mei in illa actione, quam habeo ꝯ debito
rem meum Titium. & vult Ang. ꝙ poſſit vtilẽ actionẽ moue-
re: & vult, ꝙ poſſit exercere directã actionẽ ad vtilitatẽ ſui. Ad-
uerte, quia nõ dicit verum, & dicit ipſe, ego allego tex. iſtũ, qui
dicit, ꝙ fideicommiſſarius, cui fit reſtitutio, ponit̃ loco hr̃dis, &
certũ eſt, ꝙ hr̃s põt mouere vtiles actiones ꝯ creditores, ergo ſe
quit̃, ꝙ poſſit ipſe procurator per iſtũ tex. actiones vtiles contra
debitores in vtilitatem ſuã mouere. & alle. no. per Bart hic, & in
l. in prouinciali. §. fi. ſ. de no. ope. nun, & ipſe male dicit. Nec ob.
iſte tex. quia non põt mouere actiones vtiles fideicõmiſſarius
ipſe ex eo, ꝙ loco hr̃dis eſt poſitus, ſed ex eo, quia facta reſtitu-
tione ex authoritate l. Trebel. transfert in ipſum actiones oẽs.
Nec aliquid facit qđ no. Bar. in d. l. prouinciali. §. fi. Nam Bar. di
cit, ꝙ ꝑ illa verba, pono te in locũ meum, cenſet̃ quis conſtitu-
tus procurator. & iſtud volo intelligi ſimpľr ad vtilitatẽ dñi. &
ſic Ang. nunq̃ bñ dixit, ſed nõ dixit in rem ſuam. Sed quod iſta
10 verba, † conſtituo te loco mei, non faciant procuratorẽ in rem
ſuam, probo ex trib. Primo ex tex. in l. q̃ oĩa. ver. plane. ſ. de pro-
cur. vbi dr̃, ꝙ nunq̃ præſumit̃ quis eſſe procu. in rẽ ſuã, niſi pro-
bet̃ expreſſe, q̃ ſibi intelligit̃ conſtitutus in rẽ dñi, & eius vtili-
tatẽ. & ẽt ꝑ iſta verba, conſtituo te loco meo. Probo ſecũdo, nõ
vñr eſſe minoris importantiæ iſta verba, pono te in locũ meũ.
q̃ iſta, facias de tali re, vt de tua. Sed ꝑ iſta verba nõ vr̃ cõſtituiſ-
ſe procu. in rẽ ſuã, vt l. j. §. cauere. iuncta l. ſeq. ſ. vſufruc. quead.
c. & ad hoc facit quod no. Bar. in l. j. §. fi. ſ. de no. ope. nunc. Ter-
tio, ꝙ iſtud dictum non ſit verum, patet: nam iſta verba nõ vñr
eſſe maioris importantiæ, q̃ ſi ego dicã, do tibi ptãtem, ꝙ de ta-
li re poſſis facere, id qđ ego poſſim facere, ſi eſſem pñs. ſed ꝑ iſta
verba non intelligit̃ eſſe factus procurator in rẽ ſuã, vt l. credi-
tor. §. Lucius. nam & in ca. expoſuit. de dila. Et ad hoc facit qđ
no. Bar. in l. j. §. fi. de offi. procu. Cæſa. & l. procu. cui lib. ſ. de pro
cu. Vlterius dixit male, ꝙ ꝑ iſta verba poſſit exercere actiones di
rectas, quæ ſunt penes conſtituentem. Nam tex. in l. 2. §. cum
quis. ꝫ de hæredita. vel actio. vendi. vbi dicitur, quòd emptor
hæreditatis videtur eſſe conſtitutus loco hæredis, ſed ego ha-
beo caſum in l. emptor. de hæredita. vel actio. vendi. quòd niſi
illæ actiones ſpecifice donentur a venditore, nullo modo po-
teſt intentare, ergo per iſta verba non videtur poſſe exerce-
re directas.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus de ſoluendis legatis, ſimulque reſtituenda hæreditate, quatenus grauatus eſſe cenſeatur.*
2 *Relictum nominatim ab hærede quatenus hæredem obliget.*
3 *Dictio, quaſi, quid notet.*
4 *Quantam partem, quotam non eſſe.*
5 *Teſtatoris vltimam voluntatem prævalere, cum vltra patrimonij vires legat.*
6 *Teſtari non poteſt, qui bona non habet.*

LEX III.

MArcellus. Legata particularia contribnuntur cum fideicõmiſſo vniuerſali, quod tantum æſtimatur, quantum eſt hæreditas non deductis legatis, cum nominatim legata ipſa ab hærede relicta ſunt. Et legatarius tantum conſequitur a fideicõmiſſario, cui reſtituta eſt hæreditas per hęredẽ coactum, quantum conſequeretur ſi hæreditas ſponte fuiſſet adita. hoc dicit. vſque
1 ad ver. quod autem. Nota primo, † quòd cum teſtator ab hærede conſtituit legata ſoluenda, eodem grauato de hæreditate reſtituenda, tantum cenſetur grauatus reſtituere, quanta eſt ipſa hęreditas ipſis legatis non deductis. Vnde cum hic pręſupponatur hęreditatem ſolum continere quadringenta, merito cenſetur grauaſſe hęredẽ de quadringẽtis reſtituẽdis, & ꝓñr legatum trecẽtorum, quod vltra fecit, cẽſetur excedere patrimonium teſtatoris. Quæro ſcđo, ꝙ cum quis teſtator vltra q̃ vires ſui patrimonij ſint partim legando vna cum grauamine reſtituẽdo hæreditatẽ integram, partim legando ab hr̃de nominatim, partim grauando de reſtituẽdo hæreditatẽ integram, duplex in ipſis relictis fit diminutio. Prima in eo, quod voluntas teſtatoris excedit quantitatẽ patrimonij, & hoc fit pro rata. Secunda eſt, quæ conſiſtit in detractione quartæ, quæ dẽtur hæredi. Ad idẽ ſ. ad leg. Fal. l. in quantitate. §. fi. ſ. de leg. j. l. ſi quis teſtamẽto. §. j. No. tertio in §. quod ſi ſuſpecta. cõmodum quartæ, quod hr̃s amittit ob compulſionẽ de adeũdo, applicari fideicõmiſſario, cui cogẽti hæreditas reſtituitur, non autẽ ipſi legatario, qui ius cogẽdi non hẽt. Ad idẽ l. ſi patroni. §. qui fideicõmiſſariam. & l. ſi fa-
2 cta. §. ſi cum ſuſpecta. † Ad euidẽtiam præmitte, ꝙ cum quid relinquitur ab hr̃de nominatim ſoluẽdum, illud non cẽſetur eſſe onus hr̃ditarium, adeo ꝙ ſi hęreditas tranſeat ad alium, in illum non tranſit onus de ſoluendo, vt l. Celſus. §. quod alicuius. de lega. 2. & l. i. §. id quod ex ſubſtitutione. ſ. ad leg. Aquil. & l. ſi plures. ſ. de leg. 3. No. in l. j. §. pro ſecundo. & §. ne autẽ. de cad. tollẽ. & l. quæ conditio. ſ. de condi. & demon. Exemplum, inſtitui hęredẽ Titium, & lego cẽtum ſoluẽda per ſeipſum Titiũ &c. Pręſuppone ſecundo, ꝙ cum quid relinquitur per teſtatorẽ titulo legati ſimpliciter, vel ab hærede ſub nomine appellatiuo, tunc iſtud legatum cẽſetur eſſe onus hr̃ditariũ, adeo quod is, ad quẽ trãsfertur hæreditas, tenetur ſoluere in ea relictum, vt l. licet Imperator. ſ. de lega. j. & l. cum pater. §. ab inſtituto. de lega. 2. Præſuppone tertio, ꝙ teſtator ipſe faciẽdo legata per ſe, vel faciẽdo legata & fideicõmiſſa perſonis pluribus, facit illa vltra quam vires patrimonij ſuppetunt, tunc de ipſis legatis pluribus perſonis factis fit diminutio pro rata, vt in l. ſi quis teſtamento. § j. ſ. de libe. & poſthu. & l. clemens patronus. ſ. de hæred. inſtit. Præmitte tertio, ꝙ facta diminutione, per quam fit diminutio ſecunda in iſta, hæres detrahit Falcidiam & Trebellianicam, vt d. l. in quantitate. §. fi. nam hic teſtator exceſſit patrimonium, nam habebat 490. & legauit 700. fideicõmiſſario 400. & legatario 300. nã iſta l. conſiderauit duo, cum teſtator non habeat niſi 400. Nam hæres debet habere centum, & ſic remanent trecẽta, quę debẽt diuidi in ſeptẽ partes. Quatuor partes dẽt habere fideicõmiſſarius, & tres partes legatarius. dixi in l. qui quadringẽta qñ legatum fuit ſimpliciter factum. & iſta eſt vera lec. Sed oppo. de tex. hic, & in ver. itaq; &c. & ſic non fuit factum ſimpliciter, ſed ab
3 hr̃de. Rñde, † ꝙ dictio, quaſi, non denotat veritatẽ, ſed ſimilitudinẽ. & pro hac ſolutione eſt hic tex. ꝙ qñ legata fiunt ſimpliciter hærede inſtituto & grauato de reſtituẽdo, quo ad effectum detrahẽdi quartam legata habenẽ relicta ab hr̃de. Nam ex quo legata ſimpliciter relicta hr̃s hẽt dare, & ſic ſi coactus adit, tranſmittit detractionẽ Falcidię ad fideicõmiſſarium. Alle. l. lege Falcidia. ſ. ad leg. Fal. Scđo oppo. dicitur in litera, ꝙ cum legata ſimpliciter relinquuntur, ſi hr̃s coactus adit hæreditatẽ, & reſtituit fideicommiſſario, poteſt detrahere. contra videtur tex. in l. fi. C. eo. vbi dicitur, ꝙ cum teſtator facit legata ſimpliciter, videntur legata relicta a fideicõmiſſario. Nam cum teſtator iniungit legata ſoluẽda. qui tamen legatarius non poteſt detrahere quartam, vt d. §. ſi cum ſuſpecta. & d. l. ſi eum patroni. §. qui ſuſpectam. Bar. tenuit opi. Azo. ſcilicet, quòd l. Marcellus. corrigeret. l. iſtam. poſtmodum ſoluit ſic. Nam illa l. fi. dicit ſic, Teſtator, qui inſtituit hæredem, legat ſimpliciter centum, grauat de reſtituendo omnem hęreditatem vel totam, quęritur ibi, quis ſoluere debeat legatum, an hæres, vel fideicõmiſſarius? & dicitur ibi, quòd fideicõmiſſarius, & ſolue ſic. Nam ibi igitur legatum ſimpliciter factum videtur eſſe ſoluẽdum a fideicommiſſario, quia teſtator grauauit totam hęreditatem, vel omnẽ, nam tunc infringeretur voluntas teſtatoris, cum vult ꝙ tota hr̃ditas reſtituatur, hic eſt ſecus. Nam teſtator grauauit hr̃ditatẽ ſimpliciter reſtitui & ſic capias duas concluſiones. Primam, ꝙ vbi teſtator grauat ſimpliciter, videtur a fideicõmiſſario ſoluẽdum. Secunda, ꝙ vbi legatum factum eſt ſimpliciter, ẽt hæreditas reſtituẽda eſt ſimpliciter, cum vero totam integram eſt adiectum, tunc legatum ipſe hr̃s dẽt reſtituere. Soluas ſecũdo, nam in caſu d. l. fi. legatum videtur relictum ab hr̃de, tamẽ ſoluẽdum a fideicommiſſario. Nam non eſt abſurdum, ꝙ quis ſit obligatus ad vnum, & alter ſit obligatus ſoluere, vt eſt caſus in d. l. fi. Dat do. Ange. tres ſolutiones, ſcilicet, cum teſtator inſtituens hæredem grauat de reſtituẽdo, & legat ſimpliciter, diuerſis reſpectibus illud legatum videtur relictum ab hr̃de & fideicõmiſſario, & quòd a legatario poteſt detrahi quarta Præterea videtur legatum ſimpliciter relictum à fideicõmiſſario, & iſta poteſt eſſe bona ſolutio. Et iſta ſunt dicta ad l. qui quadringẽta. Capias l. Marcellus. quæ dicit, quòd ſi teſtator habens in bonis 400. & legat 300. & grauat de reſtituendo, hæres habet 100. & alia trecẽta diuiduntur in ſeptem partes, vt vidiſti. Oppo. de l. cum quæritur. C. de lega. vbi dicitur, quòd ſi teſtator vni legat fundum, poſtmodum alteri legat illius fundi partes tres, hæc ambo ſunt valida. Dicit ibi, quòd debẽt ibi fieri quatuor partes, primus habet vnam partẽ, alius tres. Ita in propoſito, nam teſtator legat 300. & grauat reſtitui per hęredem, hęreditas 400. quę diuiditur in quatuor partes. Solu. nam ibi legauerat teſtator totum fundum, deinde legauit partes tres. Nam illud minus venit detrahẽdum, ſcilicet, pars tertia ex intentione teſtatoris, hic erat ſecus. Nam hic legauerat primo partem de toto, quod totum venerat reſtituẽdum, & ſic de parte non poterat detrahi totum. Secundo ſol. ꝙ tex in l. cum quęritur. loquitur, cum legata ſunt vniformia, hic loquitur quando legatum & reſtitutio ſunt difformia. Nam teſtator in l. cum quęritur. habebat vnũ fundum, & fecit de iſto fundo legata duo, & vni legauit fundum totum, & alteri partẽ tertiam & ſic retulit ſemper ſe ad quotam, & ſic legata erãt vniformia. Sed hic ſecus eſt, quia teſtator legando retulit ſe ad quãtum, & fideicõmittẽdo retulit ſe ad q̃titatẽ, quia legando non dixit, lego tertiam partẽ, ſed retulit ſe ad numerum quantitatiuum, nõ
4 aũt ad quotatiuum. Nam dixit, lego 300. † nam quanta pars nõ dicitur quota, vt l. & ſi tota. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. qui fundum. §. qui filios. ſ. ad leg. Falcidiam. nam d. l. cum quęritur. hẽt locũ ſolum, quando teſtator faciẽs legata plura de eadẽ re, refert ſe ad quotam. Sed cum teſtator non refert ſe ad quotam, non habet locum illa lex. Exemplum, lego Caio centum, Sempronio 30. nunquid illa cẽtum debeant detrahi ex illis 30. certe non, vt l. cum cẽtum. de ali. leg. & l. plane. §. ſi vero. de leg. j. vbi teſtator non procedit per verba quantitatiua, ſed qualitatiua, tunc ex toto remouẽtur legata omnia. Quando refert ſe ad quantitatem, tunc iſta legata miſcẽtur ad inuicẽ, & fecit ſex partes. Primus ha-
5 bebit quatuor, ſecũdus duas. Vides † ex hoc, ꝙ vbi teſtator legat vltra vires patrimonij, quòd valet vltima ipſius teſtatoris voluntas. Sed pone caſum, quidam teſtator, qui habet 400. in bonis. itẽ habet 400. in debitis, inſtituit hęredẽ, num valida ſit inſtitu-
6 tio. & videtur quòd non, quia † non habens bona non poteſt teſtari, vt l. lege Cornelia. de vulg. & pupil. & auth. ingreſſi. de ſacroſan. eccle. Sed in caſu noſtro vr̃ teſtator teſtari de eo, qđ eſt alienum, ſcilicet creditoris. Tamẽ contrarium eſt verum, nam hęreditas habet onus ęris alieni, vt l. neceſſe. de verb. ſignifi. & l. ſi quis ſeruum. §. fi. de leg. j. Nam nõ nocet creditori, imo prodeſt ipſis creditoribus, cum habent eum, qui habet reſtituere. Et hr̃ditas eſt quid iuris, quę põt ſtare ſine corporali re, vt l. hęreditas. de peti. hęredi. Pone, ꝙ teſtator tantum dẽt creditoribus, quantum habet in bonis, & facit multa legata particularia, nunquid valeant illa particularia legata? & certe non, vt l. ſi vniuerſę. C. de leg. 2. l. ſucceſſore. C. ad legem Falci. Et ratio eſt, quia prius debent ſolui per hęredem debita quàm legata, vt l. fi. §. & ſi pręfatam. C. de iure deliberan. Et ſi hęres ſoluit legata, ipſi creditores habent recurſum contra legatarios. Sed quid in vniuerſali fideicõmiſſo? Glo. in l. j. C. ad Trebellianum. cõcludit ꝙ ſic. pro qua eſt j. eo. l. ſi hęres ab eo. quia quẽadmodum valet inſtitutio hęredis rãtum, ita valet fideicõmiſſum vniuerſale, quia eo reſtituto locũ hęredis tenet, vt in l. ſtipulante. §. ſi hmõi. j. e. Glo. in l. Marcellus. quęrit, quando hęres & quando fideicõmiſſarius tenetur legata reſtituere, & de omnibus iſtis dictis vidiſti in §. ſi quadringenta. j. eodem. Nam dixi in §. ſi hęres. l. j. quòd ſi teſtator legat hęredi rem vnam, & euincitur ab hęrede, non habet recurſum contra fideicõmiſſarium. Et mouebat per tex. dicentẽ, ꝙ tali caſu hęres non poteſt cogere fideicõmiſſarium ad pręſtãdum cautionem in caſu, quo euincatur, per illum tex. &

conſului pridie, & inueni glo. ordi. contra me in l. hæres perce-
pto. ǰ. eo. Et an melius dicat, quàm ego, ibi videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia de legatis ex quibus cauſis non detrahitur, ex iiſdem nec de reſti-
tuenda hæreditate detrahetur Trebellianica.*

2 *Quartam ab hæreditate legatis atque fideicommiſſis exhauſta vnde detra-
here liceat.*

3 *Legatum quibus caſibus Falcidiam non patiatur.*

4 *Priuilegiatus aduerſus priuilegiatum, num priuilegio vtatur.*

5 *Relictum pro anima num dicatur perpetuo ad pias cauſas relictum? Et
quid in relicto in dotis cauſam. Et ex huiuſmodi relictis num Trebellia
nica deduci poßit.*

6 *Falcidiam Trebellianicam ſub ſe continere. Et Falcidiam quibus caſibus
hæres non detrahit, iiſdem nec Trebellianicam.*

7 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

8 *Pauperibus inſtitutis, inter ipſos quis hæreditatem diuidet? Et an epiſco-
pus, qui huiuſmodi relicti hæres cenſetur, quartam in reſtitutione de-
trahat.*

9 *Subſtitutio directa, quæ & quibus verbis fiat? Et quæ obliqua.*

10 *Trebellianicam num ob non confectum inuentarium hæres amittat.*

§. Quod autem. Quemadmodũ cum hæres pro-
pter coactionem perdit Falcidiã,
legatarii tñ a fideicõmiſſarijs conſequuntur, q̃tum cõſequutu-
ri fuiſſent ab herede, ita & tunc iiſdem ex cauſis heres detractio
nem quartæ Trebellianicæ non habere etiam cenſetur. h.d. ſm
vnum intellectum. Vel ſic ſm alium. Eo caſu, quo in legatis nõ
habet locum detractio Falcidiæ, eodem non habet locum in fi-
deicõmiſſo detractio Trebellianicæ. h.d. ſm alium. Vel ſic ſm
tertium. Sicut legata & fideicõmiſſa contribuuntur, & de qui-
buſlibet detractio fit pro rata, cum hæres hereditatem ſuſpectã
adire coactus eſt, & teſtator in vltima voluntate vltra hæredita-
tis vires diſpoſuit, ita & tunc ex ipſis legatis Falcidia detrahi nõ
poteſt. & non ſolum de fideicommiſſis, ſed etiam legatis ambo
bus his adinuicem commiſtis hæreditatis quarta pars per here
dem inſtit. eſt detrahenda. hoc dicit tertio §. ſeq. No. ex §. quòd
1 autem. † regulam, ex qua ad multa arguitur, ſcilicet ex quibus
cauſis nõ poteſt detrahi ex legatis quarta Falcidia, ex iiſdem de
reſtituenda hæreditate non poteſt detrahi Trebellianica. Nota
ſecundum alium intellectum, quòd milite reſtante non ſit lo-
cus detractioni quartæ Falcidiæ, vt hic. & in l. in teſtamento. C.
de teſta. mili. & in l. in teſtamento. C. ad leg. Falci. l. ſi poſt miſſio
nem. No. tertio ſm alium intellectum, ꝙ eo modo, quo ſi hæ-
res legata ſoluere nõ poſſet ex his Falcidiam detraheret, eodem
modo & ſi ſoluat fideicõmiſſarius non minus, neq; plus debet
legatarius percipere fideicõmiſſario ſibi ſoluente legata ab hæ-
rede facta, quæ percepturus fuiſſet hærede ſoluente, vt hic eſt
tex. ſm hunc intellectum. Ad idẽ ſ. eo. l. qui quadringenta. No.
2 in §. idem Pomponius, † quartam hæreditatis partem per hære
dem detrahendam eo caſu, quo teſtator hæreditatem totam fi
deicõmiſſis atq; legatis ſubmittit detrahendam fore, non ex le-
gatis tantum, nec ex fidecommiſſis tãtum, ſed ex omnibus quo
ad effectum detractionis in ſimul conſideratis, vnde ex ſingulis
legatis & fideicõmiſſis tot quartæ partes debent detrahi, quòd
illæ inſimul concretę vnam quartam faciant hęreditatis. & hoc
vult iſte tex. ita clare intellectus. In glo. ſuper ver. alij. addas ad il
3 los caſus quatuor. Primus, † vbi teſtator aliquid legat, & legata
rium prohibet alienare rem illam legatam, vt in caſu no. in au-
then. ſed in ea. aliàs, in auth. nec in ea. C. ad leg. Falcid. Et in repe
titione mea, quam faciã die Dominico, quæ erit decimus quar-
tus menſis Nouembris, an. 1417. in S. Euſtachio, quæ erit dies
S. Catherinæ. Secundus caſus eſt in legato alimentorum facto
pauperi, vt l. diui Verus. ſ. ad leg. Falcid. Tertius caſus eſt, vbi te-
ſtator legato facto adiicit verbum, hoc totum, vel integrum, vel
plenũ, quia tũc de illo legato non poteſt detrahi Falcidia, vt gl.
in l. pen. ſ. de fideicom. liber. Illam comprobat Bal. in auth. ſed
cum teſtator. C. ad leg. Falci. ſubdens, ꝙ illa glo. non eſt alibi, &
facit magnum feſtum. & nõ videt caſum rotundum in l. ſi poſt
miſſionem. ſ. ad leg. Falcid. vbi eſt verbum, plene. & eſt tex. in l.
pen. in fi. & ſic ab identitate rationis ad plenum trahitur, & ad
alia verba, ſcilicet integrum & totum. Quartus caſus eſt, cũ di
cit teſtator iſta verba, lego tali pleno iure, & grauo, vt reſtituat
hæreditatem pleno iure. & dic idem vt per eundẽ Bal. in l. pre-
cib. C. de impub. & Bar. in l. Centurio. ſ. de vulg. & pup. Tamen
Ang. eſt in ꝯtria opi. in l. 2. §. ad filiorum. C. quãdo & quib. quar-
ta pars debe. lib. 10. & in Auth. de hære. & Falc. §. ſi vero expreſ-
ſim. & reperi Oldra. in conſilijs ſuis conſi. 398. qui idem vult.
Et iſti duo Doctores habent fundamẽtum leue. & allegant tex.
in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Fal. & in §. ſi vero expreſſim.
de hære. & Falc. in quibus dr̃. ꝙ quando teſtator vult prohibere
Falcidiam, debet expreſſim prohibere per verba expreſſe deno-
tãtia. Sed iſta verba, pleno iure, vel tota, vel plena, non inducũt
expreſſam prohibitionem, ſed tacitam, ergo &c. & in iſtis poſui
duas ꝓfones, idcirco nõ examino. Vltimus caſus, dum legatum
fit ad pias cauſas, vt in auth. ſimiliter. & auth. vnde ſumitur. C.
ad leg. Falci. tamen de iure Digeſtorum poterat, vt ſ. ad leg. Fal
ci. l. j. §. ad municipium. Ang. adiecit limitationem vnam, vbi ẽt
quid piũ ſit hæres inſtitutus, quia tunc poterit Falcidia detrahi,
vt in Auth. de ſanct. epiſc. §. ſed hoc prętertim, per illum text. Et
attende, quia non eſt alibi, & fige menti, quia nunquam ipſe
4 Ang. dixit verum, niſi nunc. Et ratio poteſt eſſe, quia † priuilegia
tus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio, vt in l. ſed & mi-
lites. ver. coæqualitas. de excu. tut. Tamen ego teneo contrariũ,
& poſui vnam cõcluſionem, ideo non examino. Veniamus ad
§. idem Pomponius. Bar. ponit tres concluſiones. Et primo, nun
quid de relictis ad pias cauſas poſſit detrahi Trebellianica. Se-
cundo nunquid poſſit per teſtatorẽ ipſa Trebellianica. Tertio,
nunquid propter non confectionem inuentarij perditur Falci-
5 dia. Et † præſuppone, ꝙ omne relictum pro anima dicitur reli-
ctum ad pias cauſas, vt eſt glo. in l. Titio. de leg. 2. Iſtud eſt verũ,
ſi relinquatur pauperi. Si relinquitur diuiti pro anima, non dr̃
relictum ad pias cauſas, vt eſt gl. in l. illud. C. de ſacroſan. eccl. Si-
militer id, quod relinquitẽ, vt depingatur imago Sancti alicuius,
dicitẽ relictum ad pias cauſas, vt l. lineã margaritarum. ſ. ad leg.
Falci. Bart. dixit propter illum tex. ſimiliter omne relictum Deo
vel vni Sancto, vel hoſpitali, vel vni loco pio, dicitur relictum ad
pias cauſas, vt per Spec. in tit. de inſtru. edi. §. compendioſe. & di
cam prout examinabo. ǰ. in repetitione meã. Similiter id, quod
relinquitur pro dote, dicitur relictũ ad pias cauſas. Aliqui alle-
gant l. cum is. §. cum mulier. de cõdi. indebi. videtur contra pro
bari in glo. l. cum tali. de iure do. vbi examinabo. Et capias pri-
mam quæſtionem, ſcilicet nunquid poſſit deduci Trebelliani-
ca ex relictis ad pias cauſas. Spe. ponit in tit. de inſtru. edi. §. com
pendioſe. ver. ſed cum deductio. & plenius per gl. Io. And. in c. ſi
pater. de teſtam. lib. 6. & ibi Archi. Legiſtæ habent per Bar. hic.
Do. Bal. ponit in authen. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. Moderni po-
nunt ſ. ad leg. Falci. l. j §. municipum. & Ange. in authen. ſi vero
expreſſim. in Auth. de hære. & Falci. Et iſta quæſtio eſt ſatis du-
bitabilis, & Bar. tenet, ꝙ non poteſt detrahi quarta de reſtitutio
ne hæreditatis. & omnes Legiſtæ ſequuntur eum, & mouetur
6 tribus rationibus. Prima eſt, iſta Falcidia † comprehendit ſub ſe
Trebellianicã, vt l. j. §. inde Nerarius. ſ. eo. & l. pater filiã. & l. Ti-
tium. ſ. ad leg. Falc. & l. iubemus. C. eo. & glo. in auth. vnde & ſi
parens. C. de inoffi. teſta. & allegat multos tex. ſcilicet tex. in §. ſi
vero expreſſim. in Auth. de hære. & Fal. qui dicit, quod non de-
trahitur Falcidia, ergo nec Trebellianica. Secundum fundamẽ
tum eſt tex. in §. ſi autem hæres. de eccle. titu. vbi dicitur, quòd
debet ceſſare Falcidia, dũ teſtator relinquit ad pias cauſas. Sed
7 † qui oẽ dicit, nihil excludit, vt 19. diſt. c. ſi Romanorũ. ſed tex.
dicit de Falcidia, ergo comprehendit Trebellianicam. Sed ille
text. mirabiliter fundauit ſuam opin. ſed vere nihil facit. Tertia
ratio eſt iſta, in quibus caſibus non poteſt detrahi Falcidia, in
illis eiſdem ex reſtituenda hæreditate non poteſt detrahi Tre-
bellianica, vt eſt caſus hic. ſed in legatis ad pias cauſas nõ poteſt
detrahi Falcidia, vt in d. authen. ſimiliter. ergo ſequitur, ꝙ de fi-
deicõmiſſo ad pias cauſas non poteſt detrahi Trebellianica. Et
per iſtas rationes omnes Legiſtæ ſequuntur Bar. & allegant tex.
8 in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cleri. vbi † dicitur, ꝙ ſi
pauperes huius ciuitatis ſint in genere inſtituti, eps, qui cenſe-
tur eſſe hæres & ſucceſſor & pater omnium, habet diuidere il-
lam hæreditatem inter illos pauperes, & ipſe nõ poteſt detrahe
re quartam. Canoniſtæ ſunt in opinione cõtraria. & Io. And. &
Spec. & alij. & allegant rationes ſatis notabiles, quas vnus puer
ſciret facere, & dicunt, ꝙ non mutatẽ, quare ſtare prohibetẽ. C. de
teſt. l. ſancimus. Sed non reperitẽ per aliquod ius nouum mutã
dum iſtud, ergo &c. Scđa ratio eſt, quia correctiones legis ſunt
reſtringẽdæ, vt l. ꝓcipimus. C. de appel. & in c. cũ expediat. de ele.
li. 6. & ex rõne idẽtitatis non debemus correctionẽ inducere, vt
in gl. in auth. quas actiones. de ſacroſan. eccle. Tertia ratio eſt, ſi
legiſlator voluiſſet Trebellianicam non poſſe detrahi de hæredi
tate reſtituẽda ad pias cauſas, ſciuiſſet dicere, ſed hoc non dixit,
ergo nos dicere non debemus. l. vnica. §. ſi autem ad deficiẽtis.
de cad. tol. c. ad audientiam. extra de deci. Et dicunt, quòd videtẽ
eſſe caſus rotundus in d. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. a contrario ſen-
ſu, vbi dr̃, ꝙ vbi eccleſia vel alius pius locus iure directo ſubſti-
tuitur alicui, tunc eccleſia illa & pius locus recipit hæreditatem
abſq; eo, ꝙ detrahatẽ Trebellianica; ergo ſequitẽ ꝙ cum per indi
rectum & non directo ſubſtituitẽ, ipſe hæres poſſit detrahere. Et
9 † attende, ꝙ ſubſtitutio directa eſt illa, quæ fit per verba denotã
tia, ꝙ ſubſtitutus poſſit capere authoritate propria hæreditatẽ.
Veluti inſtituo filium meum, & ſi moriatẽ in pupillari ætate, ſub
ſtituo talẽ. Et iſta eſt ſubſtitutio directa. Obliqua dr̃ illa, per quã
quis in hæreditate ſubſtituitur, ſibi in alterius manu reſtituen-
da, veluti cum fit per verba denotãtia reſtitutionem. Exemplũ,
Inſtituo talem, & ſi non vult eſſe, grauo eum, vt reſtituat tali, &

ſic ad propoſitum ego ſequor iſtam opinionem . Sed alijs ratio-
nibus dicam die Dominico,quæ erit 12.dies menſis Nouēbris.
Sed ſtante iſta opi.vera Legiſtarum,quæritur de queſtione. Te
ſtator inſtituit Titium hæredē,& grauauit de reſtituendo Seio,
& Seium grauauit de reſtituendo ſecūdo loco eccleſiæ, non eſt
dubium ꝙ iſte Seius non poteſt detrahere Trebellianicā dupli-
ci ratione,vt vidiſti.Sed nunquid hęres primus inſtitutus poſſit
detrahere quartam primo ſubſtituto?Bal.in l.auia.§.Titia.ꝟ.de
ꝯdi.& demon.dixit ꝙ hæres non pōt detrahere Trebellianicā,
cum habet reſtituere vni,qui habet reſtituere loco pio. Ita con
ſului bis vel ter,illo præſuppoſito,qđ dixi,& allega caſum rotun
10 dum in l.cum dotē.ꝟ.ad leg. Falc.†Capias tertio quæſtionē,nun
quid hæres pp non confectionē inuētarij perdat detractionem
Trebellianicæ.Bar.hic dicit non perdere. & mouet̄ ratione vul-
gari,ſ.ꝙ illud,quod non mutatur,quare ſtare prohibetur? Non
ob.ꝯtrium,ſ.ꝙ in quib.caſib.ceſſat Falcidia,ceſſat & Trebelliani
ca,& debet intelligi qn̄ ceſſat ipſa Falcidia ratione perſonę teſtā
tis,puta quia miles, vel ratione perſonę cui legatum eſt,puta ec
cleſiæ.Sed vbi Falcidia ceſſat propter delictum hæredis,non lo
quitur iſte tex.Nam nō facere quod lex permittit,eſt delictum.
l.dolus.man.Ita dixit Bar.& ſequit̄ Bal. in l.filium quem haben
tem.C.famil.erciſ.Ang.etiam ſequitur in Auth.de hęre.& Fal.
§.ſi vero expreſſim.Io.And.vr̄ ſequi in tit.de inſtru.edi.§.dicto,
in addi.quæ inci.Sed de Trebellianica dubitatur.& oēs credunt
bene dicere.In concluſionibus meis teneo contrarium,& vide-
bis.Et ſolus Bal.tenet id,quod ego tenebo,& nihil allegat in di-
cta auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.& dicit ipſe,ꝙ imo pro
pter non confectionem inuentarii perdit Falcidiam . & allegat
§.illo adiecto.in Auth.de hære.& Falc.vbi dicitur,ꝙ ipſe hæres
debet citare omnes legatarios & fideicōmiſſarios,& nihil aliud
dicit ille text.& neſcio quomodo adducat. Nam non ſequitur,
quòd ſi non conficit inuētarium, perdat Falcidiam.Sed ego ali
ter firmo ſm Oldra.in conſilijs ſuis,conſi.100.quod incipit, Sa-
tis videtur conforme rationi &c.Capias quartam quæſtionem,
11 † ſcilicet nunquid per teſtatorem poſſit prohiberi Trebelliani-
ca?Bar.quem ſequitur Bal.in d.auth.ſed cum teſtator.& in d.l.
filium quem habentem.& Ang.in d.§.ſi vero expreſſim.& om
nes dicūt,ꝙ poteſt prohibere Trebellianicam,& nihil eos mo-
uet, niſi ꝙ teſtator poteſt vetare Falcidiam hodie per auth. ſed
cum teſtator. Sed ego teneo contrarium, vt videbis die Domi-
nico in repetitione mea . Teſtator poteſt hodie prohibere Tre-
bellianicam. Fallit,quando inſtitutus eſt filius, vt in ſing.verſi.
do.Bal.in l.iubemus. C eod. Tamen contrarium arbitror,quia
maior poteſtas eſt patris in filio,quàm in extraneo,tamen con-
trarium tenuit Bal.vt videbis,& ita obtinui in Florentia.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtatorem hęreditatem legatorum onere deducto reſtitui mandare poſſe. Et quartam hæres reſtituens hæreditatem,vnde detrahere poßit.*

2 *Hęreditatis aditione cum legatarijs hæredem quaſi contrahere videri . Et quarta,quæ tum ex legatis,tum ex fideicommiſſo detrahitur,quo nomine cenſenda ſit.*

3 *Legatorum partim pure,partim in conditionem relictorum, in detrahenda quarta,num contributio fiat.*

4 *Accreſcendi ius in alimentorum legato num locum habet.*

§.Idem Pomponius.

Etiam ſi hæres deductis legatis grauetur hæredi
tatem reſtituere,nihilominus & ad quartæ detractionem,lega-
1 ta & ad fideicōmiſſum contribuunt. hoc dicit. No. † in §.idem
Pompo. primo, ꝙ teſtator mādare poteſt hæreditatem reſtitui
deducto legatorū onere. Quid autem hoc legatum importet,
dic vt ſ.eo.l.cogi.§.inde quæritur.No.ſcđo hæredem detrahere
debere quartam non ſolum de portione hæreditatis,quæ eſt in
reſtitutione,ſed etiam de legatis,tunc ad ſatisfaciendū pro quar
ta parte hæreditatis,quam lucrari debet hæres & legatarij,& fi-
deicōmiſſarij contribuūt pro rata, vt in ea.l.in prin.& l.qui qua
dringēta.cum ibi dictis in gl.ſuper ver.ex oīb.ibi,cum hęres de-
ductis.Nam illa lex loquitur in legatis inualidis,qm̄ tunc hęres
illa inualida deducere nō poteſt.Quæſtio noſtra loquitur in le-
gatis factis per teſtatorem,& validis,ita ſoluit contrarium gloſ.
videtis ꝙ concluſio gl.eſt,ꝙ eo caſu, quo mandat hæredi hære-
ditatem deductis legatis per eū reſtitui,in electione hæredis erit
legata deducere & ſoluere de manu ſua, an vero velit fideicom
miſſario oīa ſimul reſtituere, vt ipſe ſoluat?Iſta deciſio glo.eſt ſa
ne intelligenda,ſ. ꝙ hæres poteſt facere ipſo fideicōmiſſario vo-
lente,& ita loquitur §.inde quæritur.allegatus in glo. Sed nun-
quid concluſio glo.habet locum ipſis legatarijs inuitis. Puta te-
ſtator mādauit reſtitui hæreditatem deductis debitis & legatis,
quærit̄,quid iuris?& prima fronte videret̄ dicēdum idem quod
per legem,per oīa.de leg.j.tn̄ ꝯtrium eſt verum, quia non eſt du-
biū,ꝙ teſtator voluit debitorē horum legatorū ſoluendorū eſſe
hæredem.Modo non eſt dubium,ꝙ eo ipſo ꝙ hæres adiuit hęre
ditatem, videtur contraxiſſe cum ipſis legatarijs iuxta teſtatoris
2 voluntatem.Nam† per aditionem videtur quaſi contraxiſſe cū
legatarijs, vt l.apud Iulianum.§.ſi.quibus ex cau.in poſ.ea.Hoc
ergo ſtante,ꝙ ipſe hæres ſit debitor ipſorum legatorum,ſtat cō-
cluſio ꝙ non poſſit eis inuitis dare alium debitorem, vt l.debito
ris.& l.pacto ſucceſſoris.C.de pac.& l.ſi mandato meo.ver.i.ff.
man.Bar. hic conſiderauit quartam partem hæreditatis deduci
in caſu noſtro ex legato & fideicōmiſſo, qui nunc quærit, quo-
modo vocabitur iſta quarta, an Falcidia, an Trebellianica? Et
in hoc fuerunt tres opiniones.Prima fuit Dy.in l.2.ꝟ.eo. qui di-
cit ꝙ vocatur baſtarda,quia non naſcitur ex vero matrimonio.
Scđa fuit opi.Cy.in addi.ad d.l.2.qui reprehendit præceptorem
ſuum, & dicit ꝙ vocatur quarta proprie legitima, & habet duo
noīa,ſ.Falcidia,prout detrahit̄ de legatis,& Trebellianica, vt de
fideicōmiſſis.& dicit ꝙ non eſt abſurdum,ꝙ qui fungit̄ duplici
iure,vocet̄ duplici noīe,vt l.ſi conſul.ꝟ.de adop.& in l.cum quę-
dā.de admi.tut.tn̄ iſta opi. non vr̄ bona,quia nos dicimus iſtam
quartam,quę detrahit̄ de legatis & fideicōmiſſis.pure vnā eſſe,
& eſt abſurdū ꝙ fungatur duplici nomine. Tertia eſt opi. Bart.
quē ſequit̄ cōis,qui dicit,ꝙ eſt vna quarta,& vocabit̄ quarta,&
erit tertia ſpecies. & prout detrahit̄ de legatis habebit naturam
legatorum,& prout detrahit̄ de fideicōmiſſis,habebit naturā fi
deicōmiſſi,prout dicimus in ſimili in l. Gallus.§.ille caſus. ꝟ.de
libe.& poſthu.tn̄ in hoc non multum curo,arg.gl.in l.j.ſol.ma-
tri.ſed ſufficit habere effectum.& vocetur qm̄ocunq; velis,quia
non curo.Pone ſcđo,nunquid ad effectum detractionis quartæ
fiat detractio ex ſolo fideicōmiſſo eueniēte ꝯdōne,& non de le-
gatis qn̄ fideicōmiſſum eſt ꝯdōnale,& legata ſunt pura?Quidā
Moder.& Ang.in l.ita tn̄.§.hæres ex aſſe.j.eo. faciunt magnam
philateriam verborum,& concludunt demum,ꝙ eſt falſum,&
dicunt,ꝙ non fit contributio,& dicūt, ꝙ de legatis non detrahit̄
quarta, ſed de fideicōmiſſo ſic. & allegāt caſum ſingularē l.pe.
§.j.ꝟ.ad leg.Fal.Iſta lex nihil facit,& ego dico totum oppoſitū,ꝙ
eſt fienda contributio.& ꝙ ſit verū, probo primo à ſim. Pone,ꝙ
quædam legata ſint facta pure,& quædam ſub ꝯdōne.Item po-
ne,ꝙ ſi ꝯdō eueniat,& ſic ipſa legata ꝯdōnalia ſint ſoluēda,cer-
te oīa iſta legata excedunt dodrātem, tunc Falcidia habet locū.
3 Modo † quæritur,an legatorum purorum & conditionaliū fiat
contributio,an ex ſolum conditionalibus?certe tunc quarta ip-
ſa eſt detrahenda de oīb.vt in l.j.§ſi. legata.ſi cui pluſquam per
leg.Falci.& in l.in lege Falci.& in l.j.§.interdum.& l.is cui.ꝟ.ad
leg.Falc.Si ergo eſt ita in legatis & puris & conditionalibus, cur
non dicimus idem in caſu noſtro?certe idem dicēdum eſt. Præ-
terea iſtud probat tex.in d.l.ita tamen. §.hæres ex aſſe. vbi ſunt
facta legata pure , & fideicōmiſſum pro parte eſt factum pure,
& pro parte ſub ꝯdōne , & tn̄ quarta detrahit̄ & de legatis & fi-
deicōmiſſis.Et vide ad l.maritus.§.j.nam ibi eſt caſus,qūo teſta
tor inſtituit filium, & noīatim iniunxit onus filiæ dandi alimen
ta anno quolibet,& reſtitui hæreditatē ſub conditione, ſi in pu-
pillari ætate deceſſerit,& euenit conditio, vnde ab hærede filiæ
perit per fideicōmiſ.dr̄ ibi.Pone,ꝙ iſte hæres filiæ vult detrahe-
re de ipſa hæreditate tantam pecuniam,ꝙ ſufficiat pro alimen-
tis dandis filiæ ſuæ, & ſecundo Trebellianicam, quæritur nun-
quid hæres filiæ bene dicat,ſi dicat ſe velle detrahere duo, vel ſi
deicōmiſſarius poſſit dicere,detrahe tu Trebellianicam,& non
cures de alimentis,quia ſcio ego alimentare,& tn̄ dr̄ ibi, ꝙ ipſe
hæres poteſt detrahere ipſa duo, cum ſibi ſit datum illud onus,
tn̄ ſubdit,ꝙ habet ipſe hæres filiæ cauere,ꝙ caſu quo legatū ali
mentorū deficiat ex eo,quia aliqua ex illis moriat̄,ꝙ pro rata ip
ſe hæres reſtituet tantā pecuniam,q̄ta ſufficiebat pro illa alimē-
tanda. Nunc quæro, quid dicit ibi de quarta detrahenda de illo
fideicōmiſſo,& nihil dicit de detractione quartæ de legato ali-
mentorū?& ita dicit ille tex.& nihil facit ad id,ad qđ allegatum
fuit,& ita remaneo in cōi opi.Et aduerte,ꝙ ille tex.facit ad duo.
4 Et † primo, ꝙ in legato alimentorum non habet locum ius ac-
creſcendi.& infero ex iſto,ꝙ caſus in l.dn̄s.§.ſi.ff.de vſufru.quē
Dy.reputat ſingu.non eſt ſingu. vt ibi. Secundo eſt notabilis ad
aliud,ſcilicet,ꝙ portio deficiens, & in qua non habet locum ius
accreſcendi,non deficit in cōmodum hæredis,ſed fideicommiſ
ſarij.Et ex his ſtat firma concluſio,quòd dum fideicōmiſſum fa
ctum eſt ſub conditione,& legata pure,ita habet locum contri
butio,ac ſi legata & fideicommiſſa fuiſſent facta pure.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima num in fideicommiſſum veniat . Et grauatum de reſtituendo res reſtituendas non alienat.*

2 *Legitimam num ex pluribus rebus in vna certa filius eligere queat. Et pro legitima bona hæreditaria filius obligata habet.*

3 *Legitimam filio iure naturali, Trebellianicam hæredi ciuili deberi.*

4 *Creditor res pignoratas habens multas , qua ratione rem ex his aliquam diſtrahat .*

5 *Pupilli immobilis res qua diuendi poſſit .*

6 *Legitimæ ſuppletio quo remedio petatur. Et particularem ſectionem multa incommoda parere.*

Hęredi-.

7 *Hæreditatis reſtituendæ hæredi, quas interim res alienare licet. Et num im*
pune pro ſuæ perſonæ redemptione id poſſit. nu. ſeq.
9 *Delinquentibus opem fauorabilius denegamus, quam tribuamus.*
10 *Hæreditariæ rei facto hæredis, cum reſtitutio fieri nequit, dominium in fi-*
deicommiſſarium ſine verbali reſtitutione pertranſire.
11 *Hæreditariæ rei alienatio, quæ reſtitutioni ſubeſt, num valeat. Et quid ſi ne*
ceſſitas ſubſit.
12 *Subſtitutus pupillariter, num ab inſtituto alienationem factam reuocet.*
13 *Trebellianicam de re vna, num ad electionem ſuam hæres detrahere poſ-*
ſit. Et quid de vnaquaque re.

§. Res quæ. Res hæreditariæ per hæredem alienatæ ei
in quartam Trebellianicam imputantur.
hoc dicit. Pone vnum dubium. Nam primo præſuppone, ꝙ pa
ter filio ſuo in legitima inſtituto non poteſt aliquod grauamen
imponere, vt in l. qm̃ in prioribus. & l. ſcimus. C. de Inoffi. teſta.
& l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. de adop. Item ſcias, ꝙ ſi pa-
ter inſtituit filium in tota hæreditate, & grauat eum de reſtituē
do Titio, filius poteſt tūc legitimam detrahere, & poſtmodum
1 poteſt Trebellianicam. Et † ſcias, ꝙ legitima non venit in fidei-
cōmiſſo, vt l. cohæredi. §. cum filio. de vulga. & pupil. Item præ-
mitte, ꝙ inſtitutus hæres grauatus de reſtituēdo, non poteſt res
hæreditarias alienare, vt in l. fi. §. ſed quia. & authen. res quæ. C.
com. de lega. Iſtis præſuppoſitis talis eſt queſtio, filius inſtitutus
vł̃ grauatus de reſtituenda hereditate, anteꝗ̃ reſtituat, vnam rē
alienat. Reſtitutione facta fideicōmiſſarius vult dicere vēditio
nem non eſſe validam, filius defendens emptorē dicit eam fuiſ-
ſe ſuam legitimam iure naturæ debitam, quæritur, quid iuris.
Scias, ꝙ quater conſului, bis Florentiæ, & bis Romæ, & quæſtio
2 ſtat in hoc, nunquid † filius poſſit ad nutum ſui eligere vnam ex
rebus hæreditarijs pro ſua legitima? Oldra. ponit in cōſilijs ſuis,
conſi. 115. Guil. & Bal. in l. ſcimus. de inoffi. teſta. Iaco. de Are. &
Cy. poſuerunt in auth. res quæ. C. com. de leg. Io. And. in c. Ray-
naldus. de teſta. Bar. in l. ſuus quoq;. in fi. prin. ff. de hære. inſti. &
bene facit quod no. in l. 4. ſ. ad leg. Fal. Bal. ponit in l. 2. C. ad leg.
Falcid. & in l. filium quem habentem. C. fami. erciſ. Ego autem
dico, ꝙ filius poſſit eligere pro ſua legitima, & probo ex tribus.
Primo non eſt dubiū, ꝙ filius licèt in vita patris non habeat ius
aliquod efficax in ſua legitima, vt l. j. §. ſi impuberi. j. de col. bo.
& no. Bar. in l. fi. de libe. agno. tamen poſt mortem ipſe cēſetur
creditor in ſua legitima, vt l. Papinianus. §. ſi quis impubes. de
inoffi. teſta. & in l. ſi quis legatū. §. fi. ff. de fal. No. gl. in l. ſi eman
cipata. C. de iur. & fac. igno. & in auth. de hære. & Falci. §. ſi quis
aūt. & non eſt dubiū, ꝙ bona hæreditaria ſunt ipſi filio obligata
pro legitima, vt in d. l. ſcimus. §. repletionē. ſi ſic eſt, ergo & c. lex,
creditoris arbitrio. de diſtra. pig. determinat iſtud dubium, quæ
dicit, creditoris arbitrio permittit̄ alienare vnā ex reb. ſibi obli-
gatis, quam velit. Et ꝙ ſit verū, probo ſcd̃o, nam nō eſt dubiū,
ꝙ potentius ius habet filius in bonis patris ratione legitimæ, ꝗ̃
dn̄s in bonis liberti. Sed certū eſt, ꝙ patronus pro legitima liber
ti pōt capere quam rem vult ex hæreditate, vt l. libertus qui ſol-
uendo. j. de bo. libe. ergo & filius poteſt eligere ex bonis patris.
Tertio ego deduco iſtum tex. nam tu vides hic, ꝙ hæres inſtitu-
tus alienauit ad ſuam electionē vnam rem de hæreditate, & po
teſt eligere Trebellianicam. Si ergo hæres pōt eligere vnā rem
pro ſua quarta, ergo multomagis filius ipſe pro ſua legitima. Nā
3 † filio debet̄ iure naturali, & illa iure ciuili. Et ſic teneas, ꝙ filius
poteſt eligere vnam ex rebus hæreditarijs pro ſua legitima arbi
trio boni viri. intel. Quid enim ſi filius pro ſua legitima, quæ va-
lebat mille, alienaret vnam rem, quæ valeret quatuor milia, eſ-
ſet hoc iuſtum? certe non. Debet enim alienare vnam rem, quæ
valet tantundē, vel minus, & mouēt me tria vel quatuor. Et pri
mo mouet me gl. ord. in l. ꝗ̃diu. C. de diſt. pig. quam ſequit̄ Bar.
4 in l. alio. de ali. & cib. leg. quæ dicit, † ꝙ creditor hn̄s multas res
pignoratas, ſi alienat vnā rem, debet alienare arbitrio boni viri.
& ita debet intelligi glo. in l. pe. C. qn̄ decre. opus non eſt. Scd̃o
mouet me tex. in l. magis puto. §. idem prætor. ff. de reb. eo. qui
5 dicit, † ꝙ res immobiles pupilli vt ſoluant̄ creditorib. poſſūt per
tutores alienari iudicis arbitrio, qui debet bene cōſiderare, quā
ta ſit quantitas pupilli. Nam maleſaceret ſi vellet alienare præ-
6 dium valens mille pro ſoluendo creditoribus in centum. † Ter-
tio mouet me tex. in d. l. ſcimus. de inoffi. teſta. in prin. qui dicit,
ꝙ ſi pr̄ reliquerit res filio ſuo minus legitima valētes, ꝙ filius po
teſt petere ſibi ſuppleri legitimā arbitrio boni viri. Et debes ſci-
re, ꝙ non poſſet filius ex vnaquaq; re immobili capere partem,
& perficere legitimam. Nam ſatis eſt filio, ꝙ detrahat ex vna, vt
l. non amplius. §. fi. cum l. ſeq. de leg. j. quia, vt ſcis, particularis ſe
ctio multa incōmoda parit, vt ff. famil. erciſ. l. plane. Et ēt ſi per-
mitteret̄ filio capere ex vnaquaq; re hæreditaria certam partē,
cogeret̄ quis inuitus per indirectū in cōione permanere, quod
eſt abſurdum, vt l. j. C. cō. vtri. iud. & l. ſi non ſortē. §. ſi centum.
de condi. inde. Sed poſſes rn̄dere per §. ne aūt. l. ſancimus. C. de
do. qui dicit, ꝙ vendidit quis maiorē partem vnius rei, remanſit
apud venditorē minor pars, emptor, qui habet maiorē partem,
poteſt cogere eum, qui habet minorē, vendere partē illam. Sed
quid ſi non habet pecuniam pro emendo, tunc remanemus in
abſurdo. Itē etſi cōio parit diſcordiā, vt l. cum pr̄. §. dulciſſimis.
de leg. 2. & l. qui neq;. §. fi. de reb. eo. Nam dixeram de filio, qui
vēdiderat vnam rē hæreditariam, quam elegerat pro legitima.
Nam vr̄ feciſſe in dubio, quod alienando vr̄ elegiſſe legitimam
ſuam, quia ſi noluit illius rei venditionē an̄s, vr̄ voluiſſe neceſſa-
rio electionē, quod eſt ſubſequens, ar. l. illud. de acquir. hære. &
l. ſi cui. §. fi. de ꝯdi. & demon. In gl. §. res quæ. Iſta prima pars glo.
habet tres ꝯcl̃ones. Prima eſt, ꝙ precium per hæredē perceptū
ex alienatione rei hæreditatis non imputat̄, cum precium rema
net penes eum, ſed tranſit in alium in vtilitatē hæreditatis. & in
hoc bene dicit. Scd̃a eſt, ꝙ precium perceptū ex alienatione rei
hæreditatis voluntarie in ſui vtilitatē conuerſum in ſuam cōpu
tat quartā, & in hoc bene dicit. Tertia eſt, ꝙ preciū perceptū per
hæredē ex alienatione rei hæreditariæ neceſſaria, ꝗ̃uis in ſui vti-
litatē conuerſum, nō imputat in quartam. & in hoc male dicit,
vt hic per Bar. & oēs bene loquentes. Quarta ꝯcl̃o fuit, ꝙ hæres
ante reſtitutam hæreditatē iure licito poteſt alienare res hæredi
7 tarias aliquib. caſib. † Primus quidē caſus eſt, ſi res quædā in hæ
reditate ſit ſterilis, vel tp̃e peritura, vel ex mora detrimētum ha-
bitura, horum enim alienatio permittitur. alleg. l. mulier. §. ſed
enim. j. e. tit. adde l. pro hærede. in prin. ſ. de acqui. hære. & l. Ari
ſto. §. fi. cum l. ſeq. ſ. de iu. delib. Scd̃o glo. dicit, ꝙ alienari poteſt
res hæreditaria in cā dotis vel donationis propter nuptias. Alle-
gat C. cōia de leg. auth. res quę. & auth. ꝯ rogatus. C. ad Trebel.
& in l. ſed ſi lege. §. quod aūt. de peti. hær. Itē poteſt alienare ad
alimēta ſua res hæreditarias, vt eſt ꝯcl̃o in d. auth. res quæ. licèt
ibi glo. teneat ꝯ̃rium, & male ſm̃ oēs per auth. ꝯ rogatus. ſ. alle.
8 † Sed nūquid poſſit ipſe heres pro redemptione perſonę ſuę ali
quam rem alienare? Barto. in d. auth. res quæ. dubitauit, & reli-
quit aliàs decidendum. Bart. ibi nihil dicit. Ang. hic facit vnam
cōſiderationem, & dicit, aut eſt carceratus, quia deliquit, & tūc
ipſe non poteſt ſm̃ eum alienare rem hæreditariam ex eo, quia
ſuum delictum non debet ſibi parere hoc cōmodum, ſ. aliena-
tionē rei hæreditarię. Aut iſte heres nullo ſuo dolo, vel culpa re-
tentus eſt in carcerib, ſed a piratis, vel hoſtib. & tunc poteſt alie-
nare, arg. auth. res quæ. & placent mihi dicta Ang. ſed debiliter
fundatur, quia dum dicit, ꝙ non eſt permiſſa alienatio qn̄ dolo
ſuo eſt in vinculis. alleg. glo. in c. ſacrorum. 12. q. 2. vbi dr̄, ꝙ res
eccleſiaſticæ ſunt permiſſæ alienari pro redemptione captiuo-
rum, tn̄ fallit in captiuis poſitis in carcere dolo eorum. Scd̃o bo-
9 nus eſt tex. 14. q. vlt. ſi res. qui dicit, fauorabilius † enim delinquē
tib. opem ſubtrahimus, ꝗ̃ impendamus. licèt alibi dicat̄ eccleſiā
defendere reos ſanguinis, vt 23. q. 5. reos. Pro ſcd̃a eius Ang. cō-
cluſione, dum dicit, ꝙ ei, qui iniuſte poſitus eſt in carceribus, eſt
permiſſa alienatio. Alleg. tex. in l. ꝗ̃uis. cum l. ſeq. ſ. ſolu. matr. &
l. mutus. §. j. de in. do. In glo. ibi, item nunquid res alienatæ. No.
10 ex iſta gl. ibi. ſic ergo per legem illam & c. ꝙ † vbi alicuius rei hæ
reditariæ reſtitutio realis non poteſt fieri per hæredē facto ſuo,
tranſit dn̄ium in fideicōmiſſarium ſine reſtitutione verbali, li-
cèt quidam reputant ſingulare, tamen concor. alia in l. fi. §. ſed
quia. com. de lega. & alia in l. ſancimus. §. j. C. eo. Attende ad de
clarationē, ꝙ reſtitutio poteſt fieri realiter & verbaliter, vt l. re-
ſtitutam. j. eo. modo gl. dicit, ꝙ ſi hæres alienauit rem vnam hæ
reditariam iniuſte, tali caſu fideicōmiſſarius poteſt petere ꝗ̃
dn̄s rem illam hæreditariam alienatam, perinde ac ſi ſibi facta
eſſet reſtitutio. Vnde iſte caſus eſt attendendus ad caſum l. j. §.
11 quoties. ſ. eo. Iſta glo. habet in ſe duas materias. † Prima eſt, nun
quid alienatio rei hereditarię fideicōmiſſo ſubiectę valeat nec-
ne? & dicit ꝙ de iure Digeſtorum eſt valida; adeo ꝙ non poteſt
per fideicōmiſſarium retractari. In hoc male loquit̄, quia dum
quærit̄, an de iure Digeſtorū ſit valida ſupradicta alienatio, eſt
dicendū, ꝙ aut ſupradictæ rei alienatæ ſine reſtitutione tranſla-
tum erat dn̄ium in fideicōmiſſariū, & tunc dic, ꝙ de iure Dige-
ſtorū alienatio erat inualida quo ad trāſlationē dn̄ij, & hoc per
rl̃am iuris in rl̃a, id qd̃ noſtrū. de reg. iu. Quo aūt ad validitatē ti
tuli bene alienatio eſt valida, qui titulus eſt ſufficiēs ad vſucapio
nē. Sed pone caſum, ſi ſit res vna per fideicōmiſſum relicta, ꝙ
tūc trāſit ſine reſtitutione, vt l. j. C. cōia de leg. Si naūt hæres alie-
net rē hæreditariā, cuius dn̄ium reſtitutione nō facta in fideicō-
miſſariū tranſlatū nō erat, tūc valet alienatio, tn̄ facta reſtitutio
ne fideicōmiſſarius poterit illā repetere, vt d. l. ſi hr̄s inſtitutus.
§. j. j. eo. & l. ſeruo legato. §. i. ſ. de leg. j. & l. ſi fundū. ſ. de cōdi. &
demon. & l. is cui. §. fi. quēadmodū ſerui. amit. & l. fi. §. fi. per lo-
cū a ſpāli. ſ. de leg. 2. & iſta eſt vera ꝯcl̃o. & iſtud eſt verū de iure
Digeſtorū, de iure aūt C. gl. ꝯcludit, ꝙ alienatio rei hereditarię fi
deicōmiſſo ſubiectæ ēt pure eſt valida. & ꝯcludit, ꝙ ſit valida. ꝯ̃-
riū dicite, ꝙ non eſt valida, niſi eo modo, quo eſt valida de iure
Digeſtorū, & probat̄ in l. fi. §. ſed quia. ibi, ſm̃ veterē diſpoſitio-
nem. cōmu. de lega. Scd̃o glo. concludit de iure C. ꝙ alienatio
rei

rei hæreditatis fideicõmiſſario ſubiectæ conditionaliter, pendē
te conditione eſt valida, conditione eueniēte eſt irrita. & dicit ꝙ
eſt introductum de iure C. & in hoc male dicit, quia ēt introdu
ctum eſt de iure Digeſtorum, ſ. in d. l. ſi ſeruo legato. §. j. & d. l. ſi
fundum. & d. l. ſi cui. §. fi. Itē gl. concludit de iure auth. ꝙ aliena-
tio eſt oĩmodo prohibita. allegat authē. res quæ. & in hoc male
loquiẽ, & cõiter reprobatur, quia imo eſt de iure authēticorū,
quia ſi fuerit fideicõmiſſum ꝯdõnale, valet interim pēdente cõ
ditione, licèt eueniēte ꝯdõne reducatur ad irritum, vt in Auth.
de reſti. & ea quæ parit. §. ſed tanq̃. nec ob. auth. res quæ. ar. l. nõ
eſt nouum. & l. nam & poſteriores. Nam intelligēda eſt d. auth.
res quæ. in re alienata pure. & iſta qõ procedit illis caſib. ſeclu-
ſis. Sunt & alij quatuor caſus, in quib. valet alienatio rei ſuppoſi
tæ fideicõmiſſo. Primus eſt in l. fi. §. fi. ſ̄. de leg. 2. ſ. qñ hæres alie
nat ignorans, & transfert in ignorantē, & ſimilis caſus eſt in l. vl
ti. de tranſac. & potes allegare l. ſi hæres. ſ̄. de leg. 2. Itē & ſcđo va
let alienatio ipſius rei hæreditariæ vr̄i fideicõmiſſo ſubiectæ fa-
uore teſtamenti & libertatis. Caſus ſingularis in l. quidā ita. §. ſi
quis filium. j̄. eo. Tertio fallit hic in caſu noſtro, qñ res illa aſcen
deret ad quartā ſuam, & põt hoc dicere fideicõmiſſario inuito.
Aduerte ad vnum, ſ. ꝙ vbi teſtator alienationē rei fideicõmiſſo
ſuppoſitæ prohibet expreſſe, tunc omni iure alienatio eſt nulla,
vt in gl. ordi. in l. cum pr̄. §. libertis. de leg. 2. Fallit in cauſa neceſ-
ſaria, quia tūc valida eſt alienatio, quia expreſſa prohibitio teſta
toris non includit iſtū caſum neceſſarium, vt l. filiusfa. §. diui. de
12 leg. j. & l. peto. §. prædiū. de leg. 2. Nunquid † ſubſtitutus pupil-
lariter poſſit reuocare alienationē factā per inſtitutū, & ſic nun
quid ſicut hr̄s non põt alienare in pręiudiciū fideicõmiſſarij, ſic
& pupillus in pręiudiciū ſubſtituti? Et dic ꝙ Ang. ponit hic & di
cit, ꝙ põt ipſe pupillus, & ipſe ſubſtitutus non põt reuocare. &
facit vnā rationē debilē, & dicit, Subſtitutio pupillaris eſt teſtm̄
pupilli, vt l. patris & filij. de vul. & pup. & l. Papinianus. §. ſed nec
impuberis. de inof. teſt. Sed certū eſt, ꝙ per teſtm̄, qđ teſtator fa-
cit ſibimet, non adimit ſibiipſi facultatē alienandi, vt l. non vſq;
adeo. j̄. ſi quis a paren. fue. ma. ergo nec per ſubſtitutionē pupil-
larē, q̃ eſt teſtm̄ pupilli, intendit interdicere alienationē bonorū
ſuorum. & iſta eſt ratio ſua. Ego comperi Bal. in l. nec ei. in §. eo-
rū. ſ̄. de adop. dicētem, ꝙ ſi alienatio facta fuit per pupillū nulla
ſtante cā, ſubſtitutus pupillariter ita poterit reuocare alienatio-
nē illam, ſicut fideicõmiſſarius hic alienata per hæredē. & debi-
liter fundat per idētitatē rationis. & ego dico idē, & allego l. j. §.
ſed nõnullos. ſ̄. de tut. & ra. diſtr. Et attēde, ꝙ ille eſt caſus meus.
Scđo neſcio de quo iſti dubitēt, nam eſt caſus rotundus de hoc
13 in l. fi. §. ſed quia. & §. ſin aūt ſub ꝯdõne. C. de lega. Eſt † & tertia
materia & vltima, nunquid hr̄s de vna re poſſit ad electioē ſuā
detrahere Trebellianicam. Glo. arguit pro & ꝯ. Bart. ponit ſ̄. ad
leg. Falci. Doc. oẽs vnà cum gl. in l. 2. C. ad leg. Fal. ponunt, & in
l. ſi ex plurib. ſ̄. ad leg. Falc. & in l. ſi legati. cum glo. in §. pe. ſ̄. eo.
Et dic tu, ꝙ aut iſta quarta erat detrahēda à legatariis, vel fidei-
cõmiſſarijs, & tunc non poteſt hr̄s eligere vnam de illis rebus le
gatis plurib. perſonis, ſed dēt de vnaquaq; detrahere, vt d. l. 2. C.
ad leg. Fal. Aut eſt detrahēda ab vna perſona, cui ſunt facta plu-
ra legata, & tunc poteſt eligere vnam rē, vt d. l. ſi ex plurib. & in
d. l. ſi legati. §. pen. dūmodo res illa non ſit multum precioſa, vel
ſit in magno valore. Et ad hoc accedāt oĩa ea, quæ ſ̄. dixi in quæ
ſtione illa, ſ. an filius poſſit &c. Cæterū eſt dicēdum, ꝙ de ſingu-
lis reb. non poſſet detrahere quartam. & ad hoc accedāt ea quæ
ſ̄. dixi. & accedat l. 2. in prin. C. qñ & quib. quarta pars deb. li. 10.
vbi dicit, ꝙ ſi curialis decedit, curiales debēt hēre quartam par-
tē. Queritur, nūquid poſſit detrahere de vnaquaq; re? & certe
non. Aduerte ad vnum, nam vult hr̄s detrahere vnam rē hr̄dita
tis, vel filius legitimā, nunquid poſſit ipſe facere propria autho-
ritate, & eligere propria authoritate ſine decreto iudicis & cita-
tione fideicõmiſſarij? Bal. mouet in l. filium quē habē. famil. er-
ciſ. & ibi per l. j. §. denunciare. ſ̄. de vē. inſpi. & decidit, ꝙ eſt citā-
dus fideicõmiſſarius, & decretū iudicis eſt neceſſariū. Et miror
de hoc dicto, quia ſi ipſe filius velit hēre pro legitima vnam rē,
q̃ non valet niſi tm̄, q̃tum eſt ſua legitima, põt eligere, per l. qui
põt. de reg. iu. bñ facit l. ſi eum ſeruū. §. ſi quis. j̄. de fideicõ. liber.
benefacit l. ille à quo. j̄. eo. Sed pone, ꝙ hr̄s alienauit vnam rē de
hr̄ditate, & fideicõmiſſarius dicat, ſit in quarta tua illa, hr̄s dicit
nõ, vade & ſumptib meis recupera, quia volo quartam in iſtis
alijs trib. partib. Quæriẽ, quis eorum melius dicat? Ang. monet
hic, & in d. l. filiū. ꝙ fideicõmiſſarius põt inuito hr̄de dicere, ꝙ il
la res computeẽ in quarta, quia ſuccedit ius idētitatis, vt eſt ca-
ſus hic. Nā eo ipſo ꝙ hr̄s alienat, põt dicere fideicõmiſſarius, ſit
in tua quarta. Nā beneficiū mihi cārū per legē facto tuo tu non
potes mihi auferre, vt l. poſt mortē. §. fi. j̄. de ꝯtab. & no. in l. ami
ciſſimis. ſ̄. de excu. tut. & in l. petēdę. de reſti. in integ. tm̄ facit du-
bitare me tex. in l. ſi fundū per fideicõmiſſum. de leg. j. vbi dr̄, ꝙ
teſtator grauauit de reſtituēdo Sēpronio fundū, hr̄s ipſum fun
dum alienat de voluntate ipſius fideicõmiſſarij, dicit text. ꝙ hr̄s
tenetur reſtituere preciū fundi. & ſubiungit tunc tex. ꝙ hr̄s vult
reſtituere fundum quē põt habere, nunquid poſſit? & certe ſic.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen vbi prælegata præcedit, num in reſtitutione portionis veniant prælegata ipſa.*

2 *Hæreditas ſerui vt ab indigno auferatur, fiſcoque ob id applicetur, an auferri quoque prælegata debeant.*

3 *Prælegata num veniant in ſubſtitutione vulgari, & quid in pupillari, compendioſa, reciproca, & extraordinaria. Item & quod ex ſubſtitutione fideicommiſſaria venit, & in fideicommiſſum veniat.*

4 *Feuda, emphyteuſis, ſepulchrorum iura, atque patronatus, & quid in fideicommiſſum veniant.*

§. quidam liberis. Rogatus reſtituere portionē,
reſtituit ēt prælegata, ſecus ſi
portionē hęreditatis, & hr̄ditas, quę eſt ablata ab indigno, tranſ-
fertur in fiſcum, trāſit cum onere fideicõmiſſi, & ꝯñr detractio-
nis quartæ, qđ aĩs erat penes hr̄dē remanſurū. h. d. tota lex. No. j.
ꝙ verbum, portio, ſimpliciter prolatum comprehēdit ēt præle-
gata hr̄di facta. No. ſcđo, ꝙ verbum, portio, cum aditione hr̄di-
taria, prælegata ſub ſe non comprehēdit. Ad idē ſ̄. de leg. 3. l. Ti-
tius. No. in §. ſi res. ibi, ante quæſtionē de familia habitam. arg.
ꝙ hæres vt indignus hereditate priuatur, ſi ante quęſtionem de
familia teſtatoris occiſi habitam teſtamēti tabulas aperuerit. de
quo dic, vt dicetur in glo. No. ſecundo, ꝙ fiſcus, in quem hæredi
tas ab indigno ablata transfertur, illam recipit cum ſuis oneri-
bus atq; cõmodo. Ad idē ſ̄. ad Silla. l. cum & fiſco. No. tertio hę
redē prohibētem vltra teſtari, vel teſtes, vel tabellionē introdu-
ci pro conficiēdo teſtamēto neceſſario, vt indignum hæredita-
te priuari, & illam applicari fiſco. Ad idē ſi quis ali. teſta. prohi.
l. 2. de inoffi. teſta. l. teſtium. C. ſi quis ali. teſta. prohi. l. j. No. hære
dē in prædicta incidentē hæreditate priuari ad fiſcum transferē
da, etiam ſi illam ipſe hæres reſtituere fuerit rogatus. Et huius
eſt ratio, quia ſi apud eum illa remaneret, potiretur commodo
detractionis quartæ, ſecus eſt ſi legatarius alteri id legatum reſti
tuere grauatus in prædicta incidit, quia tunc fiſcus hoc ſibi non
aufert. Caſus eſt ſ̄. ſi quis ali. teſt. prohi. l. j. ver. ſed ſi legatū. & eſt
ratio, quia poſito, ꝙ remaneat, quartę beneficio non potiẽ cum
grauatus legatarius quartam non detrahat rīr, vt l. lex Falcidia.
§. nunq̃. ad l. Falcid. & quod plene dixi ſ̄. eo. l. j. §. inde Neratius.
No. vlti. ꝙ inſtitutus non vindicans necē teſtatoris occiſi, vt indi
gnus hr̄ditate priuatur. Ad idē C. de his quib. vt indig. l. j. C. vbi
cau. fiſc. l. j. cum ſi. In glo. ſuper ver. hæreditarium. Iſta glo. con-
1 cludit primo, † ꝙ qñ grauamē de reſtituēdo pręcedit, prælegata
vero ſequuntur, tali caſu ſm̄ eum non veniunt pręlegata. Fallit
vbi ipſum grauamē fuerit factum per illa verba, quicquid ad te
peruenerit, vt eſt caſus in l. cum pater. §. fidei. el 2. de leg. 2. Scđo
per hoc dubitatur, cum verba ſint dubia, ita ꝙ non poſſit colli-
gi, an grauamē præcedat vel non. & de hoc dic, vt dicam in l. ita
tm̄. §. qui ſuſpectam. j̄. eo. licet Bar. hoc ponat. In ſcđo mēbro gl.
glo. concludit, ꝙ vbi teſtator mandauit reſtitui portionē ſimpli
citer, tali caſu ipſe hr̄s cogeẽ reſtituere, quæ hēt iure legati. Fal-
lit, quando ea legata ſunt prohibita alienari per teſtatorē ab hę
rede, quia tunc veniunt in reſtitutione, vt l. Lucius. §. pluribus.
j̄. eo. Scđo fallit, qñ teſtator prælegaſſet aliquid tanq̃ debitum,
qm̄ tunc non venit in reſtitutione prælegatum, vt j̄. e. l. cum hę
redes. & in d. §. fidei. in fi. reſpon. ſ̄. de leg. 2. In tertiā concluſione
gl. dicit gl. ꝙ vbi teſtator mandat reſtitui portionē hr̄ditariā tm̄,
prælegata non veniunt in reſtitutione. Fallit, qñ extraneus eſſet
rogatus reſtituere filio, vt eſt caſus ſingularis, de quo Bart. ibi fa-
cit feſtum in l. liberto. §. filiū. ſ̄. de an. leg. Fallit ſcđo, qñ teſtator
plurib. pariter inſtitutis iure prælegati, pariter ea bona inter eos
hæreditatis diuiſerit, qm̄ tunc & illa in reſtitutione veniūt, vt in
tex. no. ſm̄ Dy. & Bar. ſ̄. de leg. j. l. quid ergo. la piccola. in fi. Ter-
tio declaro hoc, quod dicit gl. eſſe verū in eo, qđ hr̄s accipit iure
pręlegati à cohęrede. Illud aūt qđ accipit à ſeipſo iure hęredita
rio, veniet bene in reſtitutione, vt in l. in fideicõmiſſaria. §. fi. j̄. e.
Et præſuppone, ꝙ teſtator inſtituit duos pro indiuiſo. Scđo præ
ſuppone, ꝙ hæredi à ſemetipſo regulariter legari non poteſt, vt
l. legatū. §. j. & l. legatum. §. ſi duob. ſ̄. de lega. j. quia dēt eſſe dr̄ia
inter dantē & accipientē, vt c fi. extra de inſti. & de iu. patr. c. per
noſtram. & extra de baptiſ. c. debitor. & l. 2. de ſtip. ſer. Nunc ve-
niamus ad primum, ſ. ꝙ teſtator inſtituerat duos pro indiuiſo,
& teſtator prælegauit pręedium vni ex hęredibus. Nunc non eſt
dubium, ꝙ iſtud pręlegatū valet pro dimidia, quia habet à quo
illam dimidiam debeat accipere, & iſta dimidia non venit in re
ſtitutionem, qñ eſt reſtituere grauatus hr̄ditatē, & media ſua ve
nit in fideicõmiſſo, vt l. in fideicõmiſſaria. §. fi. j̄. e. Capias vltimā
partē gl. quæ concludit, ꝙ ſi grauatus fuerit reſtituere quicquid
ex hæreditate ad eum peruenerit, & tūc tenetur reſtituere, quæ
ad eū peruenerunt iure inſtitutionis & iure prælegati. gl. allegat
l. cum virum. Tu adde ſcđam, ſ. l. cum pater. §. fidei. de leg. 2. Ex-
2 tra gl. quæro, † nunquid cum alicui vt ab indigno hæreditas au-
fertur,

fertur, & fiſco applicatur, auferantur ẽt prælegata? dic vt l. eum
qui. §. qđ per te. ſ. de his quib. vt indig. quæ dicit, ꝙ nõ auferunt
3 prælegata. Quarto † vlterius, nunquid prælegata veniãt in ſubſti
tutione vulgari? & certe non, vt eſt caſus in l. miles ad ſororẽ. in
§. j. ſ. de leg. j. & l. Sextiliã. ſ. de leg. 3. Sed nunquid veniãt in ſub-
ſtitutione pupillari? & certe ſic, vt l. cũ pr̃. ſ. ad leg. Fal. & in l. ſed
ſi plures. §. ad ſubſtitutos. in gñalitate ſui. ſ. de vul. & pup. Item
nunquid ipſa prælegata veniant in ſubſtitutione reciproca, vel
cõpendioſa, vel extraordinaria? dicam in l. ita tñ. §. qui ſuſpectã,
j. eo. hĩc ibi dicemus, an id qđ prouenit hr̃di ex pupillari vel vul-
gari breuiloqua, vel compẽdioſa, vel extraordinaria, veniãt. Hic
examinemus an id, quod venit ex ſubſtitutione fideicõmiſſaria,
veniat in fideicõmiſſo. Caſus eſt, & gl. in d. l. ſi Titius. ſ. de leg. 3.
dicens eam diſtinctionẽ, quæ hic fit in prælegatis, fieri debere in
eo quod ad hæredẽ peruenit iure fideicõmiſſi, & dicit, aut gra-
uamẽ præcedit, & tũc nõ venit in reſtitutione fideicõmiſſi: aut
fideicõmiſſum ſequit̃ grauamẽ, & tunc venit. Sed nunquid qđ
ad hr̃dẽ peruenit ex implemẽto ꝯdõnis in perſona ſua facto, ve
niat in fideicõmiſſum? dic ꝙ nõ, vt l. qui hr̃di. §. cum hr̃ditas. de
ꝯdi. & demon. Itẽ nunquid qđ hr̃di prouenit ex donatione cau
ſa mortis, veniat in reſtitutione fideicõmiſſi? dic ꝙ non, vt l. ſe-
4 quẽs qõ. de leg. 3. † Itẽ an feuda, emphyteuſis, iura ſepulchrorũ,
& iura patronatus veniant in fideicõmiſſo? dic vt dicã j. e. l. ſi pa
troni. Itẽ an id qđ ad hr̃dẽ peruenit per ius accreſcẽdi, veniat in
fideicõmiſſi reſtitutione? dic ꝙ ſic, vt ex rõa l. ſi totã. ſ. de acq. hæ
re. & l. ſi Titio. §. j. ſ. de vſufr. per quã dicimus, ꝙ portio deficiẽs
accreſcit portioni non perſonæ. Ita dicit Dy. & alij hic, & bene.
In glo. in ver. non defendit. Ad hoc vltimum quod dicit glo. ſ. ꝙ
ſemper hæres debet torqueri facere familiam teſtatoris, anteq̃
adeat hereditatẽ. Fallit, quando ipſe teſtator fuiſſet veneno oc-
ciſus, vt l. j. §. occiſorum. ſ. ad Sillania. quia tunc poſſet adire an-
tequam faceret torqueri familiam ipſam.

S V M M A R I V M.

1 *Hæredem hæreditatem adire, & eam reſtituere ad fideicõmiſſarij petitio-
nem dicentis ſe ab eo adiri ſuo periculo velle cogendum. Et quo iuris re-
medio huiuſmodi compulſio imploretur.*
2 *Hæres adire compulſus detrahendæ quartæ Trebellianicæ commodum amit
tit. Et commodum ſentire indignus, qui onus ſuſtinere recuſat.*
3 *Hæreditatis repudiationem, hac clauſula, nolo adire, non induci. Et repu-
dians ſemel amplius adire nequit.*
4 *Timoris vani excuſationem quandoque recipiendam.*
5 *Hæreditatis recuſatio, quibus modis fieri queat.*
6 *Inuito quopiam quod fieri poteſt, idipſum & eo abſente fieri poterit.*
7 *Legem veterem quatenus repetere liceat? Et in iure ſuperuacaneum nihil
eſſe debere.*
8 *Recuſatio vt ſuſpecti ſimpliciter citra cauſam allegatam, num iure ciuili
procedat? Et apud quem recuſationis cauſæ probari debeant. nu. ſeq.*
10 *Hæreditas ab hærede quando ob eius delictum aufertur, & fiſco addici-
tur, fideicommiſſum ſeruari, non item ſi ob teſtantis delictum auſe-
ratur.*
11 *Hæres hæreditatem adiens, cur detractionis quartæ perdat commodum.*
12 *Proceſſus poſt recuſationem propoſitam factus, num ipſo iure nullus ſit.*
13 *Recuſatio iudicis, & ab eo appellatio, pari paſſu incedunt.*
14 *Proceſſum a carente iuriſditione factum contra iura eſſe.*

LEX IIII.

QVia poterat. Hæres, qui compulſus adit, pri
uatur beneficio Trebelliani-
cæ, nec inquiritur ex qua cauſa adire nolit, ſed ſuffi-
cit pro ratione voluntas. & compellitur quis adire,
etiam ſi in dignitate ſit cõſtitutus, hæreditatem, poſito quòd vi-
lis perſonæ eum inſtituentis. Item & decretum coactionis fieri
poteſt per iudicem præſente vel abſente inſtituto. & ſi ſibi non
conſtiterit, hæredem recuſare hæreditatis aditionẽ. h. d. vſq; ad
1 §. meminiſſe. l. recuſare. No. in hac l. quia poterat. † ꝙ cogendus
eſt hæres hæreditatẽ adire, & reſtituere ad petitionem fideicom
miſſarii, dicentis tamen illam velle per hæredẽ ſuo periculo adi
ri, & ſibi reſtitui. Aliàs enim non compelleretur, vt j. eo. l. apud
Iulianum. in prin. & ſi decedat fideicõmiſſarius, antequàm ſibi
reſtituatur hæreditas, non erit tunc hæres in damno, quoniam
tunc habebitur pro non adeunte, vt ea. l. §. vtrum. & §. Antiſtia.
& hoc quidem ius petendi hæredem compelli adire, competit
non ſolum fideicõmiſſario primo, ſed etiam ſecundo, vt j. eo. l.
cogi. §. fi. & l. ſi patroni. §. qui fideicõmiſſariam. No. ſecũdo ibi,
à prætore &c. arg. ꝙ hæc petitio compulſionis imploratur per
fideicõmiſſarium officio iudicis, non autẽ iure actionis. Ad idẽ
j. eo. l. ille à quo §. tempeſtiuum. & l. cogi. §. ſi cum filio. & l. qui
totam. de quo tamen gl. dubitauerunt in l. fi. §. j. ſ. de fideicom.
hære. peti. & in l. & ſine ſcriptura. C. ad Trebel. & in l. reſtituta.
in princi. & in l. ſi legatis. & in l. non cogendum. vbi declarabo.
2 j. eo. No. tertio ibi, nec quartæ cõmodo, † ꝙ hr̃s compulſus adi-
re perdit cõmodum detractionis Trebellianicæ, quod declara,
vt j. eo. l. oẽs. No. quarto ibi, cum alieno periculo &c. ꝙ non eſt
dignus ſentire cõmodum recuſans ſentire onus & periculum.
Ad idem j. de reg. iu. l. ſm naturam. cum ſi. No. quinto ibi, omni
cõmodo &c. ꝙ hæres compulſus adire, nedum perdat Trebel-
lianicam, ſed oẽ commodum, quod ſibi ex aditione quæſitum
eſt. Ad idem j. eo. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. & l. qui totam. in
fi. Vnde videtur, ꝙ & tunc perdat nudum nomen hæredis inter
actiones directas, quod eſt notãdum. An autem & eodem mo-
do ſicut hæres extraneus perdit quartam Trebellianicam, cum
compulſus adit, ita & pariter eodem caſu perdat legitimam fi-
lius iure naturæ ſibi debitam. Bar. ponit hic, & ego ponã in l. ita
tamẽ. §. ſi patronus. j. eo. vbi aptius cadit. No. tex. ibi, eius qui no
3 luit &c. arg. † ꝙ per hæc verba, nolo adire, non inducatur hære-
ditatis repudiatio, qm̃ ſi hoc eſſet, non poſſet ille, qui dixit ſe adi
re nolle, adire compelli. Semel enim repudians, amplius adire
non poteſt. C. de repu. hære. l. ſicut. quod tñ poteſt, vt hic. Sed tñ
tex. iſte nihil facit ex eo, quia quod dr̃ in d. l. ſicut. locum habet,
vt non poſſit adire ad cõmodum ſui ſemel repudiãs, ad cõmo-
dum fideicõmiſſarij, & repudians bene poteſt, vt j. eo. l. nam qđ.
ver. j. Sicut dicimus, ꝙ licèt nemo poſſit adire compelli, vt l. nec
temere. C. de iu. delibe. nihilominus poteſt ad inſtantiã fideicõ-
miſſarij, vt hic. An autem per dicta verba, adire nolo, inducatur
repudiatio vel non? no. in l. 2. C. de iur. & fac. igno. & in l. filij. §. j.
j. ad Tertullia. Poſuit Bar. j. de iure delibe. l. ſi quis ſuus. ſ. de ac-
qui. hære. l. gerit. & ego poſt legẽtes plene dixi ibi, & plenius in
l. qui ſe patris. C. vnde li. No. ſeptimo ibi, cũ variæ &c. & ita ſem-
per hæc lex allegatur, varias eſſe hominum volũtates. Ad idem
extra de concel. præb. c. quia diuerſitatem. No. octauo ibi, timẽ-
4 tium &c. ꝙ † vani timoris excuſatio eſt habẽda, vbi quis tractat
de ſui exoneratione, & alterius non damno, aĺs autem ſecus, vt
l. vani. j. de reg. iu. ſ. quod met. cau. l. metum autem. ſ. ſi cui pluſ-
5 q̃ per l. Falc. l. hoc aũt. No. in l. recuſare. † recuſationẽ hæredita-
tis fieri poſſe per nunciũ vel epiſtolam. No. ſcđo in ea. ibi, aduer
ſus abſentes &c. & ibi, ad qđ præſentia. ꝙ decretũ huius cõpul-
ſionis poteſt per iudicẽ fieri hærede abſente, & eo non citato, &
hoc ex eo, quia poſſet fieri eo inuito. Itẽ ꝙ ex eo damnũ non eſt
incurſurus. Ad idẽ j. eo. l. ille à quo. in prin. j. de fideicom. liber.
l. ſi eum ſeruum. §. ſi quis. j. de reg. iur. l. qui põt inuitis. quæ oĩa
6 iura ſemper allegamus ad has duas rẽas. Prima, † ꝙ id, qđ aliquo
inuito fieri poteſt, poterit eo abſente & ignorante fieri. Scđa, ꝙ
vbi decretũ iudicis nõ infert dãnum aliquod. illud expediri po-
terit abſq; partis citatione. Nam poſuit hic Ang. an interlocuto
ria ſnĩa ad validitatẽ ſui requirat partis citationẽ, dic vt aliàs di-
xi ſ. de ope. no. nunc. l. qui opus. quæ eſt poſt l. ſi prius. In glo. in
7 ver. illud. Iſtam glo. allegamus ad duo. Primo, ſ. ꝙ † licèt repete-
re l. antiquã, vt ipſi nil noui addat. Ad idẽ l. 2. §. ſi quid aũt. C. de
iu. vete. enuclean. & ex hoc effugimus argumentum, ꝙ nihil de
8 bet eſſe in iure ſuperfluum. Scđo allegatur, † ꝙ de iure ciuili ſuf
ficit iudicẽ vt ſuſpectũ ſimpliciter recuſare abſq; aliqua apppoſi
tione alicuius cauſæ in ſpecie. Ad idem gl. in l. cum apertiſſimi.
alleg. in glo. & intellige hoc fore verum de iure ciuili, & in dele-
gato iudice, quia in ordinario eſt ſecus, quia dẽt addi ſibi in ſo-
cium eps̃ ciuitatis, vt in auth. ſi vero contigerit. & in auth. vnde
ſumitur. C. de iudi. Fallit vno caſu, quo poteſt vt ſuſpectus recu
ſari, & ille ponitur in l. vnica. C. ſi quacunq; prædi. poteſta. Nam
aliter eſt de iure canonico, quod dicit, ꝙ quilibet iudex tam or-
dinarius, q̃ delegatus põt recuſari pro ſuſpecto, vt in c. ſuſpicio-
nis. & in c. cum ſpeciali. de appel. & in c. ſi quis cõtra clericum.
de fo. compe. Item non ſufficit abſq; cauſa adiecta ſpecifica re-
cuſare iudicem vt ſuſpectum, vt in d. c. cum ſpeciali. & in c. ſcđo
9 requiris. de appel. cũ ſi. Quærit̃, † coram quib. iſtæ cauſæ ſuſpicio
nis debent probari? dic vt in tex. in c. ſi cõtra vnum. de offi. dele.
in 6. & in c. legitima. de app. eo. lib. Item debetis ſcire, ꝙ id quod
dicitur, ꝙ de iure ciuili poteſt iudex delegatus vt ſuſpectus re-
cuſari, nulla allegata cauſa, & probata, procedet in iudice dele-
gato primo, non autem in iudice delegato ſecundo, atq; ſubro-
gato de conſenſu partium in loco primi recuſati, qm̃ iſte ſcđs re
cuſari non poteſt, niſi allegatis & probatis ſpecifice cauſis ſuſpi-
cionis. Ang. allegat C. de ſen. auth. ꝯñr. quam dicit eſſe notabi-
lem. Bene dicit in dicto, ſed male in allegatione. Sed eſt caſus in
auth. offeratur. de li. conteſta. & d. auth. per eum allegata parũ
facit. Item intelligas dictam iuris ciuilis opinionem, ꝙ ad ener-
uãdam iuriſdictionẽ delegati ſufficiat recuſatio probata, intelli
ge, dumtñ non appareat fuiſſe temerariam ipſam recuſationẽ, &
fieri cauſa fugiendi litẽ, quia tunc non ſufficeret ad faciẽdum ſu
ſpectum iudicẽ delegatum, & ad hoc alle. Ang. hic Inno. in d. c.
cum ſpeciali. tu allega. c. propoſuit. de appel. In gl. ſuper ver. ve-
10 xationem. † Habes ex iſta glo. ꝙ licèt qñ hæreditas auferatur ab
hærede propter delictum ipſius, & ſeruet̃ fideicõmiſſum, vt ha-
buiſtis in l. Marcellus. §. fi. ſ. eo. tamen quando ipſa hæreditas au
fertur propter delictum teſtantis, & fiſco applicatur, non ſerua-
tur fideicõmiſſum. Iſta eſt gl. hic, pro qua eſt tex. in l. cum filius.
§. fi. ſ. de leg. 2. In glo. ſuper ver. poſtulatur. Iſta glo. concludit, ꝙ
ſenten-

ſnīa,quæ non requirit ad eſſe ſui ſolēnitatē iudiciariam,non requirit citationē.& male dicit, qm̄ videmus in cauſis, in quibus proceditur ordine iudiciario non obſeruato,ſnīa eſt nulla,ſi nō interueniat citatio,vt in cle.ſæpe.de verb.ſigni.& in extrauag.ad reprimēdam.Solu.quia ideo non requiritur citatio partis,quia decretum illud non erat allaturum aliquod damnum.Non ob. l.ita diuus.allegata per glo. quia ibi loquitur in ſnīa, cuius promulgatio affert damnum,& ideo ſtat regula illorum iurium,ꝙ vbi ex actu infert læſio, ibi eſt neceſſaria citatio . Sed hic ex iſto
11 decreto non infertur læſio.Vides hic tex.ꝙ†ideo hæres compulſus adire non gaudet beneficio detractionis quartæ, quia non adiuit periculo ſuo,ſed fideicōmiſſarij. Bart.refert Venetijs vnā quæſtionē deciſam per iſtum tex.quę erat talis:Duo erant mercatores & ſocij cuiuſdam pecuniæ, eorum vnus ex iſtis vult iſtā cōem pecuniam in vna mercantia,& in longinquis partibus,alter ſocius nolebat,alter dicit,volo adminiſtrare omni meo damno, accidit ipſum ſocium adminiſtrantē pecuniam fore lucratum,ſocius alter volebat hr̄e partē illius lucri,& refert fuiſſe determinatum nō eſſe dandam partē,quia prouenit lucrum illud ex pecunia,quæ ibat periculo ſolius vnius ex ſocijs, non aũt amborum,ergo &c. Et ita dicit fuiſſe terminatum per iſtum tex.Et ita hēs,ꝙ lucrum proueniēs ex cōi pecunia periculo vnius ex ſocijs,non eſt cōicandum,cum nō vadit ad periculum cōe. Et dicit, ꝙ facit Inſti.pro ſoc.§.illud.& §.pro illo.& ff.pro ſoc.l.ſi nō fuerit.tu allega ſ̄.pro ſo.l.ſi vnus ex ſocijs.§.pro ſocio.Bene facit tex.in l.idēq;.§.ſi mandauero.ſ̄.manda.Ponit ſcd̄o Bar.quæſtio
12 nē talē,ſ.† nunquid proceſſus iudicis factus poſt recuſationē,vt ſuſpecti ſit nullus ipſo iure? In hoc ſunt quīnq; opi. Prima fuit Hoſt. quam ſequitur Io. And.in d.c. cum ſpeciali. & quam ſequitur Lap.in alleg.ſuis,allegatione prima. Pet.de Anch.in c.iudex ab apoſtolica.de offi.deleg.Bart.hic,qui omnes cōcordant, hunc proceſſum eſſe nullum.Ad iſtam opi.allego caſum in d.l. vnica.C.ſi quacunq; prædi. poteſta. Tu vero potes allegare tria media.Primo opi.gl.ordi.quæ idē tenet 2.q.6.quoties.& 2.q.5. quia ſuſpecti. Scd̄o pro eadē potes allegare text.in d.c. iudex ab apoſtolica.in 2.reſpon.de offi.deleg.Tertio pro iſta opi.induci
13 tur iſta ratio, recuſatio † iudicis & appellatio à iudice vadunt à pari. Caſus eſt in c.ſuper eo.el 2.de appel. & declarat plene glo. in c.ſi contra vnum.de offic.deleg. Sed appellatio à ſnīa iudicis interpoſita ita ſuſpēdit eius iuriſdōnem, ꝙ interim attētata per illum iudicē caſſantur,vt per totum tit.nil no.appel.pen.& l.appellationē. C.de appel.c.non ſolum.eo.tit.lib.6.ergo & pari ratione vt nullus,caſſandus eſt proceſſus,qui per iudicē factus eſt pòſt recuſationē & allegatam ſuſpicionē.Venio nunc ad opi.ſecūdam,quæ fuit Inno.in d.c.cum ſpeciali. quam ſequitur Spe. in tit.de recuſa.§.qualiter. ver.quid ſi delegaris. Itē & Ang.hic. Dicunt aũt oēs iſti non meminiſſe lege cautum,ꝙ proceſſus factus per iudicē poſt recuſationē & ſuſpicionē allegatam, fuerit nullus , niſi interpoſita fuerit appellatio ab vlteriori proceſſu . Ad iſtam opi. allegat tria,& primo tex.vbi videtur caſus in l.nō diſtinguemus.§.cum quidam.ſ̄.de arbi.vbi eſt tex. ꝙ proceſſus ac ſnīa lata per arbitrum poſt allegatam recuſationē & ſuſpicionē,non eſt nullus ipſo iure , niſi oppoſita exceptione . Ergo idē dicamus in proceſſu iudicis, ad cuius inſtar procedit, vt l.j.ſ̄.de arbi.Scd̄o alleg.tex.in d.c.iudex ab apoſtolica.in ſi.reſpon.de offi.dele.vbi dicit,ꝙ tunc oīno iudex poſt allegatam & probatam ſuſpicionē deſinit eſſe iudex , cum ſuper ipſa ſuſpicione eſt lata ſnīa,ergo antequàm ſit lata ſnīa ſuper ſuſpicione,certe per ſolā ſuſpicionē non deſinit eſſe omnino iudex,ergo proceſſus nō deſinit eſſe vllus ipſo iure.Tertio alleg tex.per arg.à contrario ſenſu,in c.ſcd̄o requiris.§.tertio ponas. ver. quod ſi coram.de app. vbi tex.dicit,ꝙ tunc demum iudex recuſatus ac allegatus ſuſpectus,dēt ſuperſedere in cognitione cauſæ principalis, cum cauſa allegata eſt probata coram arbitris , ex quo eſt compromiſſa, ergo poſt allegationē,& ante probationē non dēt ſuperſedere. & per hoc firmo ſnīam Inno.Tertia fuit opi.Lap.in c.legitima. de appel.lib.6.quæ dicit, an proceſſus interim factus ſit validus vel non,quod pēdet ex futuro euētu,ideſt, ꝙ ſi in futurum conſtiterit per ſnīam arbitri, in quē compromiſerunt de cauſa ſuſpicionis,ꝙ cauſæ fuerunt iuſtæ ꝙ pronunciabitur, ꝙ proceſſus nullus erit. Sin autē pronunciatur cauſas ſuſpicionis fuiſſe friuolas,proceſſum eſſe validum. Pro hac opi. allega tu in ſimili text. opti.in d.c.non ſolum.de app.lib.6.vbi eſt tex.cuius opi. confirmant Legiſtæ in l. intra vtile. de mi.ſ. ꝙ an proceſſus factus per iudicē poſt appellationē ab eius interlocutoria,ſit nullus vel validus pēdet ex futuro euētu, hoc eſt ſi pronunciatur appellationē bene fuiſſe interpoſitā , proceſſus erit inualidus , alias ſecus. Quarta opi.fuit Bal.in d.l. vnica.C.ſi quacunq; præd.poteſt.vbi ipſe dixit in iſto paſſu ſic fore diſtinguēdum , ꝙ aut lex ſuſpicione ac recuſatione factis de perſona iudicis trāsfert iuriſdōnem , quam recuſatus habebat in alium iudicē, & tali caſu proceſſus factus per recuſationē erit nullus. & ita ſit caſus in d.l.vnica.C.
14 ſi quaeunq; prædi.poteſta. Ratio,quia † proceſſus factus à carēte iuriſdictione eſt contra iura.c.vt animarum. de conſtit.lib.6. & totum tit.ſi à non compe.iudi. Exemplum pone, vt eſt caſus in d.l.vnica. Aut poſt allegatam ſuſpicionē lex non transfert in alium iuriſdōnem recuſati, & tali caſu ille proceſſus eſt aliquis, & ſic dicit habere locum opi. Inno.quam pro ſecunda ſuperius retuli. Pro hoc potes allegare oīa quæ allegaui pro Inno. Quinta fuit opi.cuiuſdam Doctoris Moder.Bonon.ſ.do.Matthæi de Matheſil.in c.inſtituēti.de offi.deleg.ſ.ꝙ aut loquitur de iure ciuili, aut de iure canonico. Si de iure ciuili, dico, ꝙ proceſſus factus poſt recuſationē factam,nullus eſt ipſo iure. Et probat tali ratione,videlicet, illud operat̄ de iure ciuili ſola allegatio ſuſpicionis , quod operatur de iure canonico obligatio ſuſpicionis, & ꝓbatio eiuſdē, & ſnīa ſecuta ſuper articulo ſuſpicionis. Quia hoc ſit verum,glo.ordi.hic,& in d.l.apertiſſimi.quæ dicit, ꝙ de iure canonico ad hoc ꝙ iudex allegatus ſuſpectus non poſſit terminare cauſam, eſt neceſſe, ꝙ allegetur & proberur, & ſnīa ſequatur.De iure aũt ciuili ſolum allegatio ſuſpicionis facit hoc, vt dicit glo.hic.Sed allegatio & probatio & ſnīa faciunt recuſatum omnino iuriſditione carere,vt eſt caſus in d.c.iudex ab apoſtolica. ergo ſequitur, ꝙ de iure ciuili ſola allegatio facit proceſſum nullum abſq; vlteriori probatione facta, & abſq; alia ſnīa. Aut loquimur de iure canonico, & tūc proceſſus factus poſt allegatam & probatam ſuſpicionē, non ſit oīno nullus, & tūc eſt caſus in d.c.ab apoſtolica.in ſi.reſpō.ita eſt opinio ſua.Quæ iſtarum opinionum ſit verior, non recito nunc, quia pendet cauſa nunc coram Domino meo,domino Arelaten.

S V M M A R I V M.

1 *Senatuſconſulti de cogendo hærede verba,in quibus locum habeant? Et ius cogendi num in filio inſtituto poteſtati patriæ ſubiecto cæteriſque poſt & neceſſarijs & ſuis locum habeat.& nu.2.*

3 *Verbum,ſubſtituo, quam ſubſtitutionem notet.*

4 *Noxium quod ſibi non eſt,alij autem profuturum,id fieri permittere quis cogendus eſt.*

5 *Iure communi quod conceſſum eſt,precibus id fruſtra implorari.*

6 *Hæreditas ab hærede ob non defuncti vindicatam necem ablata, qualiter in fiſcum tranſeat? Et an ob id fiſcus ad eam necem vindicandam teneatur. nu.7.*

8 *Hæreditas cum alia vi,quam cautum eſt abs teſtatore apprehēditur,num apprehendens ad legata teneatur.*

9 *Qui hęredis exiſtentiam vniuerſale fideicommiſſum cōfirmare citra aliam aditionis opem,non ſit in particulari.*

10 *Fiſcum,in quem ob non vindicatam necem tranſlata eſt hęreditas, ad adeūdum & reſtituendum agi poſſe,& an id perpetuo verum,tam in particulari,quàm vniuerſali fideicommiſſo.*

11 *Interpretationes varias ac diuerſas,plura verba atq; diuerſa accipere abſurdum non eſſe.*

12 *Subſtitutionem vulgarem ſuitatis exiſtentiam tollere.*

13 *Hæreditatem pro non adita haberi,quæ non ſoluendo a fiſco adita eſt.Et fiſcum procuratoris miniſterio hęreditatem adire poſſe , quod in priuato ſecus.Et quæ ciuitas fiſcum habere dicatur.*

14 *Hęreditas,quę in hęredis aut teſtatoris pœnam tranſit,in fiſcum qualiter tranſeat? Et an poſſit huiuſmodi hęreditatem adire fiſcus cogi.*

15 *Deportatus ac damnatus,num aliquo caſu hęredem habere poſſint.*

16 *Fiſcus hęreditatem adiens,num ad ea,ad quę hęres tenebatur,teneatur.*

§.Meminiſſe. Succedētes ab inteſtato etiam ſui. itē fiſcus, ad quē bona vacantia deferuntur,ac collegium inſtitutum,coguntur ex ſenatuſcon.hæreditatē adire & reſtituere. & quando quis ſubſtituitur directo & per fideicōmiſſum,eſt in eius poteſtate quācunq; viam complecti.
1 h.d.vſq; ad §.ſi quis alio. No.in §.meminiſſe.†ꝙ verba ſenatuſconſulti de coactione hæredis loquentia,locum habent non ſolum in hærede inſtituto & legitimo, ſed etiā in hærede ab inteſtato grauato,ſiue ex iure ciuili,ſiue prætorio ſucceſſurus ſit. Ad
2 idem l.j.§.hoc autem ſenatus.ſ̄.eo. No.ſecundo † ex eodem,in ver.ſed & ad filium.ius cogendi etiam locum habere in filio in poteſtate inſtituto,& cæteris poſt eum ſuis & neceſſarijs de iure ciuili,licèt à prætore beneficium habeant abſtentionis, vt Inſti. de hære.quali.& diffe.§.ſed & his permittit.ſ̄.de acqui.hær.l.ei qui ſe.& l.neceſſarius.cum ſi.No.in §.ſi fiſco.ꝙ fiſcus,cui hæreditas tanquam vacans delata eſt,cogi poteſt ad inſtantiam vniuerſalis fideicommiſſarij adire & reſtituere.Vnde licèt ſenatuſconſul. in hærede loquatur, nihilominus locum habet in fiſco,
3 qui hoc caſu hæres proprie non eſt.No.in §.Titius.ꝙ† verbum hoc,ſubſtituo,ſtat pro ſubſtitutione directa vulgari, quando ēt in perſona inſtituti adiecta eſt fideicommiſſaria , & hoc ex eo, quia dictum verbum,cōe verbum eſt,vt l.iam hoc iure.ver.ſed ſi alter.ſ̄. de vulga.& pupil.& etiam ex eo, vt verbum illud tunc aliud operetur. Nota ſecūdo ex eodem, ꝙ in electione eius, qui ſubſtitutus eſt directo & oblique,eſt,quo ex capite ad ſucceſſionem venire velit. Ad idem tex. optimus j.de manumiſ. teſta.l.ſi

quis

4 quis teſtamẽtũ.No.tertio in ver.ſed verius.& † ita cõiter allega-
mus, ꝙ cogẽdus eſt quis id facere ſeu pati, quod ſibi in nihilum
eſt nociuum, alteri profuturum. Ad idẽ s̃.de euic.l.in creditore.
& s̃.ſol.matri.l.2.ver.nec cogitur.s̃.de aqua plu.arcen.l.2.§.itẽ
Varus.In gl.in ver.neceſſarij.licèt cum iſta gl. pertranſeant oẽs
5 Doctores, tamẽ contrarium puto, quia † fruſtra impetratur pre
cibus, quod eſt conceſſum à iure cõi, vt l.quæ ſub conditione.§.
fi.& l.j.de theſau.lib.10.C.tũc ad propoſitum, ius cõe cogit eos
ſeruos adire, & ita dicũtur neceſſarij. Cum habeamus remediũ
iuris cõis, nunc non eſt neceſſarium recurrere ad remedium ſe-
natuſcõſul.vt l.in cãę.s̃.de mino.& plene in l.in prouinciali.§.j.
de no.ope.nuncia.Igitur concludo hanc gl.male dixiſſe.Et ſi di-
ces, quomodo intelligitur iſtud verbum, & in cæteris, quia ne-
ceſſarijs, intellige & ſuis hæredibus poſt filium. In glo. in ver.fi.
6 ſco.Iſta gl.in ſecunda expoſitione ſui, ſeu intellectu, vult † ꝙ hæ
reditas, quæ auſertur ab hærede vel ab indigno propter non vin
dicatam necem defuncti, transfertur in fiſcum ipſo iure. Iſtud
idem firmauit gloſ. in l.cum quam. de fideicõmiſ.firmatur iſta
ratione, ſcilicet, ꝙ ad hoc vt hæreditas transferatur in fiſcum, &
auſeratur ab hærede, requiritur aditio ipſius hæredis indigni, eſ
ſet dicere, ꝙ non tranſiret in fiſcum niſi voluntate hæredis indi
gni, quod eſt abſurdum. Bal. hic inducit tex. in l.eius qui delato-
rem.§.fi.de iure fiſ. vbi dicit ꝙ eſt tex. ꝙ ad hoc vt hæreditas au-
feratur, & in fiſcum trãſeat, requiritur aditio &c. & non ſoluit.
Tu ſoluas & dic, ꝙ nõ facit tex.ille, vbi dicitur, ꝙ non eſt dubiũ,
ꝙ creditor inſtitutus à ſuo debitore ſi adeat hæreditatem, actio
illa quam habebat contra debitorẽ, eſt eliſa, vt eſt text.in l.fi.de
iu.delib.& in l.creditoris.de pac.Nunc tex.ille dicit, pone, ꝙ de-
bitor, qui fuit occiſus, & inſtituit hæredẽ creditorẽ, & anteq vin
dicaret necẽ teſtatoris debitoris, adiuit hæreditatẽ, propter hoc
fit vt ab indigno auferatur hæreditas, quęrit̃ ibi, nunquid actio,
quam habet contra debitorẽ, extincta propter aditionẽ hęredis
reuiuiſcat contra fiſcum, in quem translata eſt propter non vin
dicationẽ necis defuncti? & dicitur ꝙ non reſuſcitatur illa actio.
Et idem dicit tex.in l.propter venenu.§.nepris.ad Sillania. Et ſic
ad propoſitum ille tex.nihil facit.Nam non dicit ibi, an ſit neceſ
ſaria eius hr̃dis aditio, nam ibi erat ita caſus, & decidebat aliud,
vt s̃.dixi, ſcilicet an reſuſcitatur actio extincta per aditionẽ hære
ditatis &c.Nam à lege, quæ narrat factum ad deciſionẽ non eſt
arguendum, vt dicit gl.in l.vnica. C.quando non pe.par. & hoc
ſequitur Bar.& ſic ſtat, ꝙ nõ ſit eius hæredis aditio, vt in fiſcum
tranſeat hæreditas.In glo.in ver.quaſi vindicauerit. Iſta glo.in-
7 nuit argumentum, † ꝙ cum hæreditas eſt ablata ab hærede, vt
ab indigno, & tranſlata in fiſcum, fiſcus non tenetur vindicare
necẽ defuncti, cum in pęnam hæredis eſt hoc introductum. Et
pro hac opi.videtur eſſe tex. recte intuenti in §.noſtro, qui dicit,
ꝙ perinde tenetur reſtituere, ac ſi necem vindicauerit, & ſic nõ
compellit fiſcum vindicare.& ita quidam Moderni intelligunt
ipſum tex.ita inducendo. Tamen iſta inductio non eſt bona, nã
dicit iſte tex.ꝙ fiſcus &c.& quod ſit verum probo per legẽ, ſi an
teq̃.& l.ſi quis quaſi.ad Sillania.vbi dicitur, ꝙ ſi hæres, cuius te-
ſtator fuerit occiſus, fuit rogatus reſtituere hæreditatem, poteſt
compelli per fideicõmiſſarium adire hæreditatem, & reſtitue-
re, tamen non ſequitur, ꝙ non cogatur hæres vindicare necem
defuncti.Sed opi.glo.cõiter tenetur, & eſt vera. Nam ex iſta gl.
infertur vnum, ſcilicet ꝙ cum in aliquẽ in pęnam alterius tranſ
lata eſt hæreditas, non tenetur ad faciendum id, ad quod tene-
bat̃ is, in cuius pęnam eſt tranſlata. Et licèt Bar.ita notet, tñ non
videtur hoc eſſe verum ſimpliciter, vt eſt caſus hic, & in l. cum
& fiſco.ad Sillania.& l.2.C.vnde vi.& auth.hoc amplius.& au-
then.vnde bene ſumit̃.C.de fideicom. Et pro ſaluando Bar.dic
ſic, ꝙ is, in quẽ transfertur hęreditas in pęnam inſtituti hęredis,
non teneatur ad ea, ad quæ tenebatur hæres, ſupple ex teſtamẽ-
to non proueniẽtia, & ita intelligatur Bar.& gl.noſtra.Scd̃a do-
ctrina eſt, ꝙ ad ea, ad quæ tenebatur hæres, ſcilicet ad legata, &
ad credita, ita teneatur fiſcus, in quem facta eſt tranſlatio, vt hic,
& in s̃.alleg.legib. Et prædicta vera ſunt, cum tranſlatio fit à le-
ge, vt eſt in caſu noſtro, ſed ſecus in tranſlatione facta ab homi-
ne in pęnam hæredis. Videtur dicendum idem ex generalitate
l.legatum.de condi.& demon.& l.legatum ſub conditione.de
adi.lega.In gl.3.§.Titius.quæ eſt ſuper ver.onerata.Iſta glo. con
8 cludit, † ꝙ cum quis venit ad hæreditatem teſtatoris ex ea via, ex
qua teſtator noluit eum venire, nõ tenetur ad legata ad quę te-
neretur, ſi veniſſet ex alia via, ex qua teſtator voluit eum venire.
alleg.l.qui aũt.in prin.& §.nõ ſimpliciter.hoc tñ intelligatis eſ-
ſe verũ ſ̃m Ang.hic, & bene, niſi conſtet veniſſe hũc hæredẽ ſo-
lum pp fraudationẽ legatariorũ, quia tunc ẽt teneret̃ ex edicto,
ſi quis omiſ.cau.teſta.Ad hoc facit l.j.§.deniq;.de aqua plu.ar-
cen.& j̃.de dam.infec.l.fluminum.§.fi.& l.j.C.ſi quis omiſ.cau.
teſta.& l.non iuſtam.ad Treb. Videtis hic in tex. in §.meminiſ-
ſe.ꝙ fideicõmiſſarius filiũ hęredẽ ſuum & neceſſariũ poteſt cõ
pellere adire.Nunc peto, ſi fideicõmiſſarius non vult eum com
pellere ad adeundum, ſed ſolũ ad reſtituendũ ſimpliciter, nun-
quid poſſit? & certe vr̃ dicẽdum ꝙ non, ex eo, quia vt poſſit fieri
reſtitutio, eſt neceſſe, ꝙ hr̃s prius adeat, quia ſi non fuiſſet neceſ-
ſariũ remedium cõpulſionis de adeundo, ſequeret̃ ꝙ non ſit in
electione fideicõmiſſarij facere filium reſtituere hæreditatem.
Tamen ꝯrium eſt verum, vt eſt caſus in l.ita tñ. §.ſi pater. j̃.eo.
9 Et huius eſt ratio, quia † exiſtẽtia ſuitatis confirmat vr̃ fideicõ-
miſſum abſq; aditione hæreditatis, licèt ſola ſuitas non conuali
det fideicõmiſſum particulare, vt eſt caſus in l.j.in fi.j.vt in poſ.
10 leg.Nunc attẽde ad §.ſi fiſco.† Nam dicitur hic, ꝙ fiſcus, in quẽ
tranſlata eſt hæreditas ex eo, quia hæres non vindicauit necẽ te-
ſtatoris, poteſt compelli adire & reſtituere. Quæro, nunquid ſit
verũ tam in particulari, q̃ in vniuerſali fideicõmiſſo? & videt̃ di-
cendũ ꝙ ſic per iſtum tex.qui indiſtincte loquitur, tñ ꝯrium eſt
verum per tex.nota.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis.s̃.de leg.j.At
tẽde ad vnum, nam hic videtur caſus pro quæſtione glo. quam
s̃.retulimus, ſ.ꝙ ad hoc vt hęreditas in fiſcum transferatur in pę
nam hæredis indigni, ſit neceſſaria aditio, & cõcluſimus ꝙ non.
Nam videtur hic caſus rotundus, & induco ſic. Nam in iſto tex.
ponitur verbum, vacantia.& ſic intelligo hanc glo.hr̃ditate non
adita, vt hic eſt tex.rotundus.Capio §.Titius.nam dicitur hic, ꝙ
Titius fuit hr̃s ſubſtitutus vulgariter & fideicõmiſſarie. Aut in-
telligimus iſtum text.ꝙ copulauerit iſta gñ̃a ſubſtitutionum, &
ſic habemus hic caſum ſimilẽ illi, quẽ dicit Dyn.ſing.in l.Titio
fundus.s̃.de vſufru.leg.vbi dicitur, ꝙ eſt caſus, ꝙ vbi, &, ponitur
inter incompaſſibilia, reſoluitur in diſiunctiuam, vel. Et ſimili-
ter eſt tex.notabilior in d.l.ſi quis teſtõ. s̃.de manumiſ.teſt. quã
s̃.in notabilib.allegaui.Quæro, nunquid doctrina iſtius tex.dãs
doctrinã ſubſtituto ſub duab.ſubſtitutionib.ſ.ꝙ habeat electio-
nẽ &c.habeat locum in filio pupillo? quilibet diceret ꝙ ſic, per
iſtũ tex.& forte nõ eſt verũ.Et mouet me duplex ratio, ſ.ꝙ affe-
ctio, quã hẽt teſtator in filiũ, facit hoc, vt ſequamur ordinẽ ſcri-
pturæ natura verborũ omiſſa.Ad hoc tex.in l.cum pr̃.§.à te pe-
to.s̃.de leg.2.& l.hr̃des mei.§.peto.j̃.eo. & qđ no. in l.Gallus.§.j.
in gl.s̃.de lib.& poſthu.Modo in propoſito dicas, ꝙ pp nimiã af
fectionẽ habitam in filiũ voluit ita ſubſtituere & prouidiſſe de
11 ſubſtitutione oĩ tpe, quo moreret̃.Scd̃a ratio eſt, quia † non eſt
abſurdũ, vt plura verba diuerſa accipiãt plures interpretationes
diuerſas, vt l.pr̃ Seuerinã.§.conſtitutionũ verba.de ꝯdi.& dem.
& l.ſeruus.poſt prin.de an.le.& ſic nõ eſt abſurdũ, ſi vnaquæq;
harũ ſubſtitutionũ, quę hẽt diuerſas qualitates & diuerſa tp̃a,
inducat diuerſos effectus. Et intellige iſtũ tex.cũ teſtator ſubſti-
tuit ita hr̃di extraneo, cũ aũt ſubſtitueret filio, teneas qđ s̃.dictũ
12 eſt.Vlti.dẽs ſcire, † ꝙ ſubſtitutio vulgaris tollit exiſtentiã ſuita-
tis, vt in gl.in l.Papinianus.§.quarta.de inoffi.teſta.Doc.in l.ſi fi
lius.de lib.& poſth.& in l.ſi filius qui patri.de vul.& pupil.& in
l.ſi patri.de iu.deli.& in l.apud Iulianũ.§.idẽ Iul.j̃.e.& vt proba
ri in l.quęſitũ.s̃.de acq.hær.& in l.iam dubitari.de hær. inſti.&
hoc dẽt limitari per hũc tex. ſing.niſi ſubſtitutio vulgaris fuerit
facta copulatiue, ſ. ſubſtitutio vulgariter & per fideicõmiſſum,
vt per Bar.in l.nõ iuſtam. C.ad Treb.Et probat̃ in hoc tex.& de
iſta mã vide Doc.in l.Cẽturio.& l.iã hoc iure.de vul.& pup.Ad
de id qđ dixi in §.ſi fiſcus.ꝙ ipſi fiſco hęreditas ſine aditione nõ
poſſit quęri, vbi dicit eã agnoſcere, & ſic primo adire, & deinde
reſtituere.Et hic eſt caſus, pro quo gl. in l.j.C.de bo. vac.& l.j.§.
an bona.de iu.fi.Pro veritate dicas, ꝙ aut ipſi fiſco delata eſt hę
reditas titulo inſtitutionis, & tũc neceſſe eſt vt adeat vel per ſe,
vel p procuratorẽ, ad hoc vt ſit hr̃s, vt l.j.§.fi.s̃.de offi.proc.Cęſ.ve
13 rũ tñ eſt, ꝙ hoc ſpãli priuilegio gaudebit ipſe fiſcus, ſ. † ſi hr̃ditas
mo probatur ſic, Cõditio adiecta a reſolutionẽ actus iam in eſ-
ſe perfecto deducti, illum actũ non reddit ꝯdõnalem tex. eſt in
l. 2. s̄. de condi. Sed verba illa, ſi talis hæres non erit, reſoluuntur
in actu in eſſe deducto. ergo nõn reddunt eum condõnalem. Et
pone exemplum in l. j. de in diem addi. Ex his igitur patet, ꝙ in-
ſtitutio remaneat pura, quantũcunque ſit facta ſubſtitutio. Sed
35 ꝯ̄rium eſt verum. Inſtitutio † de hærede ſuo efficitur condõna-
nalis per dationem ſubſtituti vulgaris, & probo. Quãdo vna di-
ſpoſitio transfunditur in aliam diſpoſitionem conditionalem,
prima pura intelligitur reddita, conditionalis ſub cõditione cõ-
traria, vt l. pecuniam. s̄. ſi cer. pet. l. id quod. iuncta glo. s̄. de con-
ſti. pec. Sed iſta inſtitutio pura eſt transfuſa in conditionalem, er
go efficitur conditionalis ſub conditione contraria. Secũdo pro
batur: In vltimis voluntatibus conditionalis reſolutio actus pu-
ri præcedentis reddit actum conditionalem ſub conditione cõ
traria, vt l. aliqñ. & l. quibus diebus. §. quidam Titio. s̄. de cond.
& demon. & l. ſi poſt mortem. §. fi. s̄. de leg. j. & no. plene glo. in
l. actionum fere. §. conditio. j̄. de act. & oblig. Sed actus hic eſt in
condõne reſolutus, ergo reddatur conditionalis ſub conditione
contraria. His probatis reſultat concluſio, ꝙ efficitur cõditiona-
lis ſub conditione contraria ipſa inſtitutio &c. Reſtat diſcutere
intellectum l. 3. in princ. & §. j. s̄. de adimen. lega. Pro deciſione
36 noſtra præmitto, † ꝙ dies legati cedit a die mortis teſtatoris, pro
ut eſt tex. in l. j. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tollen. Pro intellectu
illius l. 3. dic, ꝙ aliquando in translatione legati teſtatoris referũ
tur verba ad hæredem. Exemplum, hæres meus x. iure legati Ti
tio det, & ſi Titius deceſſerit anteq̃ hæres meus illa x. det Sẽpro
nio, fit ergo translatio legati de perſona ad perſonam verbis di
rectis per teſtatorem ad hæredẽ. Et tali caſu aut ille legatarius
prius decedet ante diem legati cedentem, vel ante mortem te-
ſtatoris, & tunc ipſe primus legatarius non tranſmittit legatum
ad ſuũ hæredem, ſed venit ſubſtitutus. i. ille in quem eſt transla
tum legatũ, vt l. ſi legatũ pure. §. j. s. de adi. leg. Aut ipſe legata-
rius decedit poſt diẽ legati cedentẽ, & ſic tali caſu legatũ illud
dẽt transferri hr̄di legatarij primi, non aũt illi, in quem eſt facta
transfuſio, vt eſt caſus in l. 3. §. ſed & cum qs. s̄. de adi. lega. Hoc
37 mẽbro expedito pro expeditione illius §. dic ſecundo, ꝙ † aliqñ
ipſa translatio legati fit verbis directis in ipſum legatarium, nõ
autem hæredem, & tunc dic, quòd aliquando verba translatio
nis legati diriguntur in ipſum legatarium ſimpliciter, puta lego
Titio decem, & ſi deceſſerit, hæres det illa Sempronio in quem
facta eſt translatio, vt l. 3. in princ. de adimen. lega. Aut ipſe pri-
mus legatarius decedit poſt diem, & tunc in hoc etiam diſtin-
guam infra proximo membro fi. Dic etiam, ꝙ illa diſtinctio ca-
dit in hoc membro. Probatur in d. l. 3. in princ. iuncta l. fi. Sit mẽ
brum, quòd aliquando ipſa verba, vt s̄. ſunt adiecta in ipſum le
gatarium, ſed non ſunt ſimplicia, ſed redacta ad aliquam deter
minationem. Exemplum, lego Titio decem, & ſi Titius deceſſe
rit anteq̃ acceperit, & ſic illa verba habent ſpecificationẽ, & hę
res debet illa Sempronio. Et tali caſu aut legatarius iſte moritur
mora facti, per hæredem ſoluendo legatum, & tali caſu debet
ſolui hæredi primi legatarij, non autem illi in quẽ eſt facta trãſ-
fuſio, & iſte caſus in d. l. 3. §. ſi quis Titia. in primo reſpon. Aut
legatarius prius decedit nulla mora vera, vel ficta pręcedente in
ſoluendo ei legatum, & tali caſu debetur legatum illi, in quem
ęſt facta transfuſio. Iſte eſt caſus in d. l. 3. §. j. 2. reſpon. Et ꝑ hoc
reſtat plene declaratus intellectus d. l. 3. in prin. & §. primi. & §.
38 ſed cum quis. Nunc autem ad deciſionẽ præmitto, quòd † ſub-
ſtitutio, quæ fit in legato, eſt diuerſæ naturæ a translatione ip-
ſius legati. Et hoc probo ex præcedentibus, quia ſi teſtator dice-
ret, Titio fundum lego, & Sempronium ſibi ſubſtituo, hæc ſub
ſtitutio expirat legato agnito per primum legatarium, vt l. lega
tum. C. de leg. Secus autem eſt in ipſa translatione, quia poſſi-
bile eſt illam non expirare, licèt prius legatum agnouerat, vt l. fi
na. C. de leg. His præſuppoſitis venio ad deciſionem. Doctores
hanc in diuerſis locis poſuerunt, & varie locuti ſunt. Ego autem
facio tria membra principalia. Et primum ſit hoc, ꝙ aliquan-
do ſubſtitutio vulgaris fit ſeruo, & neceſſario per verba ſpecia-
lia, & tunc fit per hæc verba, ſi autem deceſſerit priuſquam hæ-
reditatem accipiat, ſubſtituo talem, & tali caſu vulgaris ſubſtitu
tio per hęc verba tollit exiſtẽtiam ſuitatis, & eius effectum quo
ad tranſmiſſionem hæreditatis non aditæ. Et quòd ſit verum,
39 probatur ex vno. Tranſmiſſio legati † per legatarium in hære-
dem ſuum fienda, & tranſmiſſio hæreditatis non aditæ fienda
per hæredem ſuum ad quoſcunque, æquiparantur, vt l. fina. §.
ſin autem. iuncta glo. & §. tale. iuncta glo. C. de cura. furi. Proba-
tur etiam a maiori per locum a ſpeciali in l. vnica. C. de his qui
ante aper. tabu. Et legatum etiam ignoranter non aditum non
tranſmittitur, vt l. cum pater. §. ſurdo. de lega. 2. Ad propoſitum
vidiſtis s̄. in d. §. j. & l. 3. §. fina. s̄. de adimen. leg. quòd ſi legatum
ſit Titio relictum, & ſi ipſe deceſſerit antequàm illud accipiat,
relinquitur illud tertio, & ſi ipſe tertius decedat nulla mora fa-
cta per hæredem, non tranſmittit ipſe legatarius in hęredẽ ſuũ.
Ergo ita in propoſito, ſi decedat ſuus & neceſſarius. Ex his ſun-
datur concluſio, quòd ſubſtitutio vulgaris hæredi ſuo facta per
verba, & ſi deceſſerit antequàm accipiat. tollat exiſtentiam ſui-
tatis quo ad effectum tranſmiſſionis. Nunc concluſio ſecunda
ſit, ꝙ ſubſtitutio per prædicta verba formata tollit ſuitatis effe-
ctum quo ad neceſſitatem hæreditatis adeundæ. Et quod ſit ve
ra probatur. Subſtitutio hæc, & ſi deceſſerit anteq̃ hęreditatem
accipiat, ſubſtituo &c. intelligitur in ſe cõtinere hæc verba, & ſi
hęreditatẽ habere noluerit, talẽ ſubſtituo. Ita dicit glo. in d. l. 3.
§. j. Et ſi ſubſtitutio facta eſſet per hæc verba, & ſi hæres eſſe talis
voluerit, facit ſubſtitutionẽ conditionalem ſub contraria condi
tione, ſi voluerit, per quæ verba neceſſarius fit voluntarius, vt l.
verba. s̄. de condi. inſti. & l. Cornelius. & l. iam dubitare. s̄. de hæ
re. inſti. ergo &c. Capio nunc ſecundum membrum, ſecũdum
quod ſubſtitutio fit per verba ſpecifica, videlicet, inſtituo filium
meũ, & ſi hæres eſſe noluerit, ſubſtituo Semproniũ. Quæritur,
40 an † per hanc tollatur ſuitas. Et vr̄ ꝙ ſic, quia illa verba, ſi hęres
eſſe noluerit, faciunt ſubſtitutionẽ conditionalẽ ſub contraria
conditione, ſed ſi voluerit, quæ faciũt de neceſſario voluntariũ,
vt dictis iuribus. Tertius modus faciendi ſubſtitutionẽ vulgarẽ
per verba ſpecifica eſt talis. Inſtituo meũ hæredẽ, & ſi hæres eſſe
non potuerit, ſubſtituo talem, & an tunc tollatur ſuitas? & cer-
te non, vt l. Iulia. s̄. ſi quis omiſ. cau. teſta. Ratio eſt, quia ſubſti-
tutus intelligit̄ per caput tacitũ impotentię, non ꝙ eius arbitrio
relinquat̄. Aliquando fit per verba coniuncta, videlicet, & ſi hę
res eſſe noluerit, vel non potuerit, ſubſtituo &c. & tali caſu non
intelligant̄ eſſe ſublata exiſtentia ſuitatis, qd̄ probat̄, quia cũ te-
ſtator ſubſtitutionẽ facit, & inſerit duplex ſpecificũ, ſi noluerit,
vel non potuerit, ſubſtituo &c. & tali caſu aliter intelligatur ſm
diſpoſitionem iuris cõmunis, vt l. cum proponas. de hęre. inſti.
quæ vult, ꝙ ſit hęres ex teſtamento, vt l. j. §. ſi quis. s̄. ſi quis omi.
cau. teſta. licèt de iure prętorio permittatur ſibi abſtentio, quæ
eſt rõ, ꝙ per verba illa tunc ſuitas tollitur, & nõ cum fit in capi-
te, ſi voluerit, vel nõ potuerit. Dic diuerſitatẽ eẽ, rõne enim adiũ
cti multa inducunt̄, q̃ aliàs nõ inducerent̄, nec ꝯſtituerent̄, vt l.
qui pr̄i. s̄. de acq. hęre. maxime ſi verba ipſa ſint adiuncta in his,
quę diuidua ſunt, q̃a vnũ adiunctũ trahit aliud adiunctũ, vt l. ſi
parte. quẽadmo. ſer. amit. De ſubſtitutione, quæ fit ſibiipſi, ha-
bes primo tex. in d. l. j. §. ſi proponatur. s̄. ſi quis omi. cau. & l. ſed
& ſi plures. in fi. & l. fi. §. ſi Titia. s̄. de vulg. & ſic verbum, potue-
rit, attrahit ad ſe verbum, voluerit. Secundum membrum
prin-

principale ſit,ꝙ aliquando ſubſtitutio fit per verba communia,
& an per hanc ſubſtitutionem tollatur ſuitas? Et dic ꝙ aliquan-
do ipſa ſubſtitutio fit ipſi filio ſuo & neceſſario, & intelligitur
tolli ſuitas caſu quo ſubſtitutio ſit alicuius momenti, vt l. j. §. ſi
41 proponatur ſ.ſi quis omiſ. cau. teſtam. Et † an ſubſtitutio,quæ
fit ſibi, & quando valida ſit? Fac duo membra,ꝙ aliquādo vna
perſona eſt in teſtamento hæres inſtituta, ipſique de ſemet fa-
cta eſt ſubſtitutio, & tunc ſubſtitutio facta de ſe nullius valoris
eſt,vt in §.ſi proponatur.Aliquādo in ipſo teſtamento ſunt duo
inſtituti hæredes & tūc quæritur, an ſubſtitutio facta de ſemet
valeat vel non?Dic ꝙ aut vnus ex inſtitutis eſt ſibi ſolummodo
ſubſtitutus,& tali caſu eſt nulla, niſi ſit plenior. Aut non eſt fa-
cta de ſeipſo ad ſeipſum, & tali caſu ſubſtitutio valida eſt quo
ad vtrūque caput.Et hic eſt tex.in d.l.ſed ſi plures.§.fi.& ibi ha-
bes glo.ſing.ꝙ neceſſitas adeundi ex inſtitutione tollitur in vno
hærede neceſſario. Eſt & alius modus, in quo ſecundum iura
Digeſt.in quo ſubſtitutio plenior eſſe poteſt quàm inſtitutio,&
ſic poteſt fieri de ſeipſo ad ſeipſum de iure Digeſt. ſi hæres inſti-
tuębatur ſeruus ſine adiectione libertatis,ea inſtitutio eſt nulla.
Hodie autem ſecus, vt l. cū quidam.de ſeruis nec. ergo &c. Ex
his concluditur,ꝙ cum ſubſtitutio facta eſt per verba commu-
nia,tollitur ſuitatis effectus. Aliquando vero ſubſtitutio vulga-
ris per prædicta verba communia fit ipſi filio de nepote, & ta-
li caſu dicendum,ꝙ non tollit ſuitatis effectum, vt l.poſthumo-
rum. ſ.de iniuſ teſta. & l. ſi iure.§.j.ſ.de vulg.& pup. Aliquan-
do ſubſtitutio fit ipſi filio per verba communia de perſona ex-
tranea, & tali caſu per argumenta vltimo loco facta ad partem
negatiuam pro datione ſubſtituti vulgaris non tollitur. Tertiū
membrum, aliquando fit per verba indefinita, vt inſtituo Ti-
tium.cui Sempronium ſubſtituo,& tunc non tollitur ſuitas, vt
42 hic.Hæc omnia intelligas in vulgari expreſſa, quia † tacita nun-
quam tollit ſuitatis effectum, vt ſ.Item debes intelligere in ſui-
tate,quæ prouenit beneficio legis,ſecus in ea quæ beneficio ho
minis prouenit.Et fuit dictum ſing. Ang.in l.qui in aliena.§ in-
terdum.ſ.de acquiren.hæredit. Item hæc vera de ſubſtitutione
vnica.Quid autem de ſubſtitutione multiplici, cui aliæ ſunt ad-
iunctę.Et ſi filius meus hæres inſtitutus deceſſerit, vulgariter pu
pillariter & per fideicommiſſum? de hoc dic, vt j.eo.l.recuſare.
Reſtat reſpondere ad argumenta facta ad partem affirmatiuā.
Et primum fuit d.l.ſi filius hæres.ſ.de liber.& poſth.quam du-
pliciter induxi.Et pro pleno ipſius l.intellectu præmitto,ꝙ ſi in-
ſtituatur filius per patrem ſuus & neceſſarius pręterito poſt-
humo,qui eſt in ventre matris,certe ipſa præteritio cum pendē-
tia natiuitatis eiuſdem impedit ipſi inſtituto deferri hæreditatē
iure ſuitatis. Hic eſt caſus in l.vētre in ver. ergo.ſi plane.ſ.de ac-
quir.hæred. licet glo. contradixerit in l. cum quidam. §.ſuum.
eo.tit.Exemplum. decedit pater relicto filio exiſtente in rerum
natura,quem inſtituit pręterito ventre,nunc ille in rerum natu
ra exiſtēs vult adire, venter dicit, ꝙ dēt expectare pendentiā na
tiuitatis,& bene.Hoc præmiſſo ſcias,ꝙ l.ſi filius.habet duas par
tes.Prima eſt, filius in rerum natura exiſtens eſt a patre teſtato-
re inſtitutus, & filius ipſius inſtituti, & ſic nepos teſtatoris fuit
vulgariter ſubſtitutus,ipſe idem teſtator præterijt ventrem, mo
do quæritur ibi, ſi filius inſtitutus decedat pendente natiuitate
poſthumi pręteriti, an ipſe nepos ſubſtitutus veniat ad hęredi-
tatem ipſius aui ſuus & neceſſarius,vel non?Certe dicitur ibi,ꝙ
venit ad hęreditatem aui, vt ſuus & neceſſarius poſt illud tem-
pus,quo certum eſt ipſum poſthumum non eſſe in rerum natu
ra.Ibi illa vulgaris ſubſtitutio admittit nepotem vt ſuum & ne-
ceſſarium, non ex eo, ꝙ filius perdiderit ſuitatem propter vul-
garem ſubſtitutionem, ſed propter pendentiam illius pręteriti
ventris, quæ impedit filium adire, qui infra illam pendentiam
vel tempus mortuus fuit. Secundum reſponſum illius l. quod
incip.Si nemo.dicit.pone, pater inſtituit hęredem ſuum & ne-
ceſſarium hęredem vniuerſalem vnicum & ſolum,quia neque
dedit ſibi cohæredem,neque vulgariter ſubſtituit. Vlterius pa-
ter præterijt poſthumum,filius ipſe decedit, vt ſupra præſuppo
ſitum eſt, ꝙ decedens pendente natiuitate poſthumi nō poteſt
adire.Quomodo ergo erit? Dicit Iuriſconſultus ibi de illa hære
ditate,ꝙ tunc teſtamētum paternum deſtituitur in vltimo mo
43 mento vitæ ipſius filij. Ratio,quia † ad hoc, vt teſtamentū ma-
neat validum,eſt neceſſe,ꝙ hęres adeat, alias eſt nullum, vt l. ſi
nemo de teſtam.mili. & l.ſi nemo. de reg.iur. & l. eam quam.
de fideicomm. Redditur ergo nullum, quia non poteſt adire
propter pendentiam pręteriti, quæ durauit etiam in vltimo vi-
tę ſpiritu, & non deſtituitur, aut quia ſperat adire, ſi naſcatur
prodigioſum vel monſtruoſum &c.& ſic deſtituto teſtamento
in vltimo vitę momento, cum ſit certum neminem poſſe ex eo
teſtamēto adire,quia ſolus filius vt ſupra inſtitutus fuit, & ideo
ipſi defertur hęreditas tanquam ab inteſtato. Et ſic dicas,ꝙ ſicut
pendentia natiuitatis impedit aditionem hęreditatis ex teſta-
mento, ita ab inteſtato. Dic ꝙ non eſt verum,per tex.in l.cum
quidam.§.ſuum.de acquir.hęre.& l.ſi Titius.& l.illud. ſ.ſi pars
hęre.pe.& l.ſi pater. j.de ſolu. Dicitur ergo in hoc reſponſo, ꝙ
ſi decedat filius inſtitutus nullo cohęrede, vel ſubſtituto dato,
pendente natiuitate, iſtud teſtamentum efficitur nullum vlti-
mo vitę ſpiritu, & ab inteſtato tranſmittitur ad ſuos hæredes,
contra d.tex.in l.illud.§.fi. j.& l.ventre.ver.fi. ſ.de acquir.hęre.
vbi caſus,pater decedens pręterijt ventrem, & inſtituit hęredē,
qui decedit pendente natiuitate poſthumi præteriti. Dicit tex.
ꝙ non trāſmittit,cū nō fuit adita,p tex.in l.qm̄.C.de iure delib.
& l. vnica.§.ſin autē. de cad. tol. Tn̄ dicit ibi tex. ꝙ ex quo non
tranſmittit hæreditatē,tranſmittit bonorū poſſeſſionem ꝯtab.
vel ſecundum tab.ſcilicet ſi ſit emancipatus, vel extraneus.Si ſit
ſuus,tranſmittit eo caſu,de quo in d.l.ventre.Ecce,ibi eſt caſus,
ꝙ teſtamentum non eſt nullum,nec inualidatur,cum tranſmit
tat bonorum poſſeſſionem ſecundum tab. quę competit ex te-
ſtamento valido,vt l.j.j.de bon.poſſ.ſecundum tab.Et ſimiliter
ſi tranſmittat contratab.non deſtituitur teſtamentum,cum cō-
tra id teſtamentum non dicitur, vt l.quod vulgo. j.de cōtratab.
Secundum tab.erit vtilis, ſi poſthumus non naſcitur, vel naſci-
tur monſtruoſus &c.quia ſuccedit vt filius inſtitutus. Et ſimili-
ter contratab.competit ſibi, quemadmodum hęredi inſtituto,
ſi naſcitur poſthumus & perfectus.Solue, ꝙ aut pendente nati-
uitate decedit filius ſolus inſtitutus,& tali caſu loquitur ver.ne-
mo.d.l.ſi filius hęres.& quia deſtituitur,non tamen eſt,quia nō
poteſt per aditionem alicuius confirmari ante natiuitatem,nec
propter pendentiam, nec poſt mortem filij aditur, cum non ſit
ſibi datus cohęres nec ſubſtitutus,& ſic impoſſibile eſt, ꝙ hęre-
ditas adeatur.Aut ipſe inſtitutus habet cohęredem vel ſubſtitu
tum, & tali caſu non deſtituitur teſtamentum poſito ꝙ moria-
tur eo tempore,quo non poteſt hęreditatem adire.& hic ſit ca-
ſus in d. l.illud. §.fi.& l.ventre.ver.fi.Et ſi dicis, quare hoc caſu
non deſtituitur? Reſpondeo, ꝙ tunc adibit cohęres, vel ſubſti-
tutus,& ſic cum habeat locum cauſa teſtati, non deuenitur ad
cauſam inteſtati,vt l.antequam. C.comm.de ſuc. Secundū fuit
argumentum ad dictam partem affirmatiuam d.l.j. §.ſi propo-
natur.ſ.ſi quis omiſ.cau.teſtam.Solutionem collige ex illo ſpe
ciali,quod dixi de ſubſtituto ſibimet &c. Tertium fuit,quando
ſubſtitutio habet duo capita,vt eſt in l.cum proponas.C.de hę-
red.inſtit.cum ſim.Soluas,ꝙ id quod dicitur, ꝙ ſubſtitutio vul-
garis habet duo capita,ſcilicet ſi hęres non erit, vel ſi alium hę-
redem non fecerit,intelligitur per aditionem.Exemplum, ſi in-
ſtitutus eſt ſeruus & adiuit, propter quod efficitur hęres domi-
nus,vel pone in filio,qui de iure Digeſt.omnia quęrebat patri,
vt l.placet.de acquir.hęred.& ver.hic verum eſſe. in d.l.cū pro-
ponas.in fi.Quartum fuit de l.3.§.j.ſ.de adim.lega. Solutionē
collige ex intellectu eius, quem plene examinaui ſ. Quintum
fuit de l.ſi is qui ſoluendo nō eſt ſeruum.& de l. ſi is qui ſoluen-
do non eſt,ſecūdo loco,vbi tex. ꝙ ſubſtitutio vulgaris facta ſer-
uo per eum,qui non eſt ſoluendo,tollit neceſſitatem adeundi,
ſic & in filio. Solue, ꝙ illud verum eſt, cum inſtituitur ſeruus,
& ſibi vulgariter ſubſtitutus datur,quia ſemper eo ipſo, ꝙ non
eſt ſoluendo,non cogitur adire, per glo.ſing. Inſtit.de vulga.&
pup.§.j.cui dedi ſociam.Sextum fuit de l.ſi patronus teſtamen-
to.§.ſi patroni.j.de bo.lib.Solue dupliciter, primo ꝙ ibi loqui-
tur dum filium tractat in hunc modum,ꝙ ſit adeo hęres, ꝙ nō
poſſit a paterna hęreditate abſtinere,puta quia ſe inſtituit,& ſe-
mel hęres non poteſt deſinere eſſe hęres, vt l.ſicut.de repu.hę.
Et de iure etiam ciuili eo ipſo,ꝙ pater moriebatur,filius erat hę
res,per dictum Apoſtoli, ſi filius,ergo hęres. & probatur in l. ſi
cum dotem. §.tranſgrediamur. ſ. ſol. matrim. & l. j. ſi vt ſe ab
hęre. abſt. & probatur in l.j.§.j. ſ.ſi quis omiſ. cau. Septimum
fuit de l.precibus.ver.j nam non eſt incerti.C.de impu.à cōtra-
44 rio ſcutu.Solue,† ꝙ argumentum a contrario non procedit, qn̄
reſultaret abſonus intellectus. patet ex dictis ad partem negati-
uam.Octauum fuit,ꝙ ſubſtitutio vulgaris & exhęredatio ęqui-
parantur,ſed per exhęredationem tollitur ſuitas, ergo &c. Sol-
ue,ꝙ ad hūc effectum ſunt diſſimilia,quod patet, quia ſubſtitu-
tio vulgaris ſumit effectum,cum hęres primo loco non adit, &
tunc extinguitur cum hęres adit, vt l.poſt aditam.& l.ſi quis fi-
lium. de acquir.hęred. In exhęredatione eſt contrarium, quia
tunc exhęredatio. nullius eſt momenti cū hæres non adit, vt l.
filius. §.ſed cum exhęredatio. j. de ꝯtab. & l.ſi patronus teſtō.
§.ex teſtamento. de bo.lib. Et tunc eſt exhęredatio valida,cum
hęres adit,quia tunc demum omnia ex teſtamento confirmā-
tur, vt l.ſi ſeruus Męuij. de ſtip.ſer. Nonum fuit de l. vnica. §.cū
autem.de cad.toll.Sed ſi quis bene aduertat,ille probat,ꝙ non
tollatur ſuitas per dationem ſubſtituti vulgaris. Pręmitte, ꝙ in
45 §.nouiſſimo.d.l.dedit duas regulas.Prima,† ꝙ extraneus here-
ditatem non aditam non tranſmittit.Secunda fuit,ꝙ hęreditas
aſcendentis non adita per deſcendentem tranſmittitur ad con-
iunctos ſanguinis, & ſic ſimiliter deſcendentes, cum quo con-
cor.l.vnica.de his qui ante aper. tab. poſt quem §. venit §. cum
autem.

autem. vbi tex. dicit, ꝙ cum ſit ſtatutum hæreditatem non aditã non tranſmitti, niſi quibuſdam perſonis exceptis, neceſſe eſt cõſtituere, ꝙ ad ſubſtitutum vadat hæreditas non adita, & neceſſe eſt intelligere, niſi fuerit inſtitutus deſcendens per aſcendentem, quia tranſmittit ad hæredes ſui ſanguinis, vt s̄. & ſic cum repetat verba præcedentis §. videtur velle cõtrarium eius, quod dixit. Decimum fuit de glo. in glo. §. quarta. l. Pap. s̄. de inoſſic. teſtam. Dicas, ꝙ illa glo. eſt falſa, aut ſaluabis eam per vnum ex membris meis. Vndecimum fuit de l. auia. s̄. de condit. & dem. l. idem ſi ſerui. s̄. de condi. inſtit. vbi ſeruus fuerat inſtitutus in dimidia ſub conditione, dato ſibi cohærede, & ſi hæres ipſe ſuus ſeruus non erit, ideſt quia conditio nõ fuit purificata, legat ſibi centum, & non intelligas ſi hæres non erit, ideſt quia noluit, & ſic non obſtabit. Vltimo fuit inducta l. ſuus quoque. §. ſi hæres. s̄. de hæred. inſtit. Solue, ꝙ ibi filius non poteſt beneficio ſuitatis tranſmittere, & non ex eo, ꝙ trãſmiſſio impediatur per ſubſtitutionem vulgarem, ſed quia aut vis. vt tranſmittat hæres ex teſtamento, & non poteſt, quia ex teſtamento nunquam fuit hæres, quia conditionem non impleuit, vt l. ſub conditione. de hæred. inſtit. Aut vis, vt tranſmittat ab inteſtato, & non poteſt, quia teſtator prouidit de ſubſtituto, & ſic cum ſit locus ſubſtitutioni ex teſtamento, non habet locum ſucceſſio ab inteſtato, per d. l. antequã. Et per hoc ſit reſponſum omnibus iſtis ar. Doc. hunc paſſum ponunt in l. ſi filius hæres. & l. filius qui patri. s̄. alleg. Et communis eorum ſententia eſt, ꝙ nõ tollitur. Bal. ponit in repet. ſua l. in ſuis. de liber. & poſthum. & l. cum proponas. de hæred. inſtit. & l. Pap. §. quarta. de inoſſic. teſtam. aliquando tenet ſecundum Bar. & aliquando contrarium dicit. Vltima quę-
46 ſtio eſt, † an per adiectionem conditionis poteſtatiuæ in teſtamento filij facta tollatur ſuitas. Et ꝙ tollatur, arguitur. Primo videtur caſus in l. Cornelius. & l. iam dubitari. de hæred. inſtit. & l. verba. s̄. de condi. inſtit. Secundo pro eadem parte videtur caſus in l. ſuus quoque. per totum, maxime in §. ſi de filio. & §. fi. & l. ſed ſi in conditione. s̄. de hæred. inſtit. vbi inſtituitur filius ſub conditione poteſtatiua facti extrinſeci, ſcilicet ſi decem dedero Sempronio, & tali caſu filius nõ eſt ante hæres, quàm adimpleat conditionem, ergo ſequitur, ꝙ ſublata ſit ſuitas, quia ſi pure fuiſſet inſtitutus, ſtatim fuiſſet hæres, vt l. j. §. quæ in poteſtate. s̄. ſi quis omiſ. cau. teſtam. Tertio probatur ſic, pendentia natiuitatis poſthumi, & adiectio conditionis poteſtatiuæ æquiparantur, & de vno ad reliquum bonum eſt ar. vt l. ſi filius hæres. in reſpon. fi. s̄. de lib. & poſthum. Modo pendentia natiuitatis tollit ſuitatem, vt d. l. ſi filius. j. reſpon. ergo &c. Quarto pro-
47 batur, exhæredatio de filio † facta per teſtatorẽ, & adiectio conditionis poteſtatiuæ in inſtitutione filij, æquiparantur, vt l. libertus ſub conditione. §. exiſtimo. j̄. de bo. lib. ſed exhæredatio rite facta tollit ſuitatem, vt eſt tex. in l. j. §. ſciendum. ver. poſt ſuos. ergo ſimiliter tollitur per ipſam adiectionem conditionis poteſtatiuæ. Ad partem negatiuã, ꝙ non tollatur ſuitas, arguitur ſic. Inſtitutus ſub conditione poteſtatiua habetur pro inſtituto pure & ſimpliciter, vt l. j. §. qui ſub conditione. s̄. ſi quis omiſ. cau. teſtam. Sed pura inſtitutio nõ tollit ſuitatem, vt d. l. j. §. qui ſunt. ergo ſequitur, ꝙ inſtitutio ſub conditione poteſtatiua pro pura habetur. Secundo arguitur, pendentia natiuitatis poſthumi, & adiectio poteſtatiuæ conditionis æquiparantur, vt d. l. ſi filius hæres. reſpon. fi. ſed pendentia natiuitatis non tollit, vt l. cum quidam. §. ſuum. s̄. de acquir. hæred. l. ſi pater. j̄. de ſo. l. ſi reſtituatur. §. fi. s̄. de iudi. ergo nec ipſa conditio poteſtatiua. Ante-
48 quam veniam ad deciſionem, ſcias, ꝙ † pendentia natiuitatis poſthumi tollit ſuitatem, dum ſumus ſeu loquimur in ſucceſſione ex teſtamento. Et hęc eſt d. l. ſi filius. j. reſpon. & l. ventre. ver. ergo ſi pleno. s̄. de acquir. hære. Sed dum loquimur in ſucceſſione inteſtati, ipſa pendentia non impedit ipſi iam nato hęreditatem acquiri iure ſuitatis. Hic eſt caſus in d. l. cũ quidam. §. ſuum. cum alijs ſupra alleg. Ratio diuerſitatis eſt inter ſucceſſionem ex teſtamento & ab inteſtato, ꝙ ex quo poſthumus, cuius natiuitas pendet, eſt præteritus, & ſic ſumus in dubio, an teſtamentum rumpatur vel non, quia ſi eſt dubia, voluerunt Iuriſconſulti deferri hæreditatem iure ſuitatis filio, quæ ratio ceſſat in ſucceſſione ab inteſtato. Nunc venio ad deciſionem, pro qua diſtingue, ꝙ aut ipſi inſtitutioni factæ de filio in poteſtate, & ſic de ſuo & neceſſario, adijcitur conditio poteſtatiua merè conſiſtens in voluntate, & tollitur ſuitas, vt d. l. iam dubitari. & d. l. Cornelius. & l. hæc verba. Aut adijcitur cõditio poteſtatiua non conſiſtens in mera voluntate, ſed conſiſtens in facto etiam intrinſeco, & tali caſu dicendum, ꝙ impeditur ſuitas, vel ſuſpẽditur quouſque conditio purificetur, vt hic eſt caſus in d. l. fi. cũ alijs s̄. alleg. de condit. inſtit. Sed reſuſcitatur ipſa ſuitas ſtatim conditione purificata, vt eſt caſus in l. conditionibus. j. reſpon. s̄. de condit. & demonſtr. quæ eſt ſing. per hæc ſit expedita iſta
49 vltima quæſtio. Pro declaratione materiæ quæro, † quotupliciter ſuus & neceſſarius poteſt conſiderari. Et dic ꝙ tripliciter.

Quandoque vt ab hæreditate paterna, & ſi ita conſideres, tunc dicetur hæres nudi nominis etiam ſi abſtineat, vt l. cum quaſi. § ſed & ſi quis. j̄. de fideicom. lib. & l. & ſi fuit. j. ad Tertul. Cæterum ſcias, ꝙ iſtud nudum nomen, quandoque eſt dare ſterile omnino vel infructuoſum reſpectu totius hęreditatis, quam repudiauit, quandoque non omnino. Exemplum ponitur in tex. l. fi. C. de rep. hære. l. quod ſi minor. §. friuola. de mi. & s̄. de iu. delib. l. ſi quis ſuus. Dare nudum omnino contingit hoc modo, videlicet cum hæres repudiat hæreditatem, quam creditores teſtatoris inſolutum capiunt, & tunc filius ſi vult repudiatã adire, & certe non poteſt in præiudicium illorum creditorum. Sin autem poſt ipſam repudiationem non ſit adhuc hæreditas appræhenſa, & tali caſu illud nudum nomen non erit omnino ſterile, vel oĩno infructuoſum, quia poterit hæres pœnitentia duci, per s̄. alleg. Eſt etiam conſiderare ſuum & neceſſarium patri ſecundo modo, videlicet per inſtitutionem, vel appræhenſionem hæreditatis, & hoc modo conſideramus hæredem patris
50 nomine & effectu, quia † poſt apptæhenſionem non poteſt repudiare, vt l. ſuus. C. de rep. hæred. Inſtit. de hæ. qua. & diff. §. ſed & ſi non. Eſt & conſiderare tertio modo ſuum & neceſſarium, puta quia poſt mortem non adit nec repudiat, & tali caſu quo ad omnia ipſe filius tacens habetur pro hærede ac ſi adiuiſſet. Et probatur dupliciter, quia beneficium repudiationis vel abſtentionis, quod prætor conceſſit ſuo & neceſſario, induxit in commodum, non autem in incommodũ. hic eſt tex. optimus in l. filius qui patri. in ver. ius dicenti. s̄. de vulg. & pup. Secundo probatur, ꝙ filius ipſe tacens tranſmittit hæreditatem paternã ad quoſcunque etiam extraneos, etiam non appræhenſam, ac ſi apptæhendiſſet, vt probatur in l. apud noſtros. C. de ſuis & legi. cum alijs concor. s̄. alleg. Quo ad incommoda filius ipſe tacens non habetur pro hærede. Et quod ſit verum, probatur ex his quæ dicuntur in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſol. matrim. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. & in Authen. vt hi qui obli. §. quoniã autem. & l. neceſſarijs. s̄. de acquir. hæred. Et his tribus modis capitur ſuus & neceſſarius. Quod autem s̄. dixi ipſum filiũ tranſmittere hęreditatem paternam non aditam expreſſe ad quoſcunque iure ſuitatis, dupliciter intellige. Primo, ꝙ tranſmittat cum eo abſtentionis beneficio, quod erat penes ipſum hæredem, vt l. ſi quis filium. §. j. de acquir. hęre. quæ fuit l. antiqua Pauli, vt patet in l. cum antiquioribus. C. de iu. delib. vbi Pau. ad hanc ſe refert, cum ibi dicit tex. antiquioribus &c. Secundo intellige, ꝙ tranſmittat, ſcilicet tacens, quia ſi eam recuſauerit, eã non tranſmittit. hic eſt tex. in l. vnica. in ver. ſi cum non recuſet. C. de his qui ante aper. tab. licet in l. ventre. s̄. de acquir. hæred.
51 tenuerit contrarium. Secundo quæro principaliter, † an de iure ciuili inter mortem patris & aditionem hæreditatis fiẽdam a filio hærede ſuo & neceſſario, ſit dare aliquod medium? Et primo videtur ꝙ ſit dare medium, per tex. in l. j. §. ſi poſt. in ver. antequam ei hæres ſuus exiſteret. s̄. ad Silla. & l. ſi fratris. & l. hæres potuit exiſtere. C. de iure delib. In contrarium videtur tex. in l. j. in §. qui ſunt in poteſtate. s̄. ſi quis omiſ. cau. teſtam. Item probatur per tex. in d. l. ſi fratris. vbi dicit tex. ſtatim patri hæres ſuus exiſtit, & loquitur de iure ciuili. Secundo videtur probari, de neceſſario hærede ad ſuum & neceſſarium eſt bonum argumentum, vt in ſæpius alleg. l. & ſuum hæred. s̄. de pac. ſed in hęrede neceſſario nõ eſt dare medium inter mortem & aditionẽ, vt l. quæſitum. §. præſenti. & l. ſi poſt mortem. s̄. de lega. j. l. Iulianus autem. in reſpon. fi. de condit. & demonſtr. ergo ſequitur, ꝙ nec inter mortem patris & aditionem ſui & neceſſarii eſt dare medium. Pro concordia dic, ꝙ aut loquimur an inter mortẽ & aditionem reuocabiliter ſit dare mediũ, & non eſt dare. Tex. eſt in d. l. j. §. ſi pater. & in d. l. ſi fratris in certo hæres potuit exiſtere. & ſic iſti tex. ſunt intelligẽdi. Aut quærimus, an inter mortem & aditionem irreuocabiliter ſit dare medium, & dic ꝙ ſic, quia eſt dare medium abſtentionis & repudiationis ex beneficio iuris prætorij poſiti in d. l. neceſſarijs. cum ſi. s̄. allega. & hoc probatur Inſtit. de hære. quæ ab inteſt. §. ſui. Hic eſſet examinandum, an illud beneficium repudij vel abſtentionis, quod communis opin. dicit conceſſum a prætore, intelligatur conceſſum nouiter a Iuſtiniano Imperatore. Bal. inuenit vnum tex. ꝙ ſic, quem ſecutus eſt Sal. ego vero in d. l. neceſſarijs. tenui cõtrariũ.
52 Nunc quæro, † vtrum filiæ, quæ communiter ex forma ſtatuti priuantur hæreditate exiſtentibus maſculis, deſinant eſſe ſuæ & neceſſariæ? Bar. in l. j. §. ſciendum. j̄. de ſuis & legi. cuius opin. ſecutus eſt Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. firmauit ꝙ non ſint ſuę & neceſſariæ. & Bart. ponit vnam rationem, videlicet, bonum eſt argumentum a diſpoſitione hominis ad diſpoſitionem legis, l. ſeruus. j̄. de manu. tit. gene. & l. fi. de fideiuſſ. Sed cum pater exhęredat filium vel filiam, dicitur ipſa deſinere eſſe ſua & neceſſaria, vt eſt tex. in l. illa. ff. de ſuis & legit. & l. j. §. ſi pater. de coniungen. cum eman. lib. ergo multofortius ipſa filia deſinit ſua eſſe & neceſſaria ex forma l. municipalis. Bal. in l. ma-

ximum

ximum vitium.addit aliam rationem, videlicet filia in poteſta-
te dicitur ſua & neceſſaria,quia patre moriente continuatur do
minium paterni patrimonii, ita dicitur & probatur in l. in ſuis.
ſ.de lib.& poſthum.Sed eo ipſo ꝙ filia per conſtitutionem ciui
tatis priuatur ſucceſſione,ſequitur ꝙ deſinit eſſe ſua & neceſſa-
ria. Et Bal. non bene vidit tex. Inſtit.de hæred.qual. & diff.in §.
ſed ſui.vbi dicit tex.ꝙ dicitur ſuus ipſe filius, primo per coniun-
ctionem ſanguinis,quam habet pater cum filio, & contra. Se-
cundo per dominij continuationem.Nunc ad propoſitum po-
ſito,ꝙ ceſſet dominij continuatio,non ceſſat alia, videlicet con-
53 iunctio ſanguinis. Modo habemus † regulam,ꝙ cum in vna ea
demque diſpoſitione ſunt duæ cauſæ, quamuis ceſſet vna, re-
manet tamen firma diſpoſitio, vt eſt tex.Inſtit.de nup. §.affini-
tatis. & l. ſi non lex. ſ.de hæred. inſtit. Licet Legiſtæ de hoc ſo-
leant allegare glo.vnam vulgarem in l. ventre . j.de priui. cred.
& aliam in l.liberorum.ſ de infa.Vnde ratio do.Bal. parum va-
let.Sed quia dictum Bar.eſt verum,dic illud limitandum dupli
citer.Primo,niſi hęc conſtitutio excluſiua filiæ ſit facta non per
populum vel conſilium vnius ciuitatis,quod reprçſentat popu
lum,ſed epiſcopum, Marchiones, & alios excepto Imperatore
& rege,qui non recognoſcit ſuperiorem, quia tunc iſta cōſtitu-
tio excluſiua non facit filiam deſinere eſſe hæredem & neceſſa-
54 riam,quia tales † conſtitutiones factæ a recognoſcentibus ſupe
riores dicuntur ius prætorium,vt magiſtraliter dixit Bar.in l.ſti-
pulationum aliæ.j.de verbo.obligat.& l.2.§.j.de vſucap.pro hę
re.Et ego plene dixi poſt Bal.in rub.C.qui admit.Ratio,quia di-
cuntur fieri ab his, qui ſunt ad inſtar prætoris, ſed prætorium
ius non tollit ciuile, ergo, vt in §.quos autem. Inſtit.de bo.poſ-
ſeſ.&c.Secundo modo limita,ꝙ dictum Bart. procedit ipſis ma
ſculis exiſtentibus acceptantibus hęreditatem, quia eis apprę-
hendere nolentibus ſuccedunt ipſi patri filiæ, vt hęredes & ne-
ceſſarij. Et me mouet,quod ſcribit Bar.in l.2.§.ſed ſint.j.ad Ter
tul.& l.j.§.filium qui.j.de bon.poſſ.contratab.vbi dicit Barto.ꝙ
attenta validitate ſtatuti dicentis, filijs maſculis exiſtētibus &c.
illud ſtatutum intelligitur, ſi ipſi maſculi acceptant hereditatē.
& alleg.tex.in l.ſi ex modica.j.de bon.lib. & l.fine. §. fi.j.de iure
55 patr.Quarto quęro,† an filius adoptiuus adoptatus tamen per
extraneos, ideſt non ſibi in aſcendentia coniunctos, dicatur ipſi
adoptanti extraneo eſſe ſuus & neceſſarius? Et primo ꝙ non,
quia ex ſuitate & neceſſitate cauſatur patria poteſtas. Iſte eſt
tex.in ſimili, Inſtit.de hęr.qual.& diff.ſed filius adoptiuus ado-
ptanti & ſibi extraneo non eſt ſubiectus, ergo ſequitur, ꝙ non
eſt ſuus,cum non deficiat cauſa ſuitatis, Secundo probatur ſic,
vide tex.Inſti.de hęred.quę ab inteſta.§.ſed tamen.& tex.de ex-
hær.lib.§.adoptiuus.& de adop.§.ſed hodie.qui dicunt, ꝙ ado-
ptiuus non habet niſi ſucceſſionem ipſius patris adoptantis ex-
tranei,& non dicunt, ꝙ deferatur iure ſuitatis, ergo &c. Nihil-
ominus tex.verus eſt,qui vere vrget in partem cōtrariam.& eſt
tex.in l.cum in adoptiuis.in 4.col.verſic.& ideo etiam inteſtati.
56 ibi, in ver. ſine hęrede ius obtinet. Ad † aliud eſt tex.mirabilis,
videlicet, ꝙ in vna eademque perſona ex diſpoſitione iuris eſt
reperire hęredem pro parte ſuum, & pro parte nō ſuum, quia
dicit ibi tex.ꝙ quo ad ſucceſſionē inteſtati dicitur ſuus, ſed quo
ad ſucceſſionem ex teſtamento nō dicitur ſuus, vt in ea.l.col.4.
§.ſed ne.Eſt ergo concluſio, ꝙ in filio adoptiuo quo ad patrem
adoptantem & extraneum in ſucceſſione ab inteſtato, non eſt
dare ſuitatem in ſucceſſione ex teſtamento. Nam licet ipſe fi-
lius adoptiuus non ſit patri ſubiectus,vt in ead.l.§.ſancimus.eſt
ne dare alium caſum, in quo in hęrede dicatur ſuitas abſque
57 patria poteſtate? & dic ꝙ eſt dare,vt dixi. Eſt † etiam dare ſuita-
tem in fratre ſubſtituto fratri ſuo pupillariter, vt l.ſed ſi plures.
§.quos poſſum.ſ.de vulg.& pup.& l.ſi pupillus. alias, Iulianus.
58 in ver.cęterum.ſ.de acquir.hęred. Quinto, † an inſtitutus in re
certa dicatur ſuus & neceſſarius ad hunc,ſcilicet effectum vt,ſci
licet rem illam certam,in qua eſt inſtitutus, trāſmittat ad quoſ-
cunque beneficio ſuitatis? Bal.hanc mouet in l. quoties. de hę-
red.inſtit.& ibi determinauit, hunc quo ad caſum tranſmiſſio-
nis non dici ſuum.Et mouetur ratione quadam colorata, & di-
cit.Iſta ſuitas & neceſſitas in hęrede eſt inuenta fauore credito-
rum hęred.vt ipſi creditores aliquem conueniant, ſed iſte inſti-
tutus in re certa creditoribus hęreditarijs non tenetur, vt d. l.
quoties.ergo filius iſte inſtitutus in re certa,non eſt ſuus, cū ceſ-
ſet cauſa,videlicet fauor creditorum.Et ſubdit,ꝙ illam rem cer
tam tranſmittit ad hęredem ſine ſpeciali beneficio, l. ſi quis fi-
lium. ver.niſi certarum. C. de inoffic.teſtam. Sed aduertendū,
ꝙ ratio hęc nullam habet vtilitatem.Dum enim primo dicit, ꝙ
ſuitas & neceſſitas eſt adinuenta fauore creditorum,male dicit,
immo eſt inuenta fauore teſtatoris,vt Inſtit.quib.ex cau.ma.nō
lic. §. licet.non ergo fauore creditorum. Et hic eſt primus mo-
dus reprobandi. ꝙ non dicat verum, probatur per reductionē
ad abſurdum . Pone, patrem inſtituiſſe filium ſuum pro dimi-
dia, & extraneum pro alia dimidia, & voluiſſe ꝙ omnia hęre-
ditaria onera pertineant ad hunc extraneum in dimidia inſtitu-
tum, quod grauamen vni ex hęredibus teſtatoris adire poteſt,
vt l.cum ab vno.ſecundum vnam lec.glo.ſ.de lega.2.pro cuius
intel. vide Bar.in l.continuus. in ver.perſpiciendum. de verbo.
oblig.& Bal.in l.hæreditarijs. de hær.act. Sequitur ex dicto do.
Bal.ꝙ inſtitutus ille in alia dimidia filius non dicitur ſuus, dum
vlterius dicit,ꝙ licet non trāſmittatur beneficio ſuitatis,ſed be-
neficio d.l.ſi quis.& dicit ꝙ ille verſic. non tractat de tranſmiſ-
ſione rei certæ,quæ filio eſt relicta iure inſtitutionis. ſed de iure
tranſmiſsionis peti.ſupplemē. legitimæ per ipſum filium ad hę
redem ſuum . Et ideo ſtat concluſio, ꝙ inſtitutus in re certa ſit
ſuus & neceſſarius quo ad tranſmiſſionem.Et ꝙ hoc ſit verum,
probo,licet ſit dubitatio,an inſtitutus in re certa ſit hæres vel le
gatarius,quod plene diſcutitur in d.l.quoties.& l.j. §. ſi ex fun-
do. & l.quoties. §.ſi duo. & l.ſi ita quis hæres inſtituatur exce-
pto fundo. & l.ex facto.la grande. ſ.de hæred.inſtit. & per glo.
& Cano. in c.Raynutius. extra de teſtam. & per Ioan.Andr. in
addit.Spec.in tit.de teſtam. §.j. in verſic.pone. & l.ſi quis prior.
j.eod. Tamen in hac dubitatione eſt hęc concluſio firma, ꝙ ſi
inſtituatur filius in re certa,& alius vniuerſaliter,tunc ipſe inſti-
tutus in re certa eſt hæres in omnibus, præterquam ad duo, vi-
delicet quo ad ſolutionem legatorum, & relictorum. Hæc fuit
concluſio glo.ſing.in c.ſi pater.in ver. eidem filio. de teſta.li.6.
Ergo cum dicatur heres quo ad omnia,præterquam ad ea duo,
& habemus caſum in l.ſi fratris. C.de iure delib. & l.Lucius. ſ.
de vulg.& pupil. ꝙ datio cohęredis non tollit ſuitatem quo ad
tranſmiſſionem, ſequitur ꝙ non impediatur beneficium ſuita-
tis quo ad tranſmiſſionem.Stat ergo concluſio, ꝙ inſtitutus in
re certa dicitur ſuus, & tranſmittit ad quoſcunque. Sexto quę-
59 ro, † an teſtator pater poſſit tollere qualitatem ſuitatis,& neceſ-
ſitatem filio? Hunc paſſum non reperio per aliquem tactum.
Sed pro eius deciſione dicas,ꝙ quidam eſt actus, per quem pa-
ter vult tollere filiationem naturalem,& dicendum eſt ꝙ pater
hunc actum facere non pōt, vt l.abdicatio. C.de pat.poteſta.&
ita dēt intelligi l.iura ſanguinis.j.de reg.iu.& l.ius ignorās.ſ.de
pac.Ratio eſt,quia cum perueniat de iure naturę, eſt impoſſibi-
le,ꝙ tollatur de iure ciuili,Inſtit.de iure nat. §.ſed hæc. Inſti.de
leg.agn.ſuc.§ fin.Aut pater vult facere talem actum, per quem
non tollatur filiatio, ſed ſolū patria poteſtas, & tali caſu poteſt
filio volente, non autem inuito, vt l.nonnunquam. ſ.de adop.
Inſtit.qui. mo.ius pat. po. ſol. §.fi.& l.nec auus. C.de emancip.
lib.no.Bar.in l.quidam cum filius. j. de verb.oblig. & caſus eſt
in Auth.quib.mod.nat. effic. ſui. §.generaliter. Ratio eſt, quia
60 † patria poteſtas eſt de iure ciuili, vt l. nam ciuium. ſ.de his
qui ſunt ſui vel alie.iur. & Inſti.de pat.poteſta. §.ius autem. Et
de iure antiquo emancipatus erat incognitus, vt Inſti.de exhær.
lib.§.emancipatus. & in l.j. §.ſi filius. de ſuis & legi. Itē& olim
tollebatur agnatio, vt l.capitis diminutione.ſecundum lec.glo.
j.de ſuis & legit. Et an per emancipationem filius ſit hodie co-
gnitus,eſt magna lis. Glo. eſt in l.qui ſe patris. & ego ibi poſui.
Aut pater vult facere actum,per quem non tollitur filiatio, nec
agnatio,nec patria poteſtas, ſed tantum ſuitas & neceſſitas in-
troducta per ius ciuile,& hic eſt caſus noſter. Et primo videtur,
ꝙ neceſſitas poteſt tolli. Vnde dicendum,ꝙ aut loquimur in ne
ceſſitate adeundi,& illa poteſt per patrem tacite & expreſſe. Et
ꝙ tollatur tacite vel conditionaliter, eſt tex. in l.iam dubitari.
§.Cornelius.ſ. de hæred.inſtit.& tollitur pure. Moueor hic ſe-
61 cundo, ꝙ † cuilibet eſt licitum renunciare fauori ſuo, ſed in fa-
uorem patris neceſſitas introducta eſt, vt d.§.licet. Tertio mo-
ueor ſpecialiter per tex.in l.his coram.C.vt in poſ.leg.Aut quæ-
rimus,an poſſit remitti ſuitas,& conſequenter eius effectus. Et
tunc aut quærimus,an poſſit tolli pure & expreſſe,& tunc vide-
62 tur dicendum ꝙ non.quia † licet neceſſitas ſit introducta fauo-
re patris,ſuitas eſt introducta fauore filij. Et patet, cum omnes
effectus ſuitatis ſint introducti fauore filij, & id quod lex indu-
cit fauore hęredis & non teſtatoris,non poteſt per ipſum teſta-
torem tolli,ſed ſuitas eſt introducta fauore filij, ergo &c. Et hic
eſt tex.in l.ſcire debere.C.vt in poſ.leg. vbi teſtator legat vſum-
fructū domus,& dicit tex.ꝙ debet legatarius cauere, & eſt vti-
le,vt ſubſtantia non pereat,quæ cautio eſt introducta fauore fi-
lij intantum, ꝙ illa cautio non poteſt fieri per teſtatorem, nec
per patrem,& ſic eſt ibi tex.iuncta glo. Rationem accipiat regu-
la generalis teſtatorem non poſſe tollere deciſionem l. vt c. re-
quiſiſti. de teſt. & l.nemo poteſt. de lega. 1. Aut quærimus, an
poſſit tollere ſuitatem tacite,& tali caſu dicendum ꝙ ſic.& hoc
per ea,quæ ſ.dixi in tribus q.an datione cohęredis,an ſubſti.vul
ga. an per adiectionem conditionis poteſtatiuæ ſuitas tollatur.
63 Et hic verificabitur regula illa,ꝙ expreſſa † nocent, non expreſ-
ſa non nocent.Et ita ſunt intelligenda quæ in hoc paſſu no.Bal.
ſolus in l.ſi arrogator.in 6.opp.ſ.de adop. Superioribus effecti-
64 ctibus ſuitatis addas primo,ꝙ † licet extraneus hæres præſuma-
tur ſcire omnia,quę continentur in teſtamento,in quo inſtitu-
tus eſt,

rus eſt, vt probatur ex glo. in l cum hæres. ſ. de lib. leg. & l. cum
quidam. j. tit. eod. Nihilominus ſuus non præſumitur ſcire. Hic
eſt caſus ſing. quem Barto. no. ſolus in l. eius qui in prouincia.
§. ſi. ver. ſi proponatur. ſ. ſi cer. pe. Ratio diuerſitatis eſt, quia ex-
traneum oportet ſcire antequam adeat de validitate teſtamen-
ti, & ſic oportet illum dictum teſtamentum legere. Hic eſt ca-
ſus in l. ſed ſi de ſua. ſ. de acquir. hæred. Et ſecus eſt in ſuo, cum
ſit ſtatim patri etiam ignorans, vt l. ſi fratris. cum ſim. Sed ipſe
Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. aliter locutus eſt, & ibi eum
vide. Secundus effectus eſt addendus, ſi ſit inſtitutus filius ſuus
& neceſſarius poſthumo, qui putabatur in vtero præterito, qui
in veritate non erat, ipſe inſtitutus quantuncunque putet poſt-
humum eſſe in vtero, efficitur ſtatim hęres, vt l. cum quidam.
§. ſuum. ſ. de acquir. hæred. & l. ventre. ver. ergo ſi vacuo. alias,
ſed ſi vacuo. e. tit. Secus tamen eſt in extraneo, quia ſi putat vxo
rem eſſe prægnantem, non poteſt hæreditatem adire, donec iu-
ſta ratione contrarium credat, quia dicto medicorum vel ob-
ſtetricum &c. Et cum hac credulitate concurrere debet com-
munis opin. Caſus eſt in d. l. cum quidam. §. quod dicitur. verſi.
ſed ſi ipſe putat.

S V M M A R I V M.

1 *Hęreditatis reſtitutionem vel abſenti fieri poſſe, velut & ab eodem repu-*
diationem. Et num procuratori reſtitutio fieri queat. Et quid inde ſe-
quatur.
2 *Actionum ceſſionem abſenti fieri poſſe.*
3 *Procuratori, de cuius etiam mandato dubitatur, præſtita cautione ſolutio*
nem fieri poſſe.
4 *Arguere ex epiſtola Imperatoris in ſpecie cauentis ad generalium caſuum*
identitatis rationem habentium, deciſionem licere.
5 *Sententia diffinitiua principis legis inſtar in ſimilibus caſibus habet.*
6 *Fideicommiſſario conditionali reſtituta ante conditionis diem hæreditate,*
quando in eum actiones transferri dicantur.
7 *Fideicommiſſarius poſt hæreditatem aditam, non tamen reſtitutam, de-*
cedens non tranſmittit in ſuum hæredem fideicommiſſi ius.
8 *Accreſcendi iuri num poſt aditam hæreditatem locus ſit.*
9 *Pupillum non reſtitui aduerſus eum actum, qui læſionē non affert. Et quot*
ad reſtitutionem obtinendam neceſſaria ſint.
10 *Beneficia non ita dantur, vt alij noceatur.*
11 *Fideicommiſſarius conditionalis pure inſtitutis hæredem adire hæredita-*
tem cogit. Et in iudicis decreto ad agendum hæredem præſentia hære
dis & eius citatio an ſit neceſſaria.

§. Vtrum. Si coactus hęreditatem adire, ex fideicom.
ob defectum fideicommiſſarij actiones non
transferat, perinde habetur ac ſi hęres ipſe non adiuiſſet. hoc di
cit vſque ad §. j. l. ille a quo. & ita communiter ſummatur. No.
1 in §. vtrum. ꝙ † reſtitutio hæreditatis fieri poteſt etiam abſenti,
& hoc per procuratorem fieri petentem reſtitutionem, ſicut &
per ipſum hęredem, & per ipſum etiam abſentem repudiari
poteſt hæreditas, vt ſ. eo. l. recuſare in princ. No. ſecundo ex eo.
ſecundum vnum intellec. ꝙ reſtitutio hæreditatis fieri poteſt
procuratori ipſius fideicommiſſarij. Ad idem j. eo. l quamuis.
in fi. quia quidem reſtitutione procur. facta actiones hæredita-
riæ in ipſum fideicom. intelliguntur translatæ, vt j. eod. l. reſtitu
ta. ver. ſed ſi voluntate. Hoc autem intellige in procuratore ſim
plici ad petendam reſtitutionem hęreditatis conſtituto, vt j. eo.
l. qui ita inſtitutus. § j. Procuratori enim in rem ſuam hæredita-
tis reſtitutio per hęredem non poteſt fieri, quia ad id non vide-
tur fideicomm. in rem ſuam poſſe procu. conſtituere. Caſus eſt
ſing. in l. ſi mulier. §. ex aſſe. j. de iu. do. niſi per prius ipſi fideicō.
ſaltem fuerit facta reſtitutio verbalis, quoniam tunc realis bene
procu. in rem ſuam fieri poteſt. Vel niſi procur. in rem ſuam nō
petat hęreditatem reſtitui ſibi, ſed reſtitui fideicomm. ad ſui ta-
men procur. vtilitatem. Et iſto duplici modo, quorum vnus eſt
Iac. de Are. alter Ange. intelligendus eſt tex. in l. ſeruo inuito.
§ fin. j. eod. difficulter videtur obſtare tex. in d. l. ſi mulier. §. ex
2 aſſe. & ita Ange. dicit ſe obtinuiſſe Patauij. No. ex eo. tertio, † ꝙ
ceſſio actionum abſenti fieri poteſt, quod patet, quia hic dicit,
abſenti hęreditatem reſtitui poſſe in perſonam procur. & tamē
ex illa reſtitutione in ipſum abſentem transferuntur hæredita-
riæ actiones, vt dicta l. reſtituta. ver. ſed ſi voluntate. & ſic eſſe
hic caſum iuncta d. l. reſtituta. pro opin. glo. ſingu. hoc firman-
tis in l. in cauſæ. §. ſi ex parte. ſ. de procu. de cuius plena examina
tione vide d. Bal. C. man. l. per diuerſas. & l. j. C. de act. & oblig.
& Ioan. And. pleniſſime referentem diſputationem Mar. Silli.
in tit. de ceſ. act. No. quarto ibi, ſiue cautum ei fiat, ſiue non, ſe-
3 cundum verum intel. ꝙ † procur. ad exigendum, de cuius man
dato dubitatur, poteſt p̄ſtita cautione de rato ſolutio fieri. de
quo glo. fortiter dubitauit in l. nō ſolum. §. qui alieno. ſ. de proc.
de quo vide plene per Cy. C. de proc. l. j. & Bart. in l. ſi ſine. §. cū
antem. j. rem ra. hab. Etiam annus eſt, ꝙ paſſim hoc ipſum di-
ſputaui, & dicam plenius j. eod. l. qui ita. §. j. ſaltem per viam re-
miſſionis. No. quinto in eo. ibi, cuius rei exemplum cape &c.
4 † ꝙ ex epiſtola Imperatoris loquentis in caſu ſpeciali, arguere
poſſumus ad deciſionem generalem aliorum caſuum identita-
tem rationis habentium. Quod enim principi placuit, etiam p
modum epiſtolæ legis habet vigorem, vt Inſtit. de iure na. §. ſed
quod principi. & ſ. eo. l. j. & ita dicimus in ſententia diffinitiua
5 in cauſa vna lata per principem, quia † illa in ſimilibus caſibus
inſtar legis obtinet generalis, C. de legi. l. fi. licet nō ſic dicamus
de ſententia eiuſdem interlocutoria, quoniam illa ius generale
non facit, vt C. de legib. l. 3. niſi redacta fuerit in corpus iuris, vt
l. metum. §. quod prætor. ſ. quod me. cau. Quod ergo dicimus
non epiſtolis, ſed legibus iudicandum, vt C. de ſena. l. nemo. pro-
cedit, ſi exempla capere vellemus a factis inferioris, ſecus ſi a ge
ſtis principis, quoniam tūc bene exempla capere poſſemus etiā
in iudicando, vt extra de re iud. c. in cauſis. ſ. ad Sill. l. j. §. hoc au
6 tem ſenatus. in ver. & ait Sextus. No. in §. Antiſtia. † ꝙ fideicō.
conditionali etiam ante conditionis euentum reſtitui poteſt p
hęredem adire compulſum hæreditas, licet ex ea reſtitutione
non transferantur actiones, niſi conditione purificata, vt deter-
minat hic glo. & recte in ver. ſtatim. Quod ergo dicit reſtitui nō
poſſe fideicom. conditionali hæreditatē ante conditionis euen-
tum, vt ſ. eo. l. ſed ſi alio. §. fi. cum l. ſequen. intelligi debet in hę-
rede adeunte voluntariè, non autem coacte, vt hic eſt tex. no.
Et de hac materia dic vt plene dixi ſ. eo. l. recuſare. §. fin. No. ex
7 eo. ſecundo in ver. cum autem poſſit. arg. † ꝙ ſi decedat fideic.
poſt hæreditatem aditam ab hęrede, ante tamen quàm reſtitu-
tio ei facta fuerit, non tranſmittit in ſuum hæredem ius fideicō.
ex quo tex. hic dicit tali caſu creditores procedere poſſe ad ven-
ditionem bonorum hęre. perinde ac ſi hęres compulſus adire
non adiuiſſet. Si enim fideicom. ius fideicom. in ſuum hæredē
tranſmiſiſſet, tunc non poſſent creditores procedere ad vendi-
tionem bonorum, quia quemadmodum conuenire deberent
fideicom. reſtitutione facta, & qui compelli poteſt eam reſtitu-
tionem in ſe ſuſcipere, ſi hęredem compulerit adire, vt j. eod. l.
poſtulante. in prin. ita etiam deberent conuenire eius hæredē,
quod tamen hic Iuriſcon. non admittit, & ita per hunc tex. de-
terminat glo. ſ. de lega. j. l. cum filio. in glo. fi. & ſ. de conditio.
& demon. l. a teſtatore. & male ſecundum Dy. & Bar. plene in
d. l. cum filia. Quia ꝙ fideicom. poſt aditam hęred. tranſmittat
ius fideicomm. ad hęredem, ſi decedat ante reſtit. ſibi factam,
eſt caſus C. de fideicomm. l. 3. & l. ſi in perſonam. j. eod. l. cogi.
§. idem Metianus. & l. quidam ita. & d. l. poſtulante. Nec obſt.
tex. iſte, quia hoc ideo permittitur creditoribus tali caſu bono-
rum venditio, quia fideicom. ante reſtit. deceſſit & ſine hęrede,
vnde non erat cui fieri poſſit reſtitutio, & ita intelligit tex. glo.
hic, in ver. deceſſerit. & recte. No. in ver. perinde permittatur. ꝙ
cum hęres compulſus adire aliquo ex caſu, quo fideicom. re-
ſtit. hæredi. facere non poſſit, habetur pro non adeunte, vnde
p̄mittitur creditoribus dicti reſtōris bonorum hęreditariorum
diſtractio. No. in ver. cum igitur, ꝙ reſcriptum diui Pij loquens
in caſu, quo deceſſit fideicomm. compellens hęredem adire an
te conditionis euentum, trahitur ad caſum quo compellit hę
redem adire fideicommiſſo exiſtente puro, & ad omnem aliū
ſimilem, in quo aliquo ex capite ipſi fideicommiſſario reſtitu-
tio fieri non potuerit No. in l. ſed cum ab hærede. caſum ſingu.
8 ſecundum intel. Iaco. de Are. † ꝙ licet regulariter poſt aditam
hęre. non ſit locus iuri accreſcendi, vt l. j. §. interdum. cum ſim.
ſ. de vſufr. accr. tamen fallit in hęrede compulſo adire per fidei-
comm. cui aliquo ex capite non poteſt hęre. reſtitui, quoniam
tali caſu portio illa etiam adita trāſit ad cohęredem per ius ac-
cre. cum ſuis oneribus, vt hic eſt caſus vnicus, quem no. & tene
menti. Et mirum, ꝙ Bar. nec ſequentes de hac lec. non ſecerunt
mentionem. No. in ea. l. ſecundo, in ver. neque pupillum. ſecū-
9 dum primam & veram lec. glo. † ꝙ pupillo non datur reſtit. in
integ. aduerſus actum, ex quo ſibi non poteſt inferri læſio. Vt
enim reſtit. in integ. detur, neceſſaria eſt probatio trium. Primo,
minoris ætatis. Secundo, læſionis non enormis. Tertio, ꝙ læ-
ſio illa contigerit, nō caſu fortuito, ſed facilitate ipſius minoris,
vel aduerſarij dolo. & hoc probatur ſ. de iureiur. l. nam & poſt
ea. §. ſi minor. ſ. de mi. l. verum. §. ſciendum. C. de in integ. reſti.
ti. gene. l. non videtur. No. in eo. ibi, ſi nouum beneficium cum
10 alterius iniuria &c. † ꝙ beneficia alteri conceſſa nunquam ſunt
ita intelligenda, vt ex his alteri damnum ſiue iniuria inferatur.
& ita communiter allegatur iſte tex. Ad idem ſ. de teſta. mili. l.
cū filius C. de emā. libe. l. nec auus. j. ne quid in lo. pub. l. 2. §. me
11 rito. & d. §. ſi quis. in prin de teſt. No. in l. ille a quo. ꝙ † fideicō.
conditionalis ēt p̄dōne pendente cogere pōt hęredem pure in-
ſtitutū ad adeundū hęreditatē. No. ſecundo ibi, non deſiderat
p̄ñtia &c. ꝙ in decreto prętoris cōpellente hęredem inſtitutum
adire, non pręſumitur neceſſaria prętentia ſeu citatio hęredis.
Ad idem ſ. eo. l. recuſare. & ibi rationem & concordias dedi.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem in cauſis ſummarijs, ac per identitatem rationis in ordinarijs non admitti, quæ rei excipientis intereſſe non contineat. Et de teſtamenti viribus dubius, an adire hæreditatem cogi poſſit.*

2 *Exceptionem fideicommiſſi nullitatem concernentem in cauſa coactionis ſummaria ab hærede opponi poſſe, ſi eius diſcuſſio fieri poſſit.*

3 *Excipiens aduerſus teſtamentum non euitat aditionis compulſionem.*

4 *Exceptionem, quæ tum demum admitteretur, ſi de eius veritate conſtaret, non admitti, quo tempore altiorem requirit indaginem.*

5 *Proceſſus iudicis, qui exceptionum diſcutiendarum ordinem diſtulit ac præuertit, nullus ne ſit.*

6 *Fideicommiſſum vniuerſale, atque adeo particulare morte hæredis de reſtituendo grauati ante aditionem ſecuta, euaneſcere.*

7 *Par in parem imperium non habet.*

8 *Vnus atque idem plurium perſonarum vice non fungitur, velut nec officijs pluribus.*

9 *Iuriſdic. filium patre maiorem ac ſuperiorem quatenus reddat.*

10 *Poteſtas patria in quibus non conſideretur.*

11 *Repudians hæreditatem ad alterius vtilitatem adire cogi poteſt. Et aditio voluntaria ſicut vltimas tabulas confirmat, & ita aditio coacta.*

12 *Adire compulſus, ac deinde pœnitentia ductus beneficium detractionis non recuperat, quod aditione coacta perdidit. Et an hæres per fideicommiſſarium ſingularem cogi poſſit.*

13 *Fideicommiſſarium ſingularem, velut nec legatarium, onere hæreditario non premi.*

§. Si de teſtamento. In ſummarijs cauſis non admittitur exceptio, quæ intereſſe rei non continet: ea autem, quæ continet intereſſe, admittitur, ſi altiorem non requirat indaginem, alias in alio iudicio reſeruatur. & par in parem non habet imperium, nec minor in ſuperiorem, nec aliquis triplici officio fungi poteſt, etiam in his, quæ pertinent ad ius publicum, & in quibus duplex perſona repræſentatur, non curatur poteſtas patria, & poſt repudiationem poteſt hæres adire cogi, re integra exiſtẽte. Et coacta aditio confirmat legata & libertates, & etiam ſecundas tab. Et adire compulſus non poteſt pęnitentia ductus vti beneficio detractionis quartæ, & ad poſtulationem fideicomm. ſing. nõ poteſt cogi hæres adire, ad poſtulationem vero vniuerſalis fideic. ſic. hoc dicit vſque ad §. ſed & ſi quis. l. nam quod. No. in §. ſi de
1 teſtamento. ꝙ † in cauſis ſummarijs & per identitatem ratio
nis etiam in ordinarijs non admittitur exceptio, quæ rei excipiẽ
tis intereſſe non continet, ſicut nec ad agendum admittitur is,
cuius non intereſt, ſ. de inoffic. teſtam. l. poſthumus. §. ſi quis
ex his. Sicut etiam non ad appel. admittitur intereſſe non prætendens, j. de app. recip. l. non ſolent. Quando autem opp. poſſit hæc exceptio, tua non intereſt, ad ipſius agentis excluſionem, dic vt eleganter no. Innoc. extra de accu. c. ſuper his & Bar. in d. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. & etiam Bal. & alij ibidem. No. ex eo. ſecundo, in ver. & de teſta. iuncta glo. in ver. vel de ſua. ꝙ licet is, qui non eſt certus de viribus teſta. ſi hæres inſtitutus ſit, hæreditatem ad ſuum commodum, hoc eſt alij reſtituendam adire non poſſit. l. ſed & ſi. de ſuc. & l. cum filium. ſ. de acquir. hære. tamen ad effectum vt reſtituat alteri poteſt ea dubitatione non obſtante adire compelli. Caſus eſt hic no. iuncta gl. No.
2 tertio in ver. quid ergo &c. ꝙ † exceptio concernens nullitatẽ
fideicõmiſſi in cauſa hac ſummaria, ſcilicet compulſiua adeundi per hæredem opponi poteſt, ſi ſtatim eius examinatio fieri poſſit. Quãdo autem dicatur ſtatim de veritate examinationis cognoſci poſſe, dic vt nota. declarat Bar. j. vt in poſ. lega. l. ſi is a quo. Igitur autem hæc exceptio nullitatem fideicommiſſi concernens in hoc ſummario ideo per hæredem opponi poteſt, quia eius continet intereſſe. Quod autem ſit intereſſe iſtud, declaratur tripliciter. Primo per Ray. de Forl. dicentem, ꝙ in hoc intereſſe eſt. ſcilicet quia ſi fideicommiſſum eſt nullum, illud in fideicommiſſarium non tranſiens, lucrabitur ſibi hæres, quod non erit, ſi fideicommiſſario reſtituat, cum tunc ab eodem repeti non poſſit, ſ. de lega. 2. l. codicillis. in princ. & quod plene habetur C. de fideicomm. l. & ſi vtiliter. Sed certe non videtur ꝓcedere. Vnde ex quo in caſu huius §. vt in principio huius tex. præſupponitur, dicat hæres hæreditatem ſibi ſuſpectam, & ſic videtur velle ſe compelli ad adeundum, non cenſetur veriſimiliter de hoc intereſſe tunc cogitare, tunc hæres ſuſpectam dicẽs & compulſus adiens omni commodo, quod ex teſtamento inſurgit, priuetur, j. eo. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. Secundo declarat Barto. dicens, ꝙ intereſſe ex eo eſt, quia ſi hoc excipiens, hæres adire compellitur, perdit beneficium quartę Trebellianicæ, ſ. eo. l. quia poterat. cum ſim. Sed certe nec hoc procedit per rationem ſupra dictam, quia cũ ſuſpectam in caſu noſtro dixit, præſumitur ad adeundum velle compelli, & ſic nec veriſimiliter debet cogitari de hoc intereſſe perditionis quartæ, cum tantum ex ſola compulſione perdat, vt d. l. quia poterat. Vnde tertio hoc intereſſe declarabat Bal. legens hunc §. vt vidi manu propria apoſtillatum in libro ſuo, ſcilicet ꝙ in hoc intereſt, ſcilicet quia ſi fideicommiſſum eſt nullum, fideicõmiſſarius tunc nõ cogetur illud ſuſcipere, quemadmodum cogeretur ſi fideicommiſſum eſſet validum, & hæredem compuliſſet adire, vt j. eo. l. poſtulante. Et ideo tunc hæres adiens facultatem non habens ad fideicommiſſarium compellendum in ſe reſtitutionẽ ſuſcipere, remanebit hæreditarijs oneribus inuolutus. Et dicebat hanc fore declarationem nouam ad hunc §. ſed certe licet videatur magis alijs colorata, & eãdem attribuat ſibi hic Ang. tamen non videtur verum, quia cum hæres compulſus adit, vt in hoc tex. præſupponitur, vbi hæres dicitur allegare ſuſpectam hæreditatem, tunc hæres adiens poſito ꝙ non poſſit fideicommiſſarium compellere ad ſuſcipiendam reſtitutionem, tamen non remanebit oneribus hæreditarijs inuolutus, quia caſum habuiſti §. Antiſtia. l. apud Iulianum. ꝙ cum aliqua ex cauſa hę res compulſus adire non poteſt hæreditatem reſtituere, habet pro non adeũte, nec poſſunt eum in ius vocare. Vnde idem Bal. ſubtiliter & notanter conſiderans in l. eam quam. C. de fideic. aliter intelligendo ſummat hunc §. ſic. Hęres in iudicio cõpulſorio non auditur, cum excipit de viribus teſtamẽti, ſecus ſi excipiatur contra vires fideicommiſſi, quia tunc auditur, niſi talis ſit exceptio, quæ requirat altiorem indaginem, quia tunc eadẽ in ordinando iudicio ſeruatur. Vel ſecundum eundem & pul-
3 chrius. Excipiens † contra teſtamentum non euitat compulſio
nem aditionis, ſecus ſi excipiat contra fideicommiſſum, niſi oppoſita exceptio altiorem exigat indaginem, quia tunc venit in ordinario iudicio reſeruanda, & ita ſummatur tex. iſte, nec reperitur alibi. Ratio autem primi caſus, ſcilicet quare non auditur cum excipit de viribus teſtamenti, eſt ſecundum eundem, quia tunc videtur toti renunciare, quo caſu alio non diſcuſſo res eſt danda actori, C. de iur. ca. l. fi. §. ſin autem reus. & in eo. tit. l. fi. in antiquis. Ratio autem & cauſa, quare auditur, vbi excipit de nullitate fideicommiſſi, eſt, quia tunc reus conuentus non infringit ſeipſum, ſed ius agentis. Clarum autem eſt reum, & præſertim poſſeſſorem & ſi nullum obtineat, audiri debere excipientẽ eo caſu, quo exceptio ius actoris infringit, C. de rei ven. l. fi. j. vti poſſid. l. j. §. ſi. cum l. ſeq. ſ. de rei vend. l. in ſpeciali. ſ. ſi ſer. vend. l. loci corpus. §. competit. & hęc eſt veritas. & hæc declaratio ad hunc §. mihi placet. No. ex eod. quarto, ibi, ſi cognitio prolixiorem tractatum. hãc regulam, ad quam ſemper allegatur §. iſte, ꝙ
4 † in ſummarijs iudicijs ea exceptio, quæ admitteretur caſu, quo
de eius veritate conſtare poſſet, non admittitur caſu quo requirat altiorem indaginem. Concor. j. de Carbo. edi. l. 3. §. in cauſæ. ſ. ad exhi. l. 3. § idem. & quod habetur. ſ. de lib. agn. l. ſi quis §. ſi vel parens. & j. de reg. iu. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. Idem dicimus in exceptione, quæ opponitur ad impediendum litis ingreſſum, vt eſt exceptio rei iudicatæ, tranſactionis & iuramenti, vt c. excep. de li. conteſt. lib. 6. quoniam ſi illæ oppoſitæ requirant longam examinationem pro veritate comperienda, certe tunc litis ingreſſum non impediet; ſed eorum diſcuſſio poſt li. conteſt. reſeruatur. Tex. eſt ſing. iuncta glo. de qua ibi Bar. ſumme gaudet, in l. nam & poſtea. in princ. de iureiur. Quid autem operetur hæc exceptionum reſeruatio ſeu examinatio eorundem? dic, vt hic no. declarat Bar. & per eundem in l. ſi duo pa-
5 troni. §. idem Iulianus. de iureiur. Item † an valeat proceſſus iu
dicis, ſi exceptiones, quæ poſſunt opponi & examinari ante litis conteſtationem, reſeruet examinandas poſt? poſuit Iaco. Bu. in l. ſi fideiuſſor. in prin. ſ. qui ſatiſd. cog. & Bal. C. de proba. l. exceptionem. C. ſent. reſcind. non poſ. l. j. & l. criminis. C. qui accu. non poſſ. vbi alleg. Archi. & Cano. breuiter licet hincinde ſatis variet in locis prædictis, videtur ꝙ non, extra de iud. cap. exhibita, & ita per illum his diebus fuit deciſum, quod etiam Bald. alleg. in d. l. j. No. quinto, ibi, ne prius hæres decedens &c. ꝙ ſi de-
6 cedat † hæres de reſtituendo grauatus, ante hæreditatis aditio
nem, fideicommiſſum vniuerſale, & multomagis particulare euaneſcunt. Quod intellige, niſi decedat poſt decretum cõpulſoris, quia tunc etiam ſi ante aditionem decedat, fideicommiſſum non euaneſcit, vt habes caſum ſingu. in l. non iuſta. C. ad Trebel. Item intellige hoc no. fallere in caſibus glo. ord. in l. eã quam. C. de fideicom. ponentem caſus, in quibus legata remanent valida ante aditionem hæreditatis, quia idem erit & in fideicommiſſis per locum ab æquiparatis. Et tex. hunc prout formaliter no. alleg. glo. in l. tutores. §. hæres inſtitutus. ver. deceſſit. ſ. de admin. tut. No. in §. tam peſtiuum. & ita ſemper allegi-
7 tur, ꝙ † par in parem non habet imperium. Ad idem ſ. de arbi.
l. nam & magiſtratus. extra de elec. c. innotuit. & ſimiliter nec inferior in ſuperiorem, vt ſunt iura vulgaria. No ex eo. ſecundo ibi, ſe ſubijciant. ꝙ poteſt ſe ſuperior ſubijcere iuriſdictioni inferioris, adeo vt ex eius iuriſdictione inferior iuriſdictionem obtineat. Ad idem ſ. de iuriſd. om. iudi. l. eſt receptum. Et ideo dicit Can. Papam ſe poſſe ſubijcere iuriſdictioni cuiuſcunque in

ferioris.

ferioris, 2. q. 7. nos ſi incompetenter. nedum in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus,& pœnitentiali foro, vt no. glo. de offic. deleg. cap. ſane. No. in eo. in ver. ſed ſi ipſe prætor. ibi, tripli-
8 ci &c. ꝙ † vnus & idem vice plurium perſonarum fungi non poteſt.& hæc eſt materia brocardica, & ideo de ea dic vt plene no. glo. Can. de prob. c. ex literis.& quod habetur in c. a collatione. de appel. lib. 6.& c. poſtulaſtis de conceſ. præben. & de offic. leg. c. j.& legiſlator. ſ. de adop. l. ſi cõſul. ſ. de pac. l. ſi plures. ſ. de his qui. vt indi. l. tutorem. cum ſim. No. quarto ex eo. ver. & verbo,& ita ſemper allegatur, ꝙ nemo pluribus officijs vti poteſt. Ad idem C. de accu. l. nemo. C. de poſtu. l. quiſquis. C. de prox. ſac. ſcri. l. hac parte.& l. comperimus. vbi Bart. hoc plene declarat,& plenius Bal. in j. conſtit. C. §. ideoque. vbi melius aliquo alio, aperit intellectum huius brocardi. Et Can. in c. j. de cõſue. lib. 6. vbi eſt caſus ſing. ꝙ non valet conſuetudo, ꝙ in eadem eccleſia quis duplex officium vel duplicem dignitatem obtinere poſſit. Et ad idem vide l. is quidem. C. qui mili. non poſ. lib. 12. vbi tex. dicit neminem poſſe duplicem habere militiam. circa q̃ illud no. ꝙ & ſi rõne neceſſitatis poſſit quis habere officia duo, nunquam tamen habere poterit tria. Caſus eſt, qui non eſt alibi, C. de execu. & exac. l. ſancimus. lib. 12. quem tene menti pro
9 re extranea in materia. No. in §. ſi quis filius. ꝙ † filiusfam. licet inferior patre ratione patriæ poteſtatis, tamen cenſetur eo ſuperior ratione iuriſdictionis, quam in eſi exercere poteſt. Ad idẽ ſ. de iudi. l. in priuatis. ſ. de arbi. l. quinetiam. No. in ver. ſed & ſi ipſe prætor. ibi, ipſe ſe cogere non poterit.& ita communiter allegatur, ꝙ nemo ſibiipſi imperare põt. Ad idem ſ. de ar. l. pen. quod intellige in his, quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ. Secus autem in his, quæ ſunt voluntariæ, vt dicta l. ſi conſul.& l. an
10 apud. j. de ma. vindi. No in l. nam quod. † ꝙ in his, quæ ſunt iuris, vt exercere iuriſdictionem, & in quibus perſona priuata repræſentat publicam, patria poteſtas non curatur. Ad idem ſ. de iudic. l. eum prætor. ſecus in his, quæ ſunt iuris publici,& in quibus priuata perſona non repræſentat publicam, vt in factione teſtamenti, quæ ſimiliter priuati iuris eſt, vt ſ. de teſta. l. teſtamẽti factio. quoniam in illis patria poteſtas non attenditur, vt in
11 eo. tit. l. qui in poteſtate. cum ſimi. No. in §. ſed & qui. † ꝙ licet repudians hæreditatem non poſſit rurſus adire ad vtilitatẽ propriam, vt l. ſicut. C. de repu. hæred. tamen poteſt adire compelli ad vtilitatem alienam vt fideicõmiſ. No. in eo. ſecũdo in ver. plane. quòd id quod dicitur per fideicommiſſarium compelli poſſe adire repudiantem hæredem, & minorem reſtitui poſſe aduerſus hæredit. repudiat. procedit re exiſtente integra, hoc eſt hæreditate repudiata adhuc per neminem apprehẽſa, quoniam poſt reſtitutioni locus non eſt, ſ. de mi. l. quod ſi minor. §. Scæuola. C. de repu. hæred. l. fi.& hic. No. in §. ſi quis compulſus. ꝙ ſicut voluntaria aditio dicitur vltima teſtamenti confirmatio, etiam tabularum pupillarium, vt j. de ſtip. ſer. l. ſeruus communis Mæuij & caſtrenſis peculij. ita etiam & aditio coacta. Ad idem ſ. de vulg.& pup. l. qui plures. §. j. j. eo. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam.& §.& patre. ſ. eo. l. apud Iulianum. §. idem. ſecundum veram lec.& ſ. de vulga.& pupil. l. 2. §. interdum. No. in eo. ibi, quæcunque ſunt. ꝙ appellatione cæterorũ venit ſubſtitutio pupillaris. quod nõ. ad authen. ex cauſa. C. de lib. præte-
12 rit. No. in §. qui compulſus. ꝙ † ſemel adire compulſus, ſi pœnitentia poſtmodum ductus velit voluntarie adire, nõ recuperat beneficium detractionis quartæ, quod amiſit per aditionem coactam. Fallit in caſu j. eo. l. ita tamẽ. §. ſi patronus. vbi de hoc ad plenum. No. vltimo in §. non omnis. ꝙ ad aditionem hæres compelli non poteſt per fideicommiſſarium ſing. Ad idem j. e. l. cogi. ver. generaliter. vbi hoc declarabitur ad plenum.& ſ. ſi
13 quis omiſ. cau. teſta. l. ſi quis omiſſa. No. ex eo. ſecundo, † in legatarium ſiue fideicommiſſarium ſingu. non tranſire hæreditaria onera. Ad idem C. de hære. inſtit. l. quoties. C. de hæ. act. l. fi. quod declara, vt no. C. de iu. delib. l. fi. §. is præfatam. ver. legitimum.& dixi ſ. eo. l. j. §. ſi hæres. Et iſta eſt ratio, quare titulus legati dicitur titulus lucratiuus, ſ. man. l. ſi hæreditatem.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, bona, abs teſtatore prolatum quatenus interpretari debeat. Et quid ſi verbo, bona, adijciatur. mea, tua, ſua.*
2 *Verbum bona, ſi ſpecies ſubiectę ſint, veluti mobilia & immobilia, an tum iura & actiones incluſa videantur. Et quid in conſtitutionibus municipalibus.*
3 *Verbum, pecunia, abs teſtatore prolatum in fideicõmiſſaria materia, quid importet. Et quid in fauorabili atque odioſa.*
4 *Teſtator ſimpliciter de familia diſponens, quatenus diſponere cenſeatur.*
5 *Interpretatio ea ſemper ſumenda in ambiguis, qua fideicommiſſum ſubſiſtit, non qua corruit.*
6 *Peruenienti verbo, quid proprie intelligatur.*
7 *Fideicommiſſum particulare ad vniuerſam hæreditatem non trahi, & ſi de alio fideicommiſſo vniuerſali non ſit tractatum. Et quid in inſtitutione.*
8 *Verbum obliquum, vel non directum rei vel quantitati certę adiectum, nunquam ad inſtitutionem vel vniuerſitatem trahi. Et quid ſi vniuerſitati adijciantur.*
9 *Verbum, relinquo, certę rei filio a patre aſſignatę, num ad inſtitutionem trahatur.*
10 *Verbum, relinquo, non adiecto in teſtamento verbo, inſtituo, num conuerti poſſit in verbum, inſtituo, ex ſapientis conſilio, ſi ſapientis conſilium pater ſibi ſeruauerit.*
11 *Aes alienum certum aut particulare corpus non reſpicit.*
12 *Accreſcendi iuri locum non relinquere poteſt miles inſtituendo in re certa, etiam non dato cohærede. Et cuius loco ita a pagano inſtitutus habeatur.*

§. Sed & ſi quis. Rogatus de reſtituendo rem, vel quantitatem non poteſt cogi adire ad inſtantiam talis legatarij, vel fideicommiſſarij, ſecus ſi rogetur de reſtituenda vniuerſitate rerum ſeu hęreditate, vel eius quota. Et fideicom. vniuerſales poſſunt cogere hęredem adire, ſiue ſit vnus, ſiue plures, ſiue de ſolido, ſiue de parte ipſius hæreditatis reſtituenda fuerit grauatus. Et ratione hęreditatis propriæ teſtatoris eſt locus Treb. etiam in hæreditate aliena, & eo caſu, quo ad inſtitutũ in certis rebus trãſferuntur iura & actiones a fideicommiſſario certarum rerum, poterit inſtitutus cogi adire eo caſu, quo in eundem tranſire debent iura & actiones. hoc dicit vſque ad §. cum quidam. l. cogi. No. in §. ſed ſi quis. ibi, bonis de meis peruenent, rogo &c. iuncto ver. nec ignoro.
1 ibi, tamen magis de ſucceſſione &c. poſitum in l. cogi. ꝙ † verbum, bona, prolatum a teſtatore intelligitur latiſſime etiam cũ oneribus, & hoc ne intercidat fideicommiſſum hærede non adeunte. An autem verbum hoc, bonorum, prolatum a teſtatore in alia materia, quàm fideicommiſſi, intelligatur ęre alieno deducto? dic vt j. de vſufr. leg. l. multum intereſt. quæ eſt fi. ſ. de lega. j. & l. non amplius. §. cum bonorum. ſ. de lega. 2. l. ſi quis ſeruum. §. fi. cum l. ſeq. Item an prolatum a contrahente intelligatur ęre alieno deducto, vel ſecus. dic vt ſ. de iu. do. l. mulier bona. Item an prolatum a principe in materia priuilegij ſeu beneficij includat æs alienum, an vero intelligatur eo deducto? dic vt in l. princeps. j. de verb. ſignific. Et de eorum generali intellectu dic, vt eo. tit. l. ſubſignatum. §. bona.& l. bonorum. Quid autem ſi verbo, bona, adijciantur verba illa, meum, ſuum &c. an includantur tũc ſub generalitate iura vel actiones. Certe ſi proferantur in teſtamento, includuntur actiones, & debitorum nomina. Caſus eſt in l. vxori meæ. la vlti. in verſi. calendarii. ſ. de vſufr. leg. j. eo. l. ſi legatus. §. j.& hoc iuncto d. verſi.& verbo. Sin autem loquamur in contractu, tunc ſi in contractu hypothecæ ſeu pignoratitiæ, an includantur prædicta, diſputat glo. C. de hær. act. l. hæredem.& ibi vide. Sin autem loquimur in alio contractu, dic vt plene per Bart. in l. Quintus. §. argento. ſ. de au. & argen. leg. & per Guil. de Cun. & Bal. ſ. de ſta. ho. l. j. qui in hoc allegant Spec. & regula videtur generalis tradi, ꝙ meorum & tuorum appellatione, iura & actiones comprehenduntur, j. de
2 verb. ſign. l. meorum. Quid † autem ſi verbo, bona, ſint adiecta ſpecialia, puta mobilia vel immobilia, an tunc iura & actiones ſub his includantur? videtur ꝙ non, quia obligationes, iura, & actiones pro tertia bonorum ſpecie ponuntur, vt ſ. de pecu. l. cũ Tuberonis. j. de re iudi. l. a diuo Pio. §. in venditione. Doctrina tamen glo. vult, ꝙ ſi competant pro re mobili, veniant appellatione mobilium, ſi pro re immobili, veniant appellatione immobilium. Ita dicunt Doc. C. ſi aduer. tranſac. l. j.& in Auth. de non alie. §. j. de cuius veritate vide per Bart. ſ. de auth. tut. l. pupilli. j. de verbo. ſignific. l. mouentium.& Bal. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. Circa quæ illud no. ꝙ in conſtitutionibus municipalibus tanquam ſtricte intelligendis, appellatione mobiliũ vel immobilium neque iura neque actiones comprehendantur. Ita determinauit eleganter Lap. in alleg. ſuis alleg. 91. quã quidam habent pro 92. No. ex eo. ſecundo in ver. pecunia. iun-
3 cto d. verſi.& verbo, ꝙ † verbum, pecunia, prolatum a teſtatore in materia fideicommiſſi comprehẽdit non ſolum pecuniã numeratam, ſed omnem teſtatoris ſubſtantiam. Et idem eſt, ſi proferatur in omni alia materia fauorabili, quoniam pecuniæ appellatione ex larga ſignificatione res quelibet comprehenditur, C. de conſti. pecu. l. 3. ſ. ſi cer. pet. l. 2. §. item mutuum. & §. mutui. j. de verb. ſign. l. pecuniæ. & l. rei. & l. pecunię verbum. & l. pecuniæ nomine. j. q. 3. totum habent ex pecunia. vbi tex. dicit ſiu. ꝙ pecunia denominationem aſſumpſit a pecoribus, ex eo quia antiqui quicquid habebant, habebant in pecoribus. Sin autem in materia odioſa proferatur, tunc verbum pecuniæ non includat, niſi pecuniam numeratã, vt l. ſed Iulianus. §. mutui. ſ. ad Maced. Sin autem in materia media, puta quia neque fauorabili, neque odioſa, tunc quædam media eligitur, de qua

in l.

in l.talis ſcriptura.in princ. vbi etiam per Bar. ſ.de lega. j. Illud
tamen no. ꝙ in reſcriptis appellatione pecuniæ,res aliæ præter
numeratam non comprænhenduntur ſecundum Innoc. no.ex-
tra de reſcrip.ſedes.verius ſi No. ex eo. tertio in ver. familiam.
4 iuncto d.ver. & verbo, in l.nam quod. † ꝙ quando teſtator di-
ſponit ſimpliciter de familia, intelligitur in dubio de tota ſub-
ſtantia diſponere. Quomodo autem alias verbum, familiæ, in-
telligatur,dic vt in l.fi.C.de verb.ſignific.& l.pronunciatio.§.fa
miliæ.& l.familiæ.j.de verbo.ſignific. No. in l.cogi. in ver. nec
5 ignoro.ibi,in ambiguo tamen &c. ꝙ † in ambiguis ſemper eſt
fienda interpretatio, per quam ſuſtenietur fideicommiſſum.
Fugienda eſt autem illa, per quam perit. Ad idem j. eo.l.ex fa-
cto.§.ſi quis autem.& regula l.quoties.ſ.de reb.dub.c.abbate.
extra de verb.ſignific.& l.3.ſ de teſtam.mil.No.in ea.l.in verſi.
6 ſed & ſi quis. ꝙ † proprio ſumpto vocabulo id proprie perue-
nire dicitur, ꝙ deducto ære alieno prouenit. Item id quod per-
uenit cum effectu remanendi,ſ.de hære. vel act.ven.l.2. §.pro-
uenisſe.& §.illud.ſ.de lega.3.l.qui concubinam.§.cum ita. el 2.
7 No.in ea.l.in ver.generaliter autem. ꝙ † fideic.particulare nũ-
quam trahitur ad vniuerſam hæreditatem, etiam ſi de alio vni-
uerſali fideicomm.non ſit diſpoſitum. Secus autem eſt in inſti-
tutione, quia illa in re certa alio cohærede non dato trahit ad ſe
hęreditatem vniuerſam, vt in l.j. §.ſi ex fundo.& l.quoties.§.ſi
duo.& l.ex facto.la grande.ver.ita igitur.ſ.de hęre.inſtit. Et ra-
tio diuerſitatis eſt, quia ſi inſtitutio in re certa non traheretur
ad vniuerſum, certe decederet tunc quis pro parte teſtatus, &
pro parte inteſtatus, cõtra regulam iuris in l. ius noſtrum. cum
ſim.j.de reg.iur. Licet autem fideicommiſſum certæ rei nõ tra-
hatur ad vniuerſum,tamen pro reſiduo non decedet quis inte-
ſtatus,quia ſupereſt hæres inſtitutus, qui illud capit Quid autẽ
in inſtitutione pupillari, an illa in re certa trahatur ad vniuerſa
bona pupilli? Caſus eſt ſing.ꝙ ſic in l.cohæredi. §.fi.de vulga. &
pup.quam limita & declara, vt no.Barto.in l.Centurio, in 6. &
13.col.eod.tit. Vnde ex dicto no.dicit Dy.hic,vt refert Bar.& ita
8 ſemper hunc tex. alleg. ꝙ † nunquam verbum obliquum, vel
non directum adiectum certæ rei,vel quantitati,trahit ad inſti-
tutionem vel vniuerſitatem. Vnde decidit, ꝙ verbũ, relinquo,
adiectum certæ rei non denotat hæredis inſtitutionem, ſecus
autem ſi adijciatur vniuerſitati, quia tunc per illud hæredis in-
ſtitutio denotatur.Ita determinat glo.ſ.de hęred.inſtit.l.his ver
bis.& Auth.de hęred.& Falc.§.ſi vero nulla.in ver.relictis.& ra
tio eſt, quia verba quibuslibet confecta ſcripturis quocunque
loquendi genere formata,ad hæredis trahuntur inſtitutionem,
dicit tex. no. C.de teſtam.l.quoniam indignum. Antiqua autẽ
9 circa pręd icta dubitatio fuit, an † verbum, relinquo, adiectum
rei, quam pater aſſignat filio, denotet inſtitutionem hæredis?
de quo habent Legiſtæ glo.ſing. C.fam.erciſc. l.quoties.in gl.j.
Can.aliam in c.ſi pater.in ver.inſtituit.de teſt.lib.6. Ioan. And.
plene in c.Raynutius.in ver.relinquens. eo.tit.in antiquis. Bal.
pleniſſime ponit C.fam.erciſc.l.fi.& Bar.hic,& in d.l.his verbis.
Et communis concluſio eſt, ꝙ non, per tex.in §. aliud quoque.
iuncto ver.cæterum.in Authen. vt cum de appel.cog.licet ego
contra ſolitus ſim tenere. Eam tamen communem opi. limita
dupliciter. Primo, niſi pater verbo,relinquo, certæ rei adiecto,
addiderit verba illa, & quod plus de bonis meis petere nõ poſ-
ſit, quia tunc denotatur inſtitutio hæredis. Ita dixit Bald.in l.ſi
adulta.& aliqui habent in l.fi.C.de hęre.act.quod dictum nun-
quam alibi reperi. Secundò, niſi verbum, relinquo, adiectum
ſit legitimæ,puta relinquo tantum filio meo pro legitima,quia
tunc & hęredis inſtitutio denotatur, vt firmat Bar. in authen.
vnde & ſi parens.C.de inoffic.teſtam.& Bal.C.de hęred.inſtit.
l.quoties. dicens de hoc eſſe tex. in l. humanitatis. ibi, legitima
portione ei vel eis relicta. C.de impuber.& aliis ſubſt. licet Bar.
hoc vltimum alibi tangens reliquerit indeciſum. ſ. in l.filium,
j.de lega.præſtan. Et licet ſecundum hoc vltimum pluries con-
ſuluerim, tamen nunquam legendo tenui. Eſt & circa præmiſ-
10 ſa dubitatio alia, ſcilicet nunquid teſtatore † per verbum, relin-
quo, certam rem aſſignante, non adiecto in ipſo teſtamẽto ver-
bo, inſtituo: volente tamen ꝙ teſtamẽtum ipſum poſſit ſupple-
ri & extendi conſilio ſapientis, nunquid ſapiens poſſit ad validi-
tatem teſtamenti addere verbum inſtituo? Magna eſt dubita-
tio, de qua per Ioan.And.in addit. Spec in tit.de inſtr. edi. §.in-
ſtrumentum.in ver. quid ſi a contrahentibus. per Bar. in l. illa.
inſtitutio.ſ.de hæred.inſtit.& Bal.C.de teſtam.milit.l.captato-
rias. No.in verſic.inde quęritur. ꝙ vbi rogatur hæres reſtituere
hæreditatem deducto ęre alieno, vel legatis, cogi poteſt ex Tre-
bel.adire.In poteſtate tamen eius eſt, an reſtituat his non dedu-
ctis, an vero deductis pręſtita cautione de defendendo fideicõ-
miſſarium aduerſus creditores vel legatarios. Et de intellectu
huius dic vt diximus in l.Marcellus.§.idem Pomponius. No.ex
eo. ſecundo, ꝙ ex iure incorporali conſiderato non poteſt de-
duci quantitas vel res,& ſic cum hæreditas ſit quoddam ius, vt
l.nihil aliud.de verb.ſignific.l.hęreditas.j.de reg.iu.& l.hęredi-
tas. ſ.de pet.hęre. non videtur ex eadem quantitas vel corpus
11 poſſe detrahi. No.tertio ex eo.in ver. neque enim. æs † alienum
non reſpicere certum ſeu particulare corpus patrimonii. Ad
idem ſ.eo.l.j.§.ſi hæres.& ibi dedi cõcluſiones. No. in §.ſi quis
hæres inſtitutus. ꝙ ius compulſionis locum habet non ſolum
in fideicommiſſario vniuerſitatis, ſed etiam in fideicommiſſa-
rio quotæ.No.ex eo.ſecundo,ꝙ hęres adire compulſus fideicõ-
miſſario quotæ etiam inuito reſtituere poteſt hęreditatem to-
tam. No. in §.ſed & ſi quis.ꝙ ratione hęreditatis teſtatoris pro-
prie, poteſt fideicommiſſarius quotæ vniuerſitatis cogere hærę
dem adire hæreditatem alienam, de qua reſtituẽda teſtator hæ
redem grauauit. Eo enim ipſo, ꝙ quis teſtatur de hæreditate ſi-
bi per alium relicta, illam videtur adire, C.de iu.delib.l.ſi auia.
vbi autem grauaret teſtator hæredem ſolum de reſtituenda hę
reditate, de qua ipſe inſtitutus fuit,& ad eum prouenit, tunc nõ
poſſit hęres cogi illã adire,& ita intelligitur l.ſi hæres.§.ſed & ſi
miles.ver.quamuis.qui ad iſtud allegatur.No.in §.ſed & ſi mi-
12 les.ibi, ex certa re &c.† militem inſtituere poſſe hæredem in re-
bus certis, adeo vt etiam alio cohęrede dato, non ſit locus iuri
accreſcendi, ſed vendicet ſibi locum ſucceſſio inteſtati, de quo
dic vt ſ.de teſtam.milit.l.ſi miles vnum ex fundo. Quid autem
ſi inſtitutus vnus in quota, alio in alijs quotis hærede non inſti-
tuto, an tunc ſit locus iuri accreſcendi ex teſtamento? Dic vt in l.
quanquam.C.de teſtam.mili.Item quid ſi inſtituat in vno par-
ticulari patrimonio, cum miles poſſit plura habere patrimonia
diuerſæ ſpeciei, licet paganus non niſi vnum, vt l. iuriſperitos.
§.cum oriundus. ſ.de excu.tut.an tunc ſit locus iuri accreſcen-
di, dic vt in l.j.& 2.vbi omnia iſta plene diſcuſſi, C. de teſt.mili.
No.vltimo ibi, actionesque &c.ꝙ licet inſtitutus in re certa a pa
gano quo ad actiones habeatur loco legatarij, vt l.quoties.C.de
hær.inſtit.tamen inſtitutus a milite non, quia habetur loco hæ-
redis. Ad idem ſ.de teſtam.milit.l.ſi certarum.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſarius, cui poſt diem certam debetur hęreditas, hęredem ad adeundum compellere poteſt. Et an tum reſtituta hęreditate, in fideicõmiſſarium tranſeant actiones.*
2 *Compulſio vnius vt plurium detractione hęredem priuat.*
3 *Filius vtum etiam extra cauſam caſtrenſis aut quaſi peculij; cum patre litem poſſit inſtituere.*
4 *Filio paternam volũtatem ſequi honeſtum atque ęquum, & eidem ſemper honeſtam ac ſanctam patris perſonam videri debere.*
5 *Filius etiam iudicis officio cum patre acturus, an veniam petat. Et litem in caſtrenſi ac quaſi cauſa indubie conſiſtere poſſe.nu.ſeq.*
7 *Cautionis ſecuritati in re dubia ac periculoſa nemo ſe committere cogitur.*
8 *Benignitas iuris filijs naturalibus quo tempore indulta ſit.*
9 *Fideicommiſſarius ſecundus, primo nolente, hęredem cogit. Et regulariter verba directa vel fauore libertatis ad fideicommiſſum num trahantur.*

§.Cum quidam. Rogatus reſtituere ad diem
certam, poteſt interim cogi
adire, & reſtituere ad petitionem vnius ex fideicommiſſariis.
Item poteſt hæres cogi adire & reſtituere totum, & ille, cui to-
tum reſtituitur, a fideicommiſſario quartam non detrahit. Et
coactio vnius ex fideicõmiſſarijs facit hęredem perdere quar-
tam in totum, ſi reſpectu totius coegerit, ſecus ſi cõtemplatio-
ne partis. Et ſi quis rogatur reſtituere ſeruo pluriũ, perinde eſt
ac ſi pluribus reſtituere cogatur. Et ad petitionem filij in pote-
ſtate poteſt pater cogi adire,& reſtituere, ſiue in caſtrenſi pecu-
lio, ſiue in non caſtrenſi. Ad petitionem autem ſerui proprij
quis non cogitur adire, ſed ſponte adiens cogitur reſtituere. Et
qui non poteſt inſolidum, per ſe capere poteſt, vt alij reſtituat.
Et ſi vnus ſolus eſt inſtitutus & rogatus de reſtituendo hęredi-
tatẽ ſeruo hereditario, cui eſt libertas relicta, poteſt ab ipſo co-
gi adire & reſtituere, ſiue ſit primus fideicommiſſarius, ſiue ſe-
cundus. Et qui ab vno herede conſecutus eſt libertatem, poteſt
aliumq́ hęredem cogere adire & reſtituere hęreditatem ſibi reli-
ctam. hoc dicit vſque in fi. No. in §.cum quidam. ꝙ fideicom-
1 miſſarius,† cui poſt certam diem debetur hęreditas, poteſt hæ-
redem compellere ad adeundum. quod intellige duntamen ta-
lis ſit fideicommiſſarius, cui hęreditas reſtitui poſſit, alias autẽ
non, vt j.eo.l.ſi patroni. §.Imperator. No.ſecundo, ꝙ ex tali re-
ſtitutione per hęredem compulſum ante diem certam facta
tranſeunt in ipſum fideicommiſſarium actiones hęreditariæ.
Et eſt ratio, quia cum dies ea ſit, poſt quam debet fieri reſtitu-
tio, ex quo certa eſt omnimodo extitura, habetur perinde, ac ſi
eſſet fideicommiſſum purum, vt no.in l.ſi qui pupillus. §. ſi ſub
conditione. Sed reſtitutio huiuſmodi debet fieri ex fideicom-
miſſo facto in diem certam, ſecus autem ſi fieret ex fideicom-
miſſo in diem incertam, quia ſi per hęredem coactum antę
euentũ illius fieret reſtitutio, actiones non transferentur.ſ.eo.

l.apud

l.apud Iulianum.§.Antiſtia.& l.ſed ſi alio.§.fi.cum l.ſeq. & dic
vt ibi plene hæc declaraui. No. in §.Metianus. ꝙ quando ſunt
plures fideicommiſſarij, ſi vnus ſolus deſiderat ſibi reſtitui ſim-
pliciter, in eundem transferuntur actiones hæreditariæ inſoli-
dum.Item & hæreditas tota, cuius poſtmodum poſ. reſtituere
habet alijs fideicomm. pro portionibus eis relictis, quando in
eoſdem,ſi velint earundem actionum dominiũ,ipſo iure tranſ-
latum eſt abſque alia reſtitutione, vt l.j.§.ſed quoties. ſ̄. eo. vbi
de hoc plene dictum eſt. & C.eo.l.ſancimus. Si autem nolint,
tunc penes eum,cui facta eſt reſtitutio per hæredem coactum,
remanent portiones, vt j̃.ea.l.§.ſi quis hæres inſtitutus. No. ſe-
cundo ex eod.ꝙ fideicommiſſarius certæ portionis, cui petenti
per hæredem compulſum reſtituta eſt hæreditas integra, cum
fideicommiſſarius pro rata poſſeſſionem hæreditatis reſtituit,
non habet ius detractionis quartæ. Ad idem j̃.eo.l.ex aſſe. No.
in §.idem Metianus. ibi, ſiue alij in locum eorum ſucceſſerint.
ꝙ vbi fideicommiſſarius decedit poſt aditam hæreditatẽ, licet
decedat ante reſtitutionem, nihilominus in hæredem fideicõ-
miſſi tranſmittit portionem. De quo dic, vt dictum fuit ſ̄.eod.
l.apud Iulianum. §.vtrum. & quod dicetur j̃. eo. l.quidam ita.
No.ex eo.ꝙ vbi hæres compulſus vni ex fideicommiſſarijs non
reſtituit hæreditatem totam, quia ille non vult,& ipſe conten-
tus eſt retinere, tali caſu aduerſus alios fideicommiſſarios non
compellentem non poteſt vti beneficio detractionis quartæ.
Vnde ita compulſio vnius ſicut compulſio plurium hæredem
priuat Trebellianica, vt eſt hic caſus No.in §.ſi ſeruus duorum.
& ita communiter allegatur,ꝙ ſeruus plurium reſtituere roga-
tus perinde habetur, ac ſi rogatus ſit reſtituere pluribus. quod
declara, vt dictum fuit in l. ille a quo.§.tempeſtiuum.No.in §.ſi
3 pater filio.ſecundum † vnum intellectum caſum ſingularem,
in quo filius in poteſtate etiam in non caſtrenſi peculio, poteſt
agere contra patrem, puta vt eum inſtitutum hæredem com-
pellat ad hæreditatem ſibi reſtituendam, licet etiam hoc pro-
bari videatur j̃. eo. l.j.in princ. in ver. ſed idem eſt. ita ſimplici-
ter illum tex. allegando & intelligendo, vt iacet. Sed ille tex. re-
pugnat regulæ l.lis nulla. ſ̄. de iudi. & l.adoptiuum. ſ̄. de in ius
voc.& l.fi.C.eo.tit.volenti regulariter inter patrem & filium in
poteſtate excepta cauſa caſtrenſis peculij vel quaſi nullam litẽ
eſſe poſſe.Ita communiter non tenetur, ſed intelligitur eo caſu
quo fideicommiſſum fuit expreſſe vel tacite dilatum in tẽpus
exiſtentiæ ſui iuris, vt declarari poteſt ex tex. l.vbi pure. in prin.
j̃.eo.& l.fideicommiſſa.§.ſi filio.ſ̄.de leg.3.& l.Imperator. j̃.eo.
4 ꝙ † filio iuſtum eſt ſequi voluntatem paternam, & ei per om-
nia revereri. Ad idem ſ̄.de in ius vocan. l.parentes. Dicit enim
tex. filio ſemper honeſtam & ſanctam perſonam patris videri
debere, j̃.de obſe.l.liberto & filio. No.in ea.l.glo.notabilem ad
5 duo,in ver.obſequium.Primo ꝙ † etiam vbi agitur iudicis offi-
cio per filium cõtra patrem, vt eſt hic in caſu compulſionis, re-
quiritur petitio veniæ, & locum habet titulus de in ius vocan.
quemadmodum ſi ageretur alia actione.Secundo,ꝙ etiam vbi
filius in poteſtate ex cauſa caſtrenſis peculij agit contra patrem,
veniæ impetratio neceſſaria eſt. Et ad idem concord. glo.in d.
ver.adoptiuum.in ver.primo.Et hęc duo procedunt conſidera
6 ta prima opin.glo.quæ vera eſt.No.ſecundo ex ea. ꝙ † in cauſa
caſtrenſis peculij abſque dubitatione lis inter patrem & filium
conſiſtere poteſt, & etiam remedium compulſiuum. Ad idem
d.l.lis nulla.cũ alijs ſ̄.allega.Et de intellectu huius §. dic vt ſ̄. de
lega.j.l.cum filio.No.in §.ſed ſi ſeruo. ſeruum hæredis, cui vna
cum libertate ab ipſo hęrede hęreditas relicta eſt per fideicom
miſſum,compellere non poſſe hæredem dominum ad hæredi-
tatem adeundam.Quid autem ſit in ſeruo teſtatoris? certe dic,
ꝙ poteſt,ſi ab vna eademque perſona libertas ſibi & hæreditas
eſt relicta, vt j̃.eod.l.mulier. §.non eſt. Quid autem ſi ab vno li-
bertas,ab alio vero hæreditas? dic vt in d.§.Antiſtia.& dicemus
j̃.eo.l.ſi res.§.j.cum l.ſequen.No.ex eodem ſecundo ibi, quam-
uis ſi ſponte adiuiſſet, ꝙ vbi ſponte hæres inſtitutus adit, poteſt
a ſeruo ſuo fideicommiſſario, cui per teſtatorem libertas reli-
cta eſt, compelli hæreditatem reſtituere, detracta tamen prius
eius ſerui manumiſſi æſtimatione,j̃.eo.l.ita tamen.§.fi. No. ex
7 eodem tertio,ibi,non oportere ſub incerto &c. ꝙ † in re dubia &
periculoſa non cogitur quis ſecuritati cautionis ſe committere.
Ad idem j̃.eo.l.qui ita.§.j.ſ̄.eo.l.nam quod. §.non omnis.extra
vt li.conteſt.accedens.No.in §.hi qui ſolidum.attendi potius fi-
nalem effectum, quàm ipſum principium. & ita tex. iſte com-
muniter allegatur.& concord.j̃.de lega.præſtan.l.ſed & ſi mor-
tis.in §.item ſi quis. vſque in finem. No. ex eo.ſecundo, ꝙ cum
lex facit aliquem hęreditatis appræhendendæ incapacem, in-
telligitur tunc facere, cum penes eundem eſt hæreditas permã-
ſura. Concor. ſ̄.de hæred.inſtit. l.ſi quis inſolidum. & ſ̄. ſi quis
omiſ.cau.teſtam.l.j.verſic.ſed ſi legatum. Bene facit l.mulier q̃
ad communem.de dona.inter vir. No.tertio in eodem glo. pri-
mam dicentem filium tantum naturalem extantibus filijs legi-
timis vnciam vnam ex hereditate paterna habere poſſe,licet gl.
ſ̄.de condit.& demonſtr.l.Plautius.de duabus dixerit,& nõ be-
ne, vt patet ex iuribus ſ̄.alleg.& hoc de iure nouo & nouiſſimo.
Iure enim Digeſtorum non prohibebatur filius naturalis etiã
filijs extantibus in maiori portione inſtitui, vt no.glo.ſing.in l.
Lucius. ſ̄. de vulga.& pup. quæ tamen pro aliquo reprobatur.
Et ꝙ reprobatio vera ſit. ſoleo allegare caſum vnicum, vt in Au-
then.quibus mod. nat.effic.ſui in princ. dicentem ſingulariter,
8 ꝙ † benignitas filijs naturalibus indulta, Conſtantini tempore
eſt indulta, ergo ſecus erat de iure Digeſtorum. No.in §. ſi ego.
9 ꝙ nedum † primus fideicommiſſarius compellere poteſt hære
dem ad adeundum,ſed etiam ſecundus primo nolente. Ad idẽ
j̃.eo.l.ſi patroni. ver.quod ſi prior. No.vltimo in §.ſed ſi ſeruo.
glo.in ver.directa,quod fauore libertatis regulariter verba dire-
cta non trahuntur ad fideicom.pro qua videtur caſus ſ̄.de leg.j.
l.ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. Vnde ſi fauore libertatis
verba directa non obliquantur, ergo multo minus videtur di-
cendum quolibet alio fauore exiſtente. Vnde videtur pro glo.
hic deſtrui theorica glo.& Doc.in l.verbis ciuilibus.& in l.Cẽ-
turio.ſ̄.de vulg.& pup.& l.precibus.C.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti factio vt per contractum, ita nec per vltimam voluntatem auferri poteſt.*
2 *Verba hæc, volo vt quem hæredem facias. quid operentur.*
3 *Verba directa in vim directorum, quæ operari nequeunt, fideicommiſſum inducere.*
4 *Filij naturales in ſeruitute concepti, an faciant conditionem, ſi ſine liberis, deficere, num.6.*
5 *Spurium eſſe poſſe, qui natus ſit ex legitimo matrimonio.*
7 *Monaſterium an filij loco reſpectu fideicommiſſi habeatur.*
8 *Deportatione quem nouum hominem effici, & mortuum quoque cenſeri.*
9 *Deportati bona num cum onere fideicommiſſi in fiſcum tranſitum faciant.*
10 *Eligendi poteſtatem ante deportationem conceſſam, ſecuta ipſa declaratione non perimi. Et an deportatus & excommunicatus arbitratores eſſe poſſint.*
11 *Mortis appellatione in fideicommiſſo, quod mortis genus contineatur.*
12 *Patre ac filio ſimul decedentibus, in dubio vter prior deceſſiſſe credatur.*
13 *Hæredis verbo, in fideicommiſſo quid veniat.*

LEX XVII.

EX facto. Verba directa, quæ iure directo vale
re non poſſunt, trahuntur ad fideic.
Et filij naturales in ſeruitute concepti, faciunt fidei
commiſſi conditionem deficere illam, ſcilicet ſi
rogatus deceſſerit ſine liberis, alias ſi non ſunt in ſeruitute con-
cepti, ex dignitate vel conditione perſonæ teſtantis ſtatuitur, ꝙ
filij concepti ante deportationem faciunt deficere conditionẽ
illam, ſcilicet ſi deceſſerit ſine liberis; ſecus ſi poſt concepti fue-
rint. Et poſt deportationem non perdit hęres ius eligendi fidei
commiſſarium, ſed per condemnationem in metallum ſic. Et
conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligitur ſuperuiuentibus.
Et ideo ſi liberi ante rogatum, vel ſimul cum eo moriuntur, nõ
faciunt deficere fideicommiſſum. & cõditio, ſi ſine hęrede de-
ceſſerit. intelligitur, ideſt ſine liberis. hoc dicit tota lex. No. in l.
1 ex facto. ꝙ ſicut † per viam contractus non poteſt auferri libe-
ra teſtamenti factio, vt l.ſtipulatio hoc modo cõcepta. j̃.de ver.
oblig. & l.pactum quod dotali. cum ſim. C. de pac. ita etiã nec
per viam vltimæ voluntatis. No.ſecundo ex eadem, quòd ver-
2 ba illa, † volo vt quem hæredem facias. ex quo nõ poſſunt ope
rari factionem hęredis directi, operantur iuſſum de faciẽdo hę-
redem obliquum, ideſt fideicommiſſarium. Ad idem l.filius.§.
vt quis hæredẽ. de leg. 1. Item & fideicommiſſum operantur
illa verba ad hæredem directa, ſcilicet rogo, vt talem hæredem
tibi adiungas, vel vt talem cohæredem tibi recipias, quoniam
videtur grauatus hæres de reſtituendo illi mediam hæreditatẽ,
ſ̄.de lega. 3. l.pater. §.fi. Et licet Dy. dixerit illum non eſſe alibi,
tamen ſimilis eſt formaliter eo.tit.l.Lucius. §. fi. Similiter etiã
& fideicommiſſum operantur verba illa, rogo te hæredem, vt
cum tali hæreditatem partiaris, j̃.eo.l.vbi pure. §.j. Similiter &
fideicommiſſum eſt, ſi teſtator dixerit, volo ꝙ tu hæres non te-
ſteris, donec liberos ſuſceperis. j̃.eo.l.qui filium.in prin.No.ter-
3 tio,& ita communiter allegatur, ꝙ cum † verba directa nõ poſ-
ſunt operari in vim directorum, vt aliquid operentur, obliquã-
tur, vt faciant ſubſtitutionem fideicommiſſariã. Ad idem d.§.
vt quis hęredem. & j̃. eod. l.Scæuola.de quo dic, vt in l. verbis
ciuilibus. ſ̄.de vulg.& pup.& l.precibus. C.eod.tit. No.quarto
tex.ibi, ſuam. iuncta glo.ſuper eodem verbo, quòd vbi in teſta-
mento, quod eſt ſcriptum in tertia perſona, reperitur verbum
perſonæ

perſonæ tertiæ, quòd poteſt æquè referri ad perſonam teſtato-
ris, vt ad perſonam hæredis, in dubio ad teſtatoris perſonam
referri intelligitur. Ad idem tex. iuncta glo. ſupra de auro & ar-
gen. lega. l. cùm in teſtamento. Vnde dixit ibi Barto. quòd ſi Do-
ctor inſtituat ſcholarem hæredem, eumque grauet de reſtitnen
do liberis ſuis, in dubio grauaſſe intelligitur de reſtituendo libe
ris teſtatoris, non autem hæredis. No. in §. ſi quis rogatus. quòd
4 † naturales filij in ſeruitute concepti faciunt deficere conditio-
nem adiectam fideicommiſſo, quo grauatus extitit libertus hę-
res inſtitutus, quæ eſt ſi deceſſerit ſine liberis. No. ſecundo ex
eodem, quòd filius in ſeruitute conceptus dicitur eſſe filius na-
turalis, quod intellige, ſi ſaltem in figura matrimonij conce-
ptus fuerit, vt no. glo. Inſtit. de ſer. cog. circa princ. alias autem
ſpurius eſt, vt C. de ſuis & legi. l. ex libera. Et hinc dicitur, quòd
filius conceptus ab ambobus parentibus in captiuitate exiſten-
tibus, & ſic ſeruus effectus, dicitur eſſe ſpurius, infra de cap. l. di.
5 uus. & C. eod. tit. l. j. Et † iſte eſt caſus mirabilis, in quo eſt dare
ſpurium, poſito ꝙ ſit ex vero matrimonio conceptus, quoniam
per ſuperuenientiam captiuitatis in perſonis amborum coniu-
gum non inducitur diſſolutio matrimonij, vt no. glo. ff. de cap.
l. in bello. §. medio. alleg. tex. Authen. de nup. Sicut nec per ſu-
peruenientiam deportationis. C. de rep. l. j. No. in eodem in ver.
6 mihi autem. quòd † naturales filij hęredis ingenui grauati de
reſtituendo, ſi deceſſerint ſine liberis, faciant deficere fideicom-
miſſum inſpecta qualitate perſonæ teſtatoris, ex qua interpre-
tationem aſſumimus pro declaratione illorum verborum con
ditionalium, & hoc vbi ipſi fideicommiſſo adiecta eſt hæc con-
ditio, per expreſſum. Quid autem ſi ſubintelligatur tacite, puta
quando pater condemnaſſet filium de reſtituendo hæreditatē,
quoniam intelligitur tacite a iure conditio illa, ſi deceſſerit ſine
liberis, an tunc naturales filij faciant deficere fideicommiſſum?
Dic, vt in l. generali. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Item
quid ſi ſuperexiſtant filij legitimati, an tunc conditio illa fideicō
miſſo adiecta. ſ. ſi deceſſerit ſine filijs ſimpliciter, vel ſine filijs le-
gitime natis, intelligatur propter eorum legitimorum ſuperexi
ſtentiam fideicōmiſſum euanuiſſe. Pulchra eſt quæſtio & quo-
tidiana, quam plene tractat Io. And. in addi. in tit. de ſucceſſ. ab
inteſt. §. j. ad fi. Bal. in l. Gallus. §. eius. ad fin. ſ. de lib. & poſthu. &
vltimo diſputauit eandem ſolemniter do. Ange. & incipit illa,
Nobilis quondam genere. cuius ſententiam fui pluries conſu-
7 lendo ſecutus. Item quid † ſi ingrediatur grauatus ſub prædicta
conditione monaſterium, an monaſterium ipſum habeatur lo-
co filij, an faciat fideicōmiſſum deficere? Caſus eſt ꝙ ſic, in Au-
thē. de ſanc. epiſc. §. ſed hoc. & in auth. niſi rogati. C. eo. & plene
repetitur extra de prob. cap. in præſentia. an autem fideicom-
miſſum deficiat ratione monaſterij eo caſu, quo ita formata cō
ditio eſt, & ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore legitime natis?
Quæſtio eſt antiqua, quā primo diſputauit Iac. de Bel. vt plene
refert Io. And. in d. c. in præſentia. & in c. Raynaldus. extra de te
ſta. & conſuluit ſuper ea plene Bart. incipit autem conſilium il-
lud, Narinenſis &c. & aliqui habent hoc in lecturis per eūdem
poſitū, vt ſ. de leg. 2. l. ſi ita quis. §. fi. Bal. ponit in d. auth. niſi. &
aliqui habent per eundem in lect. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle.
An aūt in materia vltimæ voluntatis appellatione filiorum na-
turales includantur, dicam j. eo. l. hæredibus §. fi. per quem tex.
iſte accipit declarationem, licet pleniſſime in ſingulis membris
diſcuſſerim in l. parentes. de in ius vocan. No. ex eo. ibi, quaſi ab
8 alio &c. ꝙ † licet deportatus retineat libertatem, tamen per de-
portationem intelligitur effici nouus homo. Vnde non cenſeē
ille, qui ante erat, ſicut & liber homo in ſeruitute redactus, vt ſ.
de adi. lega. l. ſi ſeruus. ad fi. & hunc dicimus deportatum quo
ad ſtatū, in quo antea habebatur pro mortuo, vt j. de cōtratab.
l. j. ad fi. j. de bo. lib. l. ſi necem. §. ſi deportatus. pręterq̄ in actu na
turali, vt j. de reg. iu. l. ſi victum aut ſtratū. Sicut liber in ſeruitu-
te redactus pro mortuo hr̄, ſupple reſpectu præcedentis ſtatus,
vt ſ. de condi. & dem. l. intercidit. ad fi. j. de ſolu. l. qui res. §. areā.
9 j. de regu. iur. l. ſeruitutem. No. tertio ex eodem, † ꝙ ad fiſcum
tranſeunt bona deportati cum onere fideicōmiſſi. Ad idem ſ.
de condi. & dem. l. in facto. §. fiſcus. & l. intercidit. vbi concor. al
legaui. Vltimo iſtum §. anno præterito in diſputatione mea in-
ducebam pro caſu illius indubitatiſſimę quęſtionis, an ſi pater
hæres inſtitutus grauatur hæreditatem reſtituere ſub conditio
ne, ſi deceſſerit ſine liberis, videatur grauatus ipſis liberis ſuper-
exiſtentibus iure fideicommiſſi reſtituere, adeo quòd iſti liberi
in hæreditate illa ſuccedant ex teſtamento teſtatoris primi, an
vero ſuccedant ipſi patri? Hic enim tex. velle videtur, ꝙ ex volū-
tate primi teſtatoris eos in conditione ponentis non ſuccedāt,
quoniam ſi ſuccederent, ex eadem certe ſuperueniens deporta-
tio in perſona patris non noceret fideicommiſſo eorum. j. de in
terd. & rele. l. 2. quæ tamen nocet, quoniam in fiſcum dicta hę-
reditas transfertur reſtituere habentem fideicommiſſario, ac ſi
filij illi nunquàm nati fuiſſent. Vnde caſus iſte mirabiliter pro-
bat hanc quæſtionem. Et ideo etiam hanc deciſionem forma-
ui, de qua remiſſiue tamē dicam j. eo. l. hæredes mei. §. cum ita.
10 Nota in §. ſi quis rogatus. † ꝙ per ſuperuenientem deportatio-
nem non perimitū in deportato poteſtas eligendi antea ſibi con
ceſſa. Ad idem ſ. de lega. 2. l. cum pater. §. hæreditatem. Vnde
videtur, ꝙ nec arguendo à ſimili poteſtas arbitrandi. Et ideo, vi-
detur hic, & ibi caſus, ꝙ deportatus arbitrator eſſe poſſit. Vnde
arguit Barto. hic idem in ſimili dicendo in excommunicato. ſci
licet ꝙ arbitrator eſſe poſſit. Sed attende, quòd an poſſit eſſe ar-
biter, expeditum videtur per gloſ. l. Pedius. ſ. de arbit. An vero
poſſit eſſe arbitrator? Quæſtio eſt dubia, & pleniſſime eandem
diſputat Io. And. in regu. dolo facit. dę regu. iur. lib. 6. in mercu-
ria. Bart. hic, & plenius in l. ſi quis arbitratu. j. de verbo. oblig. &
in l. illa verba. j. de verbo. ſignifi. & aliàs Bononię obtinui, quòd
arbitrator eſſe non poſſit, quicquid Barto. communiter dixerit.
11 Nota in eodem in ver. ſed cum decedit. quòd † verba illa fidei-
commiſſo adiecta, ſcilicet de reſtituendo poſt mortem, intelli-
guntur de morte naturali, non autem de ciuili. hoc eſt per de-
portationem vel damnationem in metallum. Ad idem text. in
l. Statius Florus. §. Cornelio Fęlici. j. de iu. fiſ. & idem eſt, quod
verbum hoc, mors, adijciatur in contractibus, vt l. ex ea parte.
§. inſulam. j. de verbo. obliga. Quid autem ſit in reſcriptis? dic vt
in c. ſuſceptum. in gloſ. de reſcrip. lib. 6. & 16. q. j. in cano. & pla-
cuit in glo. Nota in §. ſi quis autem. quòd conditio illa, ſi deceſ-
ſerit ſine liberis. adiecta fideicommiſſo, non intelligitur verifica
ta, niſi poſt mortem hæredis grauati filij ſuperuiuentis. De eius
autem conditionis intellectu dicetur j. eodem l. ſed & ſi ad tem
pus. Nota ex eodem in verſic. cum autem. text. qui ſingulariter
ſemper allegatur. quòd ad validitatem fideicommiſſi, dum du-
bitatur probabiliter, an conditio ei adiecta verificata fuerit, an
vero defecerit, præſumitur conditio extitiſſe, vt inducatur eiuſ-
dem validitas, & in hoc iſte tex. non eſt alibi, de cuius tamen in-
tellectu vide Bart. in l. in illa ſtipulatione. circa finem. de verbo.
12 obliga. Nota ex eodem tertio, quòd cum † ſimul decedant pa-
ter & filius, nec conſtat quis deceſſerit prius, ille prius præſumi
tur deceſſiſſe, cuius mors prior inducit validitatem fideicom-
miſſi. Regulariter autem quis prior deceſſiſſe præſumatur, pa-
ter, an filius, an vir vel vxor? dic vt ſ. de rebus dubijs. l. ſi inter vi-
rum. & l. qui duos. §. cum in bello. cum duabus ſequentib. & l.
quod de peritis. cum duabus ſequen. & in l. cum hic ſtatus. §. ſi
13 ambo. ſ. de dona. inter virum & vxo. Nota in §. fin. quòd † ver-
bum, ſine hęrede, adiectum in vim conditionis fideicommiſſo,
in quo grauatus eſt hęres, intelligitur. i. ſine deſcendente, & ita
ēt accipitur in materia feudali, vt h̄ c. j. ſi de ſe clientuli. de alie.
feu. in vſib. feu. & in c. fi. ſi de feu. fue. ꝯtro. inter do. & agn. An
aūt verbū, hęres, in vltima voluntate poſitū, vel in ꝯctu, vel in
diſpōne legali, aut municipali, intelligatur ſemper de deſcendē-
te ſanguinis. an vero de auo coniuncto, ſiue alio extraneo, mate
ria longa eſt & pulchra, de qua pleniſſime per Bar. in l. Gallus.
§. ēt. ſ. de liber. & poſth. & in l. pro hęrede. §. ſi quid. ſ. de acqui.
hęred. & in l. in conuentionalibus. & in l. ſciendum. de verb. ſig.
Et vide dictum Bal. in prin. c. j. de proh. ſeu. alie. per Fed. in vſib.
Et ad intellectum huius §. vide no. q. Io. And. in addi. Specu. in
tit. de teſtam. in rub. & q. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ex hæreditate percepti, num in reddendo fideicommiſſo veniant.*
2 *Fructus mora non præcedente percepti, an in Trebellia. computentur.*
3 *Correlatiuorum regulariter eandem eſſe diſpoſitionem.*
4 *Fructus ex hæreditate percepti, non hæreditatis, ſed patrimonij eſſe cenſentur.*
5 *Portionem, quam quis iure prælegati ab hærede accipit, non venire in hæreditatis reſtitutione. Et quid ſi a ſeipſo.*
6 *Impenſæ reſpectu rei hæreditariæ quæ hæredi imputentur.*
7 *Decedere ſine liberis non dicitur, qui vxorem prægantem relinquit.*
8 *Denunciatio alterius debitoris ex iuſta cauſa, ne creditori ſoluat, fieri poteſt.*

LEX XVIII.

IN fideicommiſſariam. Fructus percepti per hæredem non veniunt in reſtitutionē, niſi de eis quis fuerit grauatus in ſpecie, vel niſi fuerit conſtitutus in mora, computantur tamen in quartam. Et quādo pręlegata veniunt in fideicommiſſo, intelligitur de ea portione, quæ a cohærede percipitur, non de ea, quæ iure hæreditario tenetur. Et fideicommiſſum relictum filio, ita vt ad eum perueniat, videtur dilatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris. Et rogatus partiri hęreditatem cum filio, videtur rogatus dimidiam reſtituere. Et ſumptus facti per hæredem in rebus diſtrahendis, vel conſeruandis, nō repetuntur a fideicommiſſario, ſed ſibi impu-

tantur.

tantur. Et relictum in tempus liberorum, verificatur ſi fidei-
commiſſarius vxore prægnante deceſſerit, & quod hæres inde-
bite reſtituit recuperat, vel poſt omnem neceſſitatem appre-
hendendo, vel debitoribus denunciando, ne ſoluant. hoc dicit
vſque ad l. mulier. No. in l. in fideicomm. regulam negatiuam,
1 quòd † in reſtitutione non veniũt fructus ex hęredi. percepti.
Fallit autem hæc regula, primo, vbi hęres fuerit conſtitutus in
mora reſtituendi. Secũdo, niſi ſpecialiter rogatus fuerit fructus
reſtituere. Et hi duo caſus ponuntur hic in litera. Tertio fallit,
quando vltra vires hęreditarias grauatus eſt ipſe hęres, tunc
enim ſupplet ex fructibus perceptis ex ea hæreditate, quatenus
vltra qnadrantem habetur. caſus eſt ſecundum vnum intelle-
ctum in l. ita tamen. §. hęres ex aſſe. ĵ. co. Quarto fallit, niſi reſti-
tutio fideicommiſſi fuerit dilata per teſtatorem fauore ipſius
fideicommiſſarij, quoniam tunc hęres adueniente reſtitutionis
tẽpore fructus cum hęreditate reſtituere tenetur, s̄. de vſu. l. in
fideicommiſſi. §. cum Pollidius. s̄. de lega. 2. l. ſi ita relictum. §.
Pegaſus. niſi teſtator expreſſe cauerit, quòd fructus penes hęre-
dem debeant remanere, s̄. de annu. leg. l. liberto. §. pater duos.
Quinto fallit, niſi grauatus fuerit reſtituere hęreditatem cum
adiectione dictionis geminatæ, puta quantumcunq;, vel quod-
cunque pecuniæ ex hęreditate mea habuerit, reſtituat. Quoniã
tũc etiam ad fructuum reſtitutionem tenetur, vt ĵ. eo. l. Baliſta.
Vbi autem rogatus eſſet reſtituere per verbum, quicquid ex hę
reditate &c. tunc regulariter fructus in reſtitutione non veniũt,
ĵ. eod. l. hęredes mei. in prin. Fallit hoc in tribus caſibus. Primo,
niſi teſtator debitor creditori reliquerit, eumq; eum poſtmodum
de reſtituendo grauauerit, quoniam tunc quod ſupereſt, vltra
ſibi debitum cum fructibus reſtituere tenetur. caſus eſt ſingu.
s̄. de do. præleg. l. 3. §. fi. Fallit ſecundo in caſu l. in fideicommiſ-
ſi. §. nonnunquam. s̄. de vſu. Fallit tertio, vbi pater inſtitutus gra
uatus eſt de reſtituendo filio poſt mortem, quicquid &c. quo-
niam tunc etiam fructus in reſtitutione veniunt, vt l. cum filio.
§. fi. ſm intellectum Iac. de Are. s̄. de leg. 1. Et ita declaro d. l. hæ-
redes mei. & l. quod his verbis. ſibi concordantem. s̄. de lega. 3.
Sexto fallit principaliter ipſa negatiua in fructibus perceptis an-
te aditam hęreditatem, quoniam & illi veniunt in reſtitutione,
maxime qñ hęres fuit in mora adeũdi, ĵ. eo. l. ita tñ. §. ſi ſeruũ. Se
ptimo fallit in fructibus gregis, quoniam illi ratione ſubrogatio
nis veniunt cum reliquo grege reſtituẽdo, ĵ. eo. l. deducta. §. hę-
reditatem. & l. equis. la 2. s̄. de vſur. No. ſecundo in ver. plane. ꝙ
2 † fructus per hęredẽ ex hæreditate percepti, mora non præce-
dente computantur in quartam Treb. Fallit autem hoc in libe
ris teſtatoris primi gradus, quando vnus ex his alteri rogatus re-
ſtituere, vel qñ vnus ex his filio ſuo vel vlteriori in gradu deſcen-
denti, quoniam tunc detrahit ipſe quartam Trebel. adeo ꝙ nec
fructus ex hęreditate perceptos in illam computet. Caſus eſt ſin
gu. C. ad Treb l. iubemus. An autem illa locum habeat in libe-
ris primi gradus? glo. habes ord. ꝙ non, ĵ. ad leg. Falc. l. quod de
bonis. §. quod auus. Item an locum habeat, quando filius aſcen
dentem inſtitutum grauat de reſtituendo, ſcilicet vt ille quartã
detrahere. poſſit, nec fructus in illam cõputat. Et licet quilibet
3 diceret ꝙ ſic, cũ † correlatiuorũ eadẽ ſit diſpoſitio regulariter,
l. fi. ĵ. de accept. l. legem Iuliam. C. de ind. viduita. & l. j. C. de cu-
preſ. & luco. lib. 11. tñ ꝯrium eſt veritas. & caſum habes vnicũ
s̄. ad leg. Falc. l. filiusfa. qui militauerit. ad fi. An autem fructus
computentur in quartam Falcidiam? dic vt in l. quod de bonis.
§. fructus. s̄. ad legem Falc. Item an computentur in quartam le
gitimam iure naturæ debitam? dic vt in l. Pap. §. ſi conditioni.
s̄. de inoffi. teſta. Et licet ille dicat, ꝙ ſic, tñ an hodie correctũ ſit,
dic vt in d. l. iubemus. & l. ſancimus. §. repletionem. C. de inoff.
teſta. & per glo. Pet. & Io. And. in nouella in c. Rainutius. extra
de teſtam. No. tertio ibi, fructus autem non hęreditatis &c. ꝙ
4 † fructus ex hæreditate percepti non dicuntur eſſe hęreditatis
ſed patrimonij ipſius hæredis ex eo, quia ꝑ aditionẽ hæreditatis
deſijt nomen hęreditatis haberi, & amplius patrimonium hę-
redis dicitur, vt s̄. de vulg. & pup. l. ſed ſi plures. §. filio. & quod
no. gl. s̄. de acquir. poſſ. l. j. §. veteres. s̄. de acquir. hæred. l. per ſer-
uum. in glo. Cęterum an in reſtitutione fideicommiſſi veniant
fructus ex hęreditate percepti? ſemper recurre ad gl. j. magnã,
ad quam legẽ remiſſio fit. Et licet vltra eam poſuerim caſus fal
lentiarum ad regulam negatiuam, tamen vt plenius habeas, vi-
de hos tex. ſcilicet. l. mulier. §. ſi hęres. & l. poſtulãte. §. ſed in hu-
iuſmodi. ĵ. eod. Quid autem in fructibus ex re legata perceptis,
an illi ſint legatarij, an vero hęredis, vide hos tex. ſcilicet. l. apud
Iulianum. §. fructus. ſupra de lega. 1. & l. ſi tibi homo. §. cum ſer
uus. eodem titu. & l. quod ſeruus. ſupra de lega. 2. & ſupra de le
ga. 3. l. nomen. in princ. & §. j. s̄. de vſu. & fruc. lega. l. j. 2. & fi. s̄. de
vſu. l. equis. & l. Paulus reſpondit. & l. fructus. & l. Modeſtinus.
ſupra de lega. j. l. ſi quis bono. Ex quibus omnibus veritatem in
paſſu illo colligere potes vna cũ l. Paulus. §. j. & 2. ſupra ad leg.
Falcid. Item an ipſi fructus pendentes hæreditatem augeant, &
pars hæreditatis eſſe cenſeantur, adeo quòd in reſtitutione ve-
niant? dic vt in l. in lege Falcidia placuit. s̄. ad legem Falc. & in l.
fructus pendentes. ſupra de rei vendic. & l. Iulianus. §. ſi fructi-
bus. ſupra de actio. empti. & l. ſi fraudator. §. fructus. ĵ. de his
quæ in fraud. credi. Vltimo nota hos fructus perceptos ex re le-
gata viuente teſtatore legatario cum re ipſa ſolui non debere,
ſupra de lega. 2. l. cum pater. §. filia. vbi teſtator expreſſim eos le
gauerit, vt eodem tit. l. Lucius. la 1. No. in §. ſi legatum. quòd
5 † portio prælegati, quam quis percipit ab hęrede, non venit in
reſtitutione hæreditatis, licet bene veniat portio, quam accipit
a ſemetipſo. & hunc declara, vt pleniſſime dixi in l. Marcellus.
§. quidam liberis. ſupra eod. No. vltimam glo. huius §. in fi. ibi,
& non retenta aliqua quarta. dũ ſe refert ad §. cũ Pollidius. in
princ. l. allegatum. quòd cum hæres de reſtituendo grauatus
inſtituitur contemplatione ipſius fideicommiſſarij, quartam
Trebellianicam ab eodem non detrahit, dum reſtitutionem
facit. Et licet do. Bal. in rub. C. de reuocan. his quæ in fraud. cre-
di. dicat iſtud eſſe mirabile dictum Cy. in dicto §. cum Polli-
dius. & ita ego retulerim in l. j. in princ. ſupra eod. nihilominus
ego dico, quòd hic eſt gl mirabilis, quam miror nunquam ab
aliquo no. & ego etiam nunquam perpendi niſi nunc. No. in l.
vbi pute. quòd vbi pater rogatus filio reſtituere, ita vt ad eum
perueniat, videtur rogatus reſtituere poſt mortem. Idem ſi di-
xerit, ita vt filius ipſe habeat, quoniam tunc in tempus mortis
paternæ videtur dilata fideicom. reſtitutio. Caſus eſt no. ſupra
de lega. 3. l. fideicom. §. ſi filio. Idem ſi dicat, volo filio tuo eam
reſtituas, vt tanto plus habeat vltra id, quod ex hæreditate mea
ad eum peruenit, quoniam tunc & poſt mortem grauatus de-
reſtituendo cenſetur. Caſus eſt vnicus ſupra de lega. 3. l. ſi lega-
tarius. §. fin. No. in §. qui in diſtrahendis. impenſas factas in di-
6 ſtrahendo ſeu conſeruando res hæreditarias imputari hæredi.
quod declara, vt dicemus infra eodem. l. mulier. Quod autem
de impenſa facta de reficiendo res ipſas hæreditarias, an illæ im
putentur hæredi? certe nõ, ſed repetũtur a legatario ſeu a fidei-
commiſſario, vt ſupra de condi. indeb. l. qui exceptionem. §. ſi
pars. ſupra de lega. 1. l. domus. cum tribus ſequentibus. Nota in
7 l. ſed & ſi. quod dicitur † cum liberis decedere, qui vxore prę-
gnante decedit. quod eſt notabile. Ad idem infra quando dies
leg. ced. l. is cui. No. in l. hæres cum deb. quod vbi hæres errore
facti ductus, in reſtitutione non detraxit Trebellicam, poteſt
pro ſua ſatiſdatione poſſeſſionem rei hæreditariæ vacantem
propria authoritate apprehendere. quod eſt valde notabile. Et
per hanc l. quam ad hoc Ange. hic reputat ſingu. dicit ſe obti-
nuiſſe in ardua quæſtione, quòd licentia data de intrando poſ-
ſeſſionem rei pertinentis ad licentiam concedentis non nocet
ſibi, quominus authoritate propria poſſit illam occupare, ante-
quam fuerit occupata per eum, cui licentia eſt conceſſa, ſi con-
cedenti debet aliquid impleri, quod nõdum impletum ſit, hoc
enim per reſtitutionem verbalem transfert hæres in fideicom-
miſſarium licentiam appræhendendi poſſeſſionem ſingulæ rei
hæreditariæ propria authoritate, vt ĵ. eod. l. reſtituta. Et tamen
dicitur, quòd poſſeſſionem vnius ex rebus hæreditarijs nondũ
occupatam per fideicommiſſarium poteſt hęres propria autho
ritate appræhendere, ſi non eſt ſibi ſatisfactum de quarta Tre-
bellianica. Et in hoc perpetuo tene menti iſtum tex. No. vltimo
8 ex eod. ibi, & debitoribus denunciare &c. † quòd vbi quis ali-
quam iuſtam cauſam habet, poteſt debitori alterius denuncia-
re, ne ſoluat ſuo creditori. Ad idem C. quæ res pigno. l. nomen.
C. de nouatio. l. 3. Si autem ſine aliqua iuſta cauſa hæc denun-
ciatio fieret, ſeu proteſtatio inhibitoria, ſeu fieret cum iuſta, ſed
de qua ipſi nunciatori non conſtaret, tali caſu non eſt dubium,
quòd illa ſperni poteſt, niſi facta fuerit cum iudicis authorita-
te, quoniam tunc etiam ſi de iuſtitia cauſæ non appareat eui-
denter, ſeruanda eſt, vt probatur ſupra de publi. l. ſi quis prohi-
buerit. ſupra de conſtitut. pecu. l. vtrum. cum l. ſequen. C. de
rei vendicat. l. ſi fundum. & quod no. glo. infra de fideiuſſo. l. ſi
fideiuſſor creditori. Secundum probatur hic. Tertium in l. fin.
de lege commiſſo. quod ita intelligit Barto. in l. non ſolum. §.
morte. in ſecundo membro principali ibi, proteſtationes pro-
hibitoriæ. infra de noui oper. nuncia. Fallit tamen hoc in tribus
caſibus. Primus, niſi quis iubeat depoſitario, quòd deponenti
non ſoluat depoſitam pecuniam, niſi iubeat inquilino ne ſol-
uat locatori. Tertio, niſi inhibeatur ſolutio illi fieri, qui ex pu-
blico ſalarium recipere debet, quoniam tunc & ſi iuſta cauſa
inhibeatur, poteſt tamen ſolutio fieri. Et hæc tria notanter po
nuntur in l. ſi quis. §. fin. cum authen. ibi poſita. C. depoſi. An
autem poſſit per eum, cui facta eſt nunciatio, peti coram iudi
ce, vt denuncians eam remittat? Barto. in l. de pupillo § is cui. de
noui oper. nuncia. reliquit hoc indeciſum. Sed hoc determina-
ui allegans dictum Specu. & Barto. in alia materia. Nunc au-
tem nouiſſime comperi Innocen. terminantem quòd non, in
cap. ſane. extra de officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Aequipollentium quid fiat, non referre.*
2 *Conditionem impleri iuxta ſpeciem, aut per æquiualens, non referre.*
3 *Diuortium Digeſtorum tempore permiſſum fuiſſe.*
4 *Teſtamentum noſtrum non labefactant filij tanquam præteriti aut exhæredati, in quo eorum fauor verſatur.*
5 *Hæres in vniuerſali fideicommiſſo ratione doli & culpę, num teneatur. Et quid in particulari & legato.*
6 *Partum ancillæ fructum non dici. Et quid in alterius animalis partu.*
7 *Fructus in re hæreditaria facti, num fideicommiſſario imputentur, & an ei ſoli.*
8 *Filiam de reſtituendo grauatam non prohiberi in dotem res hæreditarias alienare. Et quid in liberis primi gradus.*
9 *Mulier pudice viuere non deſinit, quòd matrimonium contrahat. Et an ob matrimonium ſecutum perdat mulier quę relicta ſunt ſub conditione, ſi caſte viuat.*
10 *Detractioni quartæ vt locus ſit, qualiter hæres rogatus eſſe debeat.*

LEX XXII.

MVlier. In conditionibus, quæ effectũ relicti re-
ſpiciunt, non refert quid ex æquipollen-
tibus fiat. Et ſeruus hæreditarius poteſt cogere hęre
dẽ, a quo libertas & fideicõmiſſum hęreditatis reli
cta ſunt, adire & reſtituere. Et fructus percepti negligentia non
petentis non computantur in quartã, ſecus ſi iudicio teſtatoris,
& tenetur fideicõmiſſario vſi de dolo & lata culpa tm̃. & filia
põt res, quæ ſubiacent reſtitutioni, in caſum dotis alienare, niſi
ex fructibus tm̃ percepit, quod ad dotẽ ei ſufficiat, & Trebellia-
nũ ita demũ locum habet, ſi quis rogatus ſit vt hęres reſtituere.
1 h.d. tota l. No. in l. mulier. in princ. & ita ſemper allegatur, † nõ
referre quid ex æquipollẽtibus fiat, vt hic patet, quia non refert
ad effectum reſtituendæ hæreditatis, an quis ſit effectus ſui iuris
per mortem patris, an per emancipationẽ. Ad idẽ ſ. mand. l. fi.
Et de hoc brocardo dic, vt plene no. Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi
tm̃. ſ. de lib. & poſthu. No. ſecundo ex eodẽm, & ita etiam cõiter
2 allegatur, † non referre, qualiter impleatur conditio. ſ. an in for
ma ſpecifica, an per æquipollens ipſius formæ, vbi teſtator ſolũ
effectũ impletæ conditionis veriſimiliter cõſiderauit, vt hic, vbi
curabat mater quomodocunque filij eſſent effecti ſui iuris, dũ-
modo eorũ patri non quæreretur hęreditas. Secus autem vbi
teſtator veriſimiliter conſiderauit ſolam formam conditionis,
quia tunc regulariter debet impleri in forma ſpecifica, adeo vt
non ſufficiat purificatio æquipollens, vt ſ. de condi. & demon.
l. qui hæredi. in prin. & l. Mæuius. Et ad primam partem notabi-
lis adde concord. l. fi. C. de dona. quæ ſub mo. l. fideicommiſſa.
§. ſi cui. ſ. de leg. 3. l. ſi ita. qñ dies leg. ced. l. 3. C. de inſtit. & ſubſt.
3 No. tertio ex eodem, † ſm̃ hæc tempora diuortiũ, hoc eſt ma-
trimonij perfecti ſeparationem fuiſſe permiſſam, hodie autem
ſecus, maxime iure canonico, vt no. glo. plene ſ. de neg. geſt. l. di-
uortio. No. quarto ex eodem, ꝙ licet per l. hac edictali. C. de ſec.
nup. diſpoſitum ſit non poſſe amplius relinqui per vxorem ſe-
cundo marito quàm vni ex filijs primi matrimonij relictũ fue-
rit, tñ hoc eſt intelligendũ verum, niſi id, quod magis relinquit
marito ſecũdo, relinquatur contẽplatione filiorũ matrimonij
primi, adeo vt ad eoſdem ſit effectualiter peruenturum, tunc. n.
relinqui põt magis ſecundo, q̃ vni ex filijs primi, vt hic vides ca
ſum no. declarantẽ d. l. hac edictali. quã ſimiliter limita nõ hr̃e
locũ in filijs naturalibus, aut vulgo conceptis ab ea, quę poſtmo
dũ nupſit, quia mulier ſecũdo marito magis relinquere poteſt
q̃ vni ex illis, vt eſt caſus ſing. & hoc ſecũdo modo declarans d. l.
in l. cũ pater. §. mater filijs. de leg. 2. No. vltimo ex eodem prin-
4 cipio, † filios non poſſe querelare teſtm̃ maternũ tanq̃ præteri
tos vel exhæredatos, licet iure inſtitutionis nil ſit eis relictũ, ſed
fideicommiſſi tm̃, qñ parens eam viam teſtãdi eligit fauore ip-
ſius filij. ſ. vt filijs hęreditas effectualiter quæratur, quia ſi fuiſſet
inſtitutus, quæſita fuiſſet patri. Ad idem quod dicimus, ꝙ exhę
redatio fauore filij facta non cauſat querelam inofficioſi, vt ſ.
de liberis & poſthum. l. mulier. C. de leg. l. cum quidam. ſecun-
dum vnum intellectum. j. de bo. liber. l. ſi patronus. l. ſi quis nõ
mala mente. Item ad idem, quod dicimus, quòd inſtitutio ſub
conditione non poteſtatiua facta, & in cuius dicto non eſt fa-
cta exhæredatio, non reddit teſtamentum nullum, cum fauore
filij factum eſt, C. de inoffic. teſtam. l. filijs. & d. l. 3. C. de inſtit. &
l. cum ex filio. cum ibi no. per Bart. ſ. de vulg. & pup. per quæ iu
ra declaratur l. ſi pater. C. de inſtit. & l. ſuus quoque. cum ſim.
de hæred. inſtit. Secus autem ſi omiſſa inſtitutione fuiſſet filio
relictum iure fideicommiſſi nullo fauore &c. quia tunc poſſet
teſtamentum contratabulari etiam iure iſto, vt j. eo. l. ita tamẽ.
§. qui rogatus. per quam falſa redditur glo. tenens contrarium
in l. cum ſcimus. §. cum autem. C. de inoffic. teſtam. licet pro ea
faciat tex. in l. Papinianus. §. ſi quis mortis. ſ. in eod. tit. de quo
dic, vt dicetur in d. §. qui rogatus. No. in §. non eſt dubitandum.
ſeruum hæreditarium, cui vna cum libertate ab eodem fidei-
commiſſum relictum eſt, cogere poſſe hęredem adire & reſti-
tuere, ſecus autem ſi non eſſet hæreditarius, ſed hęredis, vt l. co-
gi. §. ſed ſi ſeruo. ſ. eo. & quod dicetur j. eod. l. non eſt cogendus.
cum l. præced. No. ſecundo ex eod. ibi, propter ſpem tamen li-
bertatis &c. & ita communiter allegatur, paria fore regulariter
eſſe in ſpe veriſimiliter infallibili, & proxime adimplẽda, & eſ-
ſe in re. Ad idem ſ. de teſtam. mili. l. pe. No. ex §. ſi hæres. fructus
ex hęreditate perceptos ita demum computari in quartam, ſi
iudicio teſtatoris percepti ſunt, ſecus ſi negligentia fideicom-
miſſarij non petentis, quia tunc hæres illos habet pręcipuos, al-
ter quartam. & ita declaratur ſ. eo. l. in fideicommiſſariã. No. in
5 eo. ibi, culpæ plenę rationem &c. ꝙ † in vniuerſali fideicõmiſ-
ſo hæres tenetur tantũ ratione doli & latæ culpæ, in particulari
autem & legato tenebitur de culpa leui, vt l. cum res. ver. culpa
autem. ſ. de leg. 1. No. ex eo. ibi, ſed & ſi cum diſtrahere &c. ex-
emplificando in rebus tẽpore perituris, prout neceſſe eſt intelli-
gere, ꝙ hæres etiam fideicommiſſo grauatus res hæreditarias tẽ
pore perituras alienare põt, licet alias ſit ſibi regulariter inter-
dictum. Allegatur ergo cõmuniter, ꝙ prohibitio alienationis
non includit alienationem rei tempore perituræ. Ad idem ſ.
fam. erciſc. l. alienationes. de pet. hęred. l. diuus. cum ſim. No. in
ver. pręterea ſi qui. exemplificando in partu ancillæ, prout re-
6 cte exemplificari debet, ꝙ partus ancillæ † non dicitur eſſe in
fructu. Ad idem ſ. de vſuris. l. in pecudum. ſ. de vſufruc. l. vetus.
Inſtit. de rer. diui. §. pecudum. ſ. ad leg. Falc. l. Paulus reſpondit.
§. j. & j. eod. l. deducta. §. hęreditatem. ſecus autem eſt in partu
alterius animalis, & rationem dic, vt d. l. in pecudum. & d. l. ve-
7 tus. & in d. §. pecudum. No. in ver. ſed & ipſe. ꝙ † ſumptus facti
in re hæreditaria imputantur ipſi fideicommiſſario, non tamẽ
ita, quin etiam imputẽtur hæredi pro rata ſua, hoc eſt pro quar
ta, quam retinet, l. vbi pure. §. fi. qui tex. ita debet intelligi ſm̃
Ray. & recte. No. in §. cum proponeretur. ꝙ filia fideicommiſ-
8 ſo grauata non prohibetur res hęreditarias diſtrahere ob ſuam
dotem. Ad idem C. commu. de lega. auth. res quæ. & auth. vn-
de ſumitur. No. ſecundo ex eo. ꝙ licet liberi primi gradus fru-
ctus hęreditatis in quartam Trebellianicam ſibi imputare non
debeant, vt l. iubemus. C. eo. tamen imputare debent in dotem,
adeo vt ſi illi ad dotem ſufficiant, corpora hęreditaria in dotem
dari non pñt, vt hic eſt caſus notab. No. vltimo ex eo. ibi, mulie-
9 ris &c. ꝙ † pudice dicitur mulier viuere, etiam ſi contrahat ma
trimonium primũ, ſecus autem ſi ſecundum, vt videtur caſus
in l. fi. C. quando mul. tut. offi. fungi pot. licet ita ſit licitum ſm̃,
ſicut & primum, & ẽt vſque ad infinitũ, 31. q. j. quoties virgini-
bus. & c. ſeq. Vnde ſumpta occaſione dicit hic notanter Bart. ꝙ
mulier non obſtante ꝙ matrimonium ꝯxerit, conſequi debet
ſibi relictum ſub conditione. ſi caſte, aut honeſte, aut pudice vi-
xerit, per iſtũ tex. Quod aũt caſte viuere dicatur illa, quæ matri-
monium ꝯhit, alleg. ipſe tex. expreſſum 31. q. j. ſi qua. ſed mirũ
eſt, quomodo non alleg. tex. iuris ciuilis in hoc expreſſum in Au
then. de nõ elig. ſecun. nubẽ §. cũ igitur. plenius tñ eo de his ver
bis, ſi caſte pudice & honeſte vixerit &c. tractauit hic Ang. qui
hunc paſſum diſputauit, diſputationẽ tñ ſuam tripartite con-
iunxit. Vnam. n. partem ponit hic, aliam in d. §. cum igitur. in
Authen. de non elig. ſecundo nuben. aliam in Authen. quomo
do opor. §. adeo autem. Bal. ponit C. de epiſc. & cler. l. Deo no-
bis. & in l. lex Iulia. glo. tetigit. C. de indic. vidui. No. in §. vt Tre-
belliano. ibi, etiam portionem hæreditatis &c. hęreditatem ſed
& eius portionem non ſolum cadere in hęreditatem, ſed etiam
in legatum, vt l. ſi quis bonorum. & l. ſeq. & ſ. de lega. 2. l. ſi quis
10 ſeruum. §. fi. & l. cum filius. §. j. No. ex eodẽ vltimo, ꝙ † ad detra
ctionem quartæ non ſufficit hęredem eſſe rogatum, ſed eundẽ
rogatum eſſe vt hæredem, vtrũ autem detrahere poſſit quartã
is, qui non vt hęres rogatur? dic vt pleniſſime dixi poſt Bart. in
l. j. §. inde Neratius. ſ. eo. Et ad verbum caſte, in ſuperiori §. præ-
tactum, adde l. caſtitati. ſ. de adulter.

SVMMARIVM.

1 *Portiones in inſtitutione appoſitę, & ſi in fideicommiſſi ſubſtitutione repetitę videantur, velut & in quauis alia ſubſtitutione, tamen id tum demum verum eſſe cenſetur, niſi ad ſubſtitutionem uocati, fuerint onere aliquo pariter grauati.*
2 *Verba hęc, ſi quid prius acciderit, & ſi quid humanitus contigerit. quid notent.*
3 *Ciuitates ab imperij Romani iuriſdictione quæ exemptę dicantur.*
4 *Actoris ciuitatis aut municipij eligendi ratio. remiſſiue.*
5 *Fideicommiſſi vniuerſalis dies quando cedere dicatur.*
6 *Tranſmiſſioni legati particularis facti ſub hac conditione, ſi deceſſerit, antequam accipiat, uel antequam hęres det, quid ſufficiat.*
7 *Sexagenarium quandoque puerum dici.*
8 *Fideicommiſſum in libertatis tempus relictum de domino ad ſeruum*

valere. Et an ſeruo ſub fideicommiſſo relicto poſſit ex teſtamento libertas relinqui.

9 *Hæres num in fideicommiſſarij præiudicium poſſit rem fideicommiſſo ſubiectam aliquo caſu alienare.*

10 *Hæres num contenta in teſtamento ſcire præſumatur, & qualiter.*

LEX XXIII.

QVoties. Portiones adiectæ in inſtitutione, videntur repetitæ in fideicommiſſaria
ſubſtitutione, niſi ex appoſitione oneris, vel expreſ-
ſione propriorum nominum aliud inducatur. Et
translatio fideicommiſſi in dubio videtur eſſe facta, ſi primo fi-
deicommiſſo reſtitutio facta non fuerit, & valet fideicommiſ-
ſum, quod dominus ſeruo reſtituere rogatur. & ſeruo, qui ſub-
iacet reſtitutioni vniuerſitatis, poteſt libertas teſtō relinqui, ſi
fideicommiſſaria eius æſtimatio debetur, hoc dicit vſque ad l.
1 omnibus. No. in hac l. quoties. ꝙ licet portiones appoſitę in in-
ſtitutione tacite repetitæ videantur in fideicommiſſaria, ē talia
quacunque ſubſtitutione, vt hic, & ↄ. eo. l. Lucius. §. pater. C. de
impub. l. j. & fi. ſ. de vulg. & pupil. l. ſi in teſtamēto. & l. ſi plures.
tamen hoc eſt verum, niſi vocati ad ſubſtitutionem, vt ex ſubſti
tutione percipere poſſunt, fuerint onere aliquo pariter grauati,
quoniam tunc vt pariter commodum ſubſtitutionis ſentiāt, cō
ſideratur paritas grauaminis, non autem conſideratur diſpari-
tas portionis, ad quam iure inſtitutionis vocati ſunt, vt diſpari-
ter ex ſubſtitutione vocentur. ita eſt hic caſus nota. No. in l. nō-
nunquam. ꝙ licet portiones appoſitę in inſtitutione videantur
tacite repetitæ in ſubſtitutione, vt ſupra: tamen hoc verum eſt,
niſi inſtituti fuerint ad ſubſtitutionem vocati ſub nominibus
propriis, quoniam tunc pariter ex ſubſtitutione vocantur, neq;
de diſparitate portionum inſtitutioni adiectarum curandum
eſt. Et iſta eſt ſecunda notabilis limitatio ad prædicta iura, & ad
§ quòd ſi ex diſparibus. Inſtit. de vulga. ſubſtit. & ad idem bene
facit l. turpia. §. fi. & l. ſi hæredes nominatim. ſ. de leg. 1. Quid
autem ſi expreſſum fuerit tam nomen proprium quàm appel-
latiuum, quid tunc conſideretur? dic vt declaratur in no. l. ſi cō-
munis ſeruus ita. ↄ. de ſtip. ſer. & de reb. dub. l. qui habebat. No.
in l. quidam ita ibi, prima quaque die &c. iuncta gl. ſuper ea ſi-
gnificatione verborum horum, prima quaque die. quam raro
alibi reperies declaratam. No. ſecūdo ex eadem in ver. ſi prius
2 quid acciderit, ſeu contigerit. iuncta glo. † quòd verba iſta, ſi
prius quid acciderit, ſeu contigerit. ſignificant caſum mortis na
turalis. Ad idem ſ. de lega. 3. l. vxorem. §. Seia. ↄ. de verbo. ſignifi.
l. in vulgari. §. ſi. idem ſi dicatur, ſi quid humanitus contigerit,
quoniam tunc etiam per ea verba naturalis mors denotatur,
vt habes caſum ſingu. ſ. depo. l. Publia in princ. vbi Barto. idem
vult de verbis illis, ſi aliter de tali refertur. & ita dicit ſe conſu-
luiſſe de facto. Non tamen prædicta verba in morte ciuili veri-
ficantur ibi, ſed Punico, vel Gallico &c. Sed forte illi tunc Ro-
manum imperium recognoſcebant, & de iure ciuitates omnes
Romano imperio cōſtat fore ſubditas, ſ. ad l. Rho. de iac. l. de-
precatio. 7. q. j. in apibus. cum ſimil. quod quidem imperium
teſtāte Hieronymo Romani propriis virtutibus & meritis Deo
authore promeruerunt, vt refert Gratianus 28. qō. j. §. ex his. ad
3 fin. Has † autem ciuitates a iuriſdictione Romani imperii ex-
emptas in iure repetio. Primo quidem Peruſinam, vt per Bart.
in l. 2. ↄ. ne quid loco ſac. in quā idem Bart. in l. neque. C. de de-
cur. lib. 10. dixit nec ſubiectam fore Romanæ eccleſiæ. Secun-
do Tudertinam, quam glo. in cap. veniens. extra de iureiur. di-
cit temporali iuriſdictioni eccleſiæ immediate ſubiectam, licet
Lap. pleniſſime eam diſputando contrarium firmet allegatio-
nibus ſuis, allegat. 85. Tertio Ferrariam cum tota Marchia. quā
glo. ſingu. in Auth. vt ecc. Roma. §. quod igitur. dixit in tempo-
ralibus eſſe in patrimonio beati Petri. Quarto Bononiam cum
ſuo territorio, & Romandiolam totam, quas vt refert Specu. in
tit. de reſcrip. præſen. §. ratione autem cauſæ. ver. item quod
obtentum. Robertus Imperator Romanæ donauit eccleſiæ.
Quinto ciuitas Romana cum omnibus ſibi adiacentibus, &
omnia alia quæ ponuntur in cano. Conſtantinus. 96. diſtinc. &
in cap. fundamenta. de elec. lib. 6. De qua quidem donatione
ciuitatis Romanæ habetur 63. diſtinc. ego Ludouicus. & ibi gl.
quę diſputat, an donatio illa per Conſtantinum facta Romanę
eccleſiæ valuerit. de quo etiam per glo. in clem. Romani. de iu-
reiur. & glo. in l. j. §. cum vrbem. ſ. de offic. præfec. vrb. & aliam
in Authen quomodo opor. epiſ. poſt princ. & Ioan. And. in ad-
di. in d. ver. item quod obtentum. & Legiſtæ omnes ponunt in
proę. Digeſt. Sexto regnum Siciliæ, quod etiam Romanæ eccle
ſiæ immediate ſubiectum eſt, vt in cap. ad apoſtolicæ. de re. iu.
lib. 6. & in clem. paſtoralis. eo. tit. Quæ autem ſint illæ ciuitates,
quæ de facto non recognoſcunt Romanum imperium, dic vt
no. Bar. in l. hoſtes. ↄ. de capt. cui adde regem Francorum de fa-
cto non recognoſcere, cum tamen de iure debeat, vt in cap. j.
circa princ. in glo. ord. de pace iura. firman. in vſib. feud. & ſimi-
liter regnum Hiſpaniæ dicit glo. quædam Decreti. Sed ꝙ ambo
Romano imperio ſubiecti ſint, eſt tex. in l. in nomine domini.
C. de offic. præfec. Afri. No. glo. in l. ita tamen, & primam, quæ
4 ſemper allegatur ad hoc, † qualiter actor ciuitatis ſeu munici-
pii eligi debeat, & per quos, de quo dic, vt no. in l. plane. & l. nul-
li. ſ. quod cuiuſque vniuer. nomi. & l. nominationum. C. de de-
cu. lib. 10. quæ dicit ſingulariter iuncta glo. in verbo, primo eius
decuriones tacitum mandatum habere ex l. abſque facto homi
nis ad municipium defendendum regēdum. Pro eodem & idē
dixit no. gl. de poteſtate ciuitatis in d. l. nulli. No. in §. ſi ſeruum.
ꝙ fructus non percepti negligentia fideicōmiſſarij non peten-
tis, ſeu hæredis, quęſita per ſeruum hęreditariū inſtiturum non
veniunt in reſtitutione facta ab hęrede coacto. No. ex eodem
ſecundo, ꝙ hęreditati quęſita hæreditate iacente veniunt in re-
ſtitutione fideicōmiſſi. qđ declara, vt hic per Bar. Et adde hęc
duo ad declarationem l. in fideicommiſſariam. ſ. eod. tit. vbi
de materia plene dixi ꝑ remiſſiones. & no. Bal. in rub. C. depo.
5 No. ex eo. tertio glo. ſuper verbo, adeatur. volentem † diem vni
uerſalis fideicōmiſſi non cedere a die mortis teſtatoris, ſed a die
aditæ hęreditatis. idem voluit glo. ſ. de reg. Cato. l. Catoniana.
quę apud aliquos ſecunda eſt, apud aliquos tertia. vnde volue-
runt Dy. & Iac. de Are. ꝙ ſi prius decedat fideicommiſſarius, ꝙ̄
adita ſit hęreditas per hæredem reſtituere grauatum, in hære-
dem fideicommiſſarij non fiat fideicommiſſi tranſmiſſio. de
quo per Bar. ſ. eo. l. vbi pure. in prin. ſ. de leg. 1. l. cum filio. vbi
ↄrium firmans opin. hanc pleniſſime improbauit, maxime per
l. cogi. §. idem Metianus. ſ. e. & l. j. §. primum. & §. in nouiſſimo.
C. de cad. toll. de quo dic, vt remiſſiue tetigi ſ. eo. l. apud Iulianū.
§. vtrum. & ibi dictis adde duo. Primum, an licet per fideicom-
miſſarium extraneum non tranſmittatur fideicommiſſum, ſi
decedat ante euentū conditionis, vel incertæ diei hæredē, vt l.
vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. cum ſim. de cad. tol.
nihilominus tranſmittatur per deſcendentē cui ꝑ aſcendentē
tale cōditionale fideicōmiſſum relictum eſt. Et glo. in hoc ſunt
ↄriæ. Vna enim in l. Is cui. ↄ. de act. & obli. firmat ꝙ ſic. Alia ve
ro plene diſputans, & quæ cōiter tenetur in l. vnica. §. ꝙ ſi licet.
C. de his qui ante aper. tab. firmat contrarium volens idem in
deſcendente quod in extraneo fore. Et pro illa recte intuenti vr̄
caſus ſ. eo. l. hęredes mei. §. adita. Secundo, ꝙ dictū Dy. & Iac. ſu
pra relatum, licet communiter non teneatur, nihilominus per
Bar. ſaluatur in vno ſingulari caſu, quem ponit in l. j. ſ. de iu.
6 codic. No. ex ea. quarto ſm † intellectum Bar. ꝙ licet ad impe-
diendam tranſmiſſionē legati particularis facti per illa verba,
& ſi deceſſerit anteꝙ̄ accipiat, vel anteꝙ̄ hęres det, & ſimilia, ſuf-
ficit diem eius ceſſiſſe, vt l. 3. §. j. & l. ſi legatum pure. §. j. ſ. de adi.
lega. quorum intellectum pleniſſime diſcuſſi in l. apud Iulianū.
§. idem. ſ. eod. tamen hoc non ſufficit ad impediendam fideicō
miſſi vniuerſalis tranſmiſſionem, vt hic eſt ſing. caſus tenendo
opin. Bar. ſupra relatā, ꝙ a die mortis cedat fideicommiſſum
vniuerſale, & tex. hic loquenrē de puero, vt euitetur cōtrarium
7 d. l. 3. §. j. intellige de maiore. Aliquando † enim puerū dicimus
ſexagenarium, vt no. glo. ↄ. de verb. ſignifi. l. pueri. & quod no. ſ.
de acquir. hęre. l. impuberibus. & alibi dicitur, Maledictus puer
centum annorum, 2. q. 7. Paulus. quæ autem ætas proprie pue-
ritiā deſignet, dic vt ſ. de poſtu. l. j. §. ſi pueritiam. No. in §. ſi ſer-
8 uo. fideicommiſſum † in tempus libertatis relictum de domino
ad ſeruum valere. Quid autem econtra? dic, vt in l. a filio. ſ. de
lega. 1. Inſti. de leg. §. an ſeruo. ver. ex diuerſo. & ↄ. tit. prox. l. cum
legato. No. ſecundo glo. hic in verbo, fideicommiſſum. ꝙ licet
a ſeruo inſtituto in diem ſtatim transferatur hęreditas tota, ni-
hilominus penes ſeruum remanet nudum hęredis nomen. qđ
an verum ſit, dic vt plene per Bar. ſ. de leg. j. l. cum filio. No. in §.
ſi quis filiū. ꝙ ſeruo, qui ſubiacet reſtitutioni ex fideicommiſ-
ſo vniuerſali & conditionali, poteſt dari libertas ex teſtamento,
vt hic eſt caſus ſingu. licet non poſſit dari libertas inter viuos,
vt l. fi. §. ſin autem ſub conditione. qui ita eſt intelligendus pro-
pter iſtum. C. communia de leg. Quid autem ſi ſubiaceat reſti-
tutioni ex fideicommiſſo vniuerſali pure, vel in diem certum?
tunc nec manumiſſio teſtamento facta in pręiudicium fideicō-
miſſarij valeret, vt in ead. l. §. ſed quia noſtra. Item quid ſi ſubia-
ceat reſtitutioni ex fideicommiſſo particulari ſeu legato condi-
tionali, vel in diē, an tunc valeret manumiſſio? dic quòd non,
vt l. generaliter. in fi. & l. ſi optio. ↄ. qui & a quib. & l. ſeruum. ↄ.
de manu. tit. generali. & ſ. de opt. leg. l. ſi cum optio. Item quid
ſi ſubiaceret reſtitutioni ex contractu? dic vt ↄ. de act. & obl. l. is
qui. Item hęc omnia procedunt in ſeruo teſtatoris. Quid autē
in ſeruo heredis iure legati vel fideicommiſſi relicto per teſta-
torem, an ille in pręiudicium legatarij vel fideicommiſſarii alie
nari poſſit? certe dicendum ꝙ ſic, duntamen eius æſtimatio il-
lis refundatur, ſ. de leg. 1. l. ſi quis inquilinos. §. j. Inſtit. de leg. §. ſi
res. & l. ſi hrs. ↄ. qui & a quib. No. datione libertatis tali ſeruo fa-
cta, ſiue

ꝯta, ſiue ſcienter ſiue ignoranter, teneri hæredẽ fideicõ. ad eius
æſtimationẽ. No. vltimo in hoc ver. amplius & ſi ignoraſſet &c.
9 In † præiudiciũ fideicõmiſſarij poſſe hæredẽ ignorantẽ grauamen fideicõmiſſi alienare rẽ fideicommiſſo ſubiectã, illius tñ
æſtimatione fideicommiſſario debita. ad idem s̄. de lega. 2. l. fi.
§. vlt. j̄. de tranſac. l. fi. No. poſtremo hic ex gl. magna, ibi, ſo. hic
10 hæres eſt &c. & ita ſemp allegatur, ꝙ † hæres p̄ſumitur ſcire contenta in teſtõ defuncti. quod declara, vt plene per Bart. in l. qui
Romæ. §. duo fratres. de verb. obl. & l. eius qui. s̄. ſi cer. pet. & dixi in materia ſuitatis in l. apud Iulianum. s̄. eo. §. idem Iulia.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditatis dominium iure fideicommiſſi in ciuitatem non tranſire, nec eã ex fideicommiſſo ſine reſtitutione vocari.*
2 *Ciuitates quæ capaces ſint fideicommiſſi ſuſcipiendi, ſiue legati capaces.*
3 *Hæres coacte adiens hęreditatem, an aliquod commodum ſit ex hæreditate perceptus.*
4 *Subſtitutioni pupillari confirmandę quid ſatis ſit. Et vnius aditionem perinde confirmare, atque multorum.*
5 *Suitatis exiſtentia fideicommiſſum vniuerſale confirmari.*
6 *Hæres perinde ex ſecundis tabulis, atque ex primis adire compellitur.*
7 *Hęreditatem viuentis captans non probe facit. Et fideicommiſſarium primarum tabularum conditionalem hæredem, vel pendente conditione adire cogere poteſt.*

LEX XXVI.

OMnibus. Omnibus ciuitatibus Romani imperij poteſt fideicommiſſum relinqui, & ex eo debet eis hr̄ditas reſtitui, & agere poſſunt pro ſibi ſubditis, & quæſita per ſeruum hæreditarium poſt aditam hęreditatem ab hęrede coacto non veniũt
in reſtitutionem. ſecus in quæſitis hæreditate iacẽte. Et qui adit
coacte, nullum commodũ ſentit ex hęreditate. & exiſtentia ſui
hęredis operatur ɔfirmationẽ fideicommiſſi vlis, adeo vt per
reſtitutionem tranſeant actiones, & propter fideicommiſſum
relictũ in ſecundis tabulis omnes cogentur adire & reſtituere.
hoc dicit vſque ad §. quoties. l. ita tamẽ. No. in hac l. omnibus.
1 ibi, reſtitui debere &c. ꝙ dominium † hęreditatis iure fideicom
miſſi non tranſit in ciuitatem, nec ex fideicommiſſo vocatur ſine reſtitutione, vnde idem in ciuitate eſt quod in priuato, & nõ
immerito, quia omnes ciuitates pręter Romanam vice priuati
funguntur, j̄. de verbo. ſignific. l. cum qui vectigal. An autem
hodie correcta ſit hęc lex per l. fi. C. de ſacroſanc. eccle. pendet
ex his, quæ dixi in prima cau. in l. j. §. ſed quoties. s̄. e. & in auth.
ſimiliter. C. ad leg. Falc. No. ſecũdo ibi, imperio populi Roma-
2 ni &c. ꝙ † ſolũ ciuitates Romano imperio ſubditæ capaces ſunt
fideicõmiſſi ſeu legati ſuſcipiendi, non ergo ciuitates hoſtium
Romani imperij, vt hic, & in gl. licet illæ bene videãtur capaces
teſtamenti actiue, vt s̄. de lega. 3. l. fideic. in prin. ibi, ſed Punico
3 &c. No. in §. qui ſuſpectã. Primo regulã, ꝙ † hæres coacte adiens
nullum commodum ex hęreditate ſentit effectualiter, quod habiturus non fuiſſet, ſi hæres non fuiſſet inſtitutus, aut nõ adiuiſſet hæreditatem. ad idem s̄. eo. l. quia poterat. cum concord. ibi
alleg. No. ſecundo in ver. & ſi pupillo, ꝙ id, quod ad hęredẽ venit ex ſubſtitutione pupillari, non debet iure fideicõmiſſi reſtitui, niſi hr̄s coacte hęreditatem adiuerit. Et ad hoc tex. iſte quotidie allegatur. quem declara, vt hic per Bart. & Bal. C. de fideic.
l. cum virum. & ex his quæ dixi s̄. eod. l. Marcellus. §. quidam li-
4 beris. No. tertio ibi, quia poterit &c. ꝙ † ad confirmationẽ ſubſtitutionis pupillaris ſufficit hęreditatem paternã adiri per vnũ
ex hęredibus inſtitutis, adeo ꝙ non eſt neceſſe adiri per omnes.
Ad idem j̄. e. l. §. a patre. s̄. eod. l. apud. §. idem. vnius tm̃ hęredis
aditio ita confirmat in teſtõ contenta, ſicut aditio omnium. Ad
idem s̄. de teſta. tut. l. ſi nemo. No. in §. ſi pater. caſum ſingu. qui
5 quotidie allegatur, ꝙ exiſtentia † ſuitatis abſque vlteriori immiſtione confirmat fideicommiſſum vniuerſale, adeo vt ſuus ẽt
non immiſcens ſe poſſit abſtinere, licet fideicõmiſſarius poſſit
eum compellere ad immiſtionẽ, ſi voluerit, vt s̄. eo. l. recuſare.
§. meminiſſe. Fideicommiſſum autem particulare ſeu legatum
exiſtentiam ſuitatis non confirmat, vt l. j. in fi. j̄. vt in poſſ. leg. niſi
libertatis, vt l. ſciendum. j̄. de manu. teſt. & in l. cũ quaſi. §. ſed &
6 quis. j̄. de fideicom. lib. No. in §. a patre. ꝙ † ſicut propter fideicommiſſum relictũ in primis tabulis hæres inſtitutus adire cogitur, ita & pp fideicom. relictum in ſecundis. Ad idem d. §. idẽ
7 Iulianus. No. ſecundo ibi, quia non probe &c. ꝙ non † probe facere dr̄ is, qui de hęreditate viuentis cogitationẽ habet. Ad idẽ
s̄. de vulg. & pup. l. 1. §. interdũ. No. vltimo ibi, primũ quia ſub
conditione &c. ꝙ fideicommiſſarius conditionalis tabularum
primarũ poſſit hęredẽ ẽt pendente conditione ad adeundũ cõpellere, vt s̄. eo. l. ille a quo. in prin. nihilominus fideicommiſſarius conditionalis tabularũ pupillarium ea pendẽte non habet
ius cogendi, vt hic eſt caſus nota. & menti tenendus.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſarium ab compellendi iure prohibet iudicij contratabulationis pendentia. Et an pendente eodem iudice contratab. ſcriptus hæres adiens ſoluere legata vel fideicommiſſa particularia compellatur.*
2 *Exceptio, per quam de teſtamenti viribus contendit hæredem de reſtituendo grauatum ob cauſam aliquam adire, num detrectantem releuet.*
3 *Auth. ex cauſa. C. de liber. præt. quid efficiat.*
4 *Hæres inſtitutus in præiudicium fideicommiſſarij præteritũ filium ad inſtituendam bo. poſſ. contratab. cõpellere nequit. Et filiũ emancipatum præteritum idem facere ad fideicõmiſſarij inſtantiam cõpelli non poſſe.*
5 *Fideicommiſſum nullum inſtituto ante aditionem moriente reddi.*
Et poſt reſtitutionem hęres nec conuenit, nec conuenitur.
6 *Hæredem ante reſtitutionem fideicommiſſi efficaciter, & abſque exceptione conueniri poſſe.*
7 *Iudicium familiæ erciſcundæ inter hæredem poſt reſtitutionem factam, quandoque locum habere.*
Et quid hæres in reſtituenda ex fideicommiſſo hæreditate retinere, ac deducere queat.
8 *Fideicommiſſario quodcunque remedium competat, non negari ius hæredẽ cogendi. Et cui hæreditas reſtitui debet, nihiloſecius tamen quandoque præteritum dici.*
9 *Patronus num in legitima ſibi debita ex bonis liberti grauari poſſit. Et quid ſi grauamen reſpiciat extraneum, an ea legitima priuabitur patronus.*
10 *Inſtitutus in legitima ſub nomine quotæ vel ſimpliciter, qualiter inſtitutus eſſe cenſeatur.*

§. Quoties. Si filius præteritus petat contratabulas, hæres inſtitutus non poteſt cogi adire &
reſtituere, vel poſito ꝙ adiuerit, reſtituere cogi non poterit. Et
filius emancipatus præteritus non cogitur intentare contratab.
ad inſtantiam fideicommiſſarij, licet ſit de his, quibus ɔſeruantur legata & fideicõmiſſa per tit. de leg. pręſt. & remedia Treb.
locũ habent poſt reſtitutionem, non aũt ante, & quando teſtator rogat de hæreditate ſua reſtituenda, locum habet Trebellianum. Secus qñ de hæreditate alterius. & fideicommiſſario datᷓ
actio ꝯ hæredes pro rebus retentis per eos indebite. Et hæres cogitur adire, licet fideicommiſſario poſſit alio modo eſſe ɔſultũ.
& patronus poteſt cogi adire & reſtituere, poterit tamen quartã retinere, ſi pœnituerit. h. d. vſque ad §. ſi perceptis. No. in hoc
1 §. quoties. † ꝙ pendentia iudicij contratabulationis excludit fideicommiſſarium a iure compellendi hæredem inſtitutũ adire
& reſtituere, & hoc ſm intellectũ Bar. No. ex eodem ſecũdo ſm
intellectum Ang. magis amicabilem literæ, ꝙ pendentia iudicij
contratabulationis repellit fideicommiſſarium agentem contra hæredem, qui ſponte adiuerit, a petitione reſtitutionis hæreditatis. Vnde ex eo no. tertio, ꝙ licet iure Digeſt. vbi pendebat
iudicium petitionis hæreditatis, reliqua iudicia particularia ſilerent, vt l. ſi quis libertatẽ. s̄. de pet. hær. tñ vbi vnus intentaret fideicõmiſſariã hæreditatis petitionẽ, vel actionẽ ex teſtõ, vt ſibi
fiat reſtitutio, vel ex aduerſo alius intẽtaret iudicium ꝯtabulas,
totũ eſſet oppoſitũ, quia ſuperſederet in iudicio reſtitutionis,
& proſequeretur in ꝯtab. iudicio, vt hic eſt no. caſus multum.
hodie tamẽ hoc corrigitur, quia fideicommiſſarius vniuerſalis
debet audiri petens reſtitutionẽ realẽ hæreditatis poſſe p hęredem ſcriptũ ſibi fieri, ſi tñ adire velit, de reſtituendo caſu quo
ꝯtabulator obtineat, vt eſt caſus iure nouo in l. fi. C. de pet. hæred. ſin autẽ ſcriptus hæres non poſſideat hæreditatẽ, & ſic ſit iacens, tunc bene põt ꝯtabulator impedire, ne fideicommiſſario
fiat reſtitutio, quia intereſt ſua iacentẽ hæreditatẽ p neminẽ occupari. Ad hoc quod no. Inn. extra de teſta. c. veniens. & Bar. in
l. a diuo Pio. §. ſi ſup. de reg. iur. & ita Ang. refert ſe viua voce audiuiſſe Bar. hunc tex. declarantẽ, & in aliquibus lec. ita reperiẽ,
licet ſatis corrupte. No. quarto, ꝙ pendente iudicio ꝯtabulationis hęres ſcriptus adiens non cogitur ſoluere legata vel fideicõmiſſa particularia. de quo hodie dic, vt in d. l. fi. C. de pet. hæred.
No. gl. in verbo, accepit. in fi. ſingularem in hoc & multum no.
2 ꝙ † licet exceptio, per quam contenditur de viribus teſtamenti, ſi ſit talis, quæ requirat altiorem indaginem, non releuet hæredem de reſtituendo grauatum contendentem ſe nolle propter hoc adire, vt l. ille a quo. §. de teſtamento. ſupra eod. tamen
ſi talis quæſtio de teſtamenti viribus eſt mota per tertium, hæc
exceptio iuuabit eum, vt non cogatur adire, quod eſt notabile
multum, & ſic exceptio, quam non poſſum opponere ex perſona mea, opponere potero ex perſona alterius. Ad idem ſupra
mand. l. idemque. §. generaliter. j̄. rem ra. hab. l. procurator ad
exhibendum. §. j. No. vltimo ex ead. glo. in verbo, debet. ibi,
3 ſed quid hodie in hoc notab. multum, quòd † authen. ex cauſa.
C. de liber. præte. confirmat vel facit valida manere fideicommiſſa vniuerſalia, ſicut & cętera particularia. Illa. n. ſub illo verbo, cætera, in eadẽ auth. poſita cõpræhenduntur, vt s̄. e. l. nã qd.
§. ſi quis cõpulſus. Et eandẽ opin. ſentit gl. in l. eam quam. C. de

fideicom.& eſt communis, quam ſequitur Bar. hic, & plenius
in l.ſi ſeruum.§.j.ſ̄.ſi quis omiſ.cau.teſt. vbi in hoc eſt tex. opti-
mus.No.in §.Marcellus.ſm intellectũ,quem teneo,ꝙ hęres in-
4 ſtitutus † non poteſt in præiudicium fideicommiſſarij præteri-
tum filium compellere ad inſtituendam bonorum poſſ. ꝯtab.
ad hoc vt per eã fideicommmiſſum annullet, quia forte fidei-
commiſſarius nõ erat talis, cui fideicõmiſſum ꝯſeruaretur, per
l.j.& totum tit. j̃.de lega.præſt. No.ex eodem ſecundo,ſm aliũ
intellectum,ꝙ filius emancipatus præteritus non cogitur inſti-
tuere contratabulas ad inſtantiam fideicommiſſarij, licet ſit de
perſonis,quibus fideicommiſſa conſeruantur,per d.tit. Et ſi di-
cas,in quo fideicommiſſarij intererat, ꝙ præteritus emancipa-
tus contratabularet? Reſpondeo,ꝙ forte hęres inſtitutus nole-
bat adire, ſed repudiare hæreditatem, & ideo cum tunc ſcripta
in teſtamento propter non aditionem redderentur nulla, vt l.
eam quam. cum ſi. C. de fideic. emancipatus præteritus ſucce-
dens tunc ab inteſtato non tenebatur fideicõmiſſum reſtitue-
re fideicommiſſario,ad quod reſtituendum fuiſſet obligatus,ſi
teſtm̃ ꝯtabulaſſet, quia fideicommiſſarius hic erat de perſonis
illis,quibus fideicommiſſa deſcripta in teſtõ,licet per contrata-
bulas annullato,conſeruabantur, per d.tit.& iſte intellectus eſt
ſubtilis. No.vltimo ex eo. ibi, ne intercidat fideicommiſ. &c.
5 † ꝙ inſtituto moriente ante aditionem,fideicommiſſum de re-
ſtituendo nullum redditur.Concor. d.§.ſi de teſtamento. cum
concor.ibi allega.No.in § qui ex Trebelliano.ꝙ poſt reſtitutam
hæreditatem hæres reſtituens, nec agere, nec conueniri poteſt.
Ad idem ſ̄.eo.l.2.in prin. Fallit tamen in caſu l.cũ hæreditas ex
Trebelliano.j̃.eo.No.ex eodem ſecundo in ver.actiones. ꝙ per
reſtitutionem,in fideicommiſſarium actiones quæcunque hæ-
reditariæ tam puræ,quàm conditionales transferuntur. Ad idẽ
6 d.l.j.cum concor.ſupra alleg.No.vltimo ex eo. quòd † ante hæ-
reditatis reſtitutionem hæres abſque exceptione poteſt efficaci
ter conueniri,ſed an & quando poſſit a creditoribus,an & quã-
do a legatarijs,dic.vt pleniſſime dixi poſt Bart. in d.l.j.§.fi.ſ̄.eo.
No. in §. Trebellianum. ꝙ remedium cõpulſiuum inductum
authoritate Trebelliani locum non habet, cum teſtator hære-
dem grauat de reſtituendo hæreditatem, in qua hæres ipſe ab
alio fuit inſtitutus, etiam ſi grauet de reſtituendo coniunctum
cum hæreditate ſua. Quid autem ſi grauet hæredem de reſti-
tuendo hæreditatem, in qua ipſe fuit teſtator hæres inſtitutus
ab alio. Textum habes, & ibi diximus, in l.cogi. §.ſed & ſi quis.
7 & §.ſed & ſi miles.ſ̄.eod.No.in §.ſi ex Trebelliano. ꝙ inter † fi-
deicommiſſum & heredem,ſi poſt reſtitutam hęreditatem ali
quid remaneat, locum habet pro diuiſione iudicium famil.er-
ciſc.No.ſecundo ex eodem,ꝙ aduerſus hęredem diminute reſti
tuentem hęreditatem competit fideicommiſſario pro reliqua-
rum recuperatione actio. Quæ autem illa ſit, quæ competit,dic
vt hic in glo. & plenius per aliam in l.fi. §.pen. ſ̄. de fideicom-
com.hæred.petit.No.ex eodem ibi, etiam debitor eius &c. hę-
redem de reſtituendo grauatum, ſi defuncti teſtatoris debitor
extiterit,teneri ad id ſoluendum fideicõmiſſario.No.ex eodem
vltimo glo.ordin.in verbo. prædia. ꝙ hæres dum hęreditatem
reſtituit, non ſolũ poteſt deducere quod ſibi ciuiliter & natura-
liter teſtator debebat, vt j̃.e. l.debitor. ſed ẽt quod debebat ſibi
tm̃ naturaliter.pro quo etiam tex. optimus ſ̄. de peti. hære. l. ſi
8 quid prior.§.ſed & ſi ipſi. No.in §.qui rogatus. ꝙ † quodcunq;
remedium fideicommiſſario competat propter quod fideicõ-
miſſum habere poſſit,nunquam tm̃ excluditur a remedio com
pellendi hęredem adire.& ui hoc eſt no.doctrina huius tex. Ad
idem bene facit ſ̄.ea.l.§.ſi pater.iuncta l.recuſare.§.meminiſſe.
ſ̄.eo.No.ſecundo hic caſum rotundum,ꝙ ille,cui debet hęredi
tas reſtitui, dr̃ præteritus, ex quo nil eidem inſtitutionis titulo
relinquitur,& ſic patet hic eſſe caſum expreſſum, ꝙ de iure Di-
geſt.nõ ſufficiebat relinquere filio quoquo relicti titulo. Et idẽ
etiam hodie de iure nouiſſimo, quia requiritur titulus inſtitu-
tionis,vt §.aliud.cum ſim.in Auth. vt cum de app. cog. de iure
vero Codicis & Auth.ante tamen d.§.aliud.diſpoſitionẽ,bene
ſufficiebat ad excludendũ filiũ a iure rumpẽdi, quoquo titulo
legitimã relinquere, vt in auth. nouiſſima. & l.omnimodo. C.
de inoff.teſt.& l.vnica.§. videamus. C.de rei vx.actio. ſed ꝙ etiã
de iure Digeſt. ſufficeret filium quocunq; titulo hr̃e legitimã,
vt excluderetur a iure rũpendi, vr̃ eſſe caſus expreſſus in l.Papi-
nianus.§. ſi quis mortis.& l.ſi non mortis. ſ̄.de inoffi.teſtam.&
l.ex aſſe. ſ̄.ad l.Falc.niſi reſpondeas, ꝙ illa iura in volumine Di-
geſt.reddita fuerunt a compoſitoribus noui iuris.pro eo tamen
tex. eſt tex. optimus alius in l.ſi filius. ſ̄.de mino. Vltimo caſus
eſt hic contra glo.l.cum ſcimus.§.cum autem.de inoffi.teſtam.
volentem filium,cui hæreditas iure fideicommiſſi relinquitur,
cenſeri adeo inſtitutum, vt teſtamentum rumpere non poſſit.
9 No.in §.ſi patronus.ſm intellectum communem,ꝙ † patronus
grauari põt in legitima ſibi debita ex bonis liberti onere fidei-
commiſſi de reſtituendo, duntamẽ grauetur reſtituere liberis,
ſeu parentibus ipſius liberti, vt eſt caſus j̃.eod. l.eius. §. ſi patro-
nus.& quod no.in l.4.in princ.de conditio.& demonſtr. No.ex
eo.ſecundo, ꝙ ſi ante aditionẽ compulſam patronus, qui alias
adire recuſauerat, pœnitentia ducatur, detrahere poteſt ex ſua
legitima reſtituenda quartam Trebellianicã, ſecus vero ſi poſt
cõpulſam aditionem vellet pęnitere, quia tunc nõ eſſet locus
detractioni, vt in §. ſi patronus. & l.nam quod. §.qui cõpulſus.
ſ̄.eo.& ſm hoc ea verba, eam partem hæreditatis.intelligentur
de Trebellianica.No.vltimo ſm intellectũ meum intelligendo
hos tex. ꝙ ſi patronus fuiſſet grauatus de reſtituẽdo ltĩmã ſuã
perſonæ extranę, ꝙ licet grauamen de reſtituendo patrono ad-
iectum in legitima non valeat,immo de medio reijci debeat, vt
d.l.cum patronus. tamen hoc eſt verum, ſi velit ipſe patronus
eam legitimam habere per ſe, ſibique retinere. Si autem illam
recuſet,tali caſu grauamen adiectum eidem erit validum, adeo
quòd poterit compelli adire & reſtituere. Hic eſt caſus ſingu. &
mirabilis, ad quem nunquam niſi nunc aduerti, quem exten-
dere poſſumus ad dandam mirabilem limitationem l. quoniã
in prioribus.& l.ſcimus.§.cum autem.C.de inoffi.teſtam. Licet
enim illæ velint, ꝙ onus de reſtituendo adiectum in legitima fi
lij nullum ſit,& de medio reijciendum, nihilominus hoc eſt ve
rum, vbi filius ille legitimam velit ſibi acquirere & retinere: vbi
autem recuſaret, tunc grauamen eſſet validum, & compellere-
tur ad inſtantiam fideicommiſſarij adire & reſtituere, per hunc
mirabilem caſum. & hoc nouiſſimum eſt ad materiam illarũ
10 legum. No.poſtremo, quòd † inſtitutus in legitima ſub nomine
quotæ, vel ſimpliciter, cenſetur in quota hęreditatis, non autẽ
in quantitate. quod probatur, quia tex. dicit hic, iſtum patro-
num in legitima inſtitutum poſſe compelli adire & reſtituere.
Certum autem eſt, ꝙ non haberet locum hęc compulſio, ſi eſ-
ſet hic legitima reſtituenda quantitas, non autem certa quota
hæreditatis, vt ſ̄.eo.l.nam quod.§.fi.& l.cogi.§.generaliter. De
hoc tamen an legitima ſit quantitas, quota hęreditatis, vel quo-
ta bonorum, no.glo. & ibi plene legentes poſt eam, in l. cum a
matre.C.de rei vend.no.Bar.in l.ex facto.la grande. ſ̄.de hęre.
inſtit.& no.in l. Papinianus. §.quarta. ſ̄.de inoffic. teſtamen. &
l.quoties.C.de hęred.inſtituen.& ego plene dixi C.quando nõ
peten.part.l.vnica.

SVMMARIVM.

1 *Hęredem coacte adeuntem quæ ſequantur incommoda. Et an decedens ante hęreditatem aditam ſibi pręlegata ad hæredem tranſmittat.*

2 *Legatarij & fideicommiſſarij particulares, ſicut hæredi cauere de reſtituẽdo, ſi quid amplius quàm Falcidia patiatur, tenentur, ita & vniuerſales fideicommiſſarij.*

3 *Hæres ex corporibus quartam detrahere poteſt, ſic vt non teneatur accipere de fructibus perceptis.*

4 *Legata ac fideicommiſſa, vbi vltra patrimonij vires facta ſunt, quarta qua ratione detrahatur.*

5 *Hæres num fructus iudicio teſtatoris perceptos lucretur, adeo vt in reſtitutione nõ veniant, & quid ſi voluntarie hæreditatem hæres adeat. num.ſequen.*

6 *Hæres vel ad particularis fideicommiſſarij inſtantiam hęreditatem adire, & eam reſtituere compellitur.*

7 *Fideicommiſſarius primus ſecundo reſtituens, actiones quas habet, in ſecũdum fideicommiſſarium transfert. Et quid in bonorum poſſeſſore reſtituente. num.ſequen.*

8 *Actiones apud bonorum poſſeſſorem remanentes prætoriæ ne ſint, an ciuiles.*

§.Si perceptis. Per coactionem perdit hæres legata niſi eſſent ei relicta ſub conditione, ſi hæres non erit. Et ex fructibus perceptis iudicio teſtatoris ſuppletur, quod vltra vires hæreditatis relictum eſt. Et id, quod pro quarta detractũ eſt, & id quod ſupereſt ex fructibus, retinetur per grauatum, ſed ſi fructus non ſufficiunt, omnibus fit pro rata diminutio. & ſi hæres adit coactus, & totam hæreditatem fideicõmiſſo pure reſtituit, ipſe fideicommiſſarius fideicõmiſſario conditionali in conditionis euentum reſtituit partẽ ſuam, & partem ſibi accreſcentem pro rata, ſed non fructus medio tẽpore perceptos. Nec enim quartam Trebellianicam retinebit.
hoc dicit vſque ad l.ſi quis priore. No. in hoc §. ſi perceptis. ꝙ
1 † hæres coacte adiens, prælegatis ſibi factis priuatur, adeo vt il-
la in fideicommiſſarium transferantur. Ad idem j̃. eod. l. ſi pa-
troni.§.adeo.& dic vt ibi dicetur. An autem hæreditatem titu-
lo inſtitutionis delatam repudians, etiam ſi filius, prælegatis pri
uetur? dic vt in l.qui filiabus.§.fi.& l.a patre. alias, filio a patre.
cum tribus ſeq. ſ̄.de lega.1. Item an decedens hæreditate non
adita, prælegata ipſa in hæredẽ tranſmittat, licet non hæredita-
tem? dic vt in l.miles ad ſororem.§.j.ſ̄.de lega.2.& l.Sextiliam.
ſ̄.de lega.3. No.in ver.ſed ſi eidem legatum &c. hæredem coa-
cte adeuntem non priuari prælegato ſibi facto ſub conditione,
ſi hæres non erit, quãdo coacta aditio quo ad hoc pro aditione
non ha-

non habetur.concord.ſ.eod. l.apud Iulianum.in princ. No.ter
tio tali caſu prælegata peti debere a fideicommiſſario, tanquã
ſentiente commodum ex coacta aditione,non autem a cohære
de. Ad idem d.l.apud Iulianum.in princ. No.in §.ex aſſe. ibi, &
2 cadit,ꝙ amplius &c. quòd † ſicut legatarii & fideicommiſſarij
particulares tenentur cauere de reſtituendo hæredi, quod am-
plius perceperunt,quàm lex Falcidia patiatur, vt in iuribus vul-
garibus, ita etiam aſtringitur vniuerſalis fideicommiſſarius.
3 No.ſecundo, † ꝙ hæres poteſt retinere quartam ex corporibus
hæreditariis, adeo vt non habeat neceſſe retinere ex fructibus
perceptis,ſed tunc fortiter refragatur tex.l.in fideicommiſſariã.
ſ.eod.dicens debere ex fructibus retineri, cum percepti ſunt.vn
de dicit Oldr.ſoluendo,in poteſtate hæredis fore, an velit retine
re ex fructibus, vt ibi,an ex corporibus hęreditarijs, vt hic. Bart.
autem dicit tex.noſtrum hoc non probare, quia licet dum for-
mar quæſtionem, habeat reſpectum ad corpus hæreditarium,
tamen in reſponſione ad quęſitum non dicit hoc ex iudicis ar-
bitrio dirimendum,in cuius poteſtate, vt boni viri, eſt declara-
re, an debeat hæres fructus perceptos, vel eorum æſtimationẽ
reſtituere,& Trebellianicam ex hæreditatis corpore detrahere,
an vero fructus retinere pro quarta,integramque reſtituere hę
reditatem, argu.l.non amplius. §.fin. cum l.ſeq. de lega.1. Sed
certe hæc ſua reſponſio ad tex. noſtrum videtur contra mentẽ
eius ibi, dum dicit, reſpondi, ſi quod ſupra quadrantem &c.
cum in his verbis,vt patet recte intuenti, videtur Iuriſconſultus
in detractione quartæ habere reſpectum ad corpus hæredita-
rium,quod penes hęredem remanſit. Vnde forte dici poſſet, ꝙ
hic ſit ſpeciale, quia cum in caſu iſto hæres in hoc grauetur, vt
non lucretur fructus perceptos iudicio teſtatoris, ſed ex eis de-
beat ſupplere fideicõmiſſa facta vltra vires hẽditarias, iõ in alio
releuetur, ſcilicet vt quartam ex corporibus hæreditarijs poſſit
4 retinere,argu.l.eum qui.ſ.de iureiur. No.tertio, quòd † vbi le-
gata & fideicommiſſa fiunt vltra vires hęreditarias, fit contri-
butio legatorum pure relictorum cum fideicommiſſo condi-
tionali & vniuerſali, adeo vt vnuſquiſque ex his diminutionẽ
pro rata ſentiat. Quomodo autem tunc fiat hac contributione
facta, diuiſio & ſolutio ipſorum legatorum ſeu fideicommiſ-
ſorum, & quantum illud ſit, quod ex legatis diminui debeat,
tex. hic in verbo, quid debeam, & quantum: quæſiuit, ſed non
ſoluit. ſoluit autem glo. hic poſita in verbo, poterit. & de eius
contributionis materia, quantum ad caſum noſtrum, dixi ple-
ne declarando & colligendo ſingulos caſus ſ.eod. in l. Marcel-
lus.§.idem Pomponius. Item cum agitur de detractione quar-
tæ, quomodo fieri debeat contributio legati puri & fideicom-
miſſi conditionalis, vt in l.qui quadringenta.§.fin. ſ.ad l.Falcid.
Vltimo ex eodem no. ibi, adiectis fructibus quantitatis &c. Et
ad hoc iſtum tex. præcipue tene menti, quia ad hoc ſemper alle
5 gatur,& quaſi ad nihil aliud,quòd licet regula ſit, hæredem nõ
lucrari fructus perceptos iudicio teſtatoris, adeo vt in reſtitutio
ne nõ veniant, vt in l.in fideicommiſſariam.& l.mulier.§.ſi hę-
res.tamen hoc fallit, niſi teſtator fideicom. hæredem grauaue-
rit vltra vires hęreditarias, quoniam tunc, vt plene quęſitum
retinere poteſt,& vt voluntati teſtatoris obſequatur,debet id in
quo deficit corpus hęreditatis, pro reſtitutione fienda ſupplere
ex fructibus ex ea hęreditate perceptis, vt hic eſt caſus ſecundũ
Dy. valde ſingularis, nec alibi reperitur. No.in §.qui ſeruos.ꝙ re
ſtituens iuxta teſtatoris mandatũ hæreditatem ſeruo ſuo ma-
numiſſo ex ea reſtituenda, poteſt ſerui pretium ſeu æſtimatio-
nem detrahere. Ad idem ſ. eod. l.cogi. §.ſed ſi ſeruo.& C.ad l.
Falcid.l.ſi ea. An autem detrahatur etiam tũc quarta? dic vt hic
6 per glo.& Bar.No.in l.ex aſſe.† ꝙ quemadmodum hęres,ſi vo
luntarie adit,fructus perceptos iudicio teſtatoris fideicommiſſa
rio non reſtituit, vt d.l.in fideicommiſſariam. cum ſim. ita nec
eoſdem reſtituet fideicommiſſarius certæ quotæ, cui ab hære-
de coacto eſt reſtituta hęreditas tota, & qui quotam aliam a fi-
deicom.habet reſtituere. Et ideo quia fructus ex hęreditate per-
cepti accipienti perſonæ debent applicari, vt in d.l.in fideicom-
miſſariam. in d.§.ſi hæres. No. ſecundo in ver.idem tamen, eũ
fideicommiſſarium certæ quotę, cui agenti tota hęreditas reſti
tuitur,debere pro rata reſtituere fideicommiſſario alterius quo
tæ id, quod reſtitueret hęredi adeunti per coactionem. Et ratio
eſt,quia portio,quam hęres coactus amittit, & quam volunta-
rie adiens potuiſſet retinere, accreſcit portioni non autem per-
ſonæ illius coactæ, vt ſ.de acquiren hæred. l.ſi tota. & l.ſi Titio.
alias,ſi quis Titio.§.j. ſ.de vſufruc. & ideo ipſa pars accreſcens
tranſit ad fideicommiſſarium pro rata partis,cui accreuit,& cu-
ius reſtitutio fieri debet. No.tertio ibi,ſed nec l.Falcidia. fideicõ
miſſarium aduerſus fideicommiſ. cui ſuam portionem reſti-
tuit,non poſſe vti beneficio detractionis quartæ. Ad idem ſ.eo-
dem.l.cogi. §.Metianus.& j.eodem. l.facta.§.ſi cum ſuſpecta.
7 Nota vltimo ex eodem,ꝙ † ad inſtantiam fideicommiſſarij par
ticularis reſpectu certæ quotę,poteſt hęres cogi adire, & totam
hæreditatem reſtituere. Ad idem dicto §. Metianus. cum §. ſe-
quen. & plene dictum fuit ſupra eod. l.j. §.ſed quoties. No. in
hac l.in verbo,puto. ad duo. Primo in verbo. item ſi primus fi-
8 deicommiſſar.quòd primus † fideicommiſſarius reſtituens ſe-
cundo vtiles actiones hęreditarias, quas habebat in ſecundum
fideicommiſſarium, transfert adeo, vt penes eundem nihil re-
maneat. & cum hoc concord.alia glo. in ſimili in l. emptor. C.
de hęred. vel act.vend.& l.fin.in verbo, alijs. C.de iure emphy.
& l.ſi quis emptionis. in verbo,etiam actionem. C.de pręſcrip.
& l.j.in glo.fi.C.vti poſſi. & bene videtur probari ſupra eod.l.j.
§.de illo.& bene facit quod no. Iac.de Are.in l.non quocũque.
§.qui Caium.ſupra de lega.1.No.ſecundo in verbo,item an bo
9 norum &c. quòd bonorum poſſeſſor, † hoc eſt hęres de iure
pretorio,cum hęreditatem reſtituit, non adeo in fideicommiſ.
actiones transfert, quominus penes eundem aliquid rema-
neat. Quid ergo remanebit penes eum,cum pretor non potue-
rit ei dare, niſi vtiles actiones, cum directas non poſſit, ex quo
non poteſt facere eum directum hæredem, vt Inſtit.de bono.
poſſ.§.quoties autem. cum ſimilib. declarat hic Barto.ſed me-
lius & pulchrius in l.curatoris. C.de nego. geſt. vbi notanter vi-
10 de, & adde duo. Primum, an † actiones hæreditariæ manentes
penes bonorum poſſeſſorem, hoc eſt hæredem iure prætorio
dicantur ciuiles vel pretoriæ. vide glo.diſputantem in l.2. ſupra
de bono. poſſeſſ. hęre. petit. Item an eędem actiones dicantur
directę, vel vtiles.glo. ordin. in l.j. C. vnde leg.alias vnde cog.
Item an dominium vniuerſale hęreditatis exiſtens penes eun-
dem dicatur vtile vel directum? glo. in l.j.& 2. vbi de omnibus
his plene per Barto. infra de bono. poſſeſſ. Item no. ex eadem
prima particula glo. vbi primum notabile collegi, & ita com-
muniter allegatur,quòd licet ipſę directæ actiones ita dicantur
infixæ oſſibus noſtris,quòd tamen nulla via auferri poſſint,vt l.
quis ergo caſus.de pę.& l.3.ſ.pro ſo.nihilominus vtiles non ita
infixæ ſunt,quominus in alios transferri poſſint, adeo vt penes
transferentem nihil remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutionem in re certa ad vniuerſum trahi.*
2 *Teſtator in ſecundo teſtamento dicens ſe velle primum valere, quid facere cenſeatur. Et clauſula, volo primum valere, quam vim habeat.*
3 *Inſtitutio adiecta, vbi clauſula codicillaris in obliquam conuertitur, num illa obliqua ſeu fideicommiſſaria omnino naturam fideicommiſſi non directæ inſtitutionis habet.*
4 *Inſtitutus in re certa,quo ad querelæ excluſionem loco hęredis habetur.*
5 *Actio aduerſus condemnatum duplici ſententia confirmante, ſcilicet & confirmata, quæ nam intentari debeat.*

LEX XXIX.

SI quis priore. Primum teſtamentum tol-
litur per poſterius etiam ſi
in eo fuerit ſcriptus hæres ex re certa, tenetur tamẽ
ſcriptus hæres in ſecundo reſtituere hæreditatem
ſcripto in primo, ſi teſtator voluit primum valere, nec ſpeciali-
ter in ſecundo contrarium dixit. hoc dicit, & eſt notab.lex. No.
1 quòd inſtitutio in re † certa trahitur ad vniuerſum, etiam quo
ad effectum, in quo fuerunt inſtituti hæredes vniuerſales. con-
cord.Inſtit.quibus mod.teſta.infir.§.ſed & ſi quis. Quid autem
ſi inſtitutio in re certa ſit facta in primo per ſecundum non re-
uocato,an tunc trahatur per ius accreſcendi ad vniuerſum? dic
vt l.j.§.ſi ex fundo.& l.quoties. §.ſi duo.de hęred.inſtit. No. ſe-
2 cũdo ibi,propter inſerta fideicommiſſo verba &c. quòd vbi te-
ſtator faciens teſtamentum ſecundum, dicit ſe velle valere pri-
mum, intelligitur reducere inſtitutionem in eo primo factam
ad cauſam fideicommiſſi, adeo vt videatur rogatus ſcriptus in
ſecundo reſtituere hæreditatem ſcripto in primo, & ſic illud
primum,quod non poteſt valere iure teſtamenti,cum priuatus
cum duobus teſtamentis decedere non poſſit, vt in vulgaribus
iuribus,valet vt codicillus,& ideo inſtitutio facta in eo trahitur
ad fideicommiſſum. Eſt ergo hic caſus, ꝙ verba illa in ſecundo
teſtõ adiecta, ſcilicet volo valere primum, habẽt vim clauſulæ
codicillaris, adeo vt inſtitutionem directam faciant fideicom-
miſſariam. concor. ſ.de iniuſt.teſta. l.poſthumus.§.ſi paganus.
ſ.de teſtam.milit.l.quærebatur. & Inſtit.quib.mod.teſtam. in-
fir.§.ſed & ſi quis.No.ergo tertio.ibi,ſuppleta quarta.& ibi,hę
3 reditatem reſtituet. quòd † vbi vigore clauſulæ codicillaris ta-
cite vel expreſſe,inſtitutio directa conuertitur in obliquam,ſeu
in fideicõmiſſariam, illud fideicommiſſum in omnibus & per
omnia habet naturam fideicommiſſi,non autem inſtitutionis
directæ,quæ in eum translata eſt,vt patet hic,& in iuribus pro-
xime allegatis,ex duobus. Primo, quia tex. dicit, quòd ex eo fi-

deicommiſſo detrahitur Trebellianica, quod non foret, ſi habe-
ret naturam inſtitutionis directæ, quia tunc non eſſet qui detra-
here poſſet. Secundo, quia dicit hoc fideicommiſſum eſſe reſti-
tuendum, quod non foret, ſi haberet naturam directæ inſtitu-
tionis, quia tunc quemadmodum hæres directo propria autho
ritate capit, vt l. cum hæredes. in princ. j. de acquir. poſſeſſ. ita ca-
peret ipſe fideicommiſſarius. Et ideo infero, quòd iſte fideicō-
miſſarius tali fideicommiſſo, in quo translata eſt directa inſti-
tutio, ſi decedat ante reſtitutum ſibi fideicommiſſum tranſmit-
tit illud ad heredem, quemadmodum quodlibet aliud fideicō-
miſſum tranſmittitur, vt plene dixi s̄. eo. l. quidam ita. & l. apud
Juliannm. §. vtrum ex eo. Quia vt vides, in omnibus & per om-
nia naturam fideicommiſſi habet, vt hic cum concord. ſupra al
lega. eſt caſus melior & nota. & expreſſior in l. 2. §. fin. ſupra de
iure codicil. per quos tex. vt diſputando determinaui Floren-
tiæ, dum quæſtio de facto foret, obtinui, licet Barto. ſua ſola
authoritate contrarium & peſſime dixerit, ſupra de iure codic.
l. j. & ita etiam ſæpiſſime conſului. No. quarto glo. in verbo, ex-
4 ceptis. ibi, niſi quo ad excludēdum querelam. ꝙ † inſtitutus in
re certa habetur loco hæredis quo ad excluſionem querelæ. Et
ſic no. ꝙ inſtitutus in re certa quādoque habetur loco heredis,
& quandoque loco legatarij, de quo in l. quoties. de hære. inſti.
& ibi per ſcribentes. adde l. qui rogatus, in quātum ponit, ꝙ ho-
die neceſſe eſt, ꝙ vt filius excludatur a iure rumpendi teſtamē-
tum ei relinquere titulo inſtitutionis, quod fallit, niſi ſtatutum
dictet minuendam filio debitam de iure gentium, vt vtatur ver
bo, relinquo, puta quòd pater debeat tantum filijs relinquere,
quoniam & tunc ſi non reliquit titulo inſtitutionis, ſed quocun
que alio, teſtamentum ipſum eſt validum, ita dixit mirabiliter
Bal. referens hoc conſuluiſſe in l. maximum vitium. C. de lib.
præter. ad cautelam. Aduocatus nolens ſeruare validitatem te-
ſtamenti ſemper perſcrutari debet, an ciuitatis ſit aliquod ſtatu
tum, ita loquens. Et licet hoc dictum ab aliquo teneatur, & di-
centis magna ſit authoritas, nihilominus proximis diebus con-
trarium conſului apud Valentiam per multas rationes, & cre-
do quòd bene. No. quinto iñ gl. quę incipit, hæc ſunt verba &c.
5 ibi, ſic dicimus, quòd ex † ſententia &c. quòd ad agendum con
tra condemnatum duplici ſententia, ſcilicet confirmata & con
firmante, intentari debet actio orta ex ſentētia ꝯfirmantis, non
confirmata. quod an verum ſit, plene ponunt glo. & Doc. in l.
eos. C. de appel. Item quis executionem facere poſſit contra cō
demnatum, an iudex primæ ſententiæ confirmatæ, an vero iu-
dex ſecundæ confirmantis. quotidiana eſt quæſtio, quam plene
diſputat glo. in cap. paſtoralis §. præterea. de offic. deleg. in l. ta-
le pactum. §. qui prouocauit. s̄. de pac. & plene per Barto. in d. l.
eos. de appel. & Bal. in auth. ſi quis litigantium. ad quod eſt tex.
optimus. l. ſi quis lit. C. de epiſ. aud.

SVMMARIVM.

1 *Legatus num durante legatione perpetuo poſſit excipere, ne tū cōueniatur,*
2 *Cogi poteſt, qui dicit ſe de adeundo deliberare, vt adeat, vt nec dilatio concedatur, non tamen ob id quarta priuabitur.*
3 *Hæres vt adire cogatur, quodnam remedium competat.*
4 *Extraordinarium, remedio ordinario competenti, excludi.*
5 *Voluntatem coactam, voluntatem dici.*
6 *Meorum & tuorum appellationę reſpectu bonorum, quid veniat.*
7 *Trebellianica num debitum naturale reſpectu fideicommißarij cenſeri debeat.*
8 *Hæredem de præſenti eſſe, & proximè infallibiliter futurum, paria eſſe.*
9 *Hominis iudicium non expenditur in his, quæ a fortunæ euentu dependent.*
10 *Specialiter quid enunciari vel generice, quando de proprio ſignificato genus id ſignificat, paria eſſe.*
11 *Liberi primi gradus an poſſint abs teſtatore aſtringi, vt quos fructus eius iudicio perceperint, reſtituere teneantur.*
12 *Verbum, pecunia, in mandato de reſtituendo hæred. non adiecta dictione geminata, ſed ſimpliciter prolatum, quid importet. Et an fideicommiſſum caſu fortuito diminutum fideicommiſſario teneatur hæres ſupplere de fructibus hæreditatis ab eo perceptis.*

LEX XXX.

SI legatus. Etiam tempore legationis cogitur
quis adire & reſtituere, & fideicom
miſſum vniuerſale cenſetur, ſiue conſentiat quis re
ſtituere bona vniuerſaliter, ſiue indefinite, & nō va-
let reſtitutio facta, niſi conſentiente vel rato habente eo, in cu-
ius poteſtate eſt ille, cui reſtituit, & ſi hæres rogatus retinet quar
tam in re certa, vel pecunia, non tenetur ad onera hæreditaria,
alias tenetur pro rata. Et princeps rogatus de reſtituendo non
conſueuit quartam detrahere, nec petere ſupplementum eiuſ-
dem. Et ſeruus ſi per aditionem hæreditatis habilitaretur ad re
cipiendum hæreditatem, hæredem poteſt cogere adire, ſecus ſi
per aditionem non habilitaretur. Cogitur autem hæres parere
conditioni poteſtatiuæ ſine eius damno & adire, ſecus ſi ſit con
ditio caſualis, ſin autem fideicommiſſario relinquere ſub nomi
ne geminato, & appellatione pecuniæ in reſtitutione veniunt
fructus percepti iudicio teſtatoris, ſicut ſi ſub nomine ſimplici.
Debet tñ fideicommiſſarius ex ſeipſo, ſi fuerit diminutum. h. d.
vſq; ad §. cum qui nouiſſimum. No. in hac l. ſi legatus. ibi, quia
1 non multum &c. ꝙ † licet regulariter legatus legatione duran-
te conuentus habeat exceptionem declinatoriam iudicij, vt l.
cum quæreretur. j. de leg. 3. l. 2. §. legatis. s̄. de iudi. & quod plene
no. extra de foro comp. c. fi. de dila. c. expoſuit. nihilominus cō-
ueniri poteſt, vt dicta exceptione tutus non ſit pro actu, qui ad
ſui expeditionem tempus breue requirit. concor. s̄. de iudi. l. ſed
ſi reſtituatur. §. odium. & l. de eo. cum l. ſeq. Vnde merito poſſu-
mus dicere, ꝙ hic ſit tex. ſimilis, l. decurio fortunā. C. de decur.
lib. 10. quem Bar. ibi dixit alibi non reperiri, dicens. ꝙ immuni-
tas ab oneribus conceſſa, non excuſat ab actu, ſeu onere perſo-
nali, duntamen poſſit breuiter expediri, quod no. & pro primo
memoriæ cōmenda. No. ſecundo ibi, & licet deliberare &c. ꝙ
2 licet †. quis inſtitutus dicat ſe ſup aditione deliberare velle, ni-
hilominus adire cogendus eſt adeo, vt nec ei terminus delibe-
ratorius concedatur, licet poſtea dum conuenitur, vt reſtituat,
poſſit quartam detrahere, ſi dicat ſibi placuiſſe hæreditatis adi-
tionem. Ad idem j. eod. l. omnes. & quod habetur s̄. eod. l. ſed
& ſi alio. Et ideo hic no. caſum vnū, in quo coactus adire quar-
tam detrahit, ſcilicet quando ſibi poſtulanti terminus delibera-
tionis conceſſus non fuit. No. ex eo. in princ. glo. ſuper verbo, iu-
3 diciū. ad quod ſemper allegatur, quòd † ad cogendum hæredē
ad faciendam aditionem, & aditæ hereditatis reſtitutionem fi-
deicommiſſario competit nobile iudicis officiū. Et quo ad pri-
mum, ſcilicet quòd ad cogendum eum adire competit iudicis
officium, concord. alia glo j. eod. l. non eſt cogendus. & alia in
l. fi. §. pen. ſupra de fideicomm. hæred. pet. pro quibus videtur
tex. in l. cogi. §, ſi pater filio. & l. ille a quo. §. tempeſtiuum. & l.
quia poterat. s̄. eod. Quo autem ad ſecundum, ſcilicet quòd ad
faciendam reſtitutionem, ſimile remedium competat, videtur
pro iſto tex. in l. quia poterat. præallega. ſed alia glo. C. eod. tit. l.
& fine. & in d. l. fin. §. placet. & l. reſtituta. in princ. vnde videtur
dicendum, quòd ad compellendum hæredem reſtituere com-
petat fideicommiſſario actio ex teſtamento, & ſic ordinarium
remedium, ergo videtur dicere, ꝙ ceſſet iudicis officium tāquā
extraordinarium. Quoniam extraordinarium remedium per
4 † competens ordinarium excluditur, s̄. de mino. l. in cauſæ. cum
ſimil. vnde dixit Barto. glo. hanc volentem competere iudicis
officium loqui, cum hæres adiuit coacte, aliam autem volentē
competere actionem ex teſtamento, loqui cum hæres adiuit
ſponte. Ang. vero & recte, dicit in vtroque caſu cōpetere actio-
nem ex teſtamento, hac ratione, quia ſicut per aditionem volū-
tariam quaſi contrahitur, ex quo quaſi contractu contra hære-
dem ex teſtamēto oritur actio, l. apud Iulianum. in fi. cum ſeq.
j. ex quib. cau. in poſſ. eatur. ita etiam quaſi contrahitur per adi-
5 tionē coactā, cum coacta † voluntas, volūtas ſit, s̄. qđ met. cau.
l. ſi mulier. & ideo ex eadem coacta pariter oritur ex teſtamen-
to actio. Ego vero pro hac opin. allego caſum expreſſum in l. 1.
C. communia de leg. quæ indiſtincte loquens dicit pro fidei-
commiſſis repetendis ita competere actionem ex teſtamento,
ſicut pro legatis, ſed do tex. in l. nam quod. §. ſi quis compulſus.
s̄. eod. volentem ex aditione compulſa ita confirmari quæcun-
que teſtamento deſcripta, ſicut ex aditione voluntaria. Nec ob.
tex. l. quia poterat. quoniam licet ad cogendum hæredem adi-
re competat iudicis officium nobile, vt ibi eſt tex. & j. eod. l. ſi
res. nihilominus ad cogendum eum reſtituere non competit
nobile, ſed mercenarium act. ex teſtamento intentatæ deſer-
uiens, argu. l. ſi depoſita. quæ eſt quarta. C. depo. & ita debet in-
telligi hęc lex. No. in §, ſi quis bona. ibi, meorum & tuorum &c.
6 de † ſignificatione etiam propria horum pronominum com-
prehendi iura incorporalia, quemadmodum actiones. de quo
dic, vt plene remiſſiue dixi s̄. eod. l. cogi. cum §. pręced. No. in §.
ſi filio. ꝙ iure iſto Digeſt. filio fideicom. reſtitutio hereditatis
fieri non poterat patre inuito vel ignorante. Quid autem ho-
die? ſic declarat tex. in l. cum non ſolum. §. ſancimus. C. de bon.
quæ lib. & tex. hic ibi, vel ratum habuit. referas ad verbum, igno
rante, non autem ad verbum, inuito, quoniam actum, quem ſe
mel improbaui, ratum poſtmodum habere non poſſum, j. de
ſol. l. diſpenſatione. j. rem rat. hab. l. quoniam enim. §. Iulianus.
& dic vt ibi no. No. in §. multum intereſt. contra heredem reti-
nentem Trebellianicam in re certa competere actiones hære-
ditarias pro rata. Secus autē ſi retineat quartam in re certa ſibi
relicta per teſtatorem. quod declara, vt pleniſſime dixi in l. j. §. ſi
hæres. & §. ſi is qui quadringenta. & §. fi. s̄. eod. No. in §. ſi prin
7 ceps. ibi, plerunque quarta donata eſt, ꝙ † id, quod occaſione
Trebellianicæ vel Falcidię detrahit̄ per hæredē, non cenſet̄ de-
bitum

bitum ipſi fideicommiſſario naturaliter. ex eo, quia ſi naturali-
ter foret ſibi debitum, hæres non detrahens, ſed in integrum re
ſtituens non diceretur quartam, quā nō detraxit, donare. Quo-
niam ſi ſoluo, quod ſolum naturaliter debeo, donare nō dicor,
vt l. hoc iure. §. pen. j. de dona: & ita per hunc tex. repetens ſirma
ui in hac concluſione, quæ dubitatiſſima eſt in l. i. s. de condic.
indebi. & non eſt in iure pro hac opi. melior tex. iſto. No. in l. ſi
8 cui pure. & ita ſemper allegatur, quòd paria † ſunt, quem eſſe
hæredem de præſenti, vel de proximo infallibiliter futurum eē
hæredem. Ad idem s. eo. l. ſi mulier. §. non eſt. & ibi allegaui cō
cor. No. in §. ſi ſub conditione. quòd hæres ſub conditione in fa
cto conſiſtente, inſtitutus per fideicommiſſarium compelli po-
teſt illam impleri facilem adimplere. Et idē ſi inſtitutus ſit ſub
conditione conſiſtente in dando, duntamē fideicōmiſſarius of-
ferat id, quod ad implementum neceſſarium eſt. Ad idem s. eo.
l. ſed ſciendum. & j. eo. l. facta. § ſi ſub conditione. & §. ſequē. &
ibi dicetur. No. ex eodem ibi, cæteræ conditiones &c. & ita ſem
9 per allegatur, quòd † in his, quæ ab euentu fortunæ dependēt,
hominis iudicium ſe non impedit. No. in l. baliſta. ibi, quaſi ſpe
10 cialiter &c. & ita ſemper allegatur, maxime per Dyn. ꝙ † paria
ſunt, aliquid ſpecialiter renunciari, vel in genere, quādo de pro-
prio ſignificatu genus illud ſpeciale includit. concor. s. de lega.
3. l. ſi chorus. in prin. s. de adminiſtra. tuto. l. ſi duo. ad fi. No. ſecū
do ex eadem, & in hoc lex iſta eſt ſingularis, ꝙ quando in man-
dato de reſtituendo ſimul iunguntur dictio geminata, quanta-
cunque, & verbum, pecunia, in reſtitutione ea, veniunt tūc fru-
ctus etiam iudicio teſtatoris percepti. Et idem ſi eidem gemina
tæ dictioni iungatur verbum, res, tanquàm generaliſſimū, & ge
neralius verbo, pecunia, vt l. j. s. ſi cert. peta. & l. rei appellatio. j.
de verbo. ſignifica. Quid autem ſi mandato de reſtituendo adii-
ciatur verbum, quicquid perceperit &c. an tunc reſtitui dēant
fructus? dic vt l. hæredes mei. in princ. j. eod. Item quid ſi adiicia
tur verbum, qcqd ex hæreditate ſupererit, an tunc ſimiliter fru
ctus in reſtitutione veniant? dic vt in d. l. hæredes. §. pen. j. eod.
qui tex. habet alium formaliter contrarium in l. in fideicōmiſ-
ſi. §. nunquàm. ſupra de vſur. cum quo concludit Pet. de Bella-
per. in hac materia repetens. No. in eadem tertio, hic videri tex.
11 no. quòd licet † liberi primi gradus grauati de reſtituendo non
poſſint per teſtatorē arctari, vt fructus quos ex hæreditate eius
iudicio percipiunt, in quartam Trebellianicam computent, vt
l. iubemus. C. eo nihilominus grauari poſſunt tacite & expreſſe
de reſtituendo illos, quod pro primo commenda memoriæ ad
declarationem d. l. de cuius intellectu dicetur etiam in l. poſtu-
lante. §. ſed & in huiuſmodi. j. eo. niſi ad iſtum reſpondeas dicē
do hunc tex. loqui de filio alterius extranei, non autem ipſius te
ſtatoris, licèt ſatis videatur remotū a verbis literæ. No. in l. ſcri-
12 bit Celſus. ibi, quanta pecunia &c. quòd † cum verbum, pecu-
nia, in mandato de reſtituendo hæreditatem non adijcitur di-
ctioni geminatæ, ſed ſimpliciter, quanta, vel ſimili, tunc in reſti
tutione non veniunt fructus iudicio teſtatoris percepti. No. ſe-
cundo in ver. & cum diu. caſum ſingularem & vnicum, ꝙ cum
fideicommiſſum quocunque caſu etiam fortuito diminutum
reperitur, illud per hæredem fideicommiſſario eſt ſupplēdum
ex fructibus hæreditarijs per eum perceptis quantūcunque iu-
dicio teſtatoris. Et fuit caſus iſte formaliter in facto in ciuitate
Bononiæ, contra cuius determinationem conſuluit quidam ſo
lenniſſimus Doctor ſolum pro tunc aduertens ad regulam l. in
fideicommiſſariam. s. eo.

SVMMARIVM.

1 *Actorem ſuccumbere ſi id non probat, quod ſuæ eſt intentionis cauſa.*
2 *Subſtitutus ei directo, qui duorum deceſſerit poſterior, iure ſubſtitutio-
nis, & ſi ad utriuſque hæreditatem ueniat, ſi ambo ita pariter deceſſe-
rint, ut uter prior, non appareat, non idem tamen in eo, qui per fideicom
miſſa duobus eodem modo eſt ſubſtitutus.*
3 *Maſculo ac fœmella ſemel naſcentibus, uter prior in dubio natus exiſtiman
dus ſit.*
4 *Bonorum poſſeſſionem ſecundum tabu. quandoque neceſſariam ubi de reſti
tutione tractatur. Et an ea bonorum poſſeſſio, quam nomine furioſi cura
tor agnoſcit, furioſo ſaltem in uita ius plenum tribuat. nu. 5.*
6 *Compromiſſi inſtantia, ac ex conſequente ex rationis paritate, iudicij, cum
hærede incboata, licet reſtitutio fiat, in fideicommiſſarium transferri
non cenſetur.*
7 *Compromittere in latam culpam non cadit. Et quid ſi minor compromit-
tens lædatur, an reſtitutionem in integrum petat.*
8 *Hæres reſtituendo, num quod ſibi debetur, uel quod hæreditatis occaſione
alij debet, retinere poſſit.*
9 *Hæreditatis reſtitutionem tam uerbo, quam re fieri poſſe.*
10 *Hæres num unius rei apprehenſione, uniuerſam hæreditatem appreben-
diſſe dicatur.*
11 *Actionis ceſſionem ac tranſlationem in abſentem fieri poſſe. Et reſtitutio
nem hæreditatis procuratori fieri poſſe.*
12 *Pupillus ſine tutore, nec contra hæreditatis reſtitutionem non facit. Et ar
gumentum efficax eſſe, a ceſſio actionis particulari, ad reſtitutionem
hæreditatis uniuerſam. Et hæreditatis reſtitutio quam uim habeat.*
13 *Diſpoſita in pupillo ac eius tutore quo ad acquirendam hæreditatem, eadē
cenſentur diſpoſita in eorum perſonis reſpectu bonorum poſſeſſionis ac-
quirendæ.*

LEX XXXIII.

EVm, qui. 1 Actor ſuccumbit, ſi non probat,
quod eſt cauſa ſuæ intentionis,
& curator furioſi inſtituti poteſt bonorū poſſeſſio-
nē agnoſcere, & hæreditatē reſtituere. Et in fideicō-
miſſarium non tranſeunt iura quæſita contra hæredē, & ideo
ei eſt de identitate cauendum. Et hæreditatis reſtitutio fieri po-
teſt re, vel verbis. Item tradendo, vel patiendo. Et pupillus non
pōt reſtituere hæreditatē ſine tutoris auctoritate, nec tutor ſi-
ne pupillo, niſi foret infans, nec etiam reſtitui poteſt pupillo ſi-
ne auctoritate tutoris, nec econtra. hoc dicit vſque ad l. quam-
uis. No. in hac l. eum qui nouiſſimus. & ita communiter allega-
1 tur, † actorē ſuccumbere, ſi id non probat, quod ſuæ intentio-
nis eſt cauſa. Ad idem C. qui accu. non poſſ. l. non ignorat. C. de
proba. l. actor. & s. eo. tit. l. ei qui. No. ſecundo ex eadem, ſecun-
2 dum vnum intellectum & cōmunem, ꝙ licèt ſubſtitutus dire-
cto ei, qui ex duobus impuberibus nouiſſimus deceſſerit, iure
ſubſtitutionis veniat ad hæreditatē vtriuſque, ſi ambo inſimul
deceſſerint, adeo vt prioritas vel poſterioritas dari non poſſit, l.
ex duobus. s. de vulga. & pupil. l. qui duobus. s. de reb. dub. l. qui
ex liberis. in princip. j. de ſecun. tab. tamen ſubſtitutus eodē mo
do per fideicom. neutrius ex decedentibus, inſimul petere po-
teſt hæreditatē ſibi reſtitui, vt hic eſt caſus no. No. ex eadem ter-
tio, ſm alium intellectum, quem tenet Dy. in d. l. qui duobus, ꝙ
licet regula ſit, ſubſtitutum ei, qui ex duobus inſtitutis vltimus
deceſſerit, admitti iure ſubſtitutionis ad vtriuſque inſimul de-
cedentis hæreditatē, ſi non ſit dare ordinē tēporis in eorū mor-
te, vt in proxime allegatis iuribus: tamen hoc fallit, quando ma
ter eorum, quibus ita facta eſt ſubſtitutio, ſupereſt, quoniā tūc
matris fauore, quæ ad ſucceſſionem vtriusq; admittitur, tali ca-
ſu ſubſtitutus ab vtriuſque hęreditate excluditur, vt hic. ſm eū
eſt caſus, qui non reperitur alibi conferens ita magnam limita-
tionem ad dicta iura, & iſte intellectus mihi videtur rectior. Pri
mo, quia videtur ex mente literæ ibi, ſed matrem ex Tertullia-
no, & ſic denotat tex. matris ſuperexiſtētiam. Secundo, quia nō
videtur poſſe dari concludens ratio diuerſitatis inter ſubſtitu-
tionem directam, & fideicōmiſſariam iſto caſu. Et poſuit Ang.
hic quæſtionē illam quotidianam de ſtatuto, ſeu decreto con-
cedente præmium ei, qui prius caſtrum intrauerit, vel brauiū
equo, qui pręcurrerit. Quid erit, ſi duo vno momento ſimul in-
trauerint, ſeu cucurrerint, adeo vt non ſit inter eos dare ordinē
temporis? de quo dic, vt hic per eum. Cui adde, ꝙ hoc plene exa
minat Barto. s. de hære. inſti. l. hoc articulo. & Bal. in prima con
ſtitu. Digeſt. in §. itaque poſita &c. s. de leg. j. l. qui filiabus. §. j. &
l. ſi quis in fundi vocabulo. in §. fi. & s. de reb. dub. l. ſi fuerit. Et
eſt ſimilis quæſtio, quid erit, duo ex eodem vtero ſimul produ-
cti ſunt, adeo vt non ſit dare inter eos priorem, vel poſteriorem
exitum in lucē, ſtante conſuetudine vel ſtatuto, ꝙ primogeni-
tus ſuccedat? de quo dic vt per d. Bal. in d. §. itaque. licet alibi po
nat plenius, ſed de loco non recordor. Cui adde gl. ſing. s. de ſta-
3 tu homi. l. Arethuſa. volentem, ꝙ † cum maſculus & fęmina ſi
mul in lucem producuntur, nec conſtat quis prior ſit, præſumi
tur pro maſculo. Ad quod alleg. tex. in d. l. ſi fuerit. §. fi. qui tamē
nihil facit, cum ibi ſit ſpeciale propter libertatis fauorem, eſt ta
men menti tenenda propter ſui auctoritatem. No. in l. cum hæ
4 res inſtituta. † caſum vnum, in quo etiam hodie bon. poſſ. ſecū
dum tab. eſt neceſſaria, ſcilicet, cum tractatur de facienda reſti-
tutione, eo quia furioſus hr̄s inſtitutus grauatus eſt. Et ita hunc
tex. alleg. Pet. Iac. de Are. & Cy. in l. certum. C. vnde legi. de quo
ibi poſt eos plene dixi. No. ex eadem ſecundo, ꝙ licet quando
furioſus hæres inſtitutus ab extraneo, & non grauatus de reſti-
tuendo, ſi agnoſcatur per eius curatorem poſſeſſio bonorū, nō
tamen tranſmittatur hęreditas in furioſi decedentis hæredem,
vt l. fi. §. ſin autem in furore. C. de cur. furio. tamen ſi rogatus eſt
de reſtituendo, agnitio bonorum poſſeſſionis facta per curato-
rem, & reſtitutio ſecuta ſufficiunt, vt in fideicommiſſariū iura
5 hæreditaria tranſmittantur. An autem hæc † bonorum poſſeſ
ſio, quam nomine furioſi curator agnoſcit, tribuat furioſo ſaltē
in vita ius plenum? dic vt hic in glo. cui adde aliam in l. 3. ver. ac
cipit. j. de bon. poſſ. fur. de leg. 2. l. fi. §. ſin autem perpetuus. & §.
tali C. de cur. fur. & quod habetur in l. j. §. per ſeruū. in verbo, fu
rioſi. j. de ſucceſ. edi. No. in l. cum hæreditas ex fideicom. ꝙ licet
ex reſtitutione facta auctoritate Senatuſcōſulti ſit hęres ope ex
ceptionis tutus aduerſus actiones hæreditarias & obligationes,
quæ habuerunt initium cum perſona defuncti teſtatoris, vt l. j.
in prin. & l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. in fi. s. eo. non tamē

tuetur

tuetur eundem aduerſus obligationes, quæ habuerunt initium
in perſona ſui, & igitur Paulus Iuriſcon. ei hic ſuccurrit, quia ar
ctat fideicommiſſariũ ad præſtandam cautionẽ indemnitatis.
6 No. ex eadem ſecundo, ꝙ † inſtantia compromiſſi, & conſeqn
ter per identitatẽ rationis iudicij inchoata cum hærede, licèt re
ſtitutio fiat, non cenſetur transferri in fideicommiſ. ſicut nec ẽt
in eundem per reſtitutionẽ transfertur ius agendi, quod ortum
habuit in perſona eiuſdem, vt j̄. eo. l. ſi hæres pecuniam. & l. hæ-
7 res a debitore. in prin. j̄. de fideiuſ. No. ex eadem tertio, ꝙ † com
promittere in arbitrum non cadit in latã culpã, quod hic ſubti-
liter probatur ex eo, quia ſi in latam culpam caderet, hæres ip-
ſe, ſi ex ſententia arbitri hæreditati inferatur damnum, fideicō.
teneretur ad emendam, vnde lata culpa in hæreditate commiſ-
ſa aſtrictus ſit, vt l. mulier. §. ſi hæres. ſ̄. eod. licet demum cōpro-
mittere in arbitrum, videatur ſaltem cadere in leuem culpam,
vt patet ex eo, quia ſi emptor ex compromiſſo in arbitrũ facto
euictus fuerit, regreſſum de euictione contra venditorem non
habet, vt ſ̄. de euic. l. deinde. §. ſi compromiſero. & hoc ex eo, qa
in leuem culpam incidit, ex quo non cogitauit, ꝙ ſi ſnĩa arbitri
contra eum proferretur, appellare non poſſit, cum ab eius ſnĩa
regulariter appellatio non interponatur, C. de arbit. l. j. cum ſi-
mil. Et hac ratione dicitur, ꝙ eo ipſo ꝙ minor compromittit in
arbitrum, eo ipſo læſus eſſe cenſetur, & ideo eo ipſo reſtitutio-
nem petere pōt, l. minor 25. an. filio. §. j. de mino. No. vltimo ex
8 eod. ibi, nam quod dicitur retinere &c. ꝙ † hæres pro ſibi debi-
to, vel pro eo, in quo occaſione hæreditatis ex ſuo facto, eſt alte
ri obligatus, poteſt dum reſtituit, vti iure retentionis, de quo ta
ctum fuit ſ̄. eo. l. ita tñ. §. ſi ex Trebelliano. & dicetur j̄. eo. l. debi
9 tor. No. in l. reſtituta. hæreditatis † reſtitutionẽ fieri poſſe tam
verbo, quàm re, tam tradendo quàm patiendo. No. ſecũdo ibi,
vel aliquas earum, hac mente, & glo. ſuper verbo, earum. ꝙ re-
ſtituta vna hæreditaria re quo ad translationem dominij, intel-
ligitur facta omnium reſtitutio, ſi ea mente vnius reſtitutio fiat,
vt reſtitutionis effectus trahatur ad omnes. Quo autem ad tran-
slationem poſſeſſionis omnium, an apprehenſa per fideicom-
miſſariũ poſſeſſione vnius ex rebus hæreditarijs videatur appre
henſa etiam omnium rerum eiuſdem poſſeſſio? Fuit originali-
ter quæſtio Dy. in c. j. de reg. iur. lib. 6. Repetit Bar. in l. 3. in prin.
j̄. de acqui. poſſ. & ponunt Hoſt. & Inno. in c. in literis. extra de re
ſti. ſpoliat. & melius ponit Ro. in deciſio. ſuis, deci. 667. Quid au-
10 tem † in hærede, an apprehenſa poſſeſſione vnius rei hæredita-
riæ, videatur hæreditatis totius apprehendiſſe poſſeſſionẽ? tex.
habes in l. cum hæredem. in prin. de acqui. poſſ. Illud autem in-
dubitatum eſt, ꝙ apprehenſa poſſeſſione partis vnius rei parti-
cularis, puta fundi, videtur apprehẽſa poſſeſſio totius eiuſdẽ, vt
d. l. 3. in prin. niſi pars ipſa rei particularis quo ad poſſeſſionem
violenter occupetur, quia tunc ea partis rei violenta poſſeſſio
non trahitur ad apprehenſionẽ poſſeſſionis totius. caſus eſt no
ta. in l. quod meo. §. fi. j̄. eo. tit. No. ſecundo in ver. ſed & ſi volũ-
tate tua. & ſe. ꝙ cum voluntate fideicōmiſſarij hæres alteri hæ-
reditatis facit reſtitutionem, in ipſum fideicōmiſſarium hære-
11 ditariæ actiones tranſlatæ cenſentur. Vnde ex † hoc notandum
ceſſionẽ ſeu tranſlationẽ actionis in abſentẽ fieri poſſe. De quo
plene & remiſſiue dixi in l. apud Iulianum. §. vtrum. ſ̄. eo. Et in-
quantum ibi in confuſo allegaui Io. And. in addi. Specu. Adde,
ꝙ hoc ipſe ponit in tit. de ceſ. ac. §. fi. in additio. quæ incipit, Pet.
de Ceruotis. & ibi huius Doctoris ſupponit latam diſputatio-
nem. No. ibi, item ſi alij. reſtitutionem hæreditatis procuratori
fideicōmiſſarij fieri poſſe. Ad idem j̄. eo. l. quamuis. & l. qui ita.
§. j. De procuratore ſimplici nō eſt dubium per iſta iura. An au-
tem procuratori in rem ſuam fieri poſſit? dic vt dixi in dicto §.
12 vtrum. No. in §. pupillus. † pupillum ſine tutore, neque tutorẽ
ſine pupillo reſtitutionem hæreditatis facere nō poſſe, licèt be-
ne poſſit tutor pro infante. Quæ omnia dic, vt pleniſſime decla
raui ſ̄. eo. l. j. §. fuit quæſitum. No. ibi, quia nec mandare actio-
nes &c. duo. Primum, ꝙ bonum eſt argumentum de ceſſione
actioni particulari ad reſtitutionem hæreditatis vniuerſalẽ, qđ
eſt præcipue menti tenendum propter multa, quæ ex hoc per
viam argumentationis deduci poſſunt. No. ex eodem ver. ſecũ-
do, tutorem actiones pupillo competentes in alium transferre
non poſſe. Quod dic, vt plene declaraui in d. §. fuit quæſitum.
No. in l. non enim. Hæreditatis reſtitutionem non ſolum habe-
re vim ſolutionis, ſed etiam vim ſucceſſionis, cum ea facta inci-
piat fideicommiſſarius oneribus hæreditarijs aſtringi, & hoc ſe-
cundum intellectum gl. ſuper ea. l. & recte ſupplentem ad ver-
bum l. ibi, non enim ſolutio actionem tantum. No. in l. ſed nec
ipſi. quòd ſicut reſtitutio hæreditatis fieri nō poteſt pupillo ſine
auctoritate tutoris, ita nec etiam fieri poterit tutori ſine conſen
ſu pupilli. Ex quo apparet reſtitutionem hæreditatis diuerſam
fore a ſolutione debiti. Et debitum an ſolui poſſit ſoli tutori, vel
ſoli pupillo, dic vt in l. quod ſi forte. §. fi. & l. pupillo. j̄. de ſolut.
C. ſi aduerſus ſolut. l. j. & Inſtitu. quibus alie. licet. §. a te contra-
cto. & §. ſed ex diuerſo. Nota vltimo in l. ſed nec ipſi. in glo. vna
13 ibi, ſed forte idem quod in hæreditate, quòd † ea, quæ in acqui-
renda hæreditate pupillo diſponũtur in perſona eius & tutoris,
cenſentur diſpoſita in acquirenda bonorum poſſeſſione in per
ſonis eorundem. An autem hoc argumẽtum in prædictis per-
ſonis de agnitione bonorum poſſeſſionis ad aditionem hære-
ditatis regulariter procedat, poſt Cyn. plene dixi C. qui admit.
l. bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ex Senatuſconſul. Trebellia. in translatione actionum ciuilium, quę ui reſtitutionis fit, ſibi & in translatione prętoriarum locum obtinere.*
2 *Procurator ad negotia non intereſſe qualis ſit.*
3 *Iura ſepulchrorum in fideicommiſſarium per reſtitutionem non trãſferri.*
4 *Portio hęredi de reſtituendo grauato, accreſcens, in fideicommiſſarium reſtitutione facta transfertur.*
5 *Actio aduerſus hæredem cogendum quænam competere uideatur? Et ut hæres adire cogitur, ita & fideicommiſſarius aut eius hæres, qui coegit, aditam hæreditatem ſuſcipere compellitur.*
6 *Statutum in perſona teſtantis, ſtatutum uidetur in hæredis perſona.*
7 *Fideicommiſſario cogente ante reſtitutionem ſibi factam decedente, aduerſus coactum hæredem creditores hæreditarij actiones non inſtituunt.*
8 *Acceſſiones & fructus per hęredem ex iudicio defuncti quæſiti, an in reſtitutione ueniant, etiam in liberis primi gradus.*
9 *Liberi primi gradus, an fideicommiſſum caſu dimiuutum ex fructibus perceptis ſupplere teneantur.*
10 *Fideicommiſſarium loco hæredis haberi.*
11 *Fęnerans ſuo periculo lucrari debet ex fænore acquiſitum.*

LEX XL.

QVamuis. In fideicommiſſarium per reſtitu
tionem trãſeunt actiones ciuiles,
& prætoriæ, & remedium Trebelliani, quod ex ver
bis ſuis dirigitur in perſonã hęredis, locum ſibi ven
dicat in quolibet, cui iure poteſtatis hæreditas acquiritur, & nō
refert, mari vel fœminæ hæreditas reſtituatur, quia reſtituta
omnia transferuntur excepto iure ſepulchrorum. Et in reſtitu-
tione fideicommiſſi venit quod quæritur per ius accreſcendi,
nec eſt neceſſaria noua reſtitutio ratione incrementi, & hære-
di fideicommiſſarij vniuerſalis etiam inuito fieri poteſt hæredi
tatis reſtitutio, ſi vniuerſalis fideicōmiſſarius cogens ante deceſ-
ſerit, quam reſtitutio facta fuerit. Et vſuræ, & penſiones ex con-
tractu defuncti debitæ veniunt in reſtitutionẽ hæreditatis, ſed
ex contractu hæredis omnino veniunt. hoc dicit vſque ad legẽ,
1 qui totam. No. in l. quamuis. † quod ſtatutum per Senatuſcon-
ſultum in translatione actionum ciuilium, quæ fit mediante re
ſtitutione, locum ſibi vendicat in translatione actionum præto
riarum. No. ſecundo ibi, & cauſa naturalium &c. obligationes
naturales ita poſſe trãſferri, & fore ceſſibiles, ſicut ciuiles vel na-
turales, & ciuiles ſimul iunctas. No. tertio in ver. nihil intereſt.
2 † non intereſſe in procuratore ad negotia qualis ſit, & ideo in
eo minor exigitur habilitas, quàm in ꝓcuratore ad iudicia. Vn-
de videmus ſufficere ætatem anno. 17. in procuratore ad nego-
tia, cum ad iudicia requirantur 25. vt hodie deciditur in tex. ca.
qui generaliter. de procurato. lib. 6. & plene no. in l. exigendi. C.
de procurato. & l. minor. ff. eo. titu. No. quarto in verbo, perſo-
na. & in verſi. nec intereſt, quod ita onere fideicommiſſi graua-
ri poteſt is, cuius ratione poteſtatis hæreditas per inſtitutum ac
quiritur, ſicut & ipſe hæres inſtitutus. Ad idem ſ̄. de leg. i. l. cum
3 filio. No. in l. quia perinde. in verbo, reſtituta. † Iura ſepulchro-
rum ex reſtitutione in fideicōmiſſarium non transferri, ſed re
manere penes hæredem inſtituentem, & ſic penes hæredẽ nu-
di nominis. Et igitur etiam remanet penes filium ſe abſtinentẽ
a paterna hæreditate, vt ſ̄. de religi. & ſumptibus fune. l. vel qđ
pater. vbi eſt caſus notabilis. Similiter & penes hæredem nudi
nominis remanet ius patronatus libertorum, adeo vt in fideicō
miſſarium non tranſeat, vt j̄. eod. l. ſi patronus. in princip. Vnde
arguit hic Barto. in fideicommiſſariũ nō transferri ius patrona-
tus eccleſiæ, de quo dic, vt dicetur in d. l. ſi patroni. Nota ſecun-
do in eo. glo. magiſtram in principio eius, verbo, ponentem, ꝙ
reſtituta hæreditate, ea non tranſeat in fideicōmiſſarium, adeo
vt nil remaneat penes hęredem. Nota in l. Papinianus tractat.
4 † quòd portio accreſcens hæredi de reſtituendo grauato, tran-
ſit facta reſtitutione in fideicommiſſariũ. Ad idem ſ̄. eo. l. ex aſ-
ſe. Et illius eſt ratio, quia hæreditatis portio repudiata portioni
aditæ accreſcit, nō autem perſonę adeunti, vt l. ſi Titio. §. j. ſ̄. de
vſufru. & ſ̄. de acquiren. hæredita. l. ſi totam. & ideo ad eum, in
quem tranſit portio, cui accreuit, trãſit etiam portio accreſcẽs.
Secus autem eſt in legato vſusfructus, quoniam portio illius de
ficiens repudiatione, capitis diminutione, vel aliter, non alteri
portioni, ſed perſonæ accreſcit, vt ſ̄. de vſufruc. accreſcen. l. in-
terdum.

terdum.§.j.No.ſecundo ex eadē, ꝙ ſicut ad translationē domi-
nij partis accreſcentis non eſt neceſſaria noua eius aditio, vt l.ſi
ſolus ſ.de acquirē.hære.ita etiam ad translationē dominij eiuſ-
dē fiendam in fideicōmiſſariū, non eſt neceſſaria reſtitutio no-
ua, quod eſt notabile.No.tertio ex eadem ibi, an opus ſit ei alia
5 actione. hic videri caſum, †ꝙ ad cogendū hæredē adire non of-
ficium iudicis, ſed actio fideicōmiſſaria cōpetere videtur. Sed ſi
quis partē contrariam tenere voluerit, poterit reſpondere hūc
tex. intelligi in iudicis officio. quoniam licèt ſtricte loquēdo iu-
dicis officium non ſit actio, vt plene diſcutit glo. Inſti. de act. cir
ca prin.& eſt caſus in l.ꝙ ſi minor.§.fi.ſ.de mino. nihilominus
ex larga ſignificatione actionis uerbo iudicis officium compre-
henditur, vt l.actionis verbo.j.de ac.& obl.& l.pecuniæ.§.actio
nis.j.de verb.ſigni.No.in l.poſtulante. ꝙ ſicut fideicōmiſſarius
poteſt compellere hæredē ad adeundā & reſtituendā hæredita
tē, vt ſ.e.l.quia poterat.cū ſimil.ita hæres adire compulſus cō-
pellere pōt fideicōmiſſariū cogentē,& ēt eius hæredē reſtitutio
nē hrditatis coacte aditæ ſuſcipere,& ad hoc l. iſta quotidie alle
6 gatur.No.ſecundo in ver. cæterum exiſtimo.†ꝙ ſtatutum in p-
ſona teſtantis, ſtatutum cenſetur in perſona hæredis eius. Vnde
infert Bar.ꝙ præſuppoſita validitate ſtatuti, quo cautum eſt, ꝙ
debitor ad petitionē creditoris poſſit perſonaliter capi, poterit
tunc capi ēt eius hæres, licèt ꝯrium dixiſſe videatur in l.ſi deceſ-
ſerit.ſ.qui ſatiſd.cogan.ſed ſalua, vt ibi dixi. Et attendendum, ꝙ
dictum hoc Bar.nullum videtur habere dubium, præſuppoſi-
to, ꝙ ſtatutum loquatur in debitore, ſicut ipſe vult. Quoniā ita
debitor eſt hrs, ſicut & defunctus teſtator, vt l.debitor.j. de ver-
bo.ſignifi.& ſic verba ſtatuti in vtroque verificātur. Sed dubiū
foret, ſi ſtatutum loqueretur in promiſſore vel cōdēnato, ꝙ ip-
ſi ad petitionē creditoris pſonaliter capi poſſint, an tunc diſpo-
ſitio eius ad hęredes ipſorum extendatur. & certe dicēdum, ꝙ
non, eo caſu, quo ſtatutum contra formam iuris cōis capturā
permittit, qm̄ tunc cum ſit exorbitans, & conſequenter reſtrin-
gendum, vt in regula, quæ contra iura exorbi. tunc non extēdi-
tur ad perſonam hæredis, cum ipſe neque promiſſor fuerit, ne-
que condemnatus extiterit. Et ita firmat hic Ang.& recte, licet
prius eo iſtud idem firmauerit d. Bal. cui hoc ſubtraxit in l.j. C.
7 de execu. rei iu. No.tertio in verſi. quod ſi forte, ꝙ † cum fideicō
miſſar. cogēs ſine hærede decedit ante reſtitutionē ſibi factam,
non eſt permiſſum hæreditariis creditoribus contra hæredem
coacte adeuntē actiones inſtituere, ſed venire dēnt ad venditio
nē bonorum hrditatis, perinde ac ſi illa vacans foret, hoc eſt, nū
quam adita. Ad idem ſ.eod.l.apud Iulianum.§.vtrum.& §. An
tiſtia. No.in §.ſed & in huiuſmodi. eiuſdem l.ibi, an recte ſenſe-
rim. iuncta glo. dum dicit, non facit ſe ſcientem omnium &c. ar
gu.fin Ang. contra temerarios ſcholares, qui incontinēti ſe ma
gnos reputant Doctores, quoniam, vt hic vides, Iuriſconſultus
qui fuit tantæ literaturæ, ſe non reputauit peritum omniū. No.
8 ſecundo, †quòd acceſſiones & fructus quæſiti per hæredem ex
prouiſione defuncti, veniunt reſtituēdi fideicōmiſſario ēt per
liberos primi gradus, ſi hrdes ſint inſtituti & grauati, vt hic pa-
tet, vbi filia teſtatoris fideicommiſſo grauata inſtituta fuerat,
quod no. ad declarationē l.iubemus.C.eod.titu. No. tertio ibi,
9 ſed quia non hæres, ꝙ † liberi primi gradus non tenentur ſup-
plere fideicōmiſſum aliquo caſu diminutum ex fructibus per
eos interim ante reſtitutionē perceptis, vnde tex.l. ſcribit Cel-
ſus.ſ.eod.volens cōtrarium, locum hēt in hærede extraneo, nō
autē coniuncto, & primi gradus, vt hic eſt caſus ſingularis. Sed
certe licet cōmuniter legētes hoc teneant, tamē non videt̄ tex.
multum vrgere, quoniam reſponderi poteſt, ꝙ non loquatur
de ſuppletione eo caſu fienda, quo fideicommiſſum diminutū
erat, vel hæreditas, ſed quādo nolebat ipſe fideicōmiſſarius ſup
plere hæreditatē, ita ſcilicet vt haberet acceſſiones quæſitas, vel
fructus perceptos per hæredē iudicio teſtatoris, quoniam ſicut
illi in reſtitutione non veniunt inſtituto extraneo & grauato, vt
l.in fideicōmiſſariam.cum ſimil.ſ. eo. ita & inſtituto vno ex li-
beris primi gradus, & ita videtur recte intelligēti ſonare litera.
Intellectus tamē Doct. quia magis notabilior, menti tenendus
eſt. No.quarto ex eodē ibi, ſi non interceſſit hora, ꝙ ſicut hære-
des extranei fideicommiſſo grauati tenentur ad reſtitutionem
fructuum ex hæreditate perceptorum poſt moram in faciēda
reſtitutione commiſſam, vt l.mulier.§. ſi hæres. cum ſimil.ſ.e.
ideo ēt tenentur & liberi primi gradus, quod eſt ſummè notan
dum ad declarationē d.l.iubemus. Nota quinto ibi, & quodam
modo in partē hæreditatis &c.& ita cōmuniter allegatur, quòd
10 fideicōmiſſarius loco hæredis habetur, & igitur hæres dicit̄ lar-
go modo loquendo. Concor.ſ.quod cum eo.l.filius. & Inſtitu.
de fideicommiſ.liberta. in §.reſtituta. Nota ſexto ibi, nec ęquū
erat &c. ęquum non fore quem cogi eſſe procuratorē alterius,
ſi non acceptet. Cum enim illud ſit officium oneroſum, item
& vile, vt l.ſi quis procurator.C.de decurio.lib.10.igitur nemo
illud inuitus ſubire tenetur, C. de procura.l.inuitus.& l.filiusfa-
milias.§.inuitus.ff.eo.tit. No.ſeptimo ibi, qa ſuo periculo fœne
11 rauerit, &c.†ſuo periculo fœnerantē conſequi debere lucrum
ex fœnore acquiſitum. quod declata, vt plene per Barto. ſ. eo.l.
quia poterat. No.vltimo regulam, ad quam tendit tota litera, ꝙ
licèt acceſſiones & fructus ex hæreditate quæſita iudicio teſta-
toris ex prouiſione hæredis in reſtitutione hæreditatis non ve-
niant, vt d.l.in fideicommiſſariam.cum ſimilibus.tamē fructus
& acceſſiones quæſiti ex prouiſione teſtatoris ſic. Et nihil aliud
vult iſte tex.licèt per multa verba.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus reſtituere hæreditatem, cum uerbo, totam, integram, uel ſimile, an prohibeatur Trebellianicam detrahere? Et qui non uult adeundo oneribus hæreditarijs aſtringi, coactus adeat.*
2 *Mendacium num quandoque licitum ſit.*
3 *Defendere ſe cauillis & aſtu aduerſus agentem, an ſit licitum. Et an licitum ſit mendacium, quod ex habitus ſimulatione inducitur.*
4 *Hæredem quandoque fiduciarium reperiri, ut tutorem.*
5 *Tempus in diſpoſitione reſpiciente honorati perſonam adiectum, an conditionem faciat.*
6 *Fideicommiſſarius decedens ante reſtitutionem poſt fideicommiſſi diem cedentem, num fideicommiſſum ipſum tranſmittat? Et quid ſi fideicommiſſarius ſit de teſtatoris liberis.*
7 *Dyni erratum non uulgare.*

LEX XLV.

QVi totam. In dubio tutius eſt adire coacte,
quam ſponte, ſi vult hæres onera
hæreditaria vitare. Et tempus certę ętatis adiectum
in perſona honorati ſubſtātiæ relicti ex præſumpta
mente defuncti propter charitatem, & ſanguinis affectionē diē
non conditionem facit, vnde ſi fideicommiſſarius ante reſtitu-
tionē decedat, & poſtquam dies fideicōmiſſi ceſſit, fideicōmiſ-
ſum ad hæredes tranſmittit. hoc dicit cum l. ſequē. No. in l.qui
totam. ibi, quartā retinere non vult. iuncto verbo, totā hæredi-
1 tatē rogatus reſtituere, hic videri caſum, †ꝙ grauatus de reſtituē
do hæreditatē per verbum, totam, integram, vel ſimile, non vi-
detur prohibitus detrahere Trebellianicam, niſi reſpondeatur
ꝙ hoc eſt verum iure iſto, quo nedum tacite, ſed nec ēt expreſ-
ſe ipſa Trebellianica poterat prohiberi, vt l. j. §. inde Neratius.
cum ſimil.ſ.eo.& de hoc dic vt plene dixi C.ad legē Falci.auth.
ſimiliter. No.ſecundo cautius facere hæredem nolentē aſtringi
oneribus hęreditarijs adire hęreditatē coacte, ꝗ voluntariè. Et
huius eſt ratio, quia ſi cum voluntariè adiuiſſet, fideicommiſſa-
rius illam ſibi reſtitui nollet, maneret hęres ipſe ſine remedio
aſtrictus hęreditarijs oneribus. Quia cum ſemel voluntarie adi
uit, ius repudiationis non habet, l.ſicut. cum ſimilibus. C.de re-
pu.hęre. vbi autem adit coactè, ſecus eſt, quia tunc cogere pōt
fideicommiſſarium, vel eius hęredē ad ſuſcipiendam reſtitutio
nē, ſ. eo.l.poſtulante. in princip. vel ſi decedat fideicōmiſſarius
ſine hęrede, & antequam ſibi reſtitutio fiat, creditores hęredi-
tarij non aduerſus hęredes actiones inſtituere, ſed ad bonorum
venditionē procedere poterunt, vt ſ.e.l.apud Iulianum.§.vtrū.
& §.Antiſtia. Nota tertio in eadem gloſ. ſuper verbo, ſuſpectā.
ibi, quod quidam concedunt hic mentiri &c. glo. ordina. quam
2 quotidie allegamus relatam ad textum, †in hoc ſcilicet, licitum
eſſe mendacium, vbi alteri ex eo pręiudicium non fit. Et ſalus
mendacis præſeruatur etiam eo caſu, quo ſine mendacio ſalus
poſſet pręſeruari alia ex via, ſed non ita conuenienti, vt hic pa-
tet, cum licitum ſit hęredi in hoc mendacium dicere, ſcilicet hę
reditatē, quæ opulentiſſima eſt, fore ſuſpectam ad hoc, vt coga
tur adire, & conſequēter, onera hęreditaria vitet, licèt per aliā
viam vitare potuiſſet, ſcilicet ſi adeundo voluntariè reſtituiſſet,
ſine detractione quartę. In quibus autē caſibus licitum ſit men
dacium, & in quibus reprobatum, vide pleniſsime tex. 22. q. 2.
primum. cum ſequē. vſq; ad c. quęritur, cur patriarcha. incluſi-
ue. Et de ipſius mēdacis pœna, quę varijs modis in iure deſcri-
bitur, ponit Bal. omnia plene recolens in auth. contra qui pro-
3 priam. C.de non num.pecu. Itē †an ſit licitum per cauillationes
defendere ſe aduerſus agentē, ſi in principali cauſa reus foueat
iuſtitiam? Glo.or.firmat ꝙ ſic, in c.cupientes. in uerbo, malignā
tium. de elec.lib.6. de qua facit feſtum d.Bald.in rub.C.de fi.in-
ſtru. pro qua videtur tex. optimus.ſ. de lega.3.l.cum pater.§.Ti-
tio. in fi. ibi, nec videtur dolo feciſſe, cum fraudē excluſerit. Itē
an & quando ſit licitum mendacium, quod inducitur ex ſimu-
latione habitus perſonę? Dic vt plene no.glo.27.diſtin. quod in
terrogaſti.& quod habetur plene per glo. extra de reg.§. vt cle-
rici.& tex. eſt optimus 22.q.2. vtilem ſimulationē.& 23.q.2.do-
minus noſter.& cap.1. extra quod me.cau. Circa quæ illud no.
ꝙ licèt aliàs prohibitum ſit & pœnale ludibrij cauſa vti habitu
religioſo, vt §. penul. in fi. in Auth. de ſan. epiſ. & l.minime.C.
de epiſ.aud. tñ non eſt prohibitum, immo licitum in feſtiuitati-
bus

bus licitis vti ſimulatione talis habitus ad repſentationē actuū
præteritorum, vt no. glo. ſing. in c. ad decorē. extra de vita & ho
ne. clerico. No. in l. Seius Saturninus. ibi, fiduciario hærede &c.
4 † reperiri hæredē, qui vocatur fiduciarius hæres, vt eſt ille, qui
inſtitutus eſt, & grauatus de reſtituendo poſt tēpus filio teſtato
ris, eo reſpectu, quia intra tp̄s illud periculoſum erat filium te-
ſtatoris inſtitui, & hæreditatē penes eum manere ratione forte
minoris ætatis, furoris, prodigalitatis, vel ſimilis. Et hæc ſpecies
fiduciarij hæredis addēda eſt ad ſpecies illas, q̄ ponūtur Inſti. de
hære. qual. & diff. & quidē mirum eſt legislatorē in hoc ibi fuiſ-
ſe defectum. Habet enim hæc qualitas fiduciarij hæredis dupli-
cē ſpecialitatē. Primam, quia in reſtituēdo quartam non detra-
xit, prout hæredes alij, vt no. glo. in l. in fideicommiſſariam. s̄. e.
in fi. & ibi dixi, licèt in contrarium videatur caſus in l. patrē, qui
non expectata. j̄. de his quæ in fradē cred. Secundam, quia reſti
tuit fructus interim perceptos, vt l. in fideicōmiſſi. §. cum Polli-
dius. s̄. de vſur. licèt alij hæredes non, vt d. l. in fideicōmiſſariam.
cum ſimil. Similiter ēt reperitur tutor fiduciarius, quem termi
num declara, vt Inſti. de fiduciaria tutela, per totum. No. ſecun-
5 do ex eadē, ſm vnum intellectum & verum, & communē, † ꝙ
tp̄s certæ ætatis adiectum in perſona honorati ratione diſpoſi-
tionis relicti, conditionē non facit, ſed diē tribus concurrētibus
de quibus hic in litera. Primo, quando honoratus ipſe eſt de li-
beris teſtatoris. Secundo, quando ipſe honoratus eſt minoris
ætatis. Tertio, quando diſponitur de hæreditate aſcendentis,
aliàs autē adiectum ſubſtantiæ diſpoſitionis non inducit appo-
ſitionē diei, ſed denotationē cōdnōis, vt s̄. de leg. j. l. ſi cui legēt.
§. hoc aūt legatum. Dicitur aūt ſubſtātiæ diſpoſitionis adiectū,
cum ita concipiuntur verba, lego tibi centum, cum talis ætatis
fueris, vel inſtituo te hæredē, & grauo de reſtituēdo hæreditatē
Titio, cum talis ętatis fuerit, tunc aūt cenſetur executioni vel di
lationi ſolutionis, cum ita formantur verba, lego Titio cētum,
ea autē ſolui volo, cum talis ętatis fueris. Vel grauo de reſtituē-
do hæreditatē Titio, tunc aūt volo reſtitui, cum talis ętatis fue-
6 rit. No. tertio ex eadē ſm eundē intellectum, † ꝙ fideicommiſſa
rius decedēs poſt diem fideicommiſſi cedentē, ante reſtitutio-
nē, fideicōmiſſum in hæredē tranſmittit, & hoc apparet ex tex.
ibi, quoniam dies fideicōmiſſi viuo Ocęano ceſſit &c. Ad idē
s̄. eo. l. poſtulante. in princip. & dixi s̄. eo. l. apud. §. vtrum. & l. q-
dam ita. & l. ſi quis priore. No. quarto ex eodē ſm eundē intelle
ctum, q' vbi tēpus ętatis adiectum fideicommiſſo inducit non
poſitionē conditionis, ſed diei, certè tali caſu fideicommiſſarius
decedēs ante euētum diei fideicommiſſum in hæredē tranſmit
tit. Et idem ſi gratia exonerandi grauatum diuiſio ſolutionis le-
gati, vel fideicomiſſi per diuerſa tēpora fiat, quoniā & tunc trāſ
mittit legatarius ſeu fideicommiſſarius in hæredē, & ſi ante de
ceſſerit quàm diuerſa tempora finē accepcrint, vt s̄. de vſufruc.
lega. l. codicillis. in priu. Quid aūt ſi tp̄s certæ ętatis non ſubſtan
tię diſpoſitionis, ſed dilationi ſeu executioni ſolutionis adijcia-
tur, an tranſmittat fideicommiſſarius ante implementum tem
poris decedēs in hæredē? Dic ꝙ ſic, vt l. ex his verbis. C. quando
dies leg. ce. An aūt tunc hæres ipſius decedētis dēat per tantum
tempus differre ſolutionē, per quantum diſtuliſſet decedēs ſi vi
xiſſet? Dic vt hic in glo. ſuper verbo, incertum. in fi. quæ cōmuni
ter reprobatur, & rectè approbata alia, quæ firmat contrarium
in l. ſi ita ſcriptum fuerit, cum Titius. j̄. de manu. teſta. & dic de
eodē vt in d. l. ex his. & l. Firmio. §. j. j̄. quando dies lega. ced. & l.
Publius. §. Titia. s̄. de condi. & demon. & l. a filia. §. alumno. vbi
dicetur. j̄. eo. & l. liberto. §. pater. s̄. de au. leg. & hoc niſi tempus
certæ ętatis additur ętati perſonę eius, cui relinquitur. Quid au
tē ſi adijciatur perſonę illius, a quo relinquitur, an tunc condi-
tionē faciat? Dic vt in l. libertis. §. ab hæredibus. s̄. de alimen. leg.
Item quid ſi adijciatur ętati perſonæ tertij, puta relinquo tibi cē
tum, cum Titius ad talem ętatē peruenerit, an tunc conditionē
faciat? Dic vt in l. ſi ſeruus. j̄. de ſta. lib. & in d. l. ſi ita ſcriptum fue
rit, cum Titius. Circa quod illud no. ꝙ ſi ita adijciatur legato
vſusfructus: puta, relinquo Titio vſumfructum quouſque talis
ad talem ętatē peruenerit, certè tali caſu durat vſusfructus lega
tum. Et ſi ante complementum ętatis ille decedat, de cuius ęta
te mentio facta eſt, prout habes caſum no. C. de vſufruc. lega. l.
ambiguitatē. Et ad prędicta adde s̄. de vſufruc. leg. l. vxori vſum
fructum. & s̄. de acq. hær. l. ſi quis ita hæres ſcriptus fuerit. Item
quid ſi non certæ ętatis tēpus adijciatur, ſed incertum: puta, le-
go tibi cum nupſerit, an tunc legatum conditionale ſit? Dic, vt
s̄. de condi. & demonſtra. l. Titio cētum. §. Titio genero. vbi ple
ne per Bar. & Bal. C. de epiſco. & cleri. l. generaliter. C. de bo. quę
lib. l. non ſine. & l. qui filium. s̄. vbi pupil. edu. deb. Nota ex eadē
7 ſm intellectum Dy. ꝙ † fideicommiſſarius mortuus ante diem
fideicommiſſi cedentē, ſi ſit de liberis teſtatoris, tranſmittit fidei
commiſſi petitionē ad hæredē, ſed iſte intellectus eſt falſus. Pri
mo in ſe, quia contra tex. l. hęredes mei. §. cum ita j̄. eod. & ea q̄
dixi in d. l. quidam ita. Secundo, quia expreſſe eſt contra literā,
ex cuius verbis ibi, quoniam dies fideicommiſſi viuo Oceanò
ceſſit, manifeſte appatet fideicommiſſarium non deceſsiſſe an-
8 te diem fideicommiſsi cedentē. Et † mirum eſt, quomodo Dy.
ita errauerit. No. vltimo ex eadē ſm intellectum Ray. Pe. & Cy.
poſitum ad iſtam l. in d. l. ex his, ꝙ quando tempus certę ętatis
adijcitur executioni ſeu dilationi ſolutionis relicti, tranſmittit
eius petitionē ad eos, quibus relictum eſt, ēt ſi ante decedant, q̄
dies ſolutionis venerit. Sed iſte intellectus eſt falſus. Primo, q̄a
cum de hoc ſit caſus in d. l. ex his. Caſus iſtius l. remaneret ſup-
fluus contra §. quibus. Secundo, quia vt apparet ex verbis literę
ibi, cum ad annos ſexdecim perueniſſet hęreditatē reſtituere,
hoc tēpus certę ętatis adiectum fuit ſubſtantię relicti, non autē
executioni ſeu dilationi ſolutionis eiuſdē, & hoc ex regula iu-
ris, quę vult, ꝙ vbi tēpus ætatis certę in vna eademque ratione
cum relicto additur, tali caſu cenſetur adiectum ſubſtantię ip-
ſius relicti, vt eſt caſus expreſſus in d. l. ſi cui legetur. Sed ita eſt
hic, igitur &c. Tunc autē executioni ſeu dilationi cenſetur adie
ctum, cum in oratione penitus ſeparata additur ab ea ratione,
in qua factum eſt relictū, vt eſt caſus in d. l. ex his. & ideo rema-
net primus intellectus verus. Tertius autem horum Doctorum
falſus, quos mirum eſt in terminis iuris erraſſe.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius poſt aditam hæreditatem, ſi quid ex his quæ debent reſtitui, ſubtraxerit, qua pęna afficiatur.*
2 *Hæredem poſt reſtitutionem ex fideicommiſſo factam rectè creditores hæreditarios agentes exceptione repellere. Et an id ſit uerum perpetuo.*
3 *Actionem temporalem perpetuat litis conteſtatio.*
4 *Domicilium non habere, poteſt quis tribus modis.*
5 *Fideicommiſſum conditionale, an pendente conditione reſtitui peti poſſit.*
6 *Obligatio inter patrem ac filium, an aliquando cadat.*
7 *Filius an patrem, cui ſubeſt, cogere poſsit, ut quartam aſſignet pro alimentis.*
8 *Legitima quatenus præſtanda eſt.*
9 *Legatorum deductio a teſtatore mandata quorſum trahatur? Et aditione hæreditatis quatenus debitum intelligatur confuſum.*
10 *Detractum occaſione Trebellianicæ, uel Falcidiæ, an intelligatur compenſari cum eo, quod detrahenti debebatur.*
11 *Fideicommiſſarium reſpectu fideicommiſsi hæredis creditorem dici.*
12 *Diſpoſitionis diuerſitatem reſultare non debere, ubi ex diuerſitate modi nō reſultat diuerſitas rationis.*

LEX XLVII.

SI hæredi. Quod naturaliter debetur, ſolutū
hęredi venit in reſtitutione fideicō-
miſsi, & fideicommiſſarius in rebus per eum ſubtra
ctis, perdit fideicommiſsi proſecutionem. Et qui aſs
non cogitur iudicium ſuſcipere, cogi poteſt, cum actiones ſunt
tēpore periturę, & pater diſsipans fideicommiſſum, cogitur fi-
lio in poteſtate reſtituere, etiam ante conditionis euentum, de-
bet tamen inde ali, ſi egeat. Et deductio legatorum intelligitur
de legatis inualidis. Et dos prelegata vel non, deducitur, vt ęs a-
lienum, nec eius deductio debet quartę detractionē impedire.
Et hęres id non cogitur reſtituere, quod non habet, vt hæres. Et
ſi ab vno debetur libertas, ab alio hęreditas, non eſt locus coa-
ctioni, ſecus ſi ab eodem debeatur vtrunque ab initio, ſiue ex
poſt facto per accidēs. hoc dicit vſq; ad legē Titius. No. in l. Pau
1 lus, quòd † cum poſt aditam hęreditatē fideicommiſſarius ex
his, quę dēnt reſtitui, aliquid hęredi ſubtrahit, horū ſubtracto-
rum petitione priuatur. Ad idem C. de legibus. l. non dubium.
& declara, vt plene notatur. Nota in l. cum hereditas ex Trebel
2 liano. † quòd regula l. primę. in princip. & l. ita tamen. §. ex Tre
belliano. s̄. eod. volentes hęredem poſt reſtitutam hęreditatem
hęreditarios creditores eum conuenientes poſſe exceptione re
pellere. fallit eo caſu, quo fideicommiſſarius, cui facta eſt reſti-
tutio, abſens eſt, & actio creditoribus competens tempore peri
tura, & ſic periculum eſt in mora, quoniam tunc hęres inuitus
poterit conueniri, vt hic eſt caſus valde notabilis, durat tamen
hoc iudicium cum hęrede aſſumptum vſq; ad litis conteſtatio
nem incluſiue, non vltra. Ad hoc s̄. de offic. pręſi. l. ſenatus. s̄. de
iudi. l. ſed ſi reſtituatur. §. ſed & dies. Et huius eſt ratio, quia pro
pter litis cōteſtationē ceſſat cauſa. propter quam hęres coactus
fuit ſubire iudicium. & igitur ceſſat vlterior iudicij proſecutio,
quod patet, quia cauſa coactionis hæredis fuit periculum perdi
3 tionis actionis, quę erat. Sed litis † conteſtatio temporalem per
petūat actionem, vt in iuribus vulgaribus, igitur &c. Nota ſecū-
do ſecundum hanc legem, ita declaratam, caſum ſingularem,
quòd per litis conteſtationem factam contra obligatum di-
recto perpetuatur actio aliàs contra obligatum utiliter, &
ita per hanc legem terminat Barto. licet dicat Ange. quòd hæc
lex hoc non probat ex eo, quia hic conuentionem hęredis ope-

ratur

ratur ſuadens neceſsitas, ergo ubi illa ceſſat, l. iſta locum nõ hẽt.
Sed dicamus Bart. bene, & ipſum male dicere, quia ſicut in eo
caſu, quo creditor in ſubſidium tẽpore inſtantis periculi, ſi mo
uear actionẽ contra obligatum directo, perpetuat per litis con-
teſtationẽ actionẽ ſuam contra obligatum vtiliter, ita & a pari
tate rationis, quolibet alio caſu, quo cum obligato directo litẽ
conteſtari poteſt. Et ſuadetur idem dictum Bar. alia ratione, qa
non eſt dubium, ꝙ iſti duo, quorum vnus eſt obligatus directo,
alter vtiliter, ſint rei debendi, ſed actio perpetuata quo ad vnũ
ex reis, intelligitur quo ad omnes, vt eſt caſus in l. fi. C. de duob.
reis, igitur &c. An autem actio perpetuata contra reum intelli-
gatur perpetuata quo ad fideiuſſorẽ, & ſic an interruptio pſcri-
ptionis facta cum reo noceat fideiuſſori? Glo. ſunt cõtrariæ. Vna
eſt in l. fideiuſſor. §. fideiuſſor qui eſt. ſ. mandati. Alia in l. cum
quis. §. ſi quis pro reo. vbi vide per Bar. de ſolu. & plene etiam di
ſcutit dominus Bal. in l. tam mandatori. C. de non numera. pe-
cu. No. tertio, ꝙ licet regulariter vbi ratione filij præteriti pen-
det poteſtas contratabulandi teſtm̃, hæres ſcriptus non poſſit a
creditoribus hæreditarijs conueniri iure iſto, ſicut nec compel-
li ad reſtitutionẽ hæreditatis, vt ſ. eod. l. ita tamen. §. quoties. vbi
dictum fuit, quid de iure hodierno, nihilominus fallit, vbi ius
creditoris eſſet tẽpore periturum, tunc enim ipſe inuitus poteſt
conueniri, vt hic eſt caſus no. No. quarto glo. hic ſuper verbo, p
abſentiam, quæ ſm Dy. ſingularis eſt, ꝙ l. vt perfectius. C. de an-
na. excep. nõ habet locum in eo, qui eſt ſine domicilio, qđ ſatis
videtur de mẽte literæ, vt d. l. vt perfectius. ibi, dum dicit, vbi hæ
4 reditatem, aliàs domicilium habet. Poteſt † autem ſine domi-
cilio quis eſſe tribus modis. Primo, ſi ciuitas ſua aratrum
paſſa eſt, vt Chartago, vt ſupra quibus mod. vſusfruc. amitta.
l. ſi vſusfructus ciuitati. Secundo, vbi eadem calmate periit, ut
no. glo. in l. eius qui. §. Celſus. aliàs incipit, Si quis inſtructus, &
apud aliquos eſt l. j. ad municip. vbi hunc duplicem modũ po-
ſuit glo. Tertio, ſi ſit vagabundus, vt no. glo. in l. hæres abſens. §.
ſi quis tutelam. ſ. de iudi. & in l. 4. §. j. in verbo, hæreditatẽ. j. de
dam. infec. In hoc tamen tertio vide quod no. Innoc. in c. ſi ad-
uerſarius. ad finem. extra de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. No
ta glo. ordi. & primam ibi, vel dic tertio, ꝙ loquitur hic quando
coactus &c. quòd tex. in d. §. qui ex Trebelliano. volens hæredẽ
ante reſtitutam hæreditatẽ abſque ope exceptionis poſſe a cre-
ditoribus hæreditariis conueniri, limitatur, niſi adiuerit coacte,
quia tunc non poteſt, vt hic no. dicit gl. niſi in caſu huius legis,
eam intelligendo ꝙ hæres coacte adiuerat, & nõdum reſtitue-
rat. No. 6. in eadem prima ibi, vel dic reſtituitur &c. ꝙ prædicta
regula d. §. debet limitari ſeu dici locum non habere, quando
hæres, licèt nondum reſtituerit, eſt tamen in procintu ad reſti-
tuendum, quoniam tunc nec ante reſtitutionẽ conueniri pote-
rit, niſi in caſu legis huius, vt hic notanter dicitur. No. in l. Impe
5 rator, ꝙ † licet aliàs regulariter reſtitutio hæreditatis fieri non
poſſit, niſi purificata cõditione fideicommiſſo adiecta, vt l. ſed
ſi alio. §. fi. cum l. ſequẽ. ſ. eo. tñ fallit, vbi pater rogatus de reſti-
tuendo filio in poteſtate pendente conditione hæreditatem re-
ſtituendam diſſipat, quoniam tunc etiam ante conditionis
exiſtentiam compelli poteſt reſtituere, vt hic eſt caſus ſingu-
laris. Nota ſecundo caſum, in quo filiusfamilias etiam non
miles non obſtante patria poteſtate contra patrem agit ſup his
etiam, quæ non ſunt caſtrẽſis peculij, vel quaſi, licet regulariter
contra, vt l. lis nulla. ſ. de iud. & l. fi. C. de in ius vocan. cum ſimi.
No. tertio ibi, nam quia cautiones nõ poterant &c. ꝙ licet regu
lariter poſſit hæres per fideicõmiſſum compelli ad præſtãdam
cautionẽ de reſtituendo hæreditatẽ eueniente conditione fidei
commiſſo aſcripta, vt l. cum Archimedoram. cum ſimi. C. vt in
poſſ. leg. & l. inter omnes. ſ. qui ſatiſda. cog. nihilominus fallit,
vbi pater rogatus eſt de reſtituendo filio in poteſtate, quoniam
ad illam cautionẽ præſtandam cogi non poteſt, quod tamẽ ho-
die fallit eo caſu, quo pater ad ſecundas nuptias aſpirat, quoniã
tunc compelli poteſt, vt l. iubemus. §. in ſupradictis. C. eo. ti. No
ta ex eo quarto, quòd iure iſto, quod etiam refert in §. item in-
6 utilis. Inſti. de inutil. ſtipul. † inter patrem & filium in poteſtate
etiam in peculio aduentitio obligatio non cadit. Hodie tamen
ſecus eſt, vt no. glo. in auth. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſta. &
l. pactum. C. de pac. conuen. & l. ſi quis pro eo. §. j. vbi plene per
Barto. j. de fideiuſ. & l. frater a fratre. in prin. glo. magnæ. ſ. de cõ
di. indebi. & ego plene ibi dixi, & plenius in l. ſi donatione. C. de
7 col. Vltimo inducitur l. iſta, ꝙ † cum pater bonorum propriorũ
dilapidator eſt, filius in poteſtate poteſt eum compellere, vt qd
ſibi pro alimentis & legitima aſſignet. Et ita per hãc firmat Bal.
in l. 2. C. ſi in frau. patro. Et ſic nota, ꝙ licet regulariter filius in vi
ta patris ius non habeat in legitima, vt l. j. §. ſi impuberi. j. de col
lat. bo. & plene per Bar. in l. fi. ſ. de lib. agno. vbi ad concor. redu
cit glo. in hoc varias. tamen fallit, vbi pater bonorum dilapida-
tor eſt, quoniam tunc ius habet ad eius petitionem & deſigna-
tionem. Eſt & ſecundus caſus, ſcilicet vbi pater ingreditur mo-
naſterium, quoniam tunc licet iure ciuili differre habeat peti-
tionem legitimę vſque ad naturalem mortem parẽtis, vt in au-
thẽ. ſi qua mulier. quæ eſt cano. C. de ſacroſan. eccle. nihilomi-
nus iure canonico petere poteſt ſtatim poſt ingreſſum, vt extra
de regula. c. cum ſimus. vbi eſt caſus ſingularis. Tertius, vbi ſta-
tutum cogeret ipſum patrem ad aſſignandum legitimam filii,
caſu quo delinqueret, quoniam cum cõmunis opinio ſequens
glo. in rub. de decre. decur. lib. 10. velit illud eſſe validum, pote-
rit tunc pater compelli ad illam etiam ante mortem aſſignan-
dam. An aũt pater non ſtante hoc ſtatuto, poſſit ratione com-
miſſi delicti per filium aſtringi ad legitimam aſſignandam, po-
nit Specu. in titu. de execu. ſent. §. ſequitur videre. in ver. quid ſi
filius. & Bal. in l. filius. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. & ego ple-
ne dixi in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. j. de dam. infe. Quod au
tem tempus debebit tunc conſiderari in aſſignatione legitimę,
an tempus, quo pater cogitur ad ipſam tradendam, an tempus
delicti, an vero tempus mortis paternæ? ponit Bal. in l. ſi qua pę
na. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & l. quanquàm. C. ad leg. Fal
cid. dicens cõſiderari debere tempus delicti, licet fuerit dictum
illud originaliter Alber. de Roſa. in ſuo notab. tractatu ſtatuto-
rum. Regulariter tamen in aſſignatione legitimæ inſpicitur tẽ-
pus mortis, vt l. etiam. §. fi. j. de bon. lib. vbi eſt caſus no. adeo ꝙ
ſi poſt mortem patris multa hæreditati acceſſerint, nihil illud
proficit augmento legitimę filialis, cum pur ei aſſignari debeat
legitima ſecundum quantitatem, quæ erat tempore mortis, nõ
inſpecto augmento poſteriori, vt eſt caſus fin. in l. ſi patronum.
§. ſi ex bonis. j. de bon. lib. Et illum pro primo commenda me-
moriæ. Et vide ad quid hanc l. inducit glo. in l. 2. §. ꝙ ſi in patris.
in ver. videtur. ſ. ſolu. matrimo. & Barto. eo. titu. l. ſi conſtante.
Et adde ad iſtam l. fi. C. de ſen. paſſ. No. vlti. ibi, ex acceſſionibus
8 hæreditariis &c. † alimenta præſtanda fore inſpecta quantitate
redituum, non autem quantitate patrimonii. Et ad hoc iſtam l.
no. Bart. in l. cum alimenta. ſ. de alimen. & ciba. lega. ad quod ẽt
optime l. ius alimentorum. ſ. vbi pupil. educa. debe. Quid autẽ
ſi in patrimonio ſint bona magni valoris, reditus tamen pauci,
an tunc aſtrictus ad alimenta præſtanda pro eis ponere poſſit
manum ad venditionem eorundem? Dicit hic Angel. & re-
cte ſe vna cum Bal. conſuluiſſe, quod non, per caſum, quem ipſi
ad hoc reputant ſingularem, in l. qui bonis. ſ. de ceſſio. bono. qđ
tamen ego limito, niſi ſint alimenta præſtanda ei, ad quẽ ſunt
reuerſura bona, ex quibus præſtantur, vt eſt caſus, quem vnice
no. in l. j. §. mulier. de ventre in poſſeſ. mitten. Et bene facit eo-
dem titu. l. habitatio. tunc enim manus poni poterit ad eorun-
dem diſtractionem, vt ibi no. dicitur. No. in l. cũ hæredes. quòd
9 † deductio legatorum mandata per teſtatorem hæredis, nõ tra
hitur ad deductionem inualidorum, tamẽ ea inualida tranſeũt
in cõmodum fideicõmiſſarii, non autem hæredis, vt hic eſt ca-
ſus. No. ſecundo in ver. ſed cum vxori, ꝙ per aditionem hæredi
tatis, quæ venit reſtituenda, non intelligitur debitum, ita confu-
ſum, quominus per hæredem reſtituentem & teſtatoris credi-
torem, poſſit ex hæreditate deduci, & retineri. Ad idem j. eod. l.
10 debitor. & ibi dicemus. No. tertio ex eadem, ꝙ † id, quod ab hæ
rede detrahitur occaſione Falcidiæ, vel Trebellianicæ, non in-
telligitur compenſari cum eo, quod ei hæredi teſtatoris erat de
bitum, ſicut nec legatum, quod per debitorem fit creditori vo-
luntario, cum eius debito, non intelligitur compenſari debere,
niſi id teſtator expreſſerit. vt l. creditorem. ſ. de leg. 2. & l. ſi com
penſandi animo. C. de hære. inſtit. Secus autem ſi factum foret
creditori neceſſario, vt in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. ad
quæ vide l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſ. de matri. & l. vnica. §. pri-
mum. C. de rei vxo. act. No. in l. ſi res aliena. ibi, quo iure debi-
11 tor libertatis & hæreditatis &c. caſum † expreſſum, ꝙ fideicom
miſſarius dicitur quo ad fideicommiſſum hæredis creditor, ſi-
cut & hæres hic dicitur eius debitor. Ad idem ſ. de ſol. l. ſi is cui.
§. Flauius. licet de hoc dubitauerit Bar. in l. j. ſ. ſi cer. peta. No. ſe-
cundo ibi, non enim poteſt conſequi &c. in reſtitutione hære-
ditatis non venire id quod apud hæredem non eſt hæreditario
titulo. No. vltimo ibi, quid enim intereſſe &c. & ita cõmuniter
12 allegatur cum l. ſequenti, ꝙ † vbi ex diuerſitate modi, non reſul
tat diuerſitas rationis, non debet reſultare diuerſitas diſpoſitio-
nis. Ad idem ſ. de li. & poſthu. l. Gallus. §. ſi eius. & iſte eſt vnus
modus allegandi, & alius modus eſt allegandi cum ſeq. quòd
ad inducendum effectum non refert, quomodo quid fiat, dum
modo fiat. Ad idem de verbo. oblig. l. cum ſeruus. cum ſimil. &
l. mulier. cum concor. ibi allegatis. ſ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum ab auctoritate quando ducere liceat.*
2 *Viam mediam tum eligi, cum ratio pro una parte magis quàm pro alia nõ prçponderat.*
3 *Expenſę factæ per hęredem in his, ad quę obſtrictus eſt, reſpectu hæreditatis*

tis, ſiue per alium qui bonorum partem communicandam in ea habet, qualiter factæ intelligantur.

4 *Hæres ſi agat poſt reſtitutionẽ hæreditatis, an exceptione repellatur, quo caſu ex repulſione eius ad fideicommiſſarium nullum commodum eſt peruenturum.*

5 *Iura patronatus libertorum per reſtitutionem hæreditatis in fideicōmiſſarium teſtatori extraneum non transferri.*

6 *Feuda & emphyteuſis, num ueniant in hæreditatis petitione.*

7 *Aditione coacta ueluti & ſpontanea omnia in teſtamento conſcripta confirmari.*

8 *Teſtatoris uoluntatem qui labefactare conatur, ex teſtamento quicquàm conſequi indignus habetur.*

9 *Hæredem propter coactam aditionem perdere detractionis quartæ beneficium, qualiter intelligendum, ac limitandum. Et quid in prelegatis. nume. ſequen.*

11 *Verba hæc ſubſtitutionis pupillaris, quiſquis mihi heres, filio meo idem ſit heres, in quo uerificentur.*

LEX LIIII.

TItius. Rogatus reſtituere, quod ex hereditate ſuperfuit, poteſt bona fide fideicōmiſſum
diminuere. Item in dubio expenſa ex vtroque patri-
monio intelligitur facta pro rata. Et quod non tran
ſit ad hæredes, non tranſit ad fideicommiſſarium ex Trebellia-
no. Et fideicommiſſarius primus non poteſt cogere hære-
dem ſine ſecundo, niſi apud eum quota hæreditatis manſu-
ra ſit. Item hæres coactus nullum commodum ſentit, quod
habiturus non eſſet, ſi hæreditatem non adiuiſſet. hoc dicit vſq;
ad §. cum Titiana. l. ſi patroni. Nota in l. Titius. ibi, conſtat au-
1 tem &c. † ꝙ licitum eſt argumentum ab auctoritate, quando
eſt auctoritas principis ſeu legislatoris. Ad idem ſ. eo. l. apud Iu
lianum. §. vtrum. & ibi concor. allegaui. No. ſecundo in ver. pro-
pter huiuſmodi, & ita ſemper allegatur, ꝙ cautio non interpo-
nitur, vt plus peti poſſit, quàm de iure debeatur, ſed ſolum vt
cautũ ſit in eo, quod de iure debetur. No. tertio in verſi. iudica-
2 uit enim erogationes &c. & † ita allegatur communiter, quòd
vbi ratio non præpōderat magis pro vna parte, quàm pro alia,
media via eligitur, & hanc dixit glo. eſſe communiter ſententiã
ruſticorum in l. Neſennius. ſ. de neg. geſt. No. quarto ex eadem,
quòd rogatus de reſtituendo, quod ex hæreditate ſupererit, po-
teſt alienare res hæreditarias bona fide, & conſequenter fidei-
commiſſum diminuere, non autem mala fide, quia tunc talis
alienatio in extenuationem fideicommiſſi non cenſetur vale-
re. Ad idem j. eo. l. matrem & auunculum. Hodierno autem iu-
re, dum per hæc verba mandatum de reſtituendo conceptum
eſt, deciditur hæredem alienare poſſe vſque ad quartam hære-
ditatis excluſiue, adeo vt illa reſtituenda fideicommiſſario alie-
nari per hæredem non poſſit, niſi in cauſam alimentorum, do
nationis propter nuptias, & redemptionis captiuorum, vt in au
then. contra rogatus, & in auth. vñ ſumitur. C. eo. ti. No. vltimo
3 ꝙ † expenſæ factæ per hæredem in his, ad quæ aſtrictus eſt, ſeu
per alium qui partem bonorum, quæ habet, communicare de
bet, non debent intelligi factę ſolum de hæreditate reſtituenda,
ſeu de illa parte bonorum, quam communicare debet, ſed etiã
pro rata de patrimonio proprio, & penes eum manſuro, vt hic
eſt caſus valde notabilis. & concor. ſ. de peti. hæred. l. ſed & ſi le-
ge. §. quod autem. el 2. Nota in l. ſi patroni filius. ibi, nec ei noce
4 bit exemplo &c. † quòd hæres etiam poſt reſtitutionem, ſi agat,
non poteſt repelli exceptione eo caſu, quo ex repulſione nullũ
commodum ad fideicommiſſarium peruenturum ſit, & hæc
eſt notabilis regula huius literę, per quam ita limitatur tex. in l.
j. in principio. & l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. ſ. eo. Nota ex
eadem ſecundo ſecundum lectu. glo. 2. ibi, vel poteſt dicere &c.
quòd id, quod non tranſit in ſecũdum hæredem, qui etiam eſ-
ſe cenſetur teſtatoris hæres, aut in hæredem extraneum, non
tranſeunt in fideicommiſſarium ſimiliter extraneum teſtato-
ri. & hæc eſt alia regula, ad quam continue literam hanc allega
5 mus. Nota tertio † iura patronatus libertorum in fideicōmiſſa
rium teſtatori extraneum non transferri, vnde ex titulo vniuer-
ſali vltimæ voluntatis non cenſetur transferri ius patronatus le
gale. Et ideo dixit Bar. ſ. eo. l. quia proinde. ius patronatus eccle
ſiæ ex reſtitutione vniuerſalis fideicommiſſi non trãsferri in hę
redem extraneum, quod ſatis videtur dubitabile duabus ratio-
nibus. Prima, quia ius patronatus eccleſiæ transfertur in hære-
dem extraneum directo, vt concludit glo. 16. q. 7. conſiderandũ.
& c. filijs. & firmat Innocen. in rubrica extra de iure patronatus.
& plenius Ioan. Andr. eodem titulo, capitu. cum ſecundum.
in nouella. & gloſ. in clementi. plures. de iure patrona. ergo
cenſetur debere venire in vniuerſali reſtitutione fideicommiſ-
ſi, cum nemo neget id in fideicommiſſarium transferri, quod
in hæredem tranſit extraneum. Secunda, quia ſicut ius patrona
tus ex vniuerſali titulo inter viuos cum vniuerſitate in eum trãſ
fertur, in quem fit alienatio, vt not. gloſ. Legiſt. in l. in modicis.
ſ. de contrahen. emptio. & l. quædam. j. de acquiren. rerum do-
mi. & plene nota. extra de iure patronatus. c. ex literis. & c. j. eo-
dem titu. lib. 6. ita & cenſetur transferri debere ex vniuerſali ti-
tulo vltimæ voluntatis. Conſequentia patet, & procedit argu-
mentum de contractibus ad vltimas voluntates, vt l. ſeruum fi-
lij. §. eum qui chirographum. cum ſimilibus. ſupra de leg. j. nec
obſtat textus iſte, quoniam non propter ius patronatus liberto
rum in hæredem extraneum transfertur, vt infra de oper. liber-
to. l. ſi operarum. cum ibi plene not. in ſecunda gloſ. quæ etiam
ad materiam concordat cum glo. in dicto c. conſiderandum. &
dicto Innocen. in dicta rub. & quod plene not. in l. non ſortem.
§. libertus. in glo. ſ. de condictio. indebiti. per quem videtur Bar-
to. non recte ſore locutum. Et hunc paſſum tene menti, maxi-
me ex eo, quia per Canoniſtas ipſum tactum non reperio. In-
6 quantum autem Barto. hic † ponit, an feuda & emphyteuſes ve
niant in petitione hæreditatis? Dic vt idem nota. j. de oper. li-
bertorum. l. iuſiurandi. §. ſi liberi. & Bald. in ca. j. de ſucceſ. feu.
in vſibus feudorum. & gloſ. habemus ordina. in l. item viden-
dum. §. fina. ſupra de petitione hæredita. Item inquantum tan-
git, an eadem veniant in reſtitutione fideicommiſſi. Vltimo
nota gloſ. ſecundam hic ibi, ſed an id quod non venit in reſtitu-
tione &c. quòd id, quod non venit in reſtitutione hæreditatis,
penes hæredem remanet, eidem in quartam Trebellianicam
non imputatur. quod nota Nota in §. Imperator. quòd licèt vbi
perſona petens hæredem cogi ad adeundem, ſi non eſt habilis
tunc ad reſtitutionem in ſe ſuſcipiendam, ſed ſperatur habilis
fieri per aditionem, poſſit talis petitio coactionis procedere, vt
l. poſtulante. & l. mulier. §. non eſt. cum ſimilibus. ſ. eodem. ni-
hilominus procedere non poteſt, niſi per ſolam coactionem,
nec habet habilitari ad reſtitutionem ſuſcipiendam, ſed debet
expectari euentus certæ diei. Nota in §. qui fideicommiſſariam.
quòd vbi hæres adit coacte, tenetur primus fideicommiſſarius
reſtituere ſecundo hæreditatem integram, & abſque deductio
ne aliqua. Ad idem ſ. eodem. l. cogi. §. Metianus. & l. ex aſſe. &
j. eodem. l. fideicommiſſi. §. ſi cum ſuſpecta. Nota ſecundo ibi,
7 cum enim ſemel adita eſt &c. † quòd per aditionem coactam ſi
cut per voluntariam omnia in teſtamẽto deſcripta confirman-
tur. Ad idem ſ. eodem. l. nam quod. §. ſi quis compulſus. & ibi
concor. allegaui. Nota tertio in ver. & non eſt contrarium. fidei
cōmiſſarium detrahere poſſe quartam ex perſona hæredis co-
acte adeuntis, dum ea ſoluit, quæ per hæredem ſolui mandata
erant. Ad idem dicto §. ſi cum ſuſpecta. ſ. eodem. Quando au-
tem fideicōmiſſarius primus detrahere poſſit quartam, & quã-
do non, pleniſſime dixi ſ. eo. l. j. §. inde Neratius. No. quarto in
ver. ſecundum quæ poteſt dici &c. ꝙ vbi apud primum fideicō
miſſarium non eſt remãſura quota aliqua hæreditatis ex diſpo-
ſitione leg. licet contra voluntatẽ defuncti, tunc ipſe ius cogen-
di hæredẽ ad adeundũ habet. Et de hoc eſt hic caſus multũ no-
tabilis, ſcilicet ꝙ ad inducendam facultatem coactionis, ſufficit
quotã prouenturã ad fideicōmiſſariũ nedum ex diſpōne teſta-
toris, ſed ex diſpoſitione leg. licet contra teſtatoris voluntatem.
Nota in verſicu. ſed non illud translatiue. in verbo illo, transla-
tiue, neceſſaria pro intellectu materiæ non eſſe prætermittẽda,
facto tranſitu ad alia. Ad idem ſ. de orig. iur. l. j. quod eſt notan-
dum contra rudes Doctores non deuenientes ad terminorum
declarationem, antequàm ad materiæ diſcuſſionem deueniãt.
Et alibi verbum hoc, translatiue, ponitur, id eſt ſtatim, j. de iure
8 patrona. l. j. in prin. No. ibi, cur enim &c. † indignum eſſe ex te-
ſtamento quid illum conſequi, qui prætermiſſa aditione volũ-
tatem teſtatoris infirmare conatur. Sed idem ſ. eo. l. ita tamen.
§. qui ſuſpectam. & ſ. de acquiren. hære. l. quæſitum. No. in ver.
9 nam ſi pendente conditione. † ꝙ licet regulariter hæres ꝓpter
coactam aditionem perdat beneficium detractionis quartæ, vt
l. quia poterat. cum ſimil. ſ. eo. tamen hoc eſt verum, niſi coa-
ctus fuerit adire pendente conditione adiecta fideicommiſſo,
quoniam ſi poſt eam purificatam coacte aditionis pęnitentia
ducatur, quartam Trebellianicã deducere poteſt, vt hic eſt ca-
ſus ſingu. & qui non eſt alibi. Tex. ergo in l. nam quod. §. qui cō
pulſus. ſ. eo. volens illam pœnitentiam non prodeſſe, fallit hoc
caſu. Item & ſecundo fallit in caſu l. ita tamen. §. ſi patronus. ſ.
eo. Et fallit tertio in caſu l. ſi legatus. ſ. eo. l. omnes. j. eo. No. vlti-
10 mo ex eodem, † ꝙ hæres coacte adiens priuatur commodo præ-
legatorum ſupra factorum. Ad idem ſ. eo. l. ita tamen. §. ſi præ-
ceptis. quod intellige, niſi facta fuerit ſub conditione illa, ſi hæ-
res non erit, vt ibi, & l. apud Iulianum. in prin. ſ. eo. Vnde notan
dum, ꝙ licet repudiatio hæreditatis non priuet quem prælega-
to, vt l. qui filiabus. §. ſi. cum l. ſeq. & l. filiæ pater. cum tribus ſe-
quen. ſ. de leg. j. & l. miles. §. pro parte. ſ. de lega. 2. tamen aditio
coacta, ſicut hic eſt caſus. No. poſtremo ibi, nec ſubſtituto quo
11 que &c. ꝙ † licet illa verba ſubſtitutionis pupillaris, quiſquis
mihi hæres erit, filio meo hæres ſit, ſolũ verificentur in hærede
volun-

voluntatio & directo, vt l. qui liberis. §. hæc verba. ſ. de vulg. &
pupil. nihilominus non verificantur in hærede directo & coa-
cto, quoniam ipſe commodo ſubſtitutionis illius priuatur in fi-
deicommiſſarium transferendo, vt hic eſt caſus notabilis. & ad
idem d. §. qui ſuſpectam.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſo reſtituendo id uenit, quod teſtator ipſe grauatus erat reſti-
tuere. Sic & contra, licet fideicommiſſarius non detrahat quartam de re
licto a ſe, detrahit tamen de relicto a ſuo teſtatore.*

2 *Sententiam inter ſubſtitutum atque inſtitutum in ipſius ſubſtituti fauorē
latam, fideicommiſſario præiudicare.*

3 *Hæreditatis petitione conuentum, uel cum lite conteſtata, poſſe hæredita-
tem ex Trebelliano reſtituere.*

4 *Sententia in cauſa inofficioſi contra hæredem ſcriptum, vt regulariter le-
gatarijs & fideicommiſſarijs nocet, ita & ſententia in nullitatis teſta-
menti cauſa prolata, legatario non ſolum, ſed & particulari atque uni-
uerſali fideicommiſſario.*

5 *Clauſula codicillaris uel legatorum atque fideicōmiſſorum repetitio quo
ad ſuccedentes ab inteſtato, iure iſto quid operetur.*

6 *Teſtamentum non ita furioſe feciſſe conijcitur, qui fratrem exhæredauit,
atque qui filium.*

7 *Fideicommiſſa uel legata ab hæredibus ex teſtamento ſoluta lite ſu-
per ruptura pendente repeti non poſſe, ab inteſtati ſucceſſore, qui uicit,
eo caſu quo ipſe etiam hæres foret propter clauſulæ codicillaris, aut re-
petitiuæ adiectionem.*

8 *Alienationem iure alienanti ſuperueniente confirmari. Et fideicommiſſa
rium non poſſidentem, non uideri legitimum contradictorem ad impe-
diendam immiſſionem faciendam de hærede ſcripto in hæreditatis poſſeſ-
ſionem.*

9 *Verba hæc, in grauato de reſtituendo, quicquid ad eum ex hæreditate bonis
ue peruenerit, an inducant bonorum perceptorum reſtitutionē? Et uer-
bum, perueniendi quod ſit.*

10 *Teſtatoris mentem quàm uerba in fideicommiſſis magis ſpectan-
dam.*

11 *Legem grauius fraudat, qui mentem, quàm qui uerba.*

12 *Dictionem, uterque, collectiuam eſſe plurium, & quam naturam ha-
beat.*

13 *Ordo orationis, affectionis ordinem notat. Et ſecūdum graduum propinqui
tatem prædilectionem præſumi.*

14 *Alternatiuam inter perſonas fideicommiſſo honoratas in coniunctam non
reſolui. Et quid ſi inter eaſdem perſonas coniuncta atque diſiuncta col
locetur.*

15 *Legati ſubſtantia circa eius exiſtentiam, uel non exiſtentiam, num poſſit
in liberam hæredis uoluntatem conferri. Et quid de perſonæ declaratio-
ne atque eligendi poteſtate.*

16 *Cauſa ſi tribus committatur cum clauſula, quòd omnes uel unus ex his pro
cedere poſſit, num poterit unus alijs non requiſitis nec impeditis proce-
dere? remiſſiue.*

§. Cum Titiana. Fideicommiſſarius poteſt reſti-
tuere fideicommiſſum debitū
a defuncto, & actiones, quę tranſeunt ex reſtitutione in fidei-
commiſſarium, deſinunt competere, ſi fuerit declaratum fidei
commiſſum indebitum, niſi euincens ad illud idem fideicom-
miſſum teneatur. Et hæres debet mitti in poſſeſſionem hęre-
ditatis, licèt ſit de reſtituendo grauatus. Alienationes autem
factæ per fideicommiſſarium confirmantur reſtitutione ſecu-
ta, & gruatus de reſtituēdo quicquid ex hæreditate proueniat,
non videtur grauatus de reſtituēdo fructus interim perceptos.
Fideicommiſſum autem relictum a duobus cum expreſſione
nominis collectiui debetur, etiam ſi ex perſona vltimi conditio
tantum extiterit, niſi perſona ſuperſit, quæ ex præſumpta men-
te defuncti fideicommiſſum excludat. Inſpicitur autem ordo
ſcripturæ inter perſonas, inter quas ordinata cadit teſtatoris
affectio. hoc dicit vſque ad legem, deducta. Nota in hoc §.
1 cum Titiana. † quòd in reſtitutione fideicommiſſi venit id,
quod ipſe teſtator erat grauatus reſtituere. Nota ſecundo ex
eodem ibi, potuit, ſicut alius quilibet ſucceſſor &c. quòd li-
cet fideicommiſſarius non detrahat quartam de fideicommiſ-
ſo relicto a ſe, vt ſupra ead. l. §. qui fideicommiſſariam. cum
ſimilibus. nihilominus detrahit de fideicommiſſo relicto a te-
ſtatore ſuo, quod ipſe habet reſtituere, ex eo, quia teſtator
forte morte præuentus reſtituere non potuit. Et de hoc eſt ca-
ſus valde notabilis dum dicit, quòd hoc fideicommiſſarius re-
ſtituere poteſt, ſicut alius quilibet ſucceſſor. Sed ſi reſtituiſ-
ſet hęres directo, qui ſucceſſoris appellatione venit, potuiſſet
quartam detrahere, ergo etiam poteſt ipſe vt hic, quod tene
menti. Nota in §. actiones. ſecundum primam lecturam glo.
2 magnæ, † quòd ſententia lata inter inſtitutum & ſubſtitutum
in ipſius ſubſtituti fauorem, fideicommiſſario pręiudicat, adeo
vt reſtitutio ſibi facta deducatur ad irritum, quod intellige eo
caſu, quo apparet teſtatorem fideicommiſſum relictum ab in-
ſtituto noluiſſe deberi a ſubſtituto. Aliàs autem in dubio cum
videatur fideicommiſſum hoc tacite a ſubſtituto repetitum, l.
licet Imperator. de lega. j. & l. non iuſtam. C. ad Trebellia. Quin-
imo, & ſi non fuiſſet repetitum. nihilominus fideicommiſſa-
rius ſubſtituto præfertur, vt l. facta §. Iulianus ĵ. eo. Secus foret,
ſcilicet, quia tunc hæc ſententia fideicommiſſario nō noceret,
cum & poſito, quòd ſubſtitutus obtinuerit, nihilominus per
prædicta ipſe ſicut hæres, quem dicit fideicommiſſarium, reſti-
tuere tenetur. Nota ſecundo ex eo. ſecundum eandem primā
3 lecturam, † quòd conuentus petitione hæreditatis etiam lite
conteſtata cum eo, reſtituere poteſt hæreditatem ex Trebellia
no, nec videtur aliquid ſibi imputandum, ſi reſtituerit, licèt vi-
deatur imputandum, ſi cœpto iudicio contra eum reſtituit ſine
cautione, per quam prouiſum ſit, quod caſu quo reſtituens ſuc
cubuerit, fideicommiſſarius reſtituat ei, qui vicerit ad hoc ſu-
pra de peti. hære. l. ſi teſtamentum. & l. pen. C. de leg. l. ſi in frau-
dem. ſupra de rei vendi. l. is a quo. cum l. ſeq. & hoc maxime iu-
re hodierno, quo non cogitur reſtituere ſine dicta cautione prę
ſtita, vt l. fi. C. de petitio. hære. An autem ſi hæres, contra quem
mota eſt lis petitionis hæreditatis, reſtituere ideo vult, ad hoc
cogatur? videtur quòd non per tex. in l. ita tamen. §. quoties. ſ.
eo. & l. ſi quis libertatem. ſ. de petitio. hære. & in d. §. quoties, di
xi quid, quod hodierno iure tenendum ſit. No. tertio ſecundū
ſecundam lecturam Vgo. in gloſ. poſitam ibi, dum dicit, Secus
4 ſi contra inſtitutum. caſum hic ſingularem, quòd † ſicut ſentē-
tia lata in cauſa inofficioſi contra hæredem ſcriptum nocet re-
gulariter legatarijs & fideicommiſſarijs, vt l. Papinianus. §. ſi ex
cauſa. ſupra de inoffic. teſta. ita ſententia lata in cauſa nullitatis
teſtamenti, quod a principio dicitur fuiſſe nullum propter prę-
teritionem nati, vel ex poſt facto euacuatum propter natiuita-
tem poſthumi, nocet nedum legatario particulari, ſed etiam fi-
deicommiſſo vniuerſali. Et ad hoc iſtum tex. dicit Ray. non eſ-
ſe alibi, cuius lectura tertia quo ad hoc in effectu concordat cū
hac ſecunda lectura glo. Et hoc intellige, quando reſtitutio fi-
deicommiſſario facta fuit poſt litem conteſtatam, vt hæc litera
præſupponit. Secus ſi fuiſſet facta ante litem conteſtatam, quia
tunc ſententia poſtea lata contra hæredem, non præiudicaret
fideicommiſſario, vt l. facta. §. ſi hæres. el j. ĵ. eod. Et ad hoc adde
ad materiam l. ſæpe. ĵ. de reg. iur. Nota ex eodem quarto ſecun
5 dum lecturam Dy. licèt diuinet ad tex. noſtrum, † quòd licèt iu
re iſto clauſula codicillaris, vel repetitio legatorum vel fideicō-
miſſorum facta quo ad ſuccedentes ab inteſtato non operetur
confirmationem legati ſeu fideicommiſſi, hoc eſt vt vigore re-
petitionis teneantur illa ſoluere ſuccedentes ab inteſtato exiſtē
te teſtamento nullo, cum ipſum teſtamentum annulletur ſeu
reſcindatur per querelam inofficioſi, vt eſt caſus in l. Titia. ſ. de
inoffic. teſtam. & ſ. de lega. j. l. patronus. §. fin. nihilominus hoc
fallit, vbi teſtamentum querela inofficioſi intentata eſſet reſciſ-
ſum per patrem teſtatorē turpi perſona hærede inſtituta, quo-
niam tunc iure iſto, ſi teſtator dixit legata ſoluenda a ſucceden-
tibus ab inteſtato caſu quo teſtamentum reſcinderetur, cum ip
ſa clauſula repetitiua operetur confirmationē leganti ſeu fidei-
commiſſi, vt ſecūdum quod ipſe exemplificet hunc verſi. pla-
ne eſt hic caſus ſingularis. Et ratio diuerſitatis iuuando Dy. eſſe
poteſt, quia igitur clauſula illa repetitiua non operatur conſer
uationem, cum teſtm̄, vt inofficioſum reſcinditur per querelā
filij exhæredati, quia ex quo teſtator contra pietatis officium vl
timam conficiens voluntatē, filium exhæredauit, creditur qua-
ſi furioſus teſtm̄ feciſſe, vt hoc colligitur in l. nam is. §. j. ſ. de in-
offi. teſta. & igitur clauſula illa, vt a furioſo prolata, nullius cen-
ſetur effectus. Secus autē eſt, cum teſtamentū reſcinditur quere
la inofficioſi per fratrē teſtatoris exhæredatum, qm̄ tunc clau-
6 ſula illa repetitiua operatur conſeruationē, eo quia † non ita fu-
rioſę teſtm̄ feciſſe creditur, qui fratrem exhæredauit, ſicut qui fi
lium, quod patet, quia frater per fratrem exhęredari poteſt, dū-
modo non turpis perſona inſtituatur, vt l. fratres. C. de inoffic.
teſta. Et hæc procedunt iure iſto. Hodie autem cum teſtm̄ ex-
hæredatione filij & inſtitutione querelæ ſecuta, non rumpitur
tanquàm a furioſo conditum, ſed tanquàm cauſa per teſtatorē
in exhæredatione expreſſa non ſit vera, vt plene no. in authē. ex
cauſa. C. de lib. præte. Secus eſt, quia nedum cum clauſula repe
titiua conſeruantur legata & fideicommiſſa, ſed etiam ſine, vt
d. auth. ex cauſa. Et no. glo. in d. l. nam & is. §. j. & in d. §. ſi ex cau
ſa. An autem ipſa clauſula codicillaris ſeu repetitiua in ſuccedē
tibus ab inteſtato operetur conſeruationem inſtitutionis teſtō
per querelā reſciſſo, ſ. vt veniētes ab inteſtato videant grauati p
dictas clauſulas de reſtituēdo hæreditatē iure fideicōmiſſi ei, q
inſtitutus fuit in teſtō rupto? Dic vt plene diſputat gl. in d. auth.
ex cā. in duabus vltimis qō. quas quidā dicūt fuiſſe nouas addi-
tiones

Digitized by Google

tiones ad glo. Accu. & quod plene no. Barto.in l.j.ſupra de iu-
re codicil. & legentes in l.fin. C. de codicil. Supradictis tamen
vnum videtur obſiſtere. Ipſi enim præſupponunt ab inteſta-
to poſſe relinqui per teſtatorem, quod eſt contra caſum l.2.
de lega.3.& l.penult.C.de fideicom.& regulam l.ab eo.C.eod.
tit. Sed reſponde verum fore ab exhæredato vel præterito non
poſſe relinqui in ſpecie, ſed in genere bene poteſt. Præterea
quando teſtator omnes venientes ab; inteſtato grauaſſet de ſol
uendo legata ſeu fideicom miſſa relicta in teſtamento, quoniã
tunc exhæredatus vel præteritus ita compræhenſus in genere
poteſt grauari. Et ita dicit hic Ange. diſputando terminaſſe
Iaco. de Beluiſo. Sed mirum eſt hunc paſſum fuiſſe diſputa-
tum, cum pro ea deciſione habeamus caſum in l. generaliter.
§.ex teſtamento. infra de fideicomm.lib. quem ad hoc reputo
valde notab. No. vltimo ſecundum eundem intellectum Dy.
7 quòd † fideicommiſſa vel legata ſoluta ab hæredibus ex teſta-
mento rupto, lite ſuper ruptura pendente, reueti non poſſunt
a ſucceſſore inteſtati, qui vicit eo caſu, quo ipſe etiam hæres fo-
ret propter adiectionem clauſulæ codicillaris ſeu repetitiuæ.
Et hæc eſt iuſta deciſio, cum dolo faciat petere id quod inconti
nenti reſtituturus eſt, vt in iu.vulgaribus. No. in l.filiam fratri-
8 bus. quòd † ratione iuris ſuperuenientis in perſona alienantis
confirmatur alienatio præcedens inualida. Ad idem ſupra de
rei vendic.l.ſi a Titio.infra de vſucapio. l. cum vir prædium. &
ibi plene de hoc no.No.ſecũdo ex eodem, quòd fideicommiſ-
ſarius non poſſidens, non videtur legitimus contradictor ad im
pediendam immiſſionem fiendam ab hærede ſcripto in poſ-
ſeſſionem hæreditatis. Quid autem ſi fideicommiſſarius poſſi-
deat, an tunc ipſe ſit legitimus contradictor hæredi petenti ſe
immitti in poſſeſſionem hæreditatis? tetigit hic glo.ſed plenior
eſt, & ibi vide in l.fin.C.de edic.diui Adria.tollen.No.in l.hære-
9 des mei. quòd † verba illa, per quæ hæres grauatur de reſtituẽ-
do quicquid ad eum ex hęreditate bonisve peruenerit, non in-
ducunt fieri debere reſtitutionem fructuum ex ea percepto-
rum. Ad idem de lega. 3. l.quod his verbis. & hoc declaraui
ſupra eod.l.in fideicommiſſaria. An autem in reſtitutione ve-
niant fructus, cum quis grauatus eſt de reſtituẽdo, quod in hę-
reditate ſuperſuerit? Dic vt dicam infra eod.l.deducta. §.quod
ex hæreditate. Nota in §. cum ita. ibi, peruenire volo &c. hoc
verbum, peruenire, ſeu peruenerit, eſſe verbum obliquum &
denotatiuum fideicommiſſi. Ad idem etiam eſt caſus expreſ-
ſior de lega.3.l.fideicommiſſa.§.hæc verba.in prin.tamen l.hu-
ius verbum illud habet vim directi, & ſic patet verbum hoc eſ-
ſe commune & aptum natum ad denotandum inſtitutionem
directam atque obliquam.& hæc eſt veritas per hunc tex. iun-
cto princ. De eius autem natura poſuit Innocen.in cap.Raynu-
tius. extra de teſtam. Barto. in l.Centurio.& l. verbis ciuilibus.
ſupra de vulga.& pupil.Bal.in l.fin. C.de ſacroſan.eccle. No.ex
10 eodem ſecundo † ibi, ſed cum in fideicommiſſis voluntatem
&c. quòd in fideicommiſſis inſpicitur magis mens teſtatoris,
quàm verba. Ad idem de lega.2. l.vnum ex familia. §. fin. ſu-
pra de conditionibus & demonſtrationib. l.pater Seuerinam.
& l.in conditionibus. No.tertio ibi, abſurdum eſſe &c. quòd
cauſa vitandæ abſurditatis plerunque a propria verborum ſi-
gnificatione recedimus, & menti præſumptæ loquentis inhæ-
remus. Non enim expreſſiſſe minus quidam dicitur, quod ex
mente venit, quàm quod ex verbis, infra de verb. ſignific.l.no-
minis & rei.§.verbum ex legibus. Et igitur dicimus. ꝙ vbi cla-
re de mente teſtatoris apparet, illam ſeruare debemus, etiam ſi
a propria verborum ſignificatione recedamus, ff.ſolu.matrim.
l.cum mulier.ff.qui pe.tu.l.credendũ.& l.ſcire oportet.§.aliud.
ver.ſed ſi maxime. ſupra de excu. tut.l.quamuis.ſupra de in ius
vocan.l.libertum.§.ſenatus. ſupra de ritu nup. l.penult. ſupra
ad exhib.& in cap.intelligentia.& in cap.præterea.extra de ver
bo.ſignific.& l.non dubium.in verbo, amplexus. vbi plene glo.
11 C.de leg. Et † ideo dicit tex.no.quòd magis legem fraudare di-
citur, qui mentẽ circumuenit, quàm qui verba, ff. de iure fiſ.l.
ita fidei.& quod plene no. in l.fraus. & in l.contra leg. ſupra de
leg.& cap.quanto. extra de priuileg.No.ex eodem ibi, quam to
tam habere noluit auus &c. quòd in fideicommiſſi reſtitutio-
ne quando teſtator adiecit verba, omnem hereditatem reſtitui
volo &c.venit id, quod vult grauatus, & reſtituere habens ce-
pit ex fideicommiſſo a cohærede eius præcedente. & in hoc
iſte tex.eſt valde notab. & addendus ad dicta in l. Marcellus. §.
quidam liberis. ſupra eod. Nota ex eod.vnà cum glo. in verbo,
ſuſcepiſſe.quòd de liberis in liberos beneficio l.vnicæ.C.de his
qui ante aper.tabu.non tranſmittitur fideicommiſſum condi-
tionale, ſi deceſſerint non purificata conditione. Et idem fir-
mat glo. in dicta l.vnica. licet contrarium tenuerit & male in l.
is cui.infra de actionibus & obligationibus. No. ex eodem ibi,
12 propter conditionis verba &c. quòd † dictio hic, vterque, col-
lectiua plurium intelligitur ea colligere copulatiue. nam quo
ad coniungendum ex propria ſignificatione habet naturam di
ctionis. Ad hoc iſtum tex.continuo allegamus. Nota vltimo
ex eodem, & in hoc iſte tex. eſt ſingularis, quòd fideicommiſ-
ſum relictum a duobus cum expreſſione, ſcilicet nominis colle
ctiui, debetur pro rata vltimi, in cuius perſona fuit purificata
conditio, licet in alterius grauata perſona defecerit. Et eius §.
materiam declarat plene hic Barto.& Bal.in l.penult. C.de im-
pube. & alijs ſubſtit. & ego pridie in eadem extenſe conſului
ſingula ipſius materiæ membra pleniſſime colligens. Nota
13 in §. fi. quòd † ordo orationis deſignat ordinem affectionis, &
ideo primus in ordine, cenſetur primus in amore. Ad hoc ſu-
pra de vſufruc.l.quoties.vbi glo.plene ponit concordan. & de
præben.cap.mandatum.lib.6.Nota ex eo.quòd ſecundum pro
ximitatem graduum præſumitur prædilectio. Ad idem ſupra
de lega.2.l.pcio.§.fratre.& l.cum ita.§.fin.C.de verbo.ſignific.
l.fi.quæ iura plene declarat Bart. ſupra de rebus dub.l.ſi cogna-
tis. verſic.ſi No.quòd vbi in fideicommiſſo fuerint plures gra-
dus, ſeruari dêbet ordo, adeo vt priores poſterioribus præferan
tur. An autem & quando ordo ſcripturæ vel alius inſpici de-
beat, & quid operetur, & an ſit de neceſſitate ſeruandus, dic
vt plene no.Barto.ſupra de vulga. & pupilla. l.2. §.prius.Bal.in
j.conſtit.C.§.quibus.& no in l.nec enim ordo.infra de ſolutio.
& ego plene dixi C. de teſtamen. l.præpoſteri. Nota vltimo,
14 † quòd alternatiua poſita inter perſonas fideicommiſſo hono-
ratas, non reſoluitur in coniunctam, & ſic videtur tex. iſte con-
tra caſum l.cum quidam. C.de verbo.ſignific. vbi dicitur alter-
natiuam poſitam inter perſonas teſtamento honoratas in con-
iunctam reſolui. Sed hoc fallit eo caſu, quo inter ipſas perſo-
nas, inter quas poſita eſt diſiũctiua; ordinata cadit affectio, quo-
niam tunc manet in natura ſua propria, vt hic eſt caſus, qui hoc
modo allegari poteſt ad limitationem dictę l. Secundo dicta re
gula non habet locum eo caſu, quo data eſt facultas vni in ele-
ctione vnius ex perſonis diſiunctiue poſitis, quoniam tunc di-
ſiunctiua manet in ſignificatione propria. Et hoc alio modo
tex. hic poteſt allegari. Quid autem ſi coniuncta & diſiuncta
inter perſonas honoratas ſint adinuicem poſitę, puta lego Ti-
tio & Lucio, vel eorum alicui. Certe dicas, quòd tunc diſiun-
cta non reſoluitur in coniunctam, immo vtraque dictio reti-
net ſignificationem propriam, & eſt effectus, quòd ſi vterque
petit relictum, ambo habent pro rata, ſi vnus tantum, ille ſoli-
dum conſequetur, de lega.j. l.ſi fundum ſub conditione. §.his
verbis.& illum ad hoc pro primo tene menti. Quando autem
diſiuncta pro coniuncta ponatur, & quando econtra, dic vt ple
ne no.ſupra de rebus dub. l.ſi is qui ducenta. §.vtrum. j.de ver-
bo.ſignific.l.ſæpe.ſupra de hæred.inſtitu. l.Lucius. & C. de in-
ſtitu.& ſubſtitu.l.generaliter.in princ. No. poſtremo, quòd li-
15 cet † ſubſtantia legati circa eius exiſtentiam, vel non exiſtentiã
poni non poſſit in liberam volũtatem hæredis, licet ſic vt in bo
num vitum confertur, vt l. ſenatus. §. legat. & l. captatoriæ.
de lega. 1. & l.1. de lega. 2. & l. fideicommiſſa. §. quanquam.
de lega.3.l.ſi ſic legatum.de lega.2.& l.nonnunquam. de condi
tionibus & demonſtrationib. nihilominus declaratio perſonæ
& facultas eligendi illam, cui relictum applicetur, committi po
teſt hæredi, nedum vt bono viro, ſed etiam hæredi, vt eius libe-
rę voluntati. Et ita eſt hic caſus, cum quo concord.l.cum quę-
dam. & l. vnum ex familia.de leg.2.& l.vtrum.§.cum quidam.
ſupra de reb. dub. No.glo. in verbo, vel vnum eorum. quòd
cum teſtator grauat de reſtituendo hæreditatem pluribus pri-
mi gradus, vel vni eorum, non intelligitur hæredi dare electio-
nem etiam vni ex his reſtituendi, ſed ita demum de reſtituendo
vni, ſi alijs reſtitutio fieri non poſſit: puta, quia nolint, vel deceſ-
ſerint, quod eſt valde no. Quid autem ſi dixerit, vel ſaltem vni,
an idem ſit, dependet ex tex.l.j.C.de emen.propin.& ex his quę
no.Bart.de natura illius dictionis, ſaltem in l.j. ſupra de iure co-
16 dicil. Et facit ad quæſtionem, ſi † commiſſa eſt cauſa tribus cũ
clauſula, quod omnes vel vnus ex his poſſit procedere & termi
nare. an tunc vnus ex his procedere poſſit alijs non requiſitis,
qui pariter procedere poſſent, quia nullo impedimento deten-
ti. de quo dic, vt hic per Barto. & Cano. in cap. cum plures. de
offic.de leg.lib.6.& cap.prudentiam.eod.tit.in antiquis.& cap.
coram dilecto.eod.tit. & c.ſciſcitatus. de reſcrip. Et ad declara-
tionem huius §.vide quod no.Barto.in l.Gallus. §.j. ſ.de lib. &
poſthu.Quid autem ſi dictio illa, vel, appoſita ſit non inter per-
ſonas honoratas, ſed grauatas, an tunc reſoluatur in coniunctã,
vel maneat in natura propria? dic vt ſupra de lega. 3. l.ille aut il-
le.in princ.& ſ.de lega.j.l. ſi ex toto.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Actionem ex aditione confuſam reſtitutione Senatuſconſ. authoritate fa*
cta non reintegrari.
2 *Officium iudicis obligationem non præſupponere.*

Hæredem

3 *Hæredem de reſtituendo grauatum non teneri debitores hæreditarios in amplius exigere quàm velit.*

4 *Fructus ex teſtatoris iudicio percepti, vt ad hæredis lucrum ſpectant, ita & obuentiones ciuiles.*

5 *Conditionis implendæ gratia perceptum ex teſtatoris iudicio, num in Trebellian. computetur.*

6 *Quantitatis ad quantitatem, generis ad genus compenſationem fieri, licèt non quantitatis ad ſpeciem Et rogatus ad reſtituendam hæreditatem ſine redditu, ad quid teneatur.*

7 *Fructus qui in Trebellianicam computentur, & qui non. Et ad quæ teneatur qui hac clauſula, quod de hæreditate ſupererit, grauatus eſt.*

8 *Augmentum operari non debent, quæ adiecta ſunt ad diminuendum.*

LEX LVIII.

DEducta. Debitum ob hæredis aditionem cōfuſum in actionem ex teſtamēto deuoluitur. Et exigere a quibuſdam hæreditarijs debitoribus non facit hæredem teneri de periculo aliorum. Et obuentiones poſt mortem ex iudicio teſtatoris veniētes, ſi per hæredem exactæ non fuerint, in fideicommiſſum veniunt, aliàs ſecus. Et id quod datur gratia conditionis implendæ a tertio. vel a cohærede, imputatur in Trebellianicā. Sed res hæreditariæ prælegatę non computantur, quatenus per hęredem iure prælegati percipiuntur. Item qn̄ ex vtraq; parte debet̄ quota, fit inuicem compenſatio, & prælegata excedentia dodrātem defalcantur. Et partus ancillarum & pecorum, qui ponuntur loco demortuorum, veniūt in reſtitutione. Et fructus percepti iudicio teſtatoris computantur in quartam. Secus in his, qui percipi potuiſſent a diligentiſ. patreſamilias. Rogatus autem reſtituere quod ex hæreditate ſupererit, non tenetur ad fructus nec ad reluendum res bona fide pignoratas. hoc dicit tota lex. No-
1 ta in l. deducta. † actionem cōfuſam ex aditione reſtitutione authoritate ſenatuſconſulti facta, non reintegrari. Nota ſecundo, ꝙ ſi hęres creditor ſuccedit debitori, quantumcunq; hęreditas, propter quam vnà cum aditione ſecuta, eſt effectus creditor, veniat reſtituenda alteri, nihilominus per eandem ſucceſſionem actio intelligitur confuſa. Et ex hoc ampliantur leges dicentes actionem cōfundi, cum creditor debitori ſuccedit, vt C. de pac. l. debitori. ↄ̄. de fideiuſſo. l. ſi debitori creditor. quod plene declara, vt in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. Ratio autem cōfuſionis ſeu ſublationis actionis, quam inducit aditio ſeu ſucceſſio, eſt duplex. Prima, quia hæreditas debitoris, quæ ad eum peruenit ex aditione, pro ſolutione habetur, vt d. l. ſi debitori. & l. ſi quod. aliàs ſi id quod. ſ̄. de lib. leg. Secunda, quia neceſſe eſt ipſum, ſi vellet, ad debitum agere contra ſeipſum, ex quo ipſe hęres eſt. Sed hoc eſt impoſſibile, cum non niſi in duplicibus iudicijs poſſit vnus & idem eſſe actor & reus, vt l. in tribus. ſ̄. de iu
2 di. cum ſimi. ergo &c. No. tertio ibi, obligatione vel officio, † officium iudicis non præſupponere obligationem. Ad idem ſ̄. de ann. leg. l. Quintus. ſ̄. de act. emp. l. qui per colluſionem. §. precij ſortem. Nota ex eodem in ver. ſed in eam diem. ꝙ ſucceſſio non habet vim ſolutionis ad finem, vt quis lucretur. Ad idem ſ̄. de fideiuſſo. l. hæres a debitore. §. fi. & hoc hic apparet, quoniā ſi haberetur loco ſolutionis, tunc cenſerentur vſurę pręteriti tēporis ſolutæ ipſi hæredi, & ſic per ipſum perceptæ, vnde ſibi lucraretur, non autem in reſtitutione venirent, vt ↄ̄. proxi. in §. qui poſt. cuius tamen contrarium hic dicitur. No. in §. cum hæredi-
3 tas. ꝙ hæres † de reſtituendo grauatus non tenetur exigere debitores hæreditarios plus quàm velit, nec ſibi, quod nō exegerit, poteſt per fideicōmiſſarium imputari, niſi fuiſſet in lata culpa, vt hic in glo. ſuper ver. cuiuſdam. puta quia illos, quos non exegit, videbat inopes fieri ob dilapidationem forte, vel aliàs, & exigere non curauit: tunc enim quia in lata culpa eſt, fideicōmiſſario tenetur. ſ̄. eo. l. mulier. §. ſi hæres. Nota in §. qui poſt. ꝙ ſicut
4 † fructus percepti iudicio teſtatoris ſpectant ad lucrum hæredis, vt ſ̄. eo. l. in fideicōmiſſariam. cum ſimi. ita & obuentiones ciuiles. Nota ex eodem ſecundo, ꝙ licèt obuentiones iſtę per hęredem non perceptę tranſeunt poſt reſtitutionem in fideicommiſſarium, adeo, vt etiam actio pro illis exigendis competens transferatur, vt ſ̄. eo. l. poſtulāte. §. huiuſmodi. nihilominus perceptæ per ipſum hæredem, etiam ſi ortum habuerint a diſpoſitione teſtatoris in vita, fideicōmiſſario reſtituendæ non veniūt. quod eſt notabile ad declarationem d. §. Nota ex eodem tertio, quòd licèt hæres ex fructibus iudicio teſtatoris perceptis teneatur ſupplere fideicommiſſum, quādo aliquo caſu diminutum eſt, vt ſ̄. eo. l. ita tamen. §. ex aſſe. & l. ſcribit. tamen quando non eſt diminutum, non tenetur ex eis ſoluere hæreditarijs creditoribus, nec ſibi imputari poteſt, quod non ſoluerit. Nota quarto ex eodem, ꝙ licèt hæres, vt prædixi, ex fructibus ſoluere non teneatur, nihilominus ſi ſoluit repetitionem non habet. Et eſt argumentum, quòd ſi clericus beneficiatus ex fructibus non ſoluit debita eccleſiæ, cum potuiſſet, & poſtea trāsfertur ad aliam, & in prima alius ſubrogatur, ꝙ onus ſoluendi tranſit in ſucceſſorem, & ꝙ poſſeſſor prædeceſſori imputare non poſſit, quare nō ſoluerit. & hoc eſt quod eleganter per hunc tex. determinat Fede. de Sen. in conſi. ſuis, cōſi. 203. an autem poſſit ſolutum a prędeceſſore repetere: ibidem ponit, ſed plenius diſcutit Io. And. diſputatiue in mercuria. regula, non eſt in mora. de reg. iur. lib. 6.
5 Nota in §. accepto. ꝙ id quod percipitur † gratia conditionis implendæ ex iudicio teſtatoris, per hæredem in quartam Trebellianicam imputatur. ſ̄. ad l. Falci. in quarta. Nota ex eodem ſecundo, ꝙ id, quod ab hærede de reſtituendo grauato cohærede accipitur iure prælegati, eatenus computatur in quartam, quatenus percipitur iure prælegati, non autem quatenus percipitur iure hæreditario. Quid autem in Falcidia, & quomodo prælegata computentur in eandem: dic vt ſ̄. ad leg. Falc. l. Neſennius. & l. Titia. Nota ex eodem vltimo ibi, concurrentem &c. quanti
6 tatis ad † quantitatem, & generis ad genus fieri compenſationē, licèt non quātitatis ad ſpeciem. Ad primum & vltimum C. de compen. l. fi. ad ſecundum ſ̄. ſi pars hære. peta. l. 2. §. pe. Nota in §. hæredem. rogatum reſtituere hæreditatem ſine redditu teneri ad reſtituēdum ancillarum partus & pecorum fętus ſubmiſſorum loco pereuntium. ſed huius §. difficillimum cōtrarium eſt d. l. Paulus reſpondit. §. j. ſ̄. de vſur. vbi eſt expreſſum, rogatū reſtituere hęreditatem ſine redditibus, nō debere reſtituere ancillarum partus ex eo, quia licèt hi, fructuum appellatione non contineantur, vel comprehendantur. l. in pecudum. ſ̄. de vſur. l. vetus. ſ̄. de vſufruc. & Inſtit. de rer. diui. §. in pecudum. nihilominus veniūt appellatione redditus, ſicut ibi ſoluit, ergo. Communiter glo. & Doc. dicunt hic debere tex. intelligi de partu ancillæ percepto poſt moram hæredis, quoniam ille ratione moræ venit in reſtitutione, licèt non debeat venire ratione verborum fideicōmiſſi. Sed hæc ſolutio mihi nō placet propter duo. Primo, quia in hærede non poteſt dari mora in reſtituendo cōmiſſa in caſu huius literæ, in quo apparet eum rogatum de reſtituēdo poſt mortem, niſi dicamus eos intellexiſſe de mora hęredis de reſtituēdo grauati. Secundo, quia hic ponit duos caſus ad inuicem coniunctos, quos vna reſponſione decidit. Primus eſt in fœtu pecoris. Secundus in partu ancillæ. Clarum autem eſt fętum pecoris venire in reſtitutione in caſu huius §. etiam ſi nunquàm fuiſſet mora cōmiſſa in reſtituendo, cum præſupponit tex. illum fętum ſubmiſſum loco alterius ex grege pereūtis, & ſic eſſe effectum corpus hæreditarium, non autem amplius intelligi redditum. ſ̄. de lega. j. l. grege. & l. ſi grege. Et tamen ex intellectu Doctorum videretur id dicendum fore in fętu pecoris, quod in partu ancillæ, cum vnica ſequens reſponſio debeat hos duos caſus ſimul coniunctos pariter determinare, vt ſ̄. de vulg. & pupil. l. iam hoc iure. cum ſimilib. vnde dico, quòd mihi videtur hoc contrarium inſolubile, niſi dicamus §. illum poſteriorem corrigere, quod eſt abſurdum, vnde cogitandum re-
7 linquo. Nota in §. ante diem. in ver. cum autem. ꝙ † licèt fructus teſtatoris iudicio percepti, computentur in Trebellianicam, vt in l. in fideicommiſſariam. cum ſimilib. non tamen illi, qui per diligentem patremfamilias percipi potuiſſent. quod eſt notab. ad declarationem illius legis. Nota in §. ꝙ ex hæreditate. ꝙ grauatus de reſtituendo, quod de hæreditate ſupererit, non videtur grauatus de reſtituendo fructus interim perceptos. ſed tunc difficilime opponitur de l. in fideicommiſſi. §. nonnunquàm. ſ̄. de vſu. vbi punctaliter contrarium terminatur. Duplex eſt ſolutio. Prima, ꝙ hic rogatus fuit de reſtituendo, quod ſupererit ex hæreditate, ideo fructus non reſtituuntur. ibi vero rogatus fuit de reſtituendo quod ſupererit ex bonis. Et iſtam communiter ſequuntur Docto. ſed hæc eſt falſa, quia Iuriſconſultus in iſta materia non videtur facere differentiam, an dicatur ex hæreditate, an vero ex bonis, vt eſt caſus expreſſus ſ̄. eod. l. hæredes mei. in princi. & ſ̄. de lega. 3. l. quod his verbis. in princi. vnde ſecundo ſoluunt, quòd ibi rogatus fuit de reſtituendo per verbum, quicquid, quod videtur latius, hic vero rogatus fuit per verbum, qđ eſt ſignificationis ſtrictioris. ſed ſic ſimiliter not. per l. Baliſta. cū l. ſequē. ſ̄. eodem. vnde non video aliquam ſolutionem rectam, & ideo cogitandum. Nota vltimo ex eodem ibi, cum ea verba
8 diminutionem &c. quòd † adiecta ad diminutionem non debent operari augmentum, & ita communiter allegamus. Concord. ſ̄. de alimen. lega. l. legata inutiliter. ſ̄. de lega. j. l. legata inutiliter. ſ̄. de conditio. & demonſtra. l. cum tale. §. fi. extra de verbo. ſignifi. c. tranſmiſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Obligationem confundi per ſucceſſionem creditoris factam debitori, qualiter intelligendum ſit. Et an per coactam voluntatem coactoque conſenſu obligatio naturalis perimatur.*

2 *Obligatio pignoratitia ſiue fideiuſſoria num nulla principali pręexiſtente ſubſiſtere queat.*

3 *Abſurdum quandoque tolerari, vt abſurdius vitetur.*

4 *Regula iuris, quę vult hypothecam, ſeu pignus extingui quando dominium rei obligatę ad creditorem peruenit, quando procedere dicatur.*

5 *Præſcribit rem propriam nemo.*
6 *Principalem actionem vbi iuris rigor tollit, non tamen hypothecariam & acceſſoriam. Et hypothecaria creditori ad pignus competens, quando tol li cenſeatur.*
7 *Creditor rogatus de reſtituendo, an ſimpliciter cogi poßit nulla ab fideicõmiſſario præſtita cautione de indemnitate.*
8 *Verba hæc, ſi non adieris, inſtitutioni adiecta, quid importent. Et an teſtator in præiudicium fideicommiſſarij poßit hæredi repudiandi facultatem concedere.*
9 *Hypothecaria contractui principali ex partium conſenſu accedente, inueni re eſt naturalem obligationem, ſicuti & principali ipſa accedente, licèt non ſit in hypothecaria, quæ legatis ex iuris diſpoſitione accedit. Et obli gationem aſcendenti per lineam fœmininam non quæri ex contractu deſcendentis.*
10 *Fideicommiſſo reſtituendum non venit id, quod quis non vt hæres percipit, ſed vt quilibet alius. Et ſententiam quamlibet inique iudicis errore pro latam, indebitum debitum facere.*
11 *Filius & patronus in legitima ſibi debita onere fideicommißi grauari nequeunt. Et quid ſi errore hi iuris ſoluant de legitima, an repetitionem habeant.*
12 *Verbum, relinquo, quotæ adiectum, quid importet.*
13 *Verba illa, volo tantum illi dari, quantum pro tanta quota hæreditatis ſuf ficit, quid notent.*
14 *Dos promiſſa vel ſoluta, num in vniuerſale fideicõmiſſum, in quo filia grauata fuerit, cadit. Et dotem filię per patrem conſtitutam re vel promiſſione æs alienum cenſeri.*
15 *Maternum officium non eſt filiam dotare, ſed paternum. Et num filia patrẽ ad ſe dotandam compellere poſſit.*

LEX LIX.

DEbitor. Aditio, quæ fit coacte, naturalem obligationem non perimit. Item dominium rei pignoratæ, quod peruenit ad creditorem reuocabiliter, non perimit hypothecam. Et aſcendentibus ex linea non quæritur actio per deſcendentẽ. Et quod quis habet ex erronea ſententia, in reſtitutione non venit. Et ex reſtitutione fideicommiſſi inualidi non tranſeunt actiones ex Trebelliano. Et ſiue quota hæreditatis ſit in fideicommiſſo, ſiue in ſolutione, locus eſt Trebelliano. Et dos data ſeu promiſſa per patrem filiæ, in fideicommiſſum non venit. hoc dicit vſque
1 ad §.alumno.l.à filia. Nota in l.debitor. † ꝙ licèt regulariter per
ſucceſſionem creditoris factam debitori, obligatio cõfundatur,
vt l.Stichum.§.aditio.j.de ſolutio. & s.eo.l.deducta. vbi concor
dantiæ: tamen fallit, niſi creditor coacte adeat. Quoniam tunc
ſaltem remanet obligatio naturalis, vt hic eſt caſus in ver.rema
net ergo. & valde notabilis ſecundum intellectum Bart. Vnde
ex hoc vult per coactam voluntatem ſeu coactum conſenſum
naturalem obligationem non perimi. quod mihi non placet ex
eo, quia ex quo coactus conſenſus, conſenſus eſt, & poteſt inducere
obligationem naturalem, vt l.ſi mulier. §.ſi metu. s.quod
met.cau.& plene declaratur j.de reg.iur.l.velle non creditur.er
go multo fortius poteſt eandem diſſoluere. hæc enim tempora
lia facilius diſſoluuntur, quàm conſtruuntur, dicit tex. extra de
tranſla.prælato.c.inter corporalia. Nec obſtat iſte tex.quia in di
cto ver.remanet.dicit ſic. Remanet ergo propter pignus natu-
ralis obligatio, vt ex his verbis patet, mens Iuriſconſulti eſt natu
ralem obligationem remanere in coacto adire, non ex eo, quia
per coactum conſenſum naturalis obligatio nõ tollatur, ſed ex
eo, quia ex quo vult Iuriſconſultus remanere pignus ſeu hypo-
thecã in robore, neceſſe eſt ꝙ remaneat ſaltem obligatio natu-
2 ralis, cui pignus accedat. Licèt † enim pignoratitia obligatio ſeu
fideiuſſoria poſſit ſubſiſtere præexiſtente obligatione naturali
tantum, vt l.i.& l.Marcellus.& l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.
j.de fideiuſ.tamen non poteſt ſubſiſtere nulla obligatione prin-
cipali præexiſtente, vt dicit text.C.de luit.pig. l.intelligere. Et ſi
dicas abſurdum, per cõſenſum coactum tolli obligationem na-
turalem, ex quo in ea contrahenda conſenſus interuenerit vo-
3 luntarius. Reſpondeo ex doctrina Iuriſcõſulti, ꝙ † toleratur ab-
ſurdum, vt euitetur abſurdius. s.ad leg. Aquil.l.ita vulneratus.
ad fi.13.diſt.duo mala.cum ſeq. Sed abſurdius eſt dicere, ꝙ ma
neat validitas pignoris nulla obligatione principali ſubſiſtente,
quàm ꝙ per coactum conſenſum tollatur naturalis, vt patet ex
prædictis. igitur &c. vnde intelligit Barto. quem communiter ſe-
quuntur, non eſt verus in ſe. Nota ſecundo, & ita iſtum tex.alle
4 gat glo.in l.ex ſextante.§.largius.j.de excep.rei iudi. ꝙ † regula iu
ris volẽs hypothecam ſeu pignus extingui, quando dominium
rei obligatæ peruenit ad creditorem, procedit, vbi peruenit irre-
uocabiliter: vbi autem reuocabiliter, vt in caſu noſtro, tali caſu
per ſuperuenientiam dominij in creditore non extinguitur pi-
5 gnus. † Item dicimus in ſimili, ꝙ id, quod regulariter dicimus
rem propriam quem præſcribere non poſſe, vt l.ſequitur. §.la-
na.j.de vſuca.procedere vbi res eſt propria alicuius irreuocabili
ter, quoniam ſi reuocabiliter, vſucapio procedit, vt no.glo.ordi.
in d.l.ſequitur.§.fructus.& eſt caſus j.de cap.l.in bello.§.ſi quis
6 ſeruum. Nota tertio, quòd † vbi propter iuris rigorem tollitur
principalis actio, vt eſt hic, ex aditione coacta, non tamen tolli-
tur hypothecaria. Secus ergo, vbi aliter tollitur obligatio princi
palis, puta iuramento, ſolutione, ſententia, vel ſimili, quoniam
tunc impoſſibile eſt ſubſiſtere hypothecariam, vt l.ſoluere.§.fi.
cum l.ſeq.& l.antepen. s.quib.mod. pig.vel hypo. ſol. Nota in
eo.ibi, verum eſt enim non eſſe ſolutam &c. ꝙ actio hypotheca
ria competens creditori ad pignus percipiendum, non tollitur
niſi tunc demum, quando ſolutum eſt, vel ſatisfactum de ſorte
principali, ſicut nec debitori competit pignoratitia, niſi prius ſa-
tisfacto creditori, vt l.ſi rem.§.omnis.s.de pigno.actio. Nota ex
eiſdem verbis iunctis præcedentibus, ibi, coactus iuſſu prætoris
adiuit, tex.nota.ad declarationem l.ſi quod mihi.s.de libe.lega.
& l.ſi debitori.s.de fideiuſſo.& d.§.aditio. volẽtium aditionem
creditoris habere vim ſolutionis, & ideo obligationem confun-
di, quoniam illud procedit in aditione voluntaria, non autem in
aditione coacta, vt hic eſt caſus notabilis. Nota in ver.re autem
7 integra. quòd † licèt creditori adeunti ſponte vel coactè, & gra
uato de reſtituendo ſit prouiſum in ſibi debito conſequẽdo per
ius retentionis. C.ad legem Falci.l.in imponenda.& s.eo.l.cum
hæreditas ex fideicommiſſo. cum ſimilibus. nihilominus non
compellitur adire ſi nolit, niſi prius debitum ei à fideicommiſ-
ſario ſoluatur, vel cautio præſtetur indemnitatis. Ad idem s.eo.
l.apud Iulianum.in princi.& l.ita tamen.§.ſi perceptis. Nota in
8 ver. vbi quidem potuit dici &c.tex.expreſſum, † ꝙ per verba il-
la, ſi non adieris &c. adiecta inſtitutioni hæredis, videtur teſta-
tor hæredi tacite conceſſiſſe facultatem repudiandi, licèt præ-
tor ad petitionem fideicõmiſſarij poſſit eundem cogere. Et ita
eſt hic caſus expreſſus ibi, dum dicit, qui legando hæredi ſi non
adijſſet &c.& ad hunc tex.nunquam perpendi, niſi nunc. Et me
lior eſt, qui ſit in iure ad hoc probãdum, qui facit ad ea, qua ple
niſſime dixi in materia ſuitatis, ſcilicet, an per dationem cohæ-
redis, vel ſubſtituti vulgaris tollatur ſuitas, in l.apud Iulianum.
§.idem.s.eo.licèt hunc ibi non allegauerim. Nota in eo.glo.in
ver.contra voluntatem teſtatoris.in præiudicium fideicommiſ
ſarij teſtatorem non poſſe hæredi dare facultatem repudiandi,
quominus eũ prætor cogere poſſit. quod eſt vere no. Ad quod
tex. s.eo.l.facultas.§.ſi ſub conditione.ibi, plus enim tribuit &c.
Nota in eo.glo.in verbo, naturalis.ibi, ergo erit naturalis obliga
9 tio &c. ꝙ † hypothecaria accedente ex partium conſenſu con-
tractui principali, dare eſt obligationem naturalem, ſicut & ip-
ſa principali obligatione accedente, licèt in hypothecaria, quæ
accedit legatis ex diſpoſitione iuris, non ſit reperire eam obliga
tionem, vt no.glo.ſingularis Inſtitu.de obliga.quę ex quaſi con
trac.§.hęres.licèt aliàs contradixerim. Nota in §.ea quę.tex.pro
pter quem ſemper l.iſta allegatur, quòd ex contractu deſcendẽ-
ti non quæritur obligatio alicui ex linea fœminina aſcendenti.
& de hoc fecit feſtum Bart.in l.quod dicitur.j.de verbo. obliga.
tex.tamen ſimilis eſt in l.inter ſocerum.§.penul.s.de pact.dota.
Quid autem econtra, nunquid per aſcendentem lineæ fœmini-
næ deſcendenti quæratur, vel per aſcendentem maſculinæ, qui
tamen deſcendentem in poteſtate non habebat, vt s.ſoluto ma
tri.l.Caius.s.depo. l.Publia.j.de ſolu.l.filiæ.C. de pact. dot.l.pa-
ctum.& l.pater.C.de iure dot.l.ſi genero.vbi de ſecundo eſt ca-
ſus ſecundum intellectum glo.j.de oper.libe.l. vt iuſiurandi.l.ſi
liberi.& optimus tex. eſt arguendo de liberto ad emancipatum
in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.j.de verbo.obliga. Et dic de
hoc vt per Bart.qui tamẽ in maiori parte harum allegationum
deficit, in d.l.quod dicitur.& eo.tit.l.quodcunq;.§.fi.& per Cy.
in l.2.C.de contrahen.& committen.ſtipula. Nota ex eo.ſecun-
10 do, † ꝙ id quod quis non percipit vt hæres, ſed vt alius, in reſtitu
tionem fideicommiſſi non venit. Ad idem s.eo.ſi res aliena. in
prin. Nota tertio, quòd ſententia quantumcunq; iudicis errore
iniquè prolata, aliàs indebitum facit debitum nõ ſolum in præ
iudicium eius cõtra quem fertur, ſed etiam in præiudicium ter
tij, quia fideicommiſſarij, vt hic eſt caſus not. valde, quia exten-
dens l.cum putarem. s.famil.erciſc.& l.ſi fideiuſſor. §.in omni-
bus.s.man.& l.j.cum ſimi.C.de condi.indebi.ibi, dum dicit, ſen
tentiam de indebito debitum facere. Hoc tamen intellige ſecun
dum quod declarat glo.hic in ver.errore.ex qua no. ꝙ licèt ſen-
tentia quo ad partes de indebito debitum faciat, adeo vt ſolu-
tum tanquam indebitum repeti non poſſit, tamen poteſt repe-
ti condictione ſine cauſa, vbi probari poteſt, ꝙ vincẽs fuit in do
lo, fortè aliquid falſi allegãdo, propter quod vicit, & hoc ex eo,
quia cauſa, in qua ſe iudex fundauit, quia falſa probata, reduci-
tur ad non cauſam, & igitur eius ſententiæ prætextu ſolutũ con-
dictione ſine cauſa repetitur. Ad quod l.2.s. de condi.ſine cau.
11 Nota in l.patronus ex debita. † ꝙ ſicut filius in legitima ſibi da-
tã per patrem onere fideicommiſſi grauari non poteſt, vt l.quo
niam in prioribus. & l.ſcimus.§.cum autem. C.de inoffi. teſta.
ita nec patronus in legitima ſibi debita per libertum. Ad idem

de

de lega. 2.l.cum patronus.quod declara,vt plene dixi in l.ita ta-
men.§.ſi patronus.ſ.eodem. Nota ex eo.quòd patronus etiam
iuris errore ſoluens grauamen adiectum in legitima ſibi debita
per libertum.ſoluti habet repetitionem. Ad idem ſ.de donat.l.
ſi patronus. No. vltimo ex reſtitutione indebita ſeu inualida in
fideicommiſſarium actiones non trãsferri. Ad idem j.eo.facta.
§.ſi quis maiorem.ſ.eo.l.ſi patroni.§.fi. Nota in l.Paulus reſpõ
dit.iuncta glo.in ver.ſenſiſſe.ibi,ſcilicet iure reſtitutionis. ꝙ id,
quod dicitur,& plene retuli in l.cogi. §.generaliter. ſ.eodem.ꝙ
12 † verbum,relinquo, adiectum quotæ importat inſtitutionem.
tamen hoc fallit,niſi teſtator his verbis vſus fuerit,hæredem te
non ſcribo propter nimiam feſtinantiam,ſed relinquo tibi tan-
tam hæreditatis portionem,quoniam tunc verbum, relinquo,
non denotat inſtitutionẽ,vt hic eſt caſus notabilis. & illius po-
teſt eſſe ratio,quia cum apparet de intentione teſtatoris nolen-
tis per dictum verbum importari inſtitutionem, dum dixit, te
hæredem non ſcripſi. Vnde etiam nota,quòd ſi teſtator dicit fi-
lio,propter nimiam feſtinantiam te hæredẽ non ſcripſi, ſed vo-
lo ꝙ tibi detur tua legitima, vel tanta hæreditatis portio, ꝙ per
hæc verba non importatur inſtitutio, ſed potius legatum vel fi-
deicommiſſum,& ideo cum filius reperit ſe prętеritum,poterit
teſtamentum dicere nullum.Nota ex eo.tertio mirabilem limi
tationem.l.ſi mater.C. de inoffi. teſtamen.dicentis, quòd cum
mater in puerperio decedit abſq; eo,quod inſtituerit vnum de
filijs alijs inſtitutis,habetur teſtamentum vt validum, quia fin-
gitur filius inſtitutus, adeo vt poſſit nullum dicere propter ſu-
peruenientiam incogitati caſus & repentini, quia illud fallit,ni-
ſi mater his verbis vſa fuerit, propter feſtinantiam infirmitatis
te hæredem non ſcripſi,quia tunc ſuperuenientia repentini ca-
ſus non fingit inſtitutionẽ in filio factam, vnde poterit tãquam
præteritus nullum dicere,vt hic eſt caſus mirabilis,quem vnice
ſolus ego noto. Nota ex eo.quarto,ſecundum intellectum Bar.
13 & communem, quòd † illa verba, volo tantum tali dari.quan-
tum pro tanta quota hæreditatis ſufficit, intelliguntur dare fa-
cultatem hæredi, an velit intelligere ex illis verbis ſe eſſe roga-
tum de dando quotam, & ſi hoc præelegit, poteſt cogi adire &
reſtituere,an vero velit eſſe rogatus de dando quantum,quoniã
tunc ſi hoc præelegit,cogi nõ poterit adire ab ipſo legatario ſeu
fideicommiſſario tanquam a fideicommiſſario particulari quã
titatis. Et ad hoc etiam iſtam legem tene cordi. Nota in l.a filia.
14 quam ſemper ad hoc allegamus,† quòd dos ſoluta vel promiſ-
ſa in vniuerſali fideicommiſſo, in quo ſilia grauata fuit per pa-
trem,nõ cadit. De quo dic, vt j.dicemus in l.Lucius §.maritus.
j.eo. vbi Bar. Nota ſecundo ibi,æris alieni loco habentur,dotem
conſtitutam re, vel promiſſione per patrem filiæ intelligi fore
æs alienum,non autem paternum,ex eo, quia paternum patri
monium dos intelligitur exiuiſſe.j. de dot.colla. l.vlti.ſ.ad leg.
Falcid.l.pater filiam,& igitur filiæ patrimonium,vt ſ.de mino.
l.3.§.ſed vtrum.in fi.Item nota,quòd inter patrem & filium do
natio cadit,licèt in poteſtate,vt ſ.famil ercisc.l.Pomponius Phi
15 ladelphus. Nota tertio glo.in ver.dictum.† ſcilicet quòd matris
officium non aſtringitur ad filiam dotandam.ibi,glo.ad hoc al-
legat l.mulier.C.de iure dot. Tu allega l.mater.eo.titu.quod ta
mẽ limita dupliciter. Primo,niſi mater ſit hæretica, filia autem
orthodoxa,quia tũc ad dotem filiæ tenetur.C.de hære.l.cogno
uimus.Secundo,niſi filia ſit in paupertate cõſtituta,& patre ca-
rens,vel habẽs,ſed inopem,quoniam tunc etiam neceſſitas do-
tis in matre eſt,vt no. do.Bal.in d.l.mater.quare ibi dicit text.in
l. vxorem.§.pater naturalis.de lega.3.dicentium iuncta glo. pa-
trem non cogi ad dotem prętandam filiæ naturali,pariter limi
tari debere,niſi illa ſit inops. Ad quod facit quod no. Bart. ſ.de
his quibus vt indig.l.fi.& quod no.gloſ. C.de adminiſtra. tuto.
l.non ante.dum declarat tex.in l.cum plures.§.cum tutor. ſ.de
adminiſt.tuto.dum quærit,an frater ſororem dotare teneatur.
Sed quid contra,ſcilicet an filius teneatur dotare matrem? Bal.
vbiq; exclamat tex.l.tutor, ſecundum dignitatem. §.in ſoluen-
dis.ſ.de admini. tuto.pro ſingula.quod no. Et miror,quia ſimi-
lem do & apertiorem C.de iure do.l.ſi à matre.adeo vt illum in
tellectum habeat, etiam ſi mater ipſa ſit inops, quia non tene-
tur filius offendere animam patris defuncti, quia recepit iniu-
riam ex ſecundis vxoris nuptijs, vt dicit text.in Authen. de nup.
& de non eligen. ſecundo nub.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi reſtitutione facta, vel ſine traditione dominium transferri hæreditatis. Et quæ ſit differentia inter titulum ex contractu inter viuos, & ex vltima voluntate quo ad dominij tranſlationem.*
2 *Actionem ſubrogatam eius naturam induere, in cuius locum ſubrogatur.*
3 *Pactum hæredis vel alterius cedentis aut transferentis iura actioneſque, fideicommiſſario ſeu ceſſionario non nocere.*
4 *Sententia lata in hæredem ante reſtitutionem, num fideicommiſſario præiudicet. Et quid poſt reſtitutionem lata.*
5 *Actiones in fideicommiſſarium non tranſire pro eo, quod indebite reſtitutum eſt, reſpectu quotę. Et per ſeruum quæſita pendente fideicommiſſi dilatione reſtitutioni adiecta, in reſtitutione non venire.*

§. Alumno. Si dilatio apponitur gratia fideicommiſſi
ceſſante cauſa dilationis, dilatio ceſſat. Et
per reſtitutionem verbalem tranſit in fideicommiſſarium hæ-
reditatis dominium. Et ſi hæres poſt reſtitutam hæreditatem
actum iudicialem vel extraiudicialem vt hæres faciat, fideicom
miſſario non præiudicat. Et pro eo,quod indebite reſtituitur re
ſpectu quotæ,non tranſeunt actiones. Secus ſi reſpectu rei cer-
tę Nam in reſtitutione venit pendente dilatione quęſitum per
ſeruum hæreditarium. Et licèt fideicõmiſſarius pecuniam,quã
dare debet cambijs,ſoluat ad vſuras,non tenetur, quia nec fru-
ctus recuperat.hoc dicit vſq; ad §.ſi ſub conditione.l.facta.No-
1 ta in l.facta.†quòd in fideicõmiſſum facta reſtitutione verbali,
hæreditatis dominium transfertur etiam abſq; traditione,ſicut
& videmus ex ſimplici aditione transferri in hr̃dem dominium
hæreditatis,etiam nondum apprehenſa poſſeſſione,vt l.cum hę
redes.in prin.de acqui.poſ. Et ſic differentia eſt inter titulum re
ſultantem ex contractu inter viuos, quoniam ex illo etiam vni-
uerſale dominium non transfertur ſine traditione,vt no. glo.in
l.j.§.j.in verbo, vniuerſæ.j. de vſucap.pro do. pro qua eſt caſus.
C.de his qui a non domino. l.3.& l.precibus. C.de hære.vel act.
vend.& titulum vniuerſalem ex vltima voluntate,quoniam ex
illo etiam ſine traditione dominium trãsfertur, vt hic eſt caſus.
vnde regula l.traditionibus.C.de pac.l.ſi ager.ſ. de rei vend.po-
nens dominium ſine traditione non transferri,fallit in hoc caſu,
& in alijs,quos no.glo.mag.in d.l.ſi ager.quibus adde quatuor
alios,quos ponit gloſ. ordi.in l. & ideo eleganter.in gloſ.fi.ſ.dę
condic.fur.Poſſeſſio autem ſine apprehẽſione non acquiritur,
licèt in tali caſu ſimus,in quo dominium ſine traditione quæra
tur,vt no.glo.in l.cum duobus.§.idem reſpondit ſocius qui ceſ-
ſantis.ſ.pro ſoc.& l.cum miles.ex quib. cau.maio. & probatur
2 in d.l.cum hęredes.No.in §.ſi is qui,ad regulare,ad†quod hunc
ſemper allegamus, quòd actio ſubrogata in locum alterius, il-
lius ſapit naturam,in cuius locum ſubrogatur. Ad idem j.vt leg.
no ca. l.j.§.ſi in poſſeſſione.ſ.ſi quis cau.l.ſi eum. §.qui iniuria-
rum. & quod plene no. in l.j. §. hæc actio. j.ſi quis teſta. lib.&
l.certi condictio.ſ.ſi cert.peta. Nota ſecundo non curari,quo iu
re actum ſit, vt reſtitutio fiat, dummodo hæres grauatus fidei-
commiſſum reſtituat,quia ſemper actionum tranſlatio induci-
tur. Nota ex eodem tertio,quòd vbi hæres non reſtituit hæredi-
tatem,ſed eius ſoluit æſtimationem, apud eum actiones hære-
ditariæ remanent, non autem in fideicommiſſarium transfe-
runtur. Nota vltimo ex eodem glo.in verbo,transferri.ibi, quia
non erat facta officio iudicis &c.quòd ad reſtitutionem peten-
dam per fideicommiſſarium, iudicis officium imploratur. De
quo dic, vt plene dictum fuit ſ.eo.l.ſi legatus. in princi. Nota in
3 §.ſi hæres.† quòd pactum hæredis vel alterius cedentis ſeu trãſ-
ferentis in alium iura vel actiones, non nocet fideicommiſſario
ſeu ceſſionario. vnde ſumpta occaſione ponit ad plenum Bart.
illum quotidianum paſſum, an confeſſio cedẽtis noceat ceſſio-
nario ſeu procuratori in rem ſuam? De quo dic, vt per Dyn.in
l.ſeruum filij.§.j.de lega.j.per Cyn.in l.3.C.de nouatio.l.fi.C.de
procur.& per Albe.Gal.in ſumma ſua in titu.de procur.in rem
ſuam.ver.ſed nunquid ſi fuerit.& Specu. & Ioan. And.in addi.
in titu.de ceſſio.act.§.j. ver.ſed nunquid.Glo.& Bal.in l.ſi actor.
in aliquibus lectu. ſ. de procur. Quid autem in pacto gratuito,
ſeu tranſactione,an illa facta per cedentem noceat ceſſionario?
Dic vt per gloſ.& alios in l.ſi in emptione.ſ.de pact. & l.fi.ſ.de
tranſac.& Bart.hic,& Bal.in l.j.C.de actio.& obliga. Nota ex eo
4 dem, † quòd licèt ſententia lata contra hæredem ante reſtitu-
tionem fideicõmiſſario præiudicet tanquam lata contra eum,
qui nomine & effectu hæres eſt, nihilominus lata poſt reſtitu-
tionem minime, vt hic eſt caſus, quod intellige, niſi ex ipſa de-
claretur nullitas,ſeu ruptura teſtamenti, ex quo fideicommiſſi
facta eſt reſtitutio,quia tunc bene præiudicaret fideicommiſſa-
rio, vt ſ.eodem l.ſi patroni.§.actiones.& dic vt ibi dixi. Nota in
5 §.ſi quis maiorem.quòd † pro eo, quod indebite reſtituitur re-
ſpectu quotæ,non tranſeunt in fideicommiſſariũ actiones,licet
ſecus eſt in eo, quod indebite reſtituitur reſpectu certæ rei. Ad
idem ſ.eo.l.patronus ex debita.j.de dona l.ſi patronus. Nota in
§. ſi hæres. quòd pendente dilatione adiecta reſtitutioni fidei-
commiſſi quæſita per ſeruum hæreditarium in reſtitutione nõ
veniunt, ſicut nec etiam venirent acceſſiones naturales, nec
etiam per eundem quæſita veniunt in reſtitutione fiẽda per hæ
redem coactum adire, ſi nulla mora fideicommiſſi fuerit, vt ſ.
eo.l.ita tamen.§.ſi ſeruum. Nota ex eodem,quòd vbi hæres ro
gatur reſtituere hæreditatem cum fructibus, non tenetur reſti-
tuere emolumenta percepta per ſeruum vel alium, vbi ſui tan-
tum cõtemplatione quæſita ſunt,vt hic eſt caſus notabilis mul-
tum. Nota in §.reſcripto.quòd vbi apud hęredem remanet cõ-

modum fructuum ex hæreditate perceptorum, nõ poteſt idem
petere à fideicommiſſario vſuras pecuniæ per eum debitæ cau
ſa conditionis implendæ, etiam ſi in mora ſoluendi fuerit, quaſi
vnum cum reliquo compenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Dilationis cauſa ceſſante, & dilationem ipſam ceſſare.*
Et pendente dilatione iudicis officium conquieſcere.
2 *Conditionem implere difficultatem, aut turpitudinem non habentem ad fideicommiſſarij petitionem hæredem compelli poſſe. Et vbi conditio impoßibilis aut turpis, iure prætorio eius implemẽtum remitti videri.*
3 *Bonorum poſſeßionem tum neceſſariam eſſe, cum conditio inſtitutioni adiecta tantum iure eſt prætorio remiſſa.*
4 *Mutare nomen quando liceat, & quando non? Et Accurſius vnde nomen ſibi aſſumpſerit.*
5 *Falcidiam detrahere quis poßit.*
6 *Fideicommiſſo onus adiectum, & ſi extrinſecus ſit, nihiloſecius diminutionem recipere. Et ſubſtitutus vulgariter & per fideicommiſſum qua via adire hæreditatem poßit.*
7 *Subſtituto vulgari in hæreditate fideicommiſſarium præferri.*
8 *Bonorum poſſeſſor, num de hæreditate reſtituenda grauari queat. Et tacitam hæreditatis repudiationem plus operari videri, quàm expreſſam.*
9 *Negligentem atque ocioſum propter fauorabilem reſtitui.*
10 *Legis ſententiam quàm verba ſpectari magis debere.*
11 *Proteſtatio quid operetur.*

§. Si ſub conditione. Conditioni poteſtatiuæ
honeſtę, & facili, & tranſitiuæ hæres rogatus de hæreditate reſtituenda ad inſtantiam fideicommiſſarij cogitur parere. Inhoneſta vero, difficilis, vel perpetua ſibi remittitur. Et conditio dandæ pecuniæ aſcripta hæredi grauato eſt implẽda, debet tamen fideicommiſſarius pro eo offerre pecuniam. Sed ſi conditio remittitur iure prætorio, ſufficit edictum ad acquiſitionem eius, adeo vt ea etiam non impleta petatur hæreditas ex ſenatuſconſulto reſtitui. Et ſi hæres adiuit coactè, fideicommiſſarius detrahit Falcidiam de relictis ab hærede, non de relictis à ſe. Et quatenus defalcatur primo fideicommiſſario, eatenus defalcatur per ipſum legatario ſuo. Et fideicõmiſſarius præfertur ſubſtituto vulgari, & ſi inſtitutus paſſus eſt labi tempus petendæ bonorum poſſeſſionis, fideicõmiſſario ſuccurritur, vt tempus prædictum reſtituatͬ, & hæres agnoſcere cogatur & reſtituere. Ad petitionem autem vnius ſerui fideicõmiſſarij cogitur inſtitutus adire hæreditatem etiam eius, qui ſoluendo non erat, & eandem reſtituere. hoc dicit vſque in fi. l. Nota in §. alumno, qui dimiſſus eſt, quòd hæres eius, in cuius fauorem dilatio ſolutioni legati ſeu fideicommiſſi eſt appoſita, & qui pendẽte dilatione deceſſit, petere poteſt legatum ſeu fideicommiſſum ab illo, qui poſt dilationem debebat decedenti reſtituere ſtatim, hoc eſt dilatione non expectata, & hoc vbi fideicommiſſum ſiue legatum petẽdum venit a depoſitario ſeu miniſtro, penes quem illud pendente dilatione voluit eſſe teſtator. Secus autem ſi petendum veniret ab hærede, a quo tacite videntur legata ſeu fideicõmiſſa mandata ſolui, quoniam tunc hæres decedentis ſpectare debet finem dilationis, ſicut decedẽs expectaturus fuiſſet, vt eſt caſus C. quando dies lega. cedit. l. ex his verbis. Item hoc verum, vbi tractatur de dicto caſu, cum pecunia eſt penes depoſitarium ſeu miniſtrum, penes quem pe-
voluit eſſe teſtator, & aduerſus illum ſubſtitutus ſeu hæres alumni dirigit actionem. Quid autem ſi dirigere vellet contra hęredem, non autem ipſum alumnum, penes quem pecuniam voluit eſſe teſtator, an tunc agi poſſit non expectato fine dilationis? dic vt in l. Firmio. §. j. ĵ. quando dies lega. cedit. Item vbi ea, quæ debent reſtitui poſt finem certæ dilationis adiectæ eius fauori, cui debet reſtitutio fieri, non ſunt penes aliquem vt miniſtrum ſeu depoſitarium; ſed penes aliquem vt legatarium exiſtere, & tunc hæres eius ſeu ſubſtitutus, cuius fauore dilatio eſt appoſita, & decedentes interim expectare debent lapſum dilationis, adeo vt nec ante petere poſſint. Caſus eſt s̄. de condi. & demon. l. Publius. §. Titia. Quid autem ſi moriatur is, qui poſt certam dilationem debebat reſtituere appoſitam fauore eius, cui fieri debet reſtitutio, an hæres debentis reſtituere poſſit conueniri ſtatim, vel poſt lapſum dilationis? Dic quòd ſtatim, vt s̄. de annuis lega. l. liberto. §. pater duos. vbi eſt caſus ſingularis. & ita ad concordiam hæc iura reducuntur, quæ videntur in ſe contraria. Quæ faciunt ad no. per gloſ. & ibi dicta. s̄. eo. l. Seius Saturninus. Nota ſecundo, & ita communiter hunc §. allega-
1 mus, † quòd ceſſante cauſa dilationis ceſſare intelligitur ipſa dilatio. Ad idem s̄. de lega. 2. l. Titia. §. vſuras. s̄. de acquir. hæredi. l. ſi quis ita hæres ſcriptus fuerit. de ſtatulibe. l. 3. §. Stichus annua. quod intellige, niſi appoſita fuerit dilatio cum adiectione dictionis extremitatem temporis denotantis, quoniam tũc vltimum momentũ dilationis expectari debet, vt s̄. de vſufruc. lega. l. vxori vſumfructum. s̄. de condi. & demonſtr. l. ſi eis lega.
§. j. Per hunc text. Barto. in l. 2. ĵ. de regulis iur. limitat regulam l. ſiue pars. C. de dilatio. dicentem pendente dilatione iudicis officium conquieſcere, nec ad vlteriora procedetur, niſi cauſa eſſet, propter quam ſit data dilatio, quoniam tunc non obſtante pendentia ad vlteriora procedere poterit. Quam etiam ſecundo limita, vt ibidem dicit, niſi iudex velit procedere ad penitus diuerſa, & non præiudicialia illi articulo, reſpectu cuius illa dilatio data eſt, quoniam tunc poterit, vt eſt caſus in l. generaliter. §. his de præſentibus. verbo, nullo. C. de rebus credi. Tertio etiam limita, niſi id, propter quod conceſſa eſt dilatio, ſit inutile, quoniam tunc pendentia dilationis non refragatur, quominus ad vlteriora procedi poſſit, vt probatur no. s̄. de leg. 2. l. cum pater. §. curatoris. per quem hoc dixit Barto. Et has limitationes reperit etiam domi. Anto. in c. ſignificante. extra de appel-
2 la. Nota in §. ſi ſub conditione. † hæredem ad petitionem fideicommiſſarij compelli ad implementum conditionis, non difficultatem ſeu turpitudinem continentis, aliàs ſecus. Ad idem s̄. eodem l. ſed ſciendum. ad finem. Nota in verſi. plus enim abſurdum fore, regulariter per legẽm plus fideicommiſſario tribui, quàm teſtator ipſe voluerit. Nota in §. ſi in danda. conditionem exiſtẽtem in dando adiectam inſtitutioni, non aliter compelli hæredem compellere, quàm pecunia ſit ſibi à fideicommiſſario oblata. Ad idem s̄. eodem l. ſi cui pure. §. ſi ſub conditione. Nota ſecundo ex eodem ibi, prætor remittit. iuncta gloſ. in verbo, remittit. quòd vbi conditio eſt turpis vel impoſſibilis, videtur implementum eius remitti de iure prætorio. & ſecundum hoc probatur iuncta l. cum in ſecundo. iuncto reſponſo finali. s̄. de manumiſ. teſtamen. quòd teſtamẽtum ſecundum, ex quo ſolum de iure prętorio fieri poteſt quis hæres, per agnitionem alicuius primum non tollere. Quod quidem videtur verum prima fronte, quia ad hoc vt per ſecundum teſtamentum primum tollatur, ſufficit aliquo caſu hæreditatem ex eodem acquiri poſſe, vt Inſtitu. quibus modis teſtamen. infir. §. poſteriore. s̄. de hæredi. inſtit. l. pater filio impuberi. Communiter tamen ſequimur glo. firmantem contrarium in l. ſi quis eum. §. ſi. s̄. de vulga. & pupilla. & plene nor. in d. l. cum in ſecundo. Nec ob. text. iſte, quoniam huiuſmodi conditiones turpes ſeu impoſſibiles nondum remittuntur de iure prætorio. ſed etiam ciuili, vt s̄. de condi. & demon. l. obtinuit. & l. conditiones contra edicta. de condi. inſtitu. Nota tertio ibi, vt conſtituat prætorijs actionibus vti &c. quòd † vbi conditio adiecta inſtitutioni
3 reperitur ſolum remiſſa de iure prætorio, vt eſt conditio iuſiurandi, vt s̄. de condi. inſtitu. l. quæ ſub conditione. ad acquiſitionem hæreditatis eſt neceſſaria bonorum poſſeſſio, & ſic via iuris prætorij. Vnde notandus eſt caſus, in quo etiam hodie agnitio bonorum poſſeſſionis eſt neceſſaria, & addendum ad plene no. in l. certum. C. vnde cogna. Nota quarto ibi, nihil enim ma-
4 li eſt. † quòd licèt aliquo caſu mutatio nominis prohibita eſt, vt l. j. cum ibi plene no. C. de muta. no. tamen non eſt prohibita in eo, qui mutare intendit pro implemento conditionis. maxime ſi nomẽ illius, in quo primum mutare intendit, honeſtatem in ſe contineat, vt eſt nomen Accurſius, ſecundum glo. hic ponentem exẽplum in nomine ſuo, & illud etymologizantem, quia accurrens & ſuccurrens contra tenebras iuris ciuilis. An autem ipſe peccauerit tanquam inſcripſerit nomen ſuum operi per eum compilato? plene diſputat lo. And. ponens titulum, quæritur formaliter in Accurſio, in data 6. lib. in data in mercuriali-
5 bus. Nota in §. ſi cum ſuſpectam. quòd † is demum Falcidiam detrahit, qui eſt hæres directò, non per obliquum. Nota ex eod. quòd licèt hæres per obliquum ex perſona ſua propria Falcidiam non poſſit detrahere, nihilominus detrahit ex perſona hæredis. Et ad hæc duo concordat tex. s̄. eo. l. ſi patroni. §. qui fideicõmiſſariam. & ibi concor. allegaui. Nota in §. ſi Titius. quòd
6 † licèt onus ſit extrinſecum, quod fideicommiſſo adijcitur, tamen diminutionem recipit, quãdo per diminutionem factam fideicommiſſario non tantum ex fideicommiſſo ipſe conſequitur, quod poſſit integraliter onus ſibi adiectũ ſoluere, aliàs autem ſecus, vt s̄. de ann. lega. l. libertos. §. j. Quando autem per diminutionem legati ſeu fideicommiſſi diminuatur onus adiectum legatario ſeu fideicommiſſario, dic vt plene no. in l. qui hæredi. §. pars. & l. poſtulante. s̄. de condi. & demonſtr. Nota in §. Iulianus. ſecundum vnam lecturam, quòd vbi quis ſubſtitutus eſt vulgariter, & per fideicommiſſum, poterit ſi velit vt ſubſtitutus adire, & conſequenter in eius eſt electione, quo ex capite ſuccedere velit. Concor. s̄. eo. l. recuſare. §. Titius. & ĵ. de manumiſ. teſtamen. l. ſi quis teſtamento. Nota ſecundo ſecũdum
7 aliam lecturam, ſecũdum quam dedi ſummarium, † fideicommiſſarium pręferri ſubſtituto vulgari in hęreditate eadem. Quidam intelligunt, cum in repudiatione, quam facit hæres grauatus de reſtituendo, & cui etiam facta eſt vulgaris ſubſtitutio, interuenerit fraus contra fideicommiſſarium, & quando ab ipſo ſubſtituto vulgari fideicommiſſum eſt tacite repetitum, quod
in

in dubio factum eſſe intelligitur, vt s̄.de leg.j. l.licet Imperator.
C.ad Trebel.l.non iuſtam aliàs autem ſecundum illos,qui hoc
tenent,ſecus eſt, quia dando ſubſtitutum vulgarem, videtur te
ſtator dediſſe licentiam hæredi repudiandi hæreditatem,& cō-
ſequenter faciendi locum vulgari ſubſtituto, vt s̄. ſi quis omiſ.
cauſa teſtamen.l.j.§.ſi prępona tur.quod quidem mihi non pla
cet,quia eſt diuinatio ad iſtum tex.qui tripliciter loquitur. Nec
eſt verum, quòd iſto modo quo teſtator in eadē hæreditate de-
dit ſubſtitutum vulgarem & fideicommiſſarium, videatur hæ-
redi dediſſe facultatem repudiandi. Primo, quia hoc eſt contra
caſum d.§.Titius. Secundo,quia non poteſt tollere teſtator,cū
fideicommiſſarius teſtamento aſcripſit ius coactionis, vt eſt ca-
ſus notab.iuncta glo. in verbo,contra voluntatem.in l.debitor.
in princip. Et ſi dicas, quando ergo admittetur tunc ſubſtitutus
vulgaris, quando præſumptio eſt,quòd fideicommiſſarius,qui
vult lucrari, ſemper coget hæredem adire, & ſic ſubſtituto vul-
gari locus non erit? Reſpon.quia tunc locus erit,cum fideicom
miſſarius non vult habere ius cogendi, quia repudiat, vel non
poteſt,quia mortuus teſtatore viuente. Et ita declaro iſtum tex.
8 quicquid dixerit hic Ange. & alij ſequentes. † Nota in §.ſi quis
bonorum.quòd etiam bonorum poſſeſſor.& ſic ſucceſſor iuris
prætorij poteſt grauari de hæreditate reſtituēda,& locus erit ſe-
natuſconſulto. Ad idem s̄.eo l.j.§.bonorum. Nota ſecundo, &
ita communiter allegatur §.iſte, ꝙ plus operari videtur facta hę
reditatis repudiatio, quàm expreſſa, quod patet, quia expreſſa
non præiudicat fideicōmiſſario,quàmuis poſſit hęredem com
pellere adire, vt s̄.eo.l.nam quod.§.j.ſed tacita, quæ per lapſum
9 tēporis inducitur,ſic,niſi petatur reſtitutio, vt hic eſt caſus.†No
ta ex eodem tertio,negligentem, & cōſequenter ocioſum reſti-
tui propter fauorabilem,id eſt fideicōmiſſum aduerſus lapſum
temporis præfixi ad aditionem hæreditatis, ſeu agnitionis bo-
norum poſſeſſionis. Et ſic ſemper allegatur, ꝙ quis quandoq;
per alium conſequitur,quod per ſeipſum conſequi non poteſt.
j.ad Tertul.l.2.§.obiectis.s̄.quæ res pigno. l.Ariſto. & de cōceſ.
pręb.authoritate Martini.lib.6. cum ſimi. No.vltimo negligen
tiam hæredis in aditione hæreditatis ſeu agnitione bonorum
poſſeſſionis,non nocere fideicōmiſſario in effectu,quod patet,
quia petitur in integrum reſtitutio. Nota in §.admonendi. ibi,
10 ſed ex ſententia l.&c.& ita cōmuniter allegatur,ꝙ † magis ſen-
tentiam ſeu mētem l.quàm verba inſpicere debemus. ad idem
s̄.eo.l.hæredes mei.§.cum ita.& dic vt ibi dixi. Nota ex eodem
l.Eliam Sentiam,non ſolum habere locum in inſtitutione dire
cta,ſed etiam in obliqua. Vltimo per hunc §. qui tamē nihil fa-
cit,dixit glo.s̄.de hæredi.inſtit.l ſi non l.in penul.gloſ.quòd hæ-
res neceſſarius ſubſtitutus per fideicommiſſum cum libertate
cogitur illud acceptare,ſicut cogeretur adire hæreditatē, quan-
do directo foret inſtitutus.quod eſt diligenter notādum ad am
pliationem tituli Inſtitu.de hæred. quali.& differen.Nota vlti-
mo gloſ.in verbo,iubendus. in §.ſi in danda. ad duo. Primo ad
11 id,quod communiter iam allegare cōſueuit Oldra.†quòd pro-
teſtatio idem operatur, ſi ex iuſta cauſa fiat, quod operatur in-
teruenientia ſeu interceſſio actus,de quo,vt non poſſit interue
nire,fit proteſtatio. Ad idem text.C.de his qui per me.iudi.non
app.l.2.& c.ſi iuſtus metus.extra de appella. de quo tamen dic,
vt plene dixi in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori. ibi text. vide-
tur contradicere.j.de no.operis nuncia. Secundo, quia illa ver-
ba,volo eſſe hæres,aditionem inducunt. De quo dic,vt plene di
xi poſt Barto.s̄.de acquiren.hæredi.l.gerit.& plenius dixi C.vn-
de liberi.l.qui ſe patris.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditatis reſtitutione,vt in fideicommiſſarium ciuilis obligatio,vel ciui lis ac naturalis iuncta transferatur,num ſic & naturalis ſola. Et ſi ſola naturalis ad actionem producendam non ſit ſatis, ſatis tamen eſt ad impediendam naturaliter debiti ſoluti repetitionem.*
2 *Obligationem naturalem tantum non diuidi in vtilem & directam.*
3 *Soluti repetitio cum ipſo iure negatur, num ſaltem reſtitutionis ope conceditur.*
4 *Priuilegium priuilegiati perſonam non excedere.*
5 *Hæreditatem adire, & conditionem poteſtatiuam implere cogitur non extraneus hæres tantum, ſed & neceſſarius tantum, & ſuus & neceſſarius. Et an extraneus hæreditatem non aditam tranſmittat. Et quid in fideicommiſſario vniuerſali reſpectu fideicommiſſi non aditi.*
6 *Patronus in portione ſibi debita, num Digeſtorum iure onere fideicommiſſi fauore liberorum liberti grauari queat.*
Et quid hodie.
7 *Hæreditatem vt acquirat ſeruus directo inſtitutus, domini iuſſus de adeunda præcedere debet.*
8 *Filium vel ſeruum patri ac domino inuitis acquirere, qualiter procedat.*
9 *Hæreditati acquirendæ per ſeruum inſtitutum, conſenſum vel coactum ſufficere.*
10 *Hæreditas & fideicommiſſum, etſi niſi ſcienti domino acquiri nō poteſt, ignoranti tamen legatum acquiri poteſt.*
11 *Appellatio filij vel monachi in iudicio ſine patris aut monaſterij conſenſu exiſtentis, an ratihaberi poſtea poſſit. Et ſeruum nec pro ſe nec pro alio in iudicio ſtare non poſſe filiumfamilias poſſe.*

LEX LXIV.

SI eius. Reſtituta hæreditate,naturalis obligatio
transfertur in fideicōmiſſarium, non ꝙ
illa poſt reſtitutam hæreditatem non operetur de-
negationem repetitionis ſoluti. Et etiam neceſſarij
coguntur adire & reſtituere. Et hæres hæredis decedens ante re
ſtitutionem, cogitur reſtituere. Et quatenus eſt hęres tranſeunt
actiones. Et patronus poteſt grauari in fauorem liberorum li-
berti etiam in debita portione. Et hæreditatis reſtitutio fit ſer-
uo,dño, volēte, vel ratū hñte, vel ēt ipſi dño, licet in hrditate de
beat ꝑcedere iuſſus dñi, & ſequi aditio ſerui. Et hrs rogatus de
reſtituendo ſub ꝯdōne, quæ remittit a iure, vel quæ implet per
cautionē Mutianā,cogit adire & reſtituere.h.d.vſq; ad §.cū prę
1 tor.l.ſeruo inuito.No.in l.ſi eius.in prin. † ꝙ ſicut per reſtitutio
nem hæreditatis in fideicōmiſſarium transfertur obligatio ciui
lis,vel ciuilis & naturalis ſimul iuncta, ita etiam transfertur &
naturalis ſola. Ad idem s̄.eo.l.quamuis.in prin. Vnde notandū,
ꝙ ſicut poteſt cedi obligatio naturalis & ciuilis ſimul iuncta,ita
& ſola naturalis, & ita propter hæc allegatur cum d. l. quam-
uis. Nota, quòd pupillo vel alteri ſoluenti naturaliter tantum
debitum,ſoluti repetitio denegatur: vnde licet obligatio natu-
ralis ſola regulariter non ſufficiat ad producendum actionem,
vt l.naturalem.j.de act.& obl.l.fideiuſſor.§.fideiuſſor.& pleniſ-
ſime no.gl. Inſtit. de oblig.in prin.tamen ſufficiēs eſt ad denegā
dam ſoluti repetitionem, vt hic, cum ſimilibus. No. tertio gl.in
2 verbo,ob aliud.in fine.& ita ſemper allegatur,† ꝙ obligatio na-
turalis tantum non diuiditur in vtilem & directam, licèt natu-
ralis & ciuilis ſimul iuncta ſic, vt j.eod.l. ſi hæres.in princi.cum
ſimilib.& ita etiam communiter tenetur,licèt glo.ſupra de leg.
2.l.ſi alienus.firmauerit contrarium. No. ex eodem glo.in ver-
bo,modo pupillum, licèt non ipſo iure, tamen ope reſtitutio-
3 nis innuitur, † quod naturaliter ſolutum eſt poſſe repetere. Et
idem quod hic firmauit glo.in l.in debito. C. ſi aduerſus ſo.& l.
interdum.s̄.de condi.& demon.& l.impuberibus.s̄. de acquir.
hære.& l.3.§. pupillus.s̄. de nego. geſt. licet gloſſator tam hic, ꝗ
in locis præallegatis ſemper retulerit opinionē Pla. tenentis pu-
pillum, quod ſoluit naturaliter debitum, poſſe repetere etiam
ſine reſtitutionis ope,& hoc per d.l.interdum.quam quidē opi
nionē Placen. ſemper ſecutus eſt Bar.cui nil fortius refragatur
quàm iſte tex.Sed ad hunc, ſi ſequi volumus opinionem ſuam
& Pla.tripliciter reſpondeo. Primo, ꝙ tex.hic denegans repeti-
tionem ſoluti,loquatur de iuris rigore. Tex. autem in d.l. inter-
dum.concedens, loquatur de æquitate. Secundo, quòd lex il-
la interdum loquitur de pupillo ſoluente naturaliter debitum,
vt ſibi eius repetitio concedatur,iſta autem loquitur in illa, cui
hæreditas pupilli eſt reſtituta ab illo, qui pupillo fuit ſubſtitu-
tus directo pupillariter, quoniam iſte repetere non poteſt. Quia
priuilegium, quod concedit repetitionem, eſt attributum per-
ſonæ pupilli, vt d.l.interdum. ergo non eſt iuſtum, ꝙ tranſcen-
dat eius perſonam, & extēdatur ad fideicommiſſarium pupilli
4 obtinentem hæreditatem, maxime quia † ſuadet regula iuris
volentis perſonale priuilegium priuilegiati perſonam non ex-
cedere, vel tranſcendere, vt l.quia tale.cum ſimilib. s̄. ſolu.mat.
& ſic erit hic caſus ſingularis, ꝙ beneficium competens pupil-
lo circa repetitionem ſoluti debiti naturalis non transfertur in
fideicommiſſarium, quod nota & diligenter tene menti ad in-
telligentiam d.l.interdum. Tertio inquantum textus iſte dene-
gat repetitionem ſimpliciter,facit contra opinionem glo. volē-
tis eam repetitionem concedi mediante beneficio reſtitutionis
in integrum. Solue, ꝙ hic loquitur de rigore,de æquitate autē
competit mediante beneficio reſtitutionis, vt in ipſa glo. Vel ꝙ
licet competat hoc beneficio reſtitutionis pro inducenda repe-
titione ſoluti naturaliter tantum, vt d.l.interdum. ſecundum
intellectum glo. nihilominus non competit idem beneficium
ipſius pupilli fideicommiſſario ſeu hæredi. Et ſecūdum hoc eſt
hic caſus ſingularis, ꝙ l.non ſolum.s̄.de in integ. reſti. volens be
ne reſtitutionem ex perſona pupilli transferri in eius hęredem,
non habet locum in ea reſtitutione, quæ imploratur aduerſus
ſolutionem debiti naturalis, quod eſt menti tenendum. Et ſi te-
neamus opin.Pla. quam communiter ſequitur Barr. ſcilicet, ꝙ
pupillus etiam non petita in integ. reſtitutione poſſit naturali
ter tantum debitum per ſe ſolutum repetere, limitandum eſt
hoc eſſe verum, quando pupillus hoc, quod naturaliter ſolum
erat debitum, ſoluit ſolum gratia diſſoluendæ obligationis, ſe-
cus quando ſoluit etiam gratia conditionis implendæ, cuius im
pletio ex poſt facto apparet ſibi fuiſſe damnoſa, puta quia re-
pudiauit legatum, cui adiecta erat conditio, quam per ſolutio-
nem impleuit, quoniam tunc aduerſus illam ſolutionem, non
ſolum facta gratia obligationis diſſoluendæ, ſed etiam conditio

nis implendæ competit ſibi reſtitutio in integrum, adeo ꝙ ſine
ea nō poſſit ſolutū repetere, ſ. ad leg. Fal. l. ſi pupillus. iūcta lite-
5 ra. Nota in §. ſi neceſſarij. non † ſolum extraneum hæredem, ſed
etiam neceſſarium tantum, vel ſuum & neceſſarium compelli
poſſe ad implementum conditionis poteſtatiuæ & hæreditatis
aditionem per fideicōmiſſum. Ad idem ſ. eo. l. recuſare. §. me-
miniſſe. & l. ita tamen. §. ſi pater. No. in §. ſi quis rogatus. ꝙ licèt
hæres extraneus non tranſmittat hæreditatem non aditam, vt
l. quoniam. C. de iure delib. & l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad.
tol. nihilominus fideicōmiſſarius vniuerſalis fideicōmiſſum ēt
non agnitum ad hæredem tranſmittit. de quo dic, vt dixi ſ. eo.
6 l. quidam ita. † No. in §. ſi patronus. ꝙ licèt iure iſto patronus in
portione ſibi debita poſſit grauari fauore extraneorū onere le-
gati ſeu fideicōmiſſi, vt l. cum patronus. de lega. 2. nihilominus
ad id grauari poteſt fauore liberorum liberti. Ad idem ſ. e. l. ita
tamen. §. ſi patronus. ſm vnam lect. & ſ. de condi. & demon. l. 4.
in prin. Hodie vero tali onere grauari non poterit etiam fauore
liberorum liberti, vt Inſt. de exhe. lib. §. ſed noſtra. No. in l. ſeruo
7 inuito. † ꝙ in acquiſitione hæreditatis fienda per aditionem ſer-
ui directo inſtituti hæredis, oportet præcedere iuſſum dñi, aliàs
ipſa aditio nulla eſt, vt hic, & l. qui in aliena. in princ. & l. ſi quis
mihi bona. §. iuſſus. ſ. de acquir. hære. No. ſecūdo, ꝙ in aditione
hereditatis fienda per ſeruum, & agnitione bonorum poſſeſſio
nis vel reſtitutione hrditatis, non eſt neceſſarius præcedens iuſ-
ſus domini, ſed eius ſufficit ratihabitio. Ad idem C. qui admit.
l. j. Quæ autem ſit ratio diuerſitatis inter aditionem hereditatis
& agnitionem & reſtitutionem, tractauit glo. in d. l. j. C. qui ad-
mit. & Bar. hic. & in d. l. qui in aliena. & dic vt poſt eum plene di
8 xi. No. ex eo. ꝙ † licèt aliàs filius vel ſeruus acquirat patri vel do
mino inuito, vt l. etiam inuitis. de acqui. rer. dom. & l. ſeruos ve
tante. j. de verb. oblig. tamen illud eſt verum, quādo acquiſitio
affert merum lucrum ſeu cōmodum. Secus quando habet mi-
ſturam oneris, vt eſt acquiſitio corporis hereditatis, quæ in ſe di
citur habere titulum oneroſum, quoniam illa non poteſt fieri
per eos inuito dño, vt hic & d. l. q in aliena. Et hoc pōderandū
ad declarationem d. l. ſeruus vetante. quæ etiam debet intelligi
in eo qđ ſeruus vel filius iuſtè quærit, qm̄ violenter per eos per-
ceptū dño ſeu patri inuitis quæri non poteſt. j. de acqui. poſ. l. qđ
ſeruus. vbi eſt caſus. No. ibi, nec in ea re cōſenſus ſerui opus eſt.
9 † ꝙ licèt in acquiſitione fienda dño per ſeruum heredem inſtitu
tum directo de ipſa hæreditate ſit neceſſarius cōſenſus ſerui, vt
l. cum proponas. ad fi. C. de here. inſti. ſufficiat tñ eius conſenſus
coactus, vt l. j. §. prætermittere. ſ. ſi quis omiſ. cau. teſt. & l. qui in
aliena. §. fi. cum ibi no. ſ. de acqui. hære. tñ in acquiſitione hære
ditatis fienda per ſeruum hæredem obliquum dño, quia fidei-
cōmiſſi iure, non eſt neceſſarius ipſius ſerui conſenſus, quod eſt
notandum. No. vlti. gl. in ver. ſui. ad duo. Primo ibi, idem in le-
10 gato &c. † ꝙ licèt acquiſitio fideicōmiſſi ſeu hereditatis directę
per ſeruum non poſſit fieri dño niſi ſcienti, vt hic cum concor.
allegatis. nihilominus acquiſitio legati dño ignoranti per ſeruū
fieri poterit. quod eſt ſumme notādum in monacho, vt pariter
legatū quærat inſcio monaſterio. & hoc intellige in legato rei
vel q̄titatis particularis, cum illud merum lucrum contineat in
ſe. Secus in legato vniuerſitatis bonorum, puta hrditatis ſeu cer
ti corporis vſus, vt menſę, qm̄ tunc illud in ſe contineat onera, vt
l. cum filius. & l. cum pr. §. menſæ. & l. ſi quis ſeruum. §. fi. cum
l. ſeq. ſ. de leg. 2. & l. multum intereſt. ſ. de vſufru. leg. Et ꝯñr ea-
dem ſit ratio in eo legato tunc, quæ eſt in fideicōmiſſo ſeu hære
ditate. Non puto deciſionem gl. decidere pp dictam rationis di
uerſitatem, quæ vt dixi, eſt de vno caſu ad reliquum. No. ſecun
do ibi, item dicit ſi ſeruus appellat, ſm do. Franciſ. Tigri. de Piſis
11 ad arg. † ꝙ ſi filiusfamilias vel monachus fuerit in iudicio ſine
conſenſu patris vel monaſterij & abbatis, & appellauerit ab ali-
quo actu facto contra abbatem vel patrē, ꝙ talis appellatio per
eos rata haberi non poteſt, quemadmodum nec vult gl. hic ha-
beri ibi, per dñm ratam appellationē interpoſitam per ſeruū.
Sed licèt q̄tum ad monachum poſſit fieri, & facta hæc argumē
tatio procedere per no. per Monac. extra de priuil. c. cum olim.
tñ q̄tum ad filium non eſt bona argumētatio, quia ſeruus non
pōt ſtare in iudicio nec pro ſe nec pro alio, vt C. de iud. l. ſeruus.
cum ſim. adeo vt nec pro ſe ipſe appellare poſſit a ſnīa contra ſe
lata in cauſa capitali, niſi in ſubſidium, vt dicit text. j. de appella.
l. ſerui. Filius autem pro ſe bene ſtare poteſt cum patris conſen-
ſu, vt l. cum non ſolum. § neceſſitas. C. de bo. quæ lib. Itē & pro
alio ſine conſenſu patris, vt l. filiusfamilias. §. ipſe quoque. ſ. de
procura. vbi hoc firmant Legiſtæ. quod tamen hodie eſt claro
deciſum in c. generaliter. de procura. lib. 6. Nota poſtremo in §.
ſi teſtator. ibi, præſtita his quorum intereſt &c. cautionem Mu-
tianam pro implemento cōditionis negantem, præſtandam fo
re his, quorum intereſt. quod declarat tex. his, ad quos deducē-
da eſt hæreditas caſu, quo is, cui relictum eſt ſub conditione, ne
gatam illam non obſeruet, vt ſ. de condit. & demonſtra. l. is cui.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſi iure quota indebita quando per hæredem ſoluetur, in fidei-
commiſſarium putatiuum actiones non tranſire.*
2 *Sententiam etiam iuris vel facti errore latam validam eſſe.
Et quid ſi per ambitionem aut ſordes lata ſit.*
3 *Pupillo infante maiori hæreditas qualiter reſtitui debeat.*
4 *Mutus ac ſurdus ſi careant intellectu, licèt maiores, quibus comparentur.*
5 *Hæreditatem reſtitui procuratori in rem ſuam non poſſe.
Et hęreditate alij reſtituta, fideicommiſſarij tamen iuſſu, in quem actiones
hæreditariæ tranſlatæ eſſe cenſeantur.*
6 *Aditionem coactam vt ſpontaneam implementum conditionis inducere.
Et licèt compulſio propria quartæ priuationem inducat, non tamen hæ-
redis.*
7 *Procurator, de cuius mandato dubitatur, qualiter admitti debeat ad exi-
gendam fideicommiſſi reſtitutionem.*
8 *Procuratorem, de cuius mandato dubitatio eſt, ad hæredem adire compel-
lendo, vel cum cautione rati non admitti. Nec vbi ſubeſt maximum pe
riculum, ſe cautionis fragilitati committere cogitur quiſquam.*
9 *Actiones poſt defuncti mortem quæſitas, ex cauſaq́; quæ originem non ha-
buit in defuncti vita, & ſi res quærantur hæreditariæ occaſione, nullo fa
cto ac diligētia, non ex ſimplici reſtitutione in fideicōmiſſarium trāſire.*
10 *Priuilegium hæredis in fideicommiſſarium reſtitutione facta non tranſire.
Et hæres rei hæreditariæ cauſa vbi conueniendus ſit.*

§. Cum prætor. Snīæ licèt iniuſtę pp eius authori-
tatem parendum eſt, & pupillo cū
authoritate tutoris, aliàs ſoli tutori, ſi pupillus eſt infans, poteſt
reſtitui hæreditas. Et mutus non intelligēs infanti æquiparatur.
Et q ad mādatum fideicōmiſſarij alteri res ſingulares reſtituit,
reſtituiſſe hæreditatem fideicōmiſſario vr̄. Et aditio coacta im-
plet cōditionem, & hæres reſtituere cogit̄ ad petitionem eius,
de cuius mandato dubitat̄, non aūt adire. Et actiones, quæ non
fuerūt in bonis tempore mortis defuncti ex reſtitutione autho-
ritate ſenatuſcōſulti, non tranſeunt in fideicōmiſſariū. Et exem
plo hæredis ius perſonæ cohærēs in fideicōmiſſarium non tran
ſit, qui quidem conueniendus eſt, vbi habet domicilium, vel
vbi eſt maior pars hæreditatis. h. d. vſq; ad l. ſi poſtulante. No. in
1 §. ſi prætor. ꝙ † licèt qñ iure fideicōmiſſi ſoluitur per hæredem
quota indebita, non tranſeunt in putatiuum fideicōmiſſarium
actiones hæreditariæ, vt l. patronus ex debita. & l. facta. §. ſi quis
maiorem, ſ. eo. nihilominus hoc fallit, niſi fideicōmiſſum inde-
bitum ſolutum ſit authoritate rei iudicatæ, qm̄ tunc ex eo con-
iūcta authoritate ſnīę tranſeunt in fideicōmiſſarium actiones,
vt hic eſt caſus. Quæ intellige in præiudicium hæredis, non aūt
tertij, hoc eſt illius, qui veniens ab inteſtato argueret teſtm̄, ex
quo facta eſt reſtitutio de hæreditate, vt ſ. e. l. ſi patroni. §. actio
2 nes. No. ſcđo ex eo. † ꝙ ſnīa lata errore iuris vel facti, valida eſt,
& igitur effectum ſortitur, quod intellige, niſi error iuris in ſnīa
ſit expreſſus, qm̄ tūc ſnīa eſſet ipſo iure nulla, vt l. 2. C. qñ prouo.
non eſt neceſ. & l. j §. item cum ꝯ ſacras. j. quæ ſen. ſine appel. re-
ſcin. & c. j. & c. inter nos. extra de re iudi. No. tertio ſnīam latam
per ambitionem non cenſeri inualidam, imo ſortitur iuris effe-
ctū. quod intellige, niſi interuenerit corruptela per pecuniam,
qm̄ tunc ipſo iure eſt nulla. C. qñ prouo. nō eſt neceſ. l. venales.
2. q. 6. venales. & c. cum ab omni. extra de vi. & hone. cle. Quid
aūt in ſnīa arbitri, an illa interueniente corruptela pecunię, nul
la ſit? Caſus vr̄ ꝙ non ſit nulla, per l. 3. C. de arb. & ibi plene dixi.
Et adde caſum ſpecialem, in quo ſnīa lata ex mera gratia, nulla
eſt ipſo iure, vt l. fi. C. ſi ex fal. alleg. No. vlti. gl. in hoc §. in ver. au
thoritatem. ibi, dari reſtitutionem &c. ꝙ aduerſus ſnīam a iudi-
ce prolatam per errorē iuris in ſnīa non expreſſam, aut per gra-
tiam ſeu dolum eiuſdem tm̄, hoc eſt etiam non interueniente
dolo aliquo partis, poteſt peti in integrum reſtitutio, vt in hoc
dicto Bal. no. in plurimis locis iſtam glo. pro ſing. & maxime in
l. j. C. qūo & qñ iu. qui dicit, ꝙ eandem firmat Guiliel. de Cu. in
l. fi. ſ. de iuſti. & iu. Tu aduerte, quia debuit allegare l. pen. eiuſ-
dem tit. vbi hoc ponit Guil. Item idem Guil. eandem glo. tenet
ſolam in duobus caſibus. Primo, quādo per ambitionem, id eſt
gratia amicitiæ, quam iudex habebat cum vna ex partibus. Vel
ſecundo, quando per inimicitiam, hoc eſt gratia inimicitię, quā
iudex cum aliqua ex partibus habebat, motus fuit ad ſentētiam
ferendam, quo caſu vult ipſe competere in integrum reſtitutio
nem aduerſus illam. Et hoc ne dolus iudicis, cui cauſam dedit
amicitia vel inimicitia partis, illi lucroſus ſit, parti vero, contra
quam lata eſt damnoſus. Tertio vero caſu, quando iuris errore
ductus iniquam ſententiam profert, nulla interueniente ambi
tione, tenet contra eam, volens ꝙ ſi pars non appellat, imputet
ſibi, adeo ꝙ nec competat in integrum reſtitutio attēto ꝙ in ca-
ſu nihil interuenit occaſione partium, quod iudicem mouit ad
iniquam ſententiam proferēdam, ſed ſola eius inimicitia. Bart.
vero hic, & vbiq; dixit non faciēdo mētionem de dicto Guil. ſo
lam ambitionē non fore cauſam reſtitutionis in integrum con-
cedēdæ aduerſus iniquā ſnīam, niſi vltra illā interuenerit reali-
ter

ter factum aliquod aduerſarij. Primo, quia falſas allegationes
ſeu probationes produxit, propter quas ſniã lata eſt contra præ
ſentẽ. Tunc enim concederetur in integrũ reſtitutio. vbi enim
ꝯ abſentem lata foret, tunc eſſet ipſo iure nulla, & ita eſt caſus
ſm eum in l.ſi prætor.§.Marcellus.ſ.de iu. Sed vere opi. Guili.
& Bal.eſt verior quam ego per plura firmaui in l.ſi is ad quem.
ſ.de acquit.hære. vbi ẽt plene dixi de intellectu d. §. Marcellus.
3 & l.j.C.de aduoca.diuer.iudi.Nota in §.ſi pupillo.†pupillo ma-
iori infante reſtitui debere hæreditatẽ cum auctoritate tamen
tutoris.Ad idem ſ.eo. reſtituta.§. pupillus.Pupillo autem exi-
ſtente infante reſtitui debet hæreditas tutori etiam ſoli, vt eſt
caſus in l.ſancimus.in prin.C.eo.ti.No.ſecundo in verbo, ſiue
enim. infantem adire poſſe hæreditatẽ cũ auctoritate tutoris,
& ita hunc tex.qui non ita clare reperitur alibi, allegant glo.in
l.ſi pupillus.ſ.de acqui.hære.&l.potuit.C. de iure deliber.licèt
ẽt decíſum ſit ſolum tutorem infantis pro eo adire poſſe, vt eſt
caſus in l.ſi infanti.§.parente vero nõ ſubſiſtẽte.C. de iure deli.
& hæc eſt veritas,quicquid tetigerit glo.in l.ſed nec ipſi. ſ.eo.li-
cet recte intellecta videatur hoc voluiſſe.Nota vltimo ibi,nam
& ſi auditus.& ibi,quo exemplo,& mutus qui nihil.textum ſin
gularem,qui non eſt alibi ſecundum Bar.qui de eo in plurimis
locis gaudet,maxime in l.mutum.ſ.de acqui. hære.l.2.j.de bo.
4 poſ.furioſo.& infan.compe. mutum † aut ſurdũ licèt maiores,
ſi tamen intellectu careãt,æquiparari infanti,& regi debere per
curatorem in omnibus,ſicut infans per tutorẽ,ſin autem intelle
ctu non careant,& ſint maiores, poſſunt omnia per ſeipſos age-
re & ſine curatore,ac ſi defectum illum non paterentur. Et ſem
per hunc tex.notabiliſſimum tene menti. licèt idem Bart.in l.j.
in prin.j.de ver.obli.ſibiipſi in hac materia contradicens volue-
rit tales in eo effectu exiſtentes,etiam ſi intellectu non careant,
æquiparari pupillis,& regi debere per curatores.ſicut ipſi pupil
li per tutores.Et de hoc ſm eos ibi eſt tex.in l.Fulcinius.§.adeo.
ver.iſta autem.j.ex quib.cau.in poſſeſ.ea.iuncto tex.Inſti.de cu.
poſt prin.Nec tamen ſua ſecunda opinio eſt falſa,& prima ſ.re
lata eſt verior,vt plenius examinaui in d.l.mutum. Nota in §.ſi
5 ſingulæ.hæreditatem † reſtitui poſſe alteri iuſſu fideicõmiſſarij.
quod intellige procuratori ſimplici,non autem in rem ſuam,vt
l.ſi mulier.§.ex aſſe.ſ.de iu.dot. & plene dixi in l. apud Iulianũ.
§.vtrum.ſ.eo.No.ſecundo ex reſtitutione alteri facta iuſſu fidei
cõmiſſarij in ipſum fideicõmiſſarium tranſlatas intelligi actio-
nes.Ad idem ſ.e.l.reſtituta.ver.ſed ſi voluntate. No.in l.qui ita.
6 aditionem † coactam inducere implementum cõditionis ſicut
voluntariam. No.ſecundo ex eo.ꝙ licèt compulſio propria in-
ducat priuationem detractionis quartæ Trebellianicæ in hære-
de,vt l.quia poterat.cum ſi.ſ.eo.nihilominus compulſio hære-
dis non.& ad hoc iſte tex.ſemper allegatur.No.in §.etiã abſen-
7 tis † procuratorẽ,de cuius mandato dubitatur,cum cautione ra-
ti admitti debere ad exigẽdum reſtitutionem fideicommiſſi ab
hærede voluntarie adeunte. Vnde videtur hic caſus illius dubi-
tabilis quæſtionis,quã hic anno præterito diſputaui, ſcilicet an
procurator admittatur cum cautione rati ad exigendum debi-
tores eum conſtituentes.Hic eſt caſus ꝙ ſic,licèt glo. contradi-
xerit in l.non ſolum.§.qui alieno.ſ.de procu.ꝯ ꝙ Cy.in l.j.C.de
procur.allegauit hunc tex.nec aliter ſoluit.& eundem ſequitur
Bar.dictam gl.reprehendens in l.ſi ſine.§.cum aũt.j.rem rat.ha
be.Ego tñ ad iſtum text.rñdebam,ꝙ gl.loquitur, an procurator
poſſit exigere à debitorib. veras ſolutiones,& tñ cõmodum af
ferentes,hic aũt loquitur, an exigere poſſit reſtitutionem fidei-
cõmiſſi,quę non eſt ſolutio mera nec cõmodum ſolũ afferens,
vt patet,quia transfert onera hæreditaria.eſt tex. in l.non enim
ſolutio eſt hæreditatis reſtitutio.ſ.eo.& ſm hoc tex.iſte nihil fa
8 cit.No.ex eo.† procuratorem,de cuius mandato dubitatur, nõ
admitti cum cautione rati ad compellendum hæredem adire.
Ad idem ſ.eo.l.apud Iulianum.§.vtrum.cum ibi dictis. No.ter
tio,ꝙ vbi agitur de maximo præiudicio,non cogitur quis ſe cõ
mittere fragilitati cautionis.Ad idẽ ſ.eo.l.nãq;.§.non oĩs.extra
9 vt lite non conteſt.c accedẽs.No.in §.ſi damnum. † ꝙ actiones
quæſitæ poſt mortẽ defuncti ex cã,quæ nõ habuit originẽ in vi
ta defuncti,licet quęrant̃ occaſione rei hrditarię & ſine facto &
diligẽtia, non tñ ex ſimplici reſtitutione transferunt̃ in fideicõ-
miſſariũ. vnde hũc tex.ſumme no. ad ampliationẽ l.ſi hrs pecu
niã.j.e. vulẽtis ex ſimplici reſtitutione nõ tranſire in fideicõmiſ
ſariũ actiones quæſitas per hrdẽ poſt mortẽ defuncti ex ſua dili
gẽtia,quia idẽ & ſi ſine diligentia eiuſdẽ, vt hic eſt caſus ſingula
10 ris.No.in §.ſi legatus. priuilegiũ † perſonale hrdis nõ trãſire in fi
deicõmiſſariũ poſt factã reſtitutionẽ.Ad idẽ ſ.de iudi.l.ſed ſi re
ſtituatur.in prin.Nota in §.an vbi. quòd vbi conueniri poterat
defunctus vel hæres, non transfert̃ in fideicommiſſarium, niſi
reſpectu illius fori.quem quis ſortiebatur ex eis reſpectu maio-
ris partis hæreditatis in aliquo loco conſiſtentis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis reſtitutio in fideicommiſſarium, ut transfert actiones hæredi*
tarias, ita & aduerſus eundem, quo caſu per eum ſtat, quominus adit
hæreditas ſibi reſtituatur, ut hæreditatem ſuſcipiat.
2 *Fideicommiſſarium aditam ſua compulſione hæreditatem ſuſcipere recu-*
ſantem, iudex ſuſcipere compellit. Et quid ſi rurſus recuſet.
3 *Hæredis fraude circa recuſationẽ aditionis uel repudiationis in præiudi-*
cium ſuorum creditorum fideicommiſſario nihil præiudicari. Et compul
ſionis ius in quorum gratiam inductum ſit.
4 *Hæres quòd compulſionis cauſa perdit, ad quem transferatur? Et quid ſi hę-*
res teſtatori de reſtituendo incapaci fidem accommodauerit.
5 *Fidem accommodatam eſſe, qualiter intelligendum ſit, remiſſiue.*
6 *Legata ſimulque fideicõmiſſa particularia ab eo facta, cuius hæreditas ſol-*
uendo non eſt, euaneſcere.
7 *Errorẽ facti non præſumi, niſi ſpecialiter probetur. Et an iuris error quar*
tæ non detractæ petitionem inducat.
8 *Actio, num ex procuratoris ſtipulatione actuque domino directo quæratur.*

LEX LXXI.

SI poſtulante. Si fideicommiſſarius cõpu
lit hæredem adire, põt con
ueniri a creditoribus hæreditariis, etiam ante reſti-
tutionem hæreditatis, ſi recuſat fideicommiſſum re
cipere, perinde ac ſi recepiſſet, ſed non a creditoribus, etiam ſi
hæres in eorum fraudem repudiaſſet, vel adire recuſaſſet, etiam
ſi hæres ipſe eſſet teſtatoris filius. Et id, quod hæres perdit per
coactionem, applicatur fiſco, ſi fideicõmiſſarius illud capere nõ
poteſt. Et fideicommiſſum vniuerſale valet, licèt hæreditas nõ
ſit ſoluendo, ſecus in legato vel fideicommiſſo particulari. Et
qui reſtituit hæreditatem non detracta quarta; non præſumi-
tur per errorem facti hoc feciſſe, ſed potius ex certa ſciẽtia, vel
errore iuris. & ideo non poteſt repetere. hoc dicit vſque ad l.de
1 euictione. Nota in hac l.ſi poſtulante. ꝙ † quemadmodum ad-
uerſus fideicommiſſarium adire cõpellentem poſt reſtitutionẽ
ſibi realiter factam, competunt actiones hæreditariæ, vt l.ita ta
men.§.qui ex Trebelliano.ſ.eo.cum ſimi.ita & competunt cõ-
tra eundem eo caſu, quo per eum ſtat, quominus ſibi reſtitutio
fiat: puta, quia recuſat hæreditatem ſuſcipere eo caſu, quo hæ-
res compulſus re paratus eſt reſtituere. Vnde quemadmodũ re
ſtitutio fideicõmiſſi transfert aduerſus fideicommiſſariũ actio-
nes, ita & voluntas ſeu recuſatio, quam facit de ſuſcipiendo hæ
reditatem ab hærede adire compulſo. & in hoc caſu iſte eſt no-
2 tabilis. No. ex ea. ſecundo, † ꝙ ſicut fideicõmiſſarius hæredem
recuſantem poteſt compellere adire, ita iudex hærede poſtulã-
te poteſt fideicommiſſarium compellere reſtitutionem ſuſcipe
re, & ſi pur nolit, poteſt declarare in fideicommiſſarium ita diri
gẽdas actiones, ac ſi reſtitutionem hæreditatis habuiſſet. Ad idẽ
3 ſ.eo.l.poſtulante.in princip. Nota tertio ex eo, quòd † fraus per
hæredem commiſſa in præiudicium ſuorum creditorum circa
recuſationem aditions vel repudiationem hæreditatis, in nihi-
lo præiudicat fideicommiſſario, quia propter eam fraudem cre
ditoris hæredis compulſi fideicommiſſarium in nihilum con-
uenire poterũt. No. quarto ex eo. ius compulſionis ſcriptum
fore ſolummodo fideicommiſſatijs vniuerſalibus, creditoribus
vero minime. Nota ex eo. vltimo ibi, nulla ſorte creditoris &c.
quòd licèt regulariter creditores hæredis non poſſunt petere ſe
parari hæredis bona a bonis teſtatoris, l.j.§. ex contrario.j. de ſe-
para. nihilominus iuſtiſſima cauſa ſuadente aliquando ipſa ſe
peratione, peti poterit, & hoc officio iudicis. Quæ autem iuſtiſſi
ma cauſa ſit, vide tex.in l.j.§.quæſitum. Et ad iſtam l.adde §.ſed
4 & ſi quis.eiuſdem l.No.in §.ſi donationis. † ꝙ id, quod perdit
hæres reſpectu compulſionis, applicatur fiſco, non aũt fideicõ-
miſſario, eo caſu, quo talis ſit, qui ſolidam hæreditatem capere
non poſſit. Nota ſecundo ex eodem ibi, fiduciarius hęres &c.
intelligendo hunc tex. ꝙ hæres inſtitutus non accõmodauerit
tacitam fidem de reſtituendo incapaci, licet palam fuiſſet roga
tus reſtituere, per fiſcum vt indignus hæreditate priuari, vt l.nõ
intelligitur, in princ.j. de iure fiſci. nihilominus hoc eſt verum,
niſi hæres ipſe reſtituerit hæreditatẽ fideicõmiſſario, ex eo, quia
poſt grauamen de reſtituendo incapaci palam facto ẽt accom-
modauit teſtatori tacite fidem de reſtituendo. Et ſm hunc intel
lectum iſte tex. habet caſum ſibi ſimilẽ in d.l.non intelligitur.§.
ſi quis palam. Sed ex eo. ſecundo no. ſm intellectũ Bald. ꝙ licet
hæres grauatus de reſtituendo incapaci palam abſque accõmo
datione alterius occultè non poſſit priuari per fiſcũ ipſa hęredi
tate, vt d.l.non intelligitur.in prin. nihilominus hoc eſt verum,
vbi hæres ipſe rogatus ſibi hæreditatem retinet, ſed vbi ipſe in-
capaci illam reſtituit, ſm teſtatoris voluntatem, illa tunc bene
priuatur, adeo vt fiſco applicetur. Quod ergo dr̃, ꝙ grauatus de
reſtituẽdo palã incapaci, nõ priuat̃ hrditate, locũ hẽt, vbi graua
mẽ de reſtituẽdo manet ĩ finib' verbi, ſecus aũt vbi ꝑducit̃ reſtõ
ad actũ facti, qa tũc inducit̃ priuatio, & fiſco applicat̃. Ita eſt hic
caſus vnicus & ſingularis, quẽ ad hoc recte intelligẽti põderare

voluit

fiat aliud prælegatum, ademptum hoc ſecũdum intelligatur ſi
adimatᷣ,ſeu reuocetur primum, cuius cõtemplatione factũ eſt.
An aũt ſi legatum vni cum adiectione certi oneris trãſferatur
in alium ſimpliciter, intelligatᷣ tranſlatum cum adiectione one
ris eiuſdem. dic vt l.Caio.in prin. ſ.de ali.leg.& l.ſi tibi certam.
ſ.de adi.leg.& l.legatum ſub conditione.de condi.& demonſt.
& ſ.de adi leg.l.legatum ſub cõditione.Quid autem ſit in hęre
ditate tranſlata?dic vt ſ.de hære.inſti.l.ſub cõditione.ſ.de leg.j.
l.licet Imperator.ſ.de leg.2.l.ſi Titio & Męuio.§.Iulianus.C.ad
Trebel.l.non iuſtam.& quod not.ſ.de condi & demon.l.quæ
6 conditio.in prin.No.ex eo.ꝙ licèt †grauamen iniunctum inſti
tuto cenſeatur repetitum in ſubſtituto,vt d.l.licet Imperator.&
l.ſi Titio.& d.l.non iuſtam.C.eo.tñ non ꝯ. Vnde ſi teſtator cre-
dens inſtitutionem debere eſſe inutilẽ,puta quia inſtitutus fuit
deportatus, vt in caſu noſtro iniunxit onus ſubſtituto vulgari,
ad quem putauit hęreditatẽ peruenire,ſi contingat inſtitutum
reſtitui,& ſic recuperet ius adeundi, redit hæreditas ad eum ſi-
ne onere illo iniuncto ſubſtituto ſeu cohæredi, ad quem ſimili
ter putabat partem cohæredis peruenturam. Caſus eſt hic val-
de ſing.ibi, rñdi Sempronium quidem non proponi rogatum;
& neſcio eum alibi. Et mirandum eſt, ꝙ nullus ex legẽtibus ad
hoc aduertent. Vnde no. eum ad materiã d.l. licet Imperator.
7 & d.l.non iuſtam.No.in § mulier.ꝙ † grauatus ſimpliciter reſti
tuere hæreditatẽ ei,a quo illam accepit,intelligitᷣ grauatus reſti
tuere poſt mortẽ ſuam, ſed difficile ꝯrium eſt ad iſtum tex.d.l.
vxorem.§.hęredes.de leg.2.vbi ſi fideicõmiſſarius primus roge
tur alteri reſtituere ſimpliciter,ab eo fideicõmiſſum ſtatim exi-
gi poteſt,adeo ꝙ nõ videatur grauatus reſtituere poſt mortem.
Et certe non video poſſe dari aliam ſolutionẽ, niſi quod hic lo-
quatur qñ grauatus reſtituere ei a quo accepit, vt tunc intelliga
tur grauatus poſt mortem, ibi qñ grauatus reſtituere alteri; &
tunc intelligebatur reſtituere ſtatim.Et ita ſit ibi caſus not. Sed
ratio diuerſitatis horum caſuum pro nunc non occurrit, & mi-
randum ꝙ gl.nec legentes hanc opi. hic aduertunt. Quid aũt ſi
pater rogatur reſtituere ſimpliciter filio in poteſtate, an intelli-
gatᷣ grauatus reſtituere ſtatim, vel poſtq̃ filius fuerit ſui iuris,vel
poſt eius patris mortem?Dic vt ſ.eo. vbi pure.& de leg.3.l.fidei
cõmiſſa.§.ſi filio.Item adde l.filiam. ſ.de au. &arg.leg. vbi ma-
ter grauat patrem hæredem de reſtituendo res quaſdam filiæ
cõi, intelligitur grauaſſe de reſtituendo ſibi in tempus, in quo
filia fuerit ſui iuris.Ita dicit ibi ſingulariter tex.No.in l.Sceuola.
8 ꝙ † licèt verba directa,quę aliqñ poſſunt valere iure directo,nõ
obliquẽtur, vt l.verbis ciuilibus. j.de vulg.& pup. nihilominus
directa,quæ nunq̃ iure directo valere potuerint, puta quia adie
cta in codicillis, quibus hæreditas dari non poteſt directo, obli-
quantur. Et licèt Iac. de Are.dixerit iſtud ibi non probari ex eo,
quia in codicillis non fuit verbum directum mere, ſed verbum
ſubſtituo,quod eſt cõe, vt l.iam hoc iure.de vul. & pup.nihilo-
minus iſtud probatᷣ in l.ex facto.in prin.ſ.eo.& l.filiusfamilias.
§.vt quis hæredem.de leg.j.No.ꝙ pupillaris directa facta in co-
dicillis trahitur ad fideicõmiſſum, & eodem modo etiam trahi
tur vulgaris, vt eſt caſus in l.cum quis decedẽs.§.Seia. de leg.3.
9 No. regulam † cõem, in codicillis hæreditatem neq; dari,neq;
adimi poſſe directo. Ad idem C.de codi.l.hæreditatẽ. C.de his
quib.vt indig.l.hæreditas.Quæ autem ſit ratio prohibitiua? dic
vnã, vt ponit tex.no.Inſti. de codi.§.codicillis. aliã tex.in l.quod
per manus.ſ.de iu.codi.Fallit tñ hoc in milite, vt l.militis.de co
di. Quid aũt in patre, an inter filios hæreditatem poſſit dare in
codicillis?quæſtio eſt dubia,& dic de ea, vt no.Bar.in d.l.militis.
& Bal. in l.filij patris.C.famil.erciſ.an autẽ inſtitutio facta in re
certa in teſtõ poſſit adimi in codicillis, & an inſtitutio in re cer-
ta in codicillis fieri poſſit, & an cum teſtator reliquit rẽ certam
in teſtõ, poſſit in codicillis declarare ſe reliquiſſe iure inſtitutio-
nis?dic de iſto, vt no.Bal.in l.oĩmodo.C.de inoffi.teſta. & auth.
ex cauſa.C.de lib.præte.De ſcdo & tertio idem do.Bal. ponit in
l.non codicillum. C.de teſta. Et ad primam quæſtionem adde
quod ponunt Bar.& Ang.ſ.de iniuſ. teſta.l.2. An autẽ ad pias
cauſas in codicillis hæreditas directo dari poſſit?dic vt dixi in au
then.ſimiliter. No.vlt.in ver.ꝙ ſi inuicẽ.ſm vnum intellectum
& planiorem,licèt ſm iſtum nõ ſummauerim,ꝙ ſicut ſubſtitu-
10 tio†pupillaris facta in codicillis vertitur in fideicõmiſſariam,vt
in prin.l.ita & ſubſtitutio reciproca facta in eiſdem, in recipro-
cam fideicõmiſ.conuertitᷣ.No.ſm alium, licèt non ita clarum,ꝙ
licèt in ſubſtitutione fideicõmiſſaria non veniat id, quod fidei-
cõmiſſo grauatus ab alio iure fideicommiſſi percepit, vt l.ſi Ti-
tius.ſ.de leg.3. & plene dixi in l. Marcellus.§. quidam liberis.ſ.
eo. nihilominus in ſubſtitutione pupillari facta ſimpliciter pu-
pillo in codicillis, quæ conuertitᷣ in fideicõmiſſariam, venit illa
portio quã pupillus a cohęrede percepit iure fideicommiſſi.qđ
tñ hic non vr̃ vſquequaq; clare ꝓbari. & ideo dic, vt in d.§.qui-
dam liberis.& l.ita tñ.§. qui ſuſpectam.ſ.eo.Nota poſtremo in
11 prin.l.ꝙ† licèt tacita ſubſtitutio, quæ venit ex iuris ſubauditio-

ne,ſeu interpretatione,non admittatur ꝯ matrem,qñ ipſa eſt in
medio, vt l.precibus.C.de impu.& l.fi.C.de inſtitu.& ſubſtit.tñ
hoc eſt verum,qñ ſubſtitutio facta a teſtatore valere põt aliquo
alio caſu,aliàs ſi oĩno eſſet inutilis,tunc admittitᷣ ꝯ eam illa,quæ
etiã venit ex interpretatione iuris, vt hic illa,quæ eſt directa pu-
pillaris.Et quæ quia facta in codicillis, a iure interpretãtur fidei
cõmiſſaria, admittitur ꝯ fratrem, vnde pari ratione ꝯ matrem.
Et ad intellectum huius legis vide Io.And.in addi.Spec.in titu.
de inſtru.edi.§.compendioſe.in addi.quę incip.ad intellectum
huius ver.& Bar.in l.frater.C.de fideicom.& Dy. & eundem in
l.ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. cum l.ſeq. de lega.j. De
cuius etiam intellectu vide do.Bal.in l.ex tribus. C.de inoffi.te-
ſta. & l.j.de vulga. & pupil.

SVMMARIVM.

1 *Grauamini filijs iniuncto in vltima voluntate adiectum, in quibus filijs verificetur.*
2 *Debiti appellatio quid complectatur. Et verba ita intelligenda, vt teſtantis diſpoſitio non reddatur inutilis.*
3 *Teſtator num grauare aliquos de bonis cõmunicandis poſſit. Et quid ſi grauamen iniunctum eſt, vt plures ſimul commorentur.*
4 *Executor nuduſq; miniſter ea exequi non habens, quæ ad pias cauſas relicta ſunt, actionem aduerſus hæredem ad ea petenda non habet, quorum executionem diſtributionemq; facere debet.*
5 *Hæreditatis portio ſeruo iure inſtitutionis d. recte relicta, num in fideicommiſſum conuertatur, ſi eidem libertas per fideicommiſſum relicta ſit.*
6 *Relictum monacho aut religioſo, vt actu acquirendi incapaci, cum clauſula, ꝙ ei quæſtio de eo non fiat ab eo cui ſubeſt, an efficax eſſe poſſit.*
7 *Succedendi ius per ſubſtitutum ad hæredem non tranſmitti. Et accreſcendi ius ad hæredes quatenus tranſmitti exiſtimetur.*
8 *Fratris appellationem ſororem continere. Et portiones in inſtitutione adiectas, in ſubſtitutione repetitas cenſeri.*

§. Titius. Verba iſta, ſi deceſſerit ſine liberis, debent in-
telligi de his, quos grauatus habere poteſt, &
poſſunt aliqui grauari ad inuicẽ de bonis cõicandis. Et nudi exe
cutores teſtõrum in his,quæ non ſunt ad pias cauſas, ꝯ hæredes
actiones non habent. Et portio, in qua inſtitutus eſt ſeruus per
fideicõmiſſum manumiſſus,ei debetur iure directo,non per fi-
deicõmiſſum. Et portio deficiens accreſcit pro portionibus hæ
reditarijs, pro quib.eſt facta ſubſtitutio. Et fideicom.factum fra
trib.ſub noĩe appellatiuo, & iiſdem portionib. hæreditarijs de-
1 betur.h.d.vſq; ad §.Titia.l.Lucius.No.in hoc §.ꝙ† licèt liberis
ſeu filijs adiectum in vltima voluntate verificetur in filiis legiti
mis & naturalibus,quando adijcitur grauamini fideicõmiſſi,ſi
perſona teſtatoris eſt talis qualitatis,quod non præſumatur de
illegitimis filijs cogitare, vt ſ.eo l.ex facto. §.ſi quis rogatus.C.
de inſtit.& ſubſtit.l.generaliter.§.cum autem.nihilominus hoc
fallit,niſi is,cui adijcitur grauamen fideicommiſſi ſub conditio
ne.ſi deceſſerit ſine filijs, nõ poſſit alios filios quàm illegitimos
habere.Quoniam verba illa vltimæ voluntatis etiam in illegiti
mis verificatur, vt hic eſt caſus notabilis.Idem dicimus in ſimi-
2 li, quod licèt debiti † appellatione non veniat debitum natura-
le tantum, vt l.ſi is cui.§.Flauius.j.de ſolu.nihilominus vbi ver-
bum debiti ad aliud referri non poteſt,etiam includit naturale,
vt l.quibus diebus.§.dominus.de condi.& demon.Sicut etiam
dicimus, quòd licèt verbum, filijs,ſeu liberis, adiectum in vlti-
ma voluntate non verificetur in filijs adoptiuis, vt l. ſi ita quis.
de lega.2. & l.fideicommiſſum. de condi.& demon.nihilomi-
nus vbi ratione qualitatis perſonæ verbum illud, impoſſibile
eſt quod comprehendat naturaliter creatos, puta quia forte ex
aliquo vitio,ſeu defectu non poterat generare, extenditur tunc
etiam ad ipſos adoptiuos.Caſus eſt ſingula.iuncta gloſ. i.ibi, vel
poſthumos.in princ.de liberis & poſthu.quem ibi ſumme no.
Bart.Verba enim teſtamenti ita intelligenda ſunt, vt diſpoſitio
teſtatoris non reddatur inutilis.ſ.de lega.2.l.Lucius cum teſta-
3 mento.§.Lucius.qui eſt primus.Nota in l.Lucius.quòd † teſta-
tor in vltima voluntate grauare poteſt aliquos de bonis omni-
bus adinuicem cõicandis, ſicut & grauare poteſt & de ſocieta-
te adinuicem facienda, vt ſ.de condi. inſtit.l.ſi qui ita ſint inſti-
tuti. Quid autem ſi teſtator in vltima voluntate iubeat aliquos
morari cõiter, an tunc illorum verborum ſit ſenſus, vt debeant
bona communicare, an vero vt ſolum debeãt victum commu-
niter facere? Quæſtio eſt nunc formaliter in facto pro qua vide
quod plene ponit Bart. in l. Quintus.de annuis lega. & plenius
& notabilius in ſuo quodam conſilio quod incipit, Victorienſis
quidam. Item quid ſi dicat, volo inter vos communiter diuidi,
quid tunc illa verba ſignificent? vide quod idem not. in l.cum
pater.§.dulciſſimis.de legatis 2.Item quid ſignificent verba, vo-
lo quòd ex tali re partẽ tibi capias, ſi illum in quem ita dirigit,
& per ſe hæredem, cum alio inſtitutum ſocium habebat in re
illa?vide caſum ſing.in l.vxorem.ſ.de lega.3.in princi. Nota ex
eodem ſecundo, ꝙ verba, per quæ teſtator mandat patrimonij
communicationem,inducunt grauamen fideicommiſſi.quod
eſt

4 eſt notabile. No.in §.Mçuia. & ita ſemper allegatur,ꝙ † execu-
tor ſeu nudus miniſter exequi non habens ea, quæ ſunt ad pias
cauſas relicta,non habet actionem contra hæredem ad ea petē
da, quorum executionem ſeu diſtributionem facere debet. Et
huius eſt ratio,quia nudus miniſter nullum commodum ſenti
re videtur.ſ.de adimen.leg.l.filio.§.mater.de leg.2.l. ſi quis Ti-
tio.& l.Lucio.§.a te peto.Fallit tamē hoc,ſi ſit miniſter,ſeu exe
cutor ad pias cauſas, vel ad alimēta pręſtanda deputatus.Quo-
niam vtroq; caſu cōtra hæredem habet actionem, vt pur patet
C.de epiſ.& cle.l.nulli. Secundum ſ.de ali.& cib.leg.l.alio.Exe-
cutor autem miſtus actionem habet bene contra hæredem, vt
ſ.de leg.3.l.ſi legatarius.in prin.Et de paſſu iſto dic vt plene per
glo.& Bar.in d.l.ſi quis Titio.& Guil.de Cun.& alios in d.l.nul-
li.& l.ſi quis ad declinandam.& l.id quod pauperibus. eo.tit.&
per Spec.in tit.de inſtru.edi.§.nunc vero aliqua.An autem con
tra nudum miniſtrum,ſeu merum executorem legatarijs,ſeu fi
deicōmiſſarijs actio detur?tex.habes vbi no. plene in l.Firmio.
j.quan.dies leg.ced. Item an hæres ſoluens mero executori con
ſequatur liberationem?ponit plene Io.And.in tit.de inſtru.edi.
§.nunc vero aliqua.in addi.quę inci.Hic congruit quęſtio,an ip
ſe hæres ſoluens executori. Et an ipſe executor cum ſatiſdatio-
nē recipit,debeat ſatiſdare hæredi? tex.eſt in l.liberto. §.largius.
ſ.de annuis legatis. & ſ. ſi cui plusquàm per legem Falcidiam.
5 l.diuus.& in his plene not. Nota,in §.tres hæredes. quòd † por-
tio hæreditatis relicta ſeruo iure inſtitutionis directæ, non con
uertitur in fideicommiſſum,licèt ſibi libertas per fideicommiſ
ſum relicta ſit. Nota ſecūdo,quòd grauatus de reſtituendo per
verbum vniuerſale,quicquid, intelligitur grauatus eſſe de reſti-
tuendo id hæreditatis, quod ad eum etiam iure fideicommiſſi
peruenit.de quo dic vt dixi ſ.eo.l.Marcellus.§.quidam liberis.
No.in eo.vlti.gl.in ver.de omni.ad quęſtionem illam,ad quam
6 ſemper allegat,quid † ſi relinquam monacho, aut religioſo ac-
quiſitionis de per ſe non capaci,clauſula appoſita, ꝙ abbas non
faciat ei quæſtionem &c.Dic ꝙ huius clauſulæ appoſitio eſt cō
tra ius,vt auth.ingreſſi.de ſacroſan.eccle.& in c.cum ad mona-
ſterium.extra de ſta.regu.an tale relictum valeat,ita vt illa clau
ſula de non quęrēdo monaſterio,vel quod abbas ab eo non pe
tat,reijciatur de medio?Iſta glo.videtur ſimpliciter dicere, ꝙ ta-
le relictum valet.Sed vide ad eius diſcuſſionem quod plene po
nit Bar.in l.ſi alienam.in prin.ſ.de hære.inſtit. & pleniſſime di-
ſputauit idem paſſum iſtum, & incipit diſputatio illa, licet ra-
riſſimi habeāt.Quidam reliquit,vel donauit rem aliquam mo
nacho.& plene etiam ponit do.Bal.in l.vnica. C.de his quæ pę-
næ nomine.De verbo autem,quæſtionem,quod ponit hic glo.
cuius naturæ ſit,dic vt no.glo.C.finium regundo.l.4. & l.qui fi-
dem.ſ.de tranſac.& Bar.j.rem rat.habe.l.amplius non peti.De
verbo,moleſtet,quod ſimiliter hic ponit glo.cuius naturę ſit,&
quem habeat intellectum,tex.eſt opti. in c.j.extra de ſta. reg.&
poſuit de eodem Bar.in l.paterfamilias.ſ.de hære.inſtit.& l.vxo
rem.§.hæres.de leg.3.Bal.in auth.cui relictum.C.de indi.vidui.
in l.j.C.de vſufru.& d.l.vnica.C.de his quę pęnę nomi.& l.cum
proponas.C.de nau.fęno.& l.cum quid.ſ.ſi cer.pe.Ego vero de
his & ſimilibus plene dixi in l.cauſas vel lites.& l.ſi quis maior.
C.de tranſac.Et no.ꝙ communiter his verbis vtimur, promitto
tibi quæſtionem non facere ſeu moleſtiam.No.in §.pater pue-
7 rum. ius ſuccedendi ex inſtitutione † per ſubſtitutum ad hære-
dem non tranſmitti.Ad idem j.de ſuis & legi.l.ſi ex pluribus.de
vulga.& pupil.l.ſed ſi plures.& l.qui liberis.§.hæc verba. Fallit
tamen in caſu l.qui patri.ſ.de acqui.hære. Nota ſecundo,ꝙ ius
accreſcendi deoluitur ad hæredes non pro virili, ſed pro hære-
ditarijs portionibus.Nota in §.Mçuia.ibi, fratribus tuis. iuncto
8 verbo, ad fratrem vel ſororem &c. quòd † appellatione fratris
continetur etiam ſoror.Ad idem ſ.de pac.tres fratres.No.ſecū-
do, & ita cōmuniter allegatur, quòd portiones in inſtitutione
adiectæ in ſubſtitutione cenſentur repetitæ. de quo dic, vt ple-
ne dictum fuit in l.quoties.& l.ſeq.ſ.eo.

SVMMARIVM.

1 *Hæres res hęreditarias non reluēs,num in dolo,vel lata culpa eſſe videat*
2 *Hæres a creditoribus hæreditarijs rem hæreditariam ſuo nomine redem-*
ptam,num,ac qua ratione fideicommiſſario reſtituere teneatur.
3 *Subſtitutio fideicommiſſaria pluribus facta ſine collectiui nominis expreſ-*
ſione,qualiter facta eſſe credatur.
4 *Verba enunciatiua in modum cauſæ prolata, num perpetuo diſpoſitionem*
inducant,
5 *Accreſcēdi ius inter fideicōmiſſarios defunctos re verboq;,num intercedat.*
6 *Accreſcendi iuri inter diuerſa militis patrimonia locum non eſſe.*
7 *Fideicommiſſarius ſecum reſtituens, quatenus de hæreditate reſtituenda*
detrahat.

§.Titia. Si fundus pignoratus dolo, vel lata culpa hære-
dis per creditorem alienetur, fideicommiſſario
tenetur.Et ſi duo poſt mortem reſtituere rogātur,vno mortuo,
ſtatim fideicōmiſſi petitio pro eius parte fideicōmiſſario com-
petit. Et verba commemoratiua alicuius modi præcedentis,&
enunciatiua, reſtringuntur ad illum. Et in fideicōmiſſo vniuer-
ſali relicto ab hærede per mulierem includitur eius dos,ſicut &
reliquum patrimonium Et pacta ſunt,ab initio pro parte relin-
quere, vel ſimpliciter relictum poſt modificare. Et fideicōmiſſa
rius tenet eatenus quatenus ad eum peruenit. h.d.vſq; ad §.hæ
1 redum.No.in §.Titia.ꝙ licet hæres non dicatur eſſe in dolo vel
lata culpa, ſi non reluat res hæreditarias obligatas de fructibus
hęditarijs, quos iudicio teſtatoris ſibi lucratus eſt; vt l.deducta.
§.qui poſt.ſ.eo.nihilominus in dolo ſeu lata culpa eſſe cēſetur,
ſi non reluat de pecunia ipſa hæreditaria & reſtituēda,qm̄ ſcit,
ſeu ſcire debet ſe tanto minus fideicō.aſtricto reſtituere,vt l.ita
tn̄ §.qui ex Trebelliano.in fi.ſ.eo. No.ſcdo, & in hoc iſte caſus
2 non eſt alibi, ꝙ hæres † de reſtituendo grauatus rem hæredita-
riam,quam ab hæreditario creditore emit,etiam ſi ipſe licite di
ſtraxit,quia ſibi ſępius debitum petenti non ſoluebat,iuxta ma
teriam l.ſi cōuenerit.la j.ſ.de pig.act.tenetur reſtituere fideicō-
miſſario,dummodo ſibi precium, quod ex pecunia propria ſol
uit,refundatur ex eo,quia licet non vt hæres,ſed ipſemet priua-
tus conſideratus emerit,& de pecunia propria,nihilominus ſi fi
deliter ſe habuit,imo infideliter,ſed in culpa fuit,qm̄ non debe
bat emere nomine proprio,ſed potius luere de pecunia hæredi
taria,vt ſ.dixi. Et ad hoc tex.in ſimili C.de dolo. l.j.ſ.de diſtrac.
pig.l.cum ſeruus.§.ſi ſeruus.dicens fideiuſſorem actione de do
lo teneri ad reſtituendum debitori, pro quo fideiuſſit, rem quā
nomine proprio & de propria pecunia emit a creditore, apud
quem reſpectu eiuſdē obligationis res illa empta manebat obli
gata.Et ratio,vt ibi ponitur, eſt,quia fideiuſſor infideliter ſe ha-
buit.Potius enim impedire debuit pignoris venditionē ſoluen-
do id,ad quod debitor, pro quo fideiuſſerat, erat aſtrictus,ꝗ ip-
ſemet ipſam emere.& per eandem rationem decidit tex.valde
notab.in l.cum poſterior.ff.de diſtra.pig.ꝙ ſi poſterior creditor
emat à creditore priore rem, quam etiam ipſe obligatam habe
bat,cogitur illam reſtituere debitori,refuſo ſibi precio,qm̄ ſi re
ctam fidē ſeruare voluit,emere non debuit,ſed illa a primo cre-
ditore volente diſtrahere,reluere,& loco pignoris ſibi retinere.
Et adde caſum ſingularē in l.fi.§.quatuor.de lega.2.vbi ratione
coniunctionis impeditur quis rem vnius ex cōiunctis ſibi eme
re,quam creditor intēdit diſtrahere,quinimo & ſi emat,& pro-
prio nomine & propria pecunia,cogit illa ſibi coniuncto,cuius
erat,reſtituere.Et hoc pręcipue tene mēti ad declarationem tit.
3 de diſtract.pig.No.in §.Caio.ꝙ † ſubſtitutio fideicōmiſſaria fa
cta pluribus ſine expreſſione nominis collectiui, cenſetur cuili-
bet facta de per ſe, & in cuiuſcūq; perſona exiſtat cōditio mor-
tis,vel alia adiecta fideicōmiſſo,ſtatim ſibi locum vendicat ſub-
ſtitutio, adeo ꝙ non expectatur conditionis exiſtentia in perſo-
na alterius.Quod tn̄ tripliciter limitat Bar.Primo in l.codicillis.
ſ.de vſufru.leg.Scdo in l.quidam teſtō Proculum. ſ.de vulg.&
pup.volēs per illum tex.ꝙ regula illius locum habeat, vbi reſti-
tutio fideicōmiſſi plurib. abſq; expreſſione nominis collectiui
poſt mortem eſt mandata fieri ſimpliciter, ſecus vero ſi eſt mā-
data fieri cum adiectione eius verbi,oīa bona,ſeu hæreditatem
oēm reſtitui Seio,qm̄ tunc expectatur mors amborum,vt peta
tur reſtitutio totius,adeo ꝙ propter mortem vnius tm̄ non po-
teſt peti reſtitutio partis ſtatim.Sed attēde,ꝙ licet iſtud idem ſe-
quatur d.Bal.nihilominus hoc eſt penitus falſum. Primo, quia
non ob.d.l.quidam teſtō Proculum.Ad illam enim rn̄deo du
pliciter. Primo, quia ibi loquit̄ in ſubſtitutione vulgari, in qua
eſt diuerſa ratio a fideicōmiſſaria, vt patet ex his quæ idem Bar.
dicit in l.hæredes mei.§.cum ita.ſ.e. Scdo & melius,quia ibi in
conditionibus ſubſtitutioni aſcriptis fuit adiecta dictio, neq;,vt
patet ibi,dum dicit:Deniq; ſi neq; Flora,neq; Soſia hæredes e-
ſſent &c.quæ quidem dictio requirit concurſum & exiſtentiam
vtriuſq; conditionis,cum habeat vim copulatiuę,vt ibi no.Bar.
Et eſt caſus in l.ſi is qui.§.item ſi pater.qui eſt fi.j.de reb.dub.vn
de ille tex.nihil facit. Præterea ↄ eum allego caſum rotundum,
quem nunꝗ niſi nunc conſideraui,in l.fi.§.filium. de lega.2.ibi
enim teſtator libertis duob.legata dederat,fideiq; eorum com
miſerat,vt quicquid eis legatum eſſet,poſt mortē filijs reſtitue-
ret,& ſic inſpecto verbo,quicquid,quod eiuſdem eſt importā-
tiæ, quod verbum,oē, & tota,&c.non ſimpliciter fideicōmiſit,
& tn̄ tex. ibi vult, ꝙ morte vnius ſuperueniente poſſit portio fi-
deicōmiſſi peti,non expectato alterius obitu.Et hęc eſt veritas,
licèt pridie aliter non aduertens conſuluerim ſm̄ ſniam Bar. Ter
tio limita in §.cum ita.hoc eſſe verū, vbi ſubſtitutio fideicōmiſ-
ſaria fit extraneis,ſecus ſi ſibi cōiunctis,qm̄ tunc debet expecta-
ri mors vtriuſq;,ſeu ↄdōnem in amborū perſonā exiſtere.adeo
ꝙ licèt ſolum veniat in perſona vnius, primo nō poteſt ſtatim
peti portio.allegat l.penul.C.de impube.ſed illa nihil facit,quo-
niam loquitur in ſubſtitutione pupillari,& vbi eſt facta ſub ex-
preſſione nominis collectiui,ſcilicet vterque. Et igitur quia di-
ctum eſt verū, confirma tu per glo.ordinariam in l.ſi pater im-

puberes

puberes.ſ̄.de vulga.& pupil.vbi dicit,ꝙ ſi ſubſtitutio pupill aris
fiat filijs ſine expreſſione nominis collectiui,puta ſi in pupillari
ætate moriantur,ſubſtituo Titium,quòd Titius videtur ſubſti-
tutus vltimo morięti,& ſic eſt neceſſe expectare mortem vtriuſ
que, adeo vt per ſubſtiturum ratione mortis ſuperuenientis in
perſona vnius tantum primo nõ poteſt peti hæreditas eiuſdem
ſtatim.Et pro illa glo.eſt tex.optimus in l.qui duos.& l.pater fi-
liam.§.duobus.ſecundum vnam ex lecturis gloſ.ibi.ſ̄.ad legem
Falcidiam.Pro reliquis vide Bar.in d.§.cum ita.& Bal.in d.l.pe.
4 C.de impube.& alijs ſubſtitutio. Nota in § filium. quòd † licèt
regulariter verba enunciatiua prolata per modum cauſæ indu-
cant diſpoſitionem, vt l.pen.j̄.de collatione dotis.& l.ſi ſocer.§.
Lucius.ſ̄.de donationib.inter vir.& vxo.& no. j̄.in l.ex hac ſcri-
ptura.j̄.de dona.nihilominus hoc fallit, vbi illa commemorant
aliquid præcedens, quoniam reſtringuntur ad illum, nec aliter
diſpoſitionem inducunt, niſi ſecundum quod verba ipſius præ
cedentis patiuntur. Nota ſecundo ex eodem, quòd licèt per fi-
deicõmiſſum relictum per patrem à filia in reſtitutione facien-
da,dos filiæ grauatæ non includatur, vt l.a filia.ſ̄.eod. nihilomi-
nus relicto per filiam, vel mulierem aliam, bene includitur dos
eiuſdem. Et declarabimus hoc j̄.ea.l.§.maritus. Nota in §.quæ
5 habebat.ꝙ † inter fideicõmiſſarios diſiunctos re & verbo, vt eſt
iſto caſu,nõ cadit ius accreſcẽdi.Et ad nihil aliud poteſt allega-
ri iſte tex.licèt per do.Bal.in l.vnica.C.quando non peten.part.
in 9.q.princi.alleget ad hoc, ꝙ teſtator inter fideicommiſſarios
poteſt prohibere ius accreſcendi.quod tex. iſte nunquàm mihi
probauit, quia hic nulla prohibitio iuris accreſcendi fuit facta
per teſtatorem, ſed ex verbis eius bene prohibet ius accreſcẽdi,
quoniam regula vna impeditiua talis iuris eſt iſta, ſcilicet diſiũ-
ctio inter eos,quibus relinquitur re & verbis,ius accreſcẽdi im
pedit.Et ita fuit hic,igitur. ſed an dictum ſuum in ſe ſit verum,
dic vt pleniſſime dixi in d.l.vnica.quando non peten. part. Se-
cundo quidam rudes allegant,ꝙ vbi teſtator adijcit,& relinquẽ
do dictionem taxatiuam tantum, vel ſimiles, ius accreſcendi in
telligitur impeditũ,quod minus probat,quàm præcedens.Quo
niam,vt ſ̄.dixi, hoc ius accreſcendi impeditur ex prouiſione iu-
ris propter diſiunctionem realem & verbalem, non autem ex
diſpoſitione teſtatoris.Et dictio,duntaxat,poſita hic in litera, vt
patet ex ver.reſpondi ſecundum eam.eſt verbum Iuriſconſulti
reſpondentis, non autem ipſius teſtatoris. Quidam tamen alij
allegant ad idem probandum tex.in l.2.C.de teſta.mili. illa ve-
ro nihil facit,quoniam ibi non propter dictionem,tantummo-
do,in teſtamento poſitam, fuit ius accreſcendi impeditum,ſed
ex eo, quia vt in litera patet, diuerſa erant in caſu illius l. militis
6 patrimonia.quia paganicum & caſtrenſe.Et regula † eſt,ꝙ inter
diuerſa militis patrimonia,iuri accreſcendi non eſt locus, vt C.
eo.tit.l.j.& hoc eſt verum,quicquid dixerim in d.l.vnica.No.in
7 §.hæres inſtitutus.quòd † fideicõmiſſarius primus ſecundo de-
trahit eatenus,quatenus ſibi detractũ eſt ab hærede,ex eo,quia
onus non poteſt eſſe maius emolumento percepto. & declara
hoc per dicta in l.facta. §.ſi Titius.ſ̄. eo.& per ea quæ habentur
in l.cum pater.§.eorum.qui eſt primus. de lega.2.

Ludouici Romani Fragmentorum in ſecundam
Infortiati partem
Finis.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa.

Omnes ſunt quaterniones præter Aa,
ternionem.

V E N E T I I S.
Ad ſignum Aquilæ ſe renouantis.
M D L X X X.